RESPONSA AD CUIUSCUNQUE PENÈ GENERIS CASUUM CONSCIENTIÆ QUAESITA...

Giovanni Battista Corradi, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
3 C
40

Digitized by Google

C. 63. c.

Digitized by Google

Digitized by Google

RESPONSA RECENS EDITA

AD CVIVSCVNQVE PENE generis Caſuum Conſcientiæ QVAESITA QVINGENTA,

Pro examinandis qui ad animarum curam, vel confeſſionum audientiam ſuerint admittendi.


Cæteriſque fidelibus pro ſui qualitate ſtatus in omnibus iuſtè ſe gerere cupientibus.

PER R. P. F. IOANNEM BAPTISTAM CORRADVM de Peruſia Ord. Prædicatorum Romanæ Prouinciæ olim prælecta.

PARS SECVNDA.

Cum duplici ditiſſimo Indice quo ſingula quæque minutiora reperiuntur.

CVM PRIVILEGIO.





Conuent. Sanctæ Mariæ de Scala

VENETIIS, MDCIII.

Apud Societatem Minimam.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſs.mo & Reuerendiſs.mo D.

D. BONIFACIO BEVILAQVA

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO, Peruſiæ, ac totius Vmbriæ Legato vigilantiſſimo.

Fr. Io. Baptiſta Corradus Ord. Prædicator. S. P. D.

QVÆ me cauſæ impulerint Ampliſs. Princeps, vt alteram noſtri operis partem in lucem proferrem, cum multæ ſanè fuerunt, tum verò illa grauiſſima, quod eſſem continuis amicorum petitionibus ſollicitatus; quorum imperium cum non ſine aliqua ingrati animi nota declinare valerem:

Digitized by Google

lerem: efficere non potui, quin eorum voluntati non ſatisfacerem, & ſi qua in ijs per inceptum opus virtutis ſeges adoleuerat, ad maturitatem hac ſecunda editione perducerem Etenim ſuperioribus menſibus cum volumen illud, quod quadringentas dubitationes complectitur Sanctiſs. Domino noſtro Clem. PP. Octauo R. admodum P. Prioris Prouinc. hortatu dicaſſem perhumaniter ab omnibus acceptum eſt, & vnanimi approbatione laudatũ, ex quo cum non contemnẽda promanaret vtilitas, hinc factum eſt, vt eorum, quorum apud me plurimum valebat auctoritas, precibus compulſus incœpto operi alteram partem attexere, atque euulgare mihi opus fuerit. Et quidem vt verum fatear, non ſine aliqua difficultate in hanc veni ſententiam, cum ea eſſem ætate, in qua ſuæ magis, quam aliorum decet ſaluti conſulere, amicorum tamen deſiderio acquieſcere ſatius eſſe iudicaui, vt quod religioſæ pietatis eſt propriũ, eorum ſolertiam, vtcumq. poſſem ad virtutem mearum lucubrationum ſedulitate promouerem, & ſic nõ tam ipſi de meo labore fruerentur, quam ego de eorum progreſſu gauderem. Verum ne ſtudioſi lectoris animo quæſtionum multitudine ſatietatem afferrem dulcia vtilibus admiſcere decreui, vt doctrinæ ſoliditas rerum varietate mitigata, non ſine aliqua

dele-

delectatione prodeſſet. Et ſanè cogitanti mihi, cuinam perexiguos hoſce ſecundi laboris fructus dicarem, ſtatim iucundiſſima Amplitudinis tuæ recordatio præſto fuit; cui vt omnes fauent, cuius laborem in negotijs, in agendo induſtriam, celeritatem in conficiendo, in prouidendo conſilium, ſapientiam in dicendo, hæc noſtra auguſtiſſima ciuitas admiratur, ita tibi meas haſce lucubrationes dicatas volui, non vt ei ornamento eſſem, à quo omnis gloria deriuatur, ſed vt fauori multitudinis ſubſcriberem, & amoris illius magnitudini, quo noſtram religionem proſequeris, aliquid pro mei munuſculi tenuitate rependerem. Qua in re ſatis officio mihi feciſſe viſus ſum, ſi meam in te obſeruantiam ac ſtudium huius, quamuis exigui monimenti, teſtimonio comprobarem; præſertim cum intelligerem apud Principes viros muneris paruitatem amoris magnitudine poſſe compenſari; etenim nullum facultatum præſidium, nullam diuitiarum pompam requirit amor, ſed proprijs opibus contentus ſeſe tueri gaudet: munera enim non tam ex menſura largitionis, quàm ex animi liberalitate ſunt æſtimanda, ſiquidem dantis affectus rebus imponere pretium dicitur. Accipe igitur quæ immortalitati nominis tui conſecrare placuit, & tuorum ciuium dignare

Digitized by Google

munuſcula, non tam oblata rei pretium, quam animi ſtudium, & voluntatis propenſionem conſiderans; quæ ſi ea, qua ſoles, hilaritate ſuſcipies, apud omnes alicuius momenti futura eſſe pro certo habeo. Vale. Quem Deus noſtræ ciuitati quam diutiſſimè ſeruet incolumem.

AD

Digitized by Google

AD R. P. FRATREM IOANNEM BAPT. CORRADVM.

AN tuus hic liber eſt, an ò Corrade, Ioanni
Quem de ſyderea, nuncius arce tulit?
Eſt tuus, vt docuit longa experientia teſtis
Non tuus eſt, quoniā cœlitus ecce venit.
Implentur fauces præ dulci melle, Ioannis
Dum codicem, Domino præcipiente, vorat:
At tuus impinguat mira dulcedine mentem,
Hoc opus, attenta, ſi tamen aure legat.
Mille igitur laudes, præconia mille tonanti,
Qui per te nobis hæc monimenta dedit.

Digitized by Google

AD R. P. F.

IOANNEM BAP. CORRADVM,

ANtiſtes cæli ſalue, quem gloria viuax
Tollit, & ingenium dat ſine morte decus
Aeternas tu promis opes, & munera, grati
Quæ multum, ſed plus vtilitatis habent.
Numinis atque arcana vales ceciniſſe, quis ergo
Ambigat æthereum numen adeſſe tibi?

Digitized by Google

R. P. Fr. IOANNES BAP.
C O R R A D V S
Ad Lectores.

ECce operis tandē properat pars altera noſtri,
Et precibus potuit ſuccubuiſſe labor.
Quiſquis noſſe cupis ſacra miſteria frugis,
Hac iter eſt, fauſto ſydere carpe viam.

Digitized by Google

IDEM AD LECTORES.

QVicquid, multorum docuere volumina, in vnum
Ars, & ſedulitas noſtra redegit opus.
Hæc tibi compulſus trado monumenta laboris:
Iſto doctus abi munere, gratus abi.

Digitized by Google

COPIA LITERARVM

MI

REV. P. GENERALIS

Ordinis Prædicatorum.

NOs Pater Hieronymus Xauierre, ſacræ Theologiæ profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus. Nihil eſt, quod maiori nos in Domino lætitia poſſit afficere, quã cum in vinea Domini, Fratres, & Confeſſores noſtros iuxta à Deo ſibi talẽtum traditum laborare eiuſdem muneris verbo, & exemplo diligenter exequi proſpicimus, quod, & ipſa nominis appellatio requirit, & inſtitutum noſtrum declarat. Cum itaque intellexerimus te Reuer. Patrem Fratrem Ioannem Baptiſtã Corradum Peruſinum noſtræ Prouinciæ Romanæ eiuſdem ordinis Secundam partem, Latino idiomate Caſuum conſcientiæ non abſque labore, & induſtria compoſuiſſe, tenore præſentium noſtri Auctoritate officij tibi præfato R.P.Fr.Io. Baptiſtæ Corrado, cuius ſingularem eruditionẽ, ac pietatem iam perſpectam habemus & cognitam, concedimus licentiam, quinimo in merito ſanctæ obedientiæ mandamus, vt ſupra nominatam Secundam partem conſcientiæ Caſuum typis committere, & prælo mandare ſtudeas, ſeruatis tamen omnibus, quę iuxta decretum S. Concilij Tridentini de editione ſacrorum librorum ſeruari debent, necnon regulis noui Indicis In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Quibuſcunque in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem his noſtro ſigillo munitis, manu propria ſubſcripſimus. Datum Romæ in noſtro Conuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, die 22. Septembris 1601.

Fr. Hieronymus Xauierre qui ſupra
Aſſumptionis noſtræ Anno primo.

Digitized by Google

GLi Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Illuſtriſſimo Conſiglio, di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Riformatori del ſtudio di Padoua per relation delli tre a ciò deputati, cioè, del Reu. Padre Inquiſitore, del Circ. Secretario del Senato Zuane Maraueia, & di Domino Ruberto Cuſano Lettor publico, che nel libro intitolato Cinquecento caſi di conſcientia del Reuerendo Padre Frà Gio: Battiſta Corrado, non ſi troua coſa alcuna contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedeno licentia, che ſi poſsi ſtampare in queſta città.

Dat. die 15. Aprilis 1603.

D. Marc'Antonio Longo
D. Z. Paulo Gradenigo
D. Stefano Viaro
Capi dell'Illuſtriſſimo Conſiglio di X.

Illuſtriſſimi Conſ. X. Secretarius
Leonardus Otthobonus.

1603. à 15. April.
Regiſtr. in libro.

Antonius Laured. Officij
Con. Blaſph. Coad. & Secret.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

SAEPIVS olim rogatus multorum precibus amicorum, quendam noſtrum Tractatum de caſibus conſcientiæ in lucem prodire permiſimus, reſponſa ſuper Quadringenta Quæſita continentem, Animo prorſus firmiſſimo non amplius in poſterum, tanto labore, me ſic ſenem fatigatum iri. Verum, cum breui temporis ſpatio, tam omnibus placuiſſe viſum fuerit, vt impreſſores iam quarta vice denuò eundem imprimere cogantur. Propterea quamplures iterum, atque iterum opportunè, & importunè precabantur, & valdè inſtiterunt, vt alteram partem adijcere velimus. Cui petitioni, ob graue meæ ſenectutis pondus, cum iam vltra ſeptuageſimum agam annum, ſenſum repugnare admodum ſentiebamus. Tandem ita me crebris precibus compulerunt, vt eorum deſiderio non potuerim non acquieſcere. Idcirco nouo ſuſcepto labore Dei iuuante gratia, ſecundam libri partem peregimus, alia noua reſponſa ſuper Quingenta Quæſita, continentem. Inter quæ plura commixta ſunt dubia, quorum declarationes, valde delectare cenſemus; Et licèt propriè ad conſcientiæ caſus non pertineant, attamen ſcitu deſiderabilia mihi ſatis videntur. Vt eſt illud. Quare Deus animas creat, quas videt omninò perituras? Et id genus plura. Præterea tractantes de Oratione, de qua D. Thomas multa, & pulcherrima dubia proponit, quæ ſcire omnes tenentur Chriſtiani. De ipſa Oratione Dominica multa docuimus in declarandis eius ſeptem petitionibus. Quarum contemplatione cor noſtrum admodum inflammatur ad amorem Dei, & accenditur. Nam in illis paucis petitionibus, vt illic habetur, totum, quod optare poſſumus, ibi ſummatim complectimur. Nec id mirum, cum eius Autor ſit ille omnium

nium

Digitized by Google

nium ſapientiſſimus. Nunc verò loquendi finem impoſiturus, hos, quibus animarum cura incumbit, quamplurimum hortari compellor, vt die, noctuque his moralibus vacent ſtudijs: Cum Caſus conſcientiæ ſit quoddam mare magnum, cuius finem nemo vnquam attingere valet, vnde huius negligentia ſtudij, tum confeſſarij, tum pœnitentes ſæpiſſimè ſimul in foueam cadunt. Si enim qui iugiter ſtudent parum ſcire probantur, quid de illis, qui nunquam librum aperire dignantur?

Digitized by Google

CATALOGVS DOCTORVM,

Quorum doctrina, hic confectus eſt liber.

D. Thomas Aquinates.	Ord. Prædicatorum.
D. Antoninus.	Ord. Prædicatorum.
D. Raymundus.	Ord. Prædicatorum.
Thomas Caietanus.	Ord. Prædicatorum.
Silueſter de Prierio.	Ord. Prædicatorum.
Dominicus Sotus.	Ord. Prædicatorum.
Dominicus Bagnes.	Ord. Prædicatorum.
Melchior Canus.	Ord. Prædicatorum.
Rainerius de Piſis.	Ord. Prædicatorum.
Ioannes Viguerius.	Ord. Prædicatorum.
Ioannes Tabienſis.	Ord. Prædicatorum.
Franciſcus à Victoria.	Ord. Prædicatorum.
Petrus de Palude.	Ord. Prædicatorum.
Petrus de Ledeſma.	Ord. Prædicatorum.
Bartolomeus Medina.	Ord. Prædicatorum.
Bartolomeus Sybilla.	Ord. Prædicatorum.
Bartolomeus Fumus.	Ord. Prædicatorum.
Bartolomeus ab Angelo.	Ord. Prædicatorum.
Ludouicus Granatenſis.	Ord. Prædicatorum.
Ludouicus Lopez.	Ord. Prædicatorum.
Martinus Ledeſmius.	Ord. Prædcatorum.
Autor Summæ Confeſſorum.	Ord. Prædicatorum.

D.Bona-

D.Bonauentura.	Ord.Minorum.
Riccardus.	Ord.Minorum:
Alexander Alenſis.	Ord.Minorum.
Antonius Cordubenſis :	Ord.Minornm.
Ioannes Ferus Correctus.	Ord.Minorum.
Michael Salon.	Auguſtinianus.
Petrus de Arragona.	Auguſtinianus.
Martinus Alfonſus.	Canonicus Regularis.
Illuſtriſſimus Cardinalis Toletus.	Ieſuita.
Martinus Nauarrus.	

Digitized by Google

PRIMVS INDEX
QVAESITORVM.
Secundum ordinem quo hic ſunt digeſti.

1. *QVÆRITVR circa abſolutioné ſacramentalé, an ſacerdos abſoluere poſſit à culpa, & pęna, pręſertim à pęna æterna, cũ ſolus Deus peccata dimittat.*

2. *Quęritur, an iſta formá ſacramenti pœnitentiæ. Ego abſoluo te, ſit congrua, & vera.*

3. *Quęr. an ſimplex ſacerdos expoſitus abſoluere poſſit ab excõicat. maiori.*

4. *Quęritur, an quilibet ſacerdos abſoluere poſſit percuſſoré clericorũ, & an ſemp clerici percuſſor ſit excõicatus.*

5. *Quęritur, an abſolutio eorum ſit valida, qui ſemel expoſiti à ſuo Prælato, poſtea occulté eoſdem ſuſpendat.*

6. *Quæritur, quid ſit adulatio, & an ſit peccatum, & quale peccatum.*

7. *Quæritur, an propter abſtinentiam abbreuiando vitam ſit peccatum.*

8. *Quæritur, an acceptio perſonarũ ſit peccatum, & quale. Et quilibet poſſit ad libitum ſua bona cuicunque voluerit elargiri.*

9. *Quæritur, an accuſatio ſemper in ſcriptis fieri debeat.*

10. *Quæritur, an accuſator ſemper ſit pęna talionis puniendũs, ſi in probatione defecerit.*

11. *Quæritur, an accuſationem abolere poſſit Iudex non Princeps.*

12. *Quęritur, an qui pp aliquod munus ab accuſatione deſiſtit, peccet, & ad accepti reſtitutionem teneatur.*

13. *Quęritur quid ſit accidia, an ſit peccatum, & quale peccatum.*

14. *Quęritur de adoratione, qd ſit adoratio latriæ, hyperduliæ, & dulię. Et qũo Chriſtus, & B. Virgo, & ſancti & Angeli, & crux adorari debent.*

15. *Qu. an imagines, & reliquię ſanctorũ adorari déant, et quali adoratiõe.*

16. *Quęritur circa adulteros, ad qd teneantur, & an adultera quandoq; teneatur ſe pdere tale crimé cõmiſiſſe.*

17. *Quęritur ad quid teneatur adulter in conſcientia, ſi certus ſit, quod filius adulterinus ſit ſuus.*

18. *Quæritur, an adulteró totũ reſtituẽte, ad quid tenetur, adultera ſit libera à reſtitutione, & è conuerſo.*

19. *Quęritur, an aduocatus, & procurator teneãtur patrocinium præſtare cauſæ pauperum, & ad quæ ex officio de neceſſitate teneantur.*

20. *Quęritur, an aduocatus, qui ſuſcepit defendendã cauſam aperté iniuſtam contra fiſcum, teneatur ad ſoluendã pęnã pecuniariam, à qua ſuo iniquo patrocinio, reum illum liberauit.*

21. *Quęritur, an aduocatus poſſit in cauſa dubia patrocinari.*

22. *Quęritur, an reuelãs crimen fratris occultum, contra ordiné iuris, ad aliquam reſtitutionem teneatur.*

23. *Quæritur, an aduocatus ſuſcipiens cãm euidéter iuſtã peccet contra iuſti-*

ſtitiam ſi citatur cautelis, & mendacijs, præſentãdo ſcripturas falſas, & alia huiuſmodi faciendo.

24. Quæritur, an maritus parẽtes vxoris, vel filios ex alio matrimonio alere teneatur.

25. Quæritur quid ſit alienatio, per quã transfertur dominium, & quædam alia, quæ hic ponentur ſcitu neceſſaria, in hac materia.

26. Quęritur, an ſemper ſint adhibendę pdictæ ſolennitates in bonis Eccleſię alienandis, et alia ad id pertinentia.

27. Quęritur quid ſint alimenta, quæ quandoque in legatis, & teſtamentis relinquuntur, & quibus de iure relinqui debeant.

28. Quæritur de altari, cuius materia eſſe debeat, quotuplex ſit, & quantę magnitudinis, et quot modis inſtituatur, & quis inſtituat.

29. Quæritur, qualiter altare execratur, ita vt ſit reconſecrandum.

30. Quæritur, cur Deus animas creat, quas damnandas nouit.

31. Quæritur, an Deus aliquem reprobet, ita vt nunquam ad vitam æternam peruenerit.

32. Quęritur, an animæ Chriſtianorum eligendæ ad gloriã ſint pauciores eligendis, & damnandis ad pœnam.

33. Quæritur, quæ ſint illa, quæ animæ noſtræ potiſſimè fiduciam ſuæ ſalutis imprimere poſſint, & conſequenter ſpe futuræ conſequendæ intus ignita, viam mandatorum Dei velociſſimè currat.

34. Quæritur, an animæ egreſſæ de corpore, ſtatim ſocientur Angelis bonis vel malis, & ab eis deducantur ſine mora ad loca eis deputata.

35. Quæritur, an ſcientias, & virtutes hic acquiſitas, anima poſt mortem retineat, & ſi illis damnatus, cum delectatione, vtatur.

36. Quæritur, an animæ damnatorum ante, & poſt iudicium videant Deũ, Angelos, Beatos, & eorũ gloriam.

37. Quæritur, an ſingulis hominibus vnus, vel plures Angeli aſſignentur in cuſtodiam.

38. Queritur propter hominibus in cuſtodiam Angeli aſſignentur.

39. Quęritur in quo ſtatu incipit angelorũ cuſtodia, & quãdo terminetur.

40. Quęritur, an angeli, qui cuſtodię hominum deputantur, propter eorũ obſtinationem, aliquando eos deſerant.

41. Quęritur, an angeli affligantur, & doleant de malis, & de damnatione eorũ, quorum cuſtodiæ dati fuerunt.

42. Queritur, an angeli boni ſint magis ſoliciti pro noſtra ſalute procuranda, q̃ maligni ſpiritus ad eã impediẽdũ.

43. Quæritur, quare angeli amiciores hominibus, & fortiores dęmonibus permittunt homines ſanctos vexari, & quandoqne a dæmonibus ſuperari, cum perditio cuſtoditi aſcribatur negligentiæ cuſtodientis.

44. Quęritur, an omnia peccata procedunt ex tentatione diaboli.

45. Quęritur, an hoĩes, poſt eorũ mortẽ, ad collegium angelorum aſſumãtur.

46. Quæritur de mora inter creationẽ, & lapſum angelorũ, quãto tpe, poſt eorũ creationem dæmones ceciderũt.

47. Quęritur, an reo liceat appellare ad ſuperiorẽ, & legitimũ iudicẽ, quãdo grauari ſe ſentit iuſtã habens cãm.

48. Quęritur, an religioſus iuſtè appellare poſſit à ſentẽtijs ſuorũ ſuperiorũ.

49. Quæritur, quid ſit Arra, & quãdo alter promiſſis non ſtetit, an alter in

con-

Digitized by Google

conſcientia retinere poſſit, quod fuerat datum.
50. Quæritur, an quæcunque ars exerceri poßit ſine peccato, et eius merces, ſine peccato vendi poſſint cuicunque ementi.
51. Quęritur, an ſit licitum facere cartas, taxillos, tabulas, fucos, ire ſuper cordas, & multa alia, et vendere huiuſmodi res.
52. Quæritur, an aſtrologia ſit ars prohibita, & peccatum.
53. Quæritur, an auaritia ſit peccatũ, et quando mortale, & quãdo veniale.
54. Quæritur, an liceat homini infimæ claſſis, ita lucris inhiare, vt pecunias cõgregare conetur, ad emendum aliquem principatum ſupra ſuam conditionem, & vilem ſtatum ſuum.
55. Quæritur quis ſit modus amandi Deum, & proximum ex charitate.
56. Quæritur, an teneamur amore charitatis ſeruire Deo, ſine ſpe alicuius vtilitatis temporalis, vel æternæ retributionis.
57. Quæritur, an cum attritione orta ſolũ ex viribus naturæ, ſimul cũ ſacramento in re, poſſit pęnitẽs iuſtificari.
58. Quæritur, an ad iuſtitiã, & remiſſionem peccatorũ, in ſacramento pœnitentiæ, ſatis ſit habere attritionẽ cognitam, ét ſi pęnitens non exiſtimet probabiliter eam eſſe contritionem.
59. Quæritur, an cum periculo propriæ vitę, teneamur baptizare infantem moriturum.
60. Quæritur, quid ſit Baptiſmus, an ſit ipſa ablutio.
61. Quæritur quid ſit baptiſmus fluminis, ſiue aquæ, quando fuit inſtitutus, quãdo obligauit, & an ſit neceſſarius ad ſalutem, & quid de pueris ſine eo morientibus, quas pœnas patietur.
62. Quęri. an mater infirmas ad mortẽ, & habens in vtero filiũ poſſit ſcindi, ad extrahẽdũ puerũ, & baptizãdũ.
63. Quæritur, an pueri ſint baptizandi, vſu rationis carentes.
64. Quæritur, an contra voluntatẽ parentum, pueri infidelium, ſi baptizentur, ſint verè baptizati.
65. Quæritur qua ætate paruulus cẽſendus eſt vſum rationis attingere, vt poßit, inuitis parentibus, baptizari.
66. Quęritur, an furioſi, amẽtes, & dormientes, & hmõi poſſint baptizari.
67. Quær. an peccatores ſint baptizãdi.
68. Quæritur, an peccatorib. baptizatis ſint imponenda opera ſatisfactoria.
69. Quæritur, an peccatores ad baptiſmum accedentes, teneantur ſua peccata confiteri.
70. Quæritur, an credens, & intendens baptizare Petrũ, baptizat Ioãnem, Petr⁹ ſit baptizat⁹, et an qs poſſit ĩpoſitũ ſibi nomen, mutare a ſe ad libitũ.
71. Quæritur, an per baptiſmum omnia deleantur peccata, quoad culpam, & pœnam.
72. Quæritur in qua ętate baptiſmus conferri debeat, tam de adultis, quã de pueris, & ſi per errorem quis non fuerit baptizatus, quid erit de illo, ſi viuat, & ordinetur ſacerdos.
73. Quæritur quid ſit exorciſmus, quo Eccleſia in Baptiſmo vtitur & quare illo vtatur.
74. Quęritur, quæ, & quot ſint, & quid ſignificent illę cęremoniæ ante baptiſmum ab Eccleſia inſtitutæ, & an ſint de præcepto.
75. Quęritur quæ, & quot obſeruari debeant poſt baptiſmum ex ordinatione Eccleſiæ.

Digitized by Google

76. *Quæritur, an huiuſmodi ſacramentalia, & ſolennitates, quæ fiunt in baptiſmo, ſint de eſſentia, & de neceſſitate eius.*

77. *Quęritur, an in baptiſmo de neceſſitate requiratur aliquis, qui baptizatum de ſacro fonte leuet.*

78. *Quæritur, quę ſit materia baptiſmi.*

79. *Quæritur, quando puer eſt in articulo mortis, & ibi non eſt aqua, niſi in puteo, nec habetur, quo auriri poſſit, quid ſit agendum, vt baptizetur.*

80. *Quæritur, quomodo baptiſmus per aquam fiat, immerſione, vel aſperſione, vel effuſione, & vna, vel trina ſit facienda.*

81. *Quæritur, an ſit neceſſe totum corpus baptizandi immergere, vel lauare, vel aſpergere.*

82. *Quęritur quæ ſit forma baptiſmi, quam eccleſia obſeruat.*

83. *Quæritur, an ablutio, quæ fit in baptiſmo, debeat fieri ſimul cum prolatione verborum.*

84. *Quęritur, an qui baptizat alteraret verba, i. mutatione, uel additione, uel minutione, eſſet verus baptiſmus.*

85. *Quęritur de additione ad formā baptiſmi, quę tolleret, & quæ non tolleret eſſentiam ſacramenti.*

86. *Quæritur, an verus baptiſmus eſſet, ſi quis baptizaret in nomine Chriſti, vel in nomine Ieſu Chriſti.*

87. *Quęritur, quid ſi verba huius formę baptiſmi traſponātur, puta, ſi baptizās diceret: In noīe Patris, & Fil. & Spir. S. ego te baptizo, & multę aliæ traſmutationes, quas hic ponemus.*

88. *Quęritur, ſi baptizās corruptè proferat verba baptiſmi, an verum ſacramentum perficiat.*

89. *Quęritur quid ſit agendum, quando paruulus ſit inuentus in aliquo loco, & ſciri non poſſit, an ſit baptizatus, nec ne.*

90. *Quęritur, quomodò ſit baptizandum monſtrum, puta habens duo capita, vel duo pectora, & huiuſmodi.*

91. *Quęritur quis ſit verus miniſter baptiſmi.*

92. *Quęritur, an proprio ſacerdoti nolenti baptizare ſine pecunia, poßit ei dari ipſa pecunia.*

Quæritur, an adultus, aliquo caſu, dare poſſit pecuniam pro recipiendo baptiſmo: & an ſeipſum baptizare poſſit; & an ſit neceſſaria intentio recipiendi baptiſmum, atq; etiam in conferente.

93. *Quæritur, an, aliquo caſu, adultus pecuniam dare poſſit, vt baptizetur: & an ſeipſum baptizare poſſit: & an in ſuſcipiente baptiſmum intentio ad ſuſcipiendum requiratur, atque etiam in conferente.*

94. *Quęritur, an vnum plures ſimul baptizare poßit.*

95. *Quæritur, an vnus poſſit plures ſimul baptizare.*

96. *Quæritur quis ſit effectus huius ſacramenti baptiſmatis.*

97. *Quęritur, an baptiſmus omnibus ęqualem effectum conferat.*

98. *Quæritur, an per baptiſmum homo liberetur ab omni pęna debita pro peccato, & ab alijs pęnis debitis in foro exteriori, vt pro homicidio, & hmōi.*

99. *Quæritur, an baptiſmus liberet à ſeruili conditione, puta ſi quando ſit baptizatus, non ſit amplius ſeruus, ſed liber: & an Angelus baptizare poſſit.*

100. *Quęritur, an in baptiſmo fiat verum votum.*

101. *Quæritur, an ſacerdos in mortali exiſtens baptizando ſine ſolennitate, in caſu neceſſitatis, mortaliter peccet: & ſimiliter parochus in mortali exiſtés, mortaliter peccet, ſi aliquos iungat in matrimonio.*

102. *Quæritur, an q natus eſt ſurdus, & mutus inter infideles, & factus adultus videns quoſdam baptizari, & ipſe nutibus petit baptizari, an ſit baptizandus.*

103. *Quęritur quid ſit obſeruandum in baptiſmo ſecundũ Conc. Trid. vt quis uerã cognationẽ ſpiritualẽ cõtrahat.*

104. *Quæritur, an per procuratorem in baptiſmo, poſſit quis contrahere cognationẽ ſpiritualẽ, ut multi faciunt.*

105. *Quæritur, an vſus matrimonij ſit licitus ante benedictionem.*

106. *Quæritur de blaſphemia, quàm ſit graue peccatum.*

107. *Quæritur quid ſit blaſphemia, & an ſemper ſit peccatum mortale, & an diuidatur in diuerſas ſpecies.*

108. *Quęritur, an peccatũ blaſphemiæ ſit remiſſibile, et quę pęnæ ei debẽtur qui hoc grauiſſimũ peccatũ cõmittũt.*

109. *Quęritur, quę ſint illa bona, quę filij, viuentibus parentibus, diſtribuere ad libitum poſſint? Et quę intelligantur caſtrenſia, vel quaſi: quæ aduentitia, & quæ profectitia.*

110. *Quæritur modo, an talis filius, qui bonis paternis, aliquid lucratus eſt, poſt patris obitum, illud ſit commune alijs filijs.*

111. *Quęritur, an filius ille, pro quo pater plus expendit, quàm cum alijs, teneatur huiuſmodi exceſſiuos ſumptus, quos ſecũ pater fecit in ſortem legitimę computare.*

112. *Quęritur, an filius non emancipatus teneatur ad cumulũ aliorum fratrum conferre quicquid pater ei contulit, poſt mortem patris.*

113. *Quæritur de his, quę ſunt in Bulla cænę Domini cõtenta, an per cap. Concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 6. quod dicit. liceat Epiſcopis, poſſit epiſcopus in occultis, abſoluere, & diſpenſare, vt ibi facultas datur.*

114. *Quæritur circa Bullam cænæ Domini, quomodo intelligatur, quæ in pluribus quęſitis, ob eius nimiã prolixitatem, diuidenda eſt.*

115. *Quęritur circa primã excommunicationem in Bulla cęnæ Domini, quot genera perſonarum comprehendat, & quę ſint neceſſaria, vt quis iuſtè hęreticus dicatur.*

116. *Quæritur de hęreticis, qui interius tantum ſunt hęretici, vel exterius ſimul, quomodo intelligatur.*

117. *Quęritur circa ſecundũ genus perſonarum, quę in hac prima excõmunicatione Bullę continentur, videlicet ſciſmaticorum, qui ſint iſti.*

118. *Quęritur de alijs quibuſdam generibus perſonarum in Bulla cõtentis, videlicet, credentes hęreticis, defendentes, & fauentes, ſimiles, quomodo intelligantur.*

119. *Quęritur quantum ad receptatores hęreticorum, quomodo intelligatur, vt quis acceptando in hunc canonem Bullæ incidat.*

120. *Quęritur de his, qui hæreticorum libros legunt, tenent, imprimunt, ſeu defendunt, quomodo omnia hæc in iſta Bulla intelligantur.*

121. *Quęritur de excommun. Bullę in pyratas, quæ requirantur, vt incidãt in hanc cenſuram, & qui propriè pyratę appellantur.*

Digitized by Google

122. *Quæritur de quarta excom. Bullæ, circa imponẽtes noua pedagia, in terris ſuis, & prohibita exigentes, qd ſint iſta pedagia, & qui imponãt.*

123. *Quæritur, qui ſint illi, quibus inſit autoritas imponendi gabellas.*

124. *Quæritur in 4. excom. Bullæ, quæ contineantur, & quæ dicantur propriè literæ Apoſtolicæ: & quare dicitur in hac excom. extendi, c. ad falſariorum, de crim. fal. cum omnibus pęnis ibi contentis.*

125. *Quæritur, an incidant in hanc excommun. Bullæ, qui in literis Apoſtolicis corrigunt vnam literam, vel errorẽ in grãmatica, vel addunt, vel minuũt aliquid, ſenſum non mutans.*

126. *Quæritur circa quintam excom. Bullę, declaratio, & explicatio multorum dubiorum, inde naſcentium, quæ ſigillatim proponentur.*

127. *Quæritur, an hæretici comprehendantur in cenſura præcedentis Quęſiti, & quid per arma intelligatur, & per lignamina.*

128. *Quæritur qd ſignificent illa Bullæ verba; quando dicit: Et alia ꝓhibita.*

129. *Quæritur circa ſecũdam partem huius quintæ excommunica. Bullæ, an priuilegia conceſſa contra hanc Bullam, teneant; & an decreta antiqua Pontificum ſint concernentia, quæ in hac Bulla continentur.*

130. *Quæritur de reliquis tribus decretis diuerſorũ Põtificũ, quid cõtineãt.*

131. *Quęritur, quibus priuilegijs Papa derogat in hac excõicatione ſupradicta: & an peccent, & ſint excommunicati remigantes in triremibus infidelium contra Chriſtianos.*

132. *Quæritur in ſexta excom. Bullæ cœnæ Domini, quot, & quæ perſonæ incidant, de his, qui impediũt victualia Romam deferentes.*

133. *Quæritur circa ſeptimam excom. Bullæ, quomodo quadã verba intelligantur: quãdo dicitur, quod excõicatur, qui venientes ad ſedem Apoſt. vel ab ea recedentes: vel in curia Roma. morantes, rapiunt, ſpoliant, detinent, vel ex propoſito deliberato mutilare, verberare, interficere præſumunt, & qui talia fieri faciunt, vel mandant, & ſimilia.*

134. *Quęritur de octaua excom. Bullę, quid contineat, & quomodo intelligatur; & eſt circa malè tractantes quoſcunque Prælatos.*

135. *Quęritur in nona excom. quæ contineat, & quomodo intelligatur.*

136. *Quæritur de tertia excom. contenta in hac nona principali Bullæ cœnæ, quot genera perſonarũ contineat, & eius declaratione.*

137. *Quæritur circa hanc partem principalem, quæ eſt tertia huius nonæ excommun. Bullæ cęnæ, quot excommunicationes contineat, & eorũ ſenſum, & intelligentiam.*

138. *Quæritur in ſecunda particula ſupradicti quæſiti, quot genera perſonarum excommunicantur, et eorum declaratio.*

139. *Quæritur in ſecunda particula ſupradicti quęſiti, quot genera perſonarum excommunicantur, & eorum declaratio circa imponentes onera perſonis Eccleſiaſticis ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*

140. *Quęritur quæ contineat tertia particula huius nonæ excommunic. & quomodo intelligatur.*

141. *Quæritur in hac decima excommunicatione Bullæ cęnæ quid contineatur,*

Digitized by Google

neatur, & eius intellectus.

142. *Quæritur quid contineat excommunicatio vndecima Bullæ cęnæ Domini, & declaratio eiuſdem.*

143. *Quæritur circa tertiam decimam excommunicationẽ Bullæ cęnæ, quid contineat, & eius intellectus.*

144. *Quæritur in excommonicatione quartadecima quid contineatur, & eius ſenſus.*

145. *Quæritur circa excom. quintam decimam, & vltimam Bullæ cœnæ Domini, quid contineat & eius expoſitio.*

146. *Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura, per clericos, ſeu milites beneficia, vel etiam penſiones obtinentes, deferendis.*

147. *Expoſitio ſuperioris Bullę Sixti V. ſuper habitu, & tonſura a clericis & militibus deferendis.*

148. *Quęritur, quid ſit character, & in quot ſacramentis imprimatur.*

149. *Quæritur circa carcerem, an quilibet poſſit propria auctoritate incarcerare hominem: & alia quædam in eadem materia?*

150. *Quæritur de caſu fortuito, quid ſit, & quando talis appellari poſſit, & multa dubia hic ſunt ſoluenda.*

151. *Quæritur, an qui cedit bonis, licitè alimenta retinere poſſit.*

152. *Quæritur pro ſecunda parte præcedentis quæſiti, de eo, qui contraxit debitum iuſtè abſque fraude cedens bonis, poſſit ſibi aliquid retinere pro ſua neceſſitate.*

153. *Quæritur, an celebrans in peccato veniali, amittat fructum ipſius ſacramenti, & idem ſuccedat in quocunq; bono opere, in charitate facto.*

154. *Quęritur, ſi dum quis celebrat, recordetur ſe non eſſe ieiunum, vel eſſe excõicatum, & interdictũ, vel aliquo crimine irretitũ, qd facere dẽat.*

155. *Quæritur, an ſacerdos antequam celebret, quid facere debeat, ne impræparatus accedens, iudicium ſibi manducet, & bibat.*

156. *Quæritur quam pęnam incurrunt celebrantes, ſi ſunt ſuſpenſi ab executione ordinum, vel interdicti, vel excommunicati.*

157. *Quæritur, ſi quis ignoret ſe eſſe excommunicatum, & celebret, vel aliquem actum ſolemniter faciat alicui ordini deputatum, an incurrat pęnas præcedentis Quęſiti.*

158. *Quæritur, quando dicitur, quod excommunicatus, ſi celebret ſit irregularis, an de omni excommunicato, etiam occulto, intelligatur.*

159. *Quæritur, an qui beneficium obtinuit, hac conditione, vt quotidie celebret, ipſe teneatur oĩ die celebrare.*

160. *Quęritur circa clericos diſpenſantes prouentus Eccleſiaſticos pro decentia ſuę ſuſtentationis, quomodo iſta decentia intelligatur, ne peccẽt.*

161. *Quęritur, ſi clericus alicui fideicommiſſario concredit bona ſua, vt ipſe ea tradat filio ſuo illegitimo: an mortalit. peccet, et illa datio teneat.*

162. *Quęritur quid incurrat clericus beneficiatus, ſi homicidium ſecretũ committat, & quibus priuetur.*

163. *Quęritur, an clericus homicida occultus, ſine noua diſpenſatione, ſi obtineat beneficium, eius fructus faciat ſuos.*

164. *Quęritur, an confeſſarius poſſit a pænitente eleemoſinam recipere, & pęnitẽtes teneantur ipſam elargiri.*

165. *Quæritur, an choreas ducere ſit li-*

Digitized by Google

citum, uel peccatum, quæ choreę vulgò appellantur balli, vel ballare.
166. Quæritur, an confeſſio ſit valida, quando quis timet, & credit ſe in poſterum peccaturum, tamen propoſitum habet amplius non peccandi.
167. Quæritur, an dolor ſuper omne odibile ſit neceſſarius de peccatis, vt confeſſio cum abſolutione ſit valida, & fructuoſa.
168. Quæritur, an ſacerdos expoſitus ab ordinario, ſed prohibitus à ſuo ſuperiore ne confeſſiones audiat, ſi abſoluat, confeſſio ſit valida.
169. Quæritur, an Religioſi confiteri poſſint alijs, quã ſui proprij Ordinis, præſertim nos ordinis Prædicatorũ.
170. Quæritur, an mulier peccans cum ſacerdote religioſo, vel non ſacerdote, ſit ſatis dicere, rem habuiße cum homine, in ſacris conſtituto, non nominãdo religioſum, vel ſacerdotem.
171. Quæritur, an mulier, quę cum ſit in ſtatu virginis, vel ſæcularis, vel religioſa, ſi per cõſenſum interiorem conſentit in actum inhoneſtum mortalem, in confeſſione teneatur detegere, an ſit virgo.
172. Quęritur, an qui exemplo ſuo alijs nocet, ſit obligatus in cõfeſſione iſtud explicare.
173. Quęritur, an circumſtantia interruptionis actus mortalis peccati, ſiue interioris, ſiue exterioris, ſit in cõfeſſione exponenda.
174. Quęritur, an fidelis rem habẽs cũ infideli muliere, teneatur in cõfeßione hanc circumſtantiam confiteri.
175. Quęritur, vbi non eſt alius legitimus confeſſarius, niſi qui nouerit cõplicem pœnitentis, ipſe poßit confiteri circumſtantiam, per quam confeſſarius venit in cognitionem complicis, multę hic ſunt controuerſię.
176. Quęritur, an canonicas horaſ teneatur ſoluere beneficiatus, qui ſolũ recepit in ſe beneficij titulum, abdicatis a ſe fructibus ipſius beneficij, renuncianti conceſſis.
177. Quęritur de ſacramento confirmationis, an ſit verum ſacramentum; et à Chriſto inſtitutum, & quę ſit eius materia.
178. Quęrũtur circa hoc ſacramentum Confirmationis, vltra quod dictum eſt, quędã alia, quę per ordinem breuiter deſcribentur.
179. Quęritur, an quis cõfirmari poſſit antequam ſit baptizatus, & an confirmatio conferat gratiam, & an omnes confirmari teneantur.
180. Quęritur qua ętate dandũ eſt hoc ſacramentum Confirmationis, & an ſolus epiſcopus illud dare poßit.
181. Quęritur, an agẽs cõtra cõſciẽtiã, aliquo mõ a peccato excuſari poſſit.
182. Quęritur, an ad contritionem requiratur amor Dei ſuper omnia.
183. Quæritur, an damnati, recta ratione, appetere poſſint potius nõ eſſe, q̃ ſemꝑ ſummas pęnas viuẽdo ſubire.
184. Quæritur reſponſio in hoc caſu. Debeo Petro centum, & ipſe debet totidẽ Ioãni, an ego liberer ab obligatione ĩ cõſciẽtia, ſi illa cẽtũ ſoluã Ioãni.
185. Quęritur, an deriſio ſit mort. pecc.
186. Quæritur, an ſit neceſſe, vt detractio ſit mortalis, quod quis dicat de proximo aliqd, qđ ſit mort. peccatũ.
187. Quęritur, an voluntaria delectatio de viſa pulchra muliere ſit computanda inter peccata mortalia delectationis moroſę.
188. Quęritur, cur dęmon mulierem

Euam

Euam aggreſſus in ſerpentis ſpecie, & vocali locutione eam tentauerit, et nõ tẽtauerit interiori ſuggeſtione.

189. *Quæritur an Dæmones hominum cogitationes cordium cognoſcant.*

190. *Quæritur an Dæmones miracula facere poſſint.*

191. *Quæritur an mulieres de nocte cũ Diana equitare, vt dicitur, ſit illuſio Dæmonum.*

192. *Quæritur an, & quomodò Dęmones à corporib. obſeſſis expelli poſſit.*

193. *Quæritur de cauſis, quare Dæmones homines tentent, torqueant, & inſidientur hominibus.*

194. *Quæritur an cuilibet morienti Dæmones ſemper appareant.*

195. *Quæritur an diſpẽſatio iniuſta facta à Principe in lege ſit valida, licet ipſe Princeps mortaliter peccet.*

196. *Quæritur an ſacerdos, & qui in ſacris ſunt cõſtituti, ex diſpẽſatione Papæ matrimonium cõtrahere poſſint.*

197. *Quæritur an qui eſt obligatus ad aliquid ſoluendum poſſit ingredi religionem, ſi prius debitũ non ſoluatur.*

198. *Quæritur an ſit diſputandum publicè cum infidelibus.*

199. *Quæritur an qui diceret, nollé peccaſſe, Deumque offendiſſe, ſine dolore peccati, ſufficiat ad delenda peccata, quando ſic ſine dolore contingeret.*

200. *Quæritur an quę ſunt dubia, in meliorem partem interpretanda ſint.*

201. *Quæritur ſi prælatus præcipiat ſub pœna excommunicationis denuntiationem ſibi fieri alicuius peccati, an ſubditus obedire teneatur, non ſeruata forma Euangelica, quæ eſt fraterna correptio ad emendationem, & non ad punitionem.*

202. *Quæritur an extremè egens poſſit iuri ſuo renuntiare, & pati potius mortem, quàm aliena ſurripere.*

203. *Quæritur an emere minoris quàm res valeat, liceat, pro anticipata ſolutione. Vel aliquid reuẽdere pluris, quàm emerat, ſine rei mutatione, uel temporis, vel loci.*

204. *Quæritur an Epiſcopus iuſtè poſſit de ſuis prouẽtibus eccleſiaſticis mutare ſtatum ſuorum conſanguineorũ in nobiliorem.*

205. *Quæritur circa ſacramentum Eucharistiæ, an ſit verè ſacramentum, & multis nuncupatur nominibus.*

206. *Quæritur an ſumere Euchariſtiã ſit de neceſſitate ſalutis, ex vi præcepti diuini, vel præcepti Eccleſiæ tantum. Et in qua ætate homo de neceſſitate communicare tenetur. Et an pueris ante annos diſcretionis dari poſſit. Et in articulo mortis de præcepto ſit communicandum.*

207. *Quæritur an liceat ſacramentum Euchariſtiæ dare adultis amentibus, & furioſis.*

208. *Quæritur an ſacramentum Eucharistiæ dæmoniacis, & arreptitijs, & omnibus adultis ſanæ mentis, & baptizatis, & peccatoribus ſit dãdum indiſcriminatim.*

209. *Quæritur an ſi ſacerdos ſciat per confeſſionem tantum, peccatũ illius, qui petit cõionem præbere debeat.*

210. *Quæritur quis dici poſſit verè manifeſtus, & publicus peccator ita vt ei meritò communio negari poſſit.*

211. *Quæritur quando qs in multis, & magnis peccatis fuit irretit⁹, an poterit ſtatĩ pacta cõfeſſ. decẽter cõicare.*

212. *Quæritur an Eucharistia dari poſſit ſuſpendendis, ſeu ad mortem quocumque modo condemnatis.*

213. Quæ-

Digitized by Google

213. *Quæritur an ſicut non licet peccatoribus publicis Euchariſtiam miniſtrare, ita etiam nec publicè excommunicatis liceat.*

214. *Quæritur an ſicut exiſtens in mortali, & ſuſcipiens Euchariſtiam, peccat mortaliter, ita ſi ſit in veniali, venialiter peccet.*

215. *Quæritur an peccet mortaliter exiſtens in mortali, ſi videat corpus Domini.*

216. *Quæritur an qui in infirmitate cõmunicauerit per modum viatici non ieiunus, & poſtea ſuperuixit per aliquot dies, poterit iterum communicare in eadem infirmitate per modum viatici non ieiunus.*

217. *Quæritur an melius faciat qui non eſt in mortali, ex amore ſæpe communicare, quàm ille, qui ex timore reuerentiali, abſtinet ſe reputans indignum, cum centurione.*

418. *Quæritur an qui non communicauit in Paſchate, teneatur infra annũ communicare de neceſſitate.*

219. *Quæritur qua hora diei liceat communionem percipere.*

220. *Quæritur an quandoq; fuerit conſuetudo communicare ſub vtraq; ſpecie panis & vini.*

221. *Quæritur quotuplex ſit modus mãducandi corpus Chriſti.*

222. *Quæritur an qui ſumit Euchariſtiam in Paſchate ex præcepto tantũ ſacramentaliter, & non ſpiritualiter ſimul, id eſt indignè ſatisfaciat præcepto eccleſiæ, & mortaliter peccet, & quomodo Chriſti corpus realiter comedatur.*

223. *Quæritur quamdiu corpus Chriſti manet in ſtomacho.*

224. *Quæritur an ſit malum poſt ſumptionẽ Euchariſtiæ ſtatim expuere.*

225. *Quæritur quænam ſit neceſſitas excuſans in abſentia Prælati, vel legitimi confeſſarij, celebrare, vel communicare, non præmiſſa confeſſione.*

226. *Quæritur circa ieiunium requiſitum à dignè ſacramentum percipiendum, quale eſſe debeat.*

227. *Quæritur ſcilicet infirmo Euchariſtiam ſumere non ieiuno, in neceßitate, ita ne licebit ſacerdoti celebrare non ieiuno, ad illum communicandum, vbi aliter fieri nõ poſſit, & infirmus eſt moriturus.*

228. *Quæritur quomodo debeat eſſe ieiunus ille, qui habet communicare, vel Mißam celebrare.*

229. *Quæritur, ſi ieiunium ad ſumptionẽ Euchariſtiæ requiſitum incipit à media nocte. Quid cenſendum eſt de alijs regionibus, in quibus initiũ diei ſumitur, vel ab occaſu ſolis, vt apud Hebræos, vel à meridie vt apud Ægyptios.*

230. *Quæritur ſi quis ob reuerentiã ſacramenti præſumeret aliquid aromaticum putà nucem muſcatã, vt huiuſmodi, & poſtea cõmunicaret, vel celebraret, vtrũ mortaliter peccaret.*

231. *Quæritur quomodo poteſt eſſe totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie panis, & vini, et ſub qualibet parte ſpeciei, cum ſecũdum eius corpus ſit maius, quàm ſit illa ſpecies panis, vel vini, ſecundum eius quantitatem.*

232. *Quæritur quis hanc conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti facit, Deus, an ſacerdos.*

233. *Quæritur, ſi nihil ſubſtãtiæ panis, & vini, ſed ſolum eorum accidentia remanent poſt eorum conſecrationẽ, in quo ſubiecto manent accidẽtia prædicta,*

Digitized by Google

dicta, ſi eorum ſubiectum iā non eſt, cum ſubſtantia panis, & uini ſit conuerſa in corpus, & ſanguinē Chriſti.

234. *Quæritur an huiuſmodi realis exiſtentia, & continentia totius Chriſti, & partium eius in ſacramento duret dumtaxt pro tempore, quo eſt ſacramentum, hoc eſt ſi ſit ibi uerè, & realiter ſolummodo, quando ſacramentum ſumitur.*

235. *Quæritur ſi Diabolus appareat in ſacramento, in forma Chriſti, poterit ne adorari ſine peccato, non cognita eius diabolica forma.*

236. *Quæritur an dum miraculosè apparet Chriſtus in forma paruuli, uel carnis, & huiuſmodi, debeat manducari, ſicut ſi eſſet ſub ſpecie panis, & uini.*

237. *Quæritur à quo ſacerdote quiſque tenetur Euchariſtiam ſumere.*

238. *Quæritur an in articulo neceſſitatis, abſente proprio ſacerdote, poſſit quis recipere communionem ab alio ſacerdote.*

239. *Quæritur an ipſi religioſi, dū animarum curam gerunt hoc ſacramentum Euchariſtiæ omni tempore licitè miniſtrare poſſint, etiam in articulo mortis.*

240. *Quæritur quis poteſt cōficere hoc ſacramentum Euchariſtię num ſolus ſacerdos.*

241. *Quæritur quæ ſit materia huius ſacramenti Euchariſtiæ.*

242. *Quæritur an in pane fermentato ſacramentum confici poſſit, & quæ quantitas eſſe debeat, & poſſit eſſe ad conſecrandum.*

243. *Quæritur quæ ſit forma ſacramēti Euchariſtię, tam panis, quàm uini.*

244. *Quęritur qui, & quot ſint effectus principaliores huius ineffabilis ſacramenti Euchariſtiæ.*

245. *Quæritur quomodo hoc ſacramentum Euchariſtię conferat gratiam, cum in accipiendo ipſo, oporteat gratiam habere, ſi dignè ſuſcipere quis uelit.*

246. *Quæritur reſponſio hæc ſuper hæc duo dubia, circa gratiā, quam ſacramentum Euchariſtiæ nobis confert, ut ſupra dictum eſt.*

247. *Quæritur an ſacramētum Euchariſtiæ tunc gratiam conferat, dū perficitur, uel dum tamquam ſacrificiū offertur, vel dum uſu ſumitur.*

248. *Quæritur quomodo hoc ſacramentū Euchariſtiæ remittit peccata mortalia, ſi mortale peccatū impedit effectum illius ſacramenti.*

249. *Quæritur, an per peccatum ueniale, effectus ſacramenti Euchariſtiæ impediatur. Ac etiam ingreſſus regni cœlorum.*

250. *Quæritur circa ſacramentum Extremæ unctionis, an ſit uerè ſacramētum, & à Chriſto inſtitutum: & de eius materia.*

251. *Quæritur an ſit neceſſe, quod oleū Extremæ unctionis ſit conſecratum, & ſit de neceſſitate, ut ab Epiſcopo conſecretur, & ſolus ſacerdos ſit miniſter huius ſacramenti.*

252. *Quæritur an parētes poſſint exhæredare filios, ſi contra eorum uoluntates, matrimonia contrahant.*

253. *Quæritur circa obſeruationem feſtorum, quid facere ſit prohibitum, & quid facere liceat, ſine peccato.*

254. *Quæritur an filij naturales ſpurij, aut manzeres non nati ex dānabili concubitu ſecundum leges ſuccedant matri carenti legitimis ab inteſtato.*

255. Quæ-

255. *Quæritur an vltra quintam partem, aliquo intuitu, poſſint parentes filijs adulterinis aliquid donare, vel legare, ſiue in teſtamento, ſiue extra teſtamentum.*

256. *Quæritur an fides ad fructuoſam abſolutionem ſacramentalem neceſſaria ſit, qua fide pęnitens credat certiſſimè ſe abſolutum eſſe oĩno à Deo.*

257. *Quęritur an qui impotens eſt recuperare rem ſuam, vel aliquid ſibi tũ per viam iuris, ſi illud furtiuè accipiat ſine ſcandalo, coram Deo peccatum committat.*

258. *Quæritur an furtum ſit leuiſſimũ omnium peccatorum, quæ fiunt contra præceptum Decalogi.*

259. *Quęritur ſi fur furatus fuerit frumentum tempore, quo viliori pretio emitur, & poſtea pretium augetur, qualiter ſit reſtituendum, an illo viliori, an auctiori. Sed de iure dicendum eſt.*

260. *Quæritur an homicida captus à iudice, & ſuſpenſus maneat liber à debito ſatisfaciendi pro damno temporali illato, vel reſtituere teneatur.*

261. *Quæritur an Canonicis ſatis ſit, quod horas canonicas priuatim recitent, vel potius ſub reſtitutionis onere, teneantur illas in Eccleſia canendo, cum alijs perſoluere.*

262. *Quęritur an pro inimicis orare teneamur.*

263. *Quęritur an inimico teneamur, vltra generalia ſigna, etiam ſpecialia ſigna dilectionis demonſtrare.*

264. *Quæritur quomodo quis ſacramẽta accepiſſe ſit certus, cum intentio miniſtri ſit neceſſaria ad accipiẽda nos ſacramẽta, cum ipſi miniſtri decipere poſſint.*

265. *Quæritur an iudex exiſtens in peccato mortali, mortaliter peccet alios iudicando.*

266. *Quęritur an iudex ſuis legibus, vel à ſuis prædeceſſoribus conditis, in conſcientia obtemperare teneatur: & relaxare ſubditis pœnas pro delictis commiſſis debitas ſecundum prędictas leges.*

267. *Quęritur an iudex videns malefactorem damnandum, quãtum ad animam, ſi occidatur, propter iuſtitiã, & ſi ei parcatur pœnitentiam acturum, poſſit iudex illi condonare vitam, & debeat.*

268. *Quęritur an liceat iudici occidere filios innocentes, propter peccata illorum parentum.*

269. *Quęritur de infamia quomodo intelligatur, vt poſſit ritè appellari infamia: & quid ſit clamoroſa inſinuatio; & inditia manifeſta: & ſemiplena probatio.*

270. *Quæritur quando, & qua ratione poſſit iudex inquirere delictum per quæſtionem torturæ: & quid teneatur reſpõdere ſic inquiſitus, & interrogat⁹, quãdo iuris nõ ſeruetur ordo.*

271. *Quæritur an iudex poſſit inquirere iuridicè delictum, quod via iniqua ei innotuit: & an ſic interrogatus, reſpondere teneatur.*

272. *Quęritur an ſit neceſſarium, vt iudex prius reo notificet contra ipſum eſſe infamiam, vel inditia, vel ſemiplenam probationem, vt ſic ſciat ipſum iuridicè interrogari: an ſtatim verò teneatur ei fidem adhibere, & credere eum iuridicè interrogare, vt veritatem illicò dicat.*

273. *Quæritur an iudicium particulare animæ egrediẽtis de corpore, fiat à*

Chriſto

Digitized by Google

Christo corporaliter, vel ab Angelis custodibus animarum.
274. Quæritur an in primo inſtanti, inter hominis morté, & iudicium particulare ſit aliquod interuallum, & ſpacium temporis.
275. Quæritur an iudex, cui per ſemiplenam probationem delatum eſt, quod aliquis fuit teſtis furti, cogere eum poſſit per excommunicationé, ut teſtificetur, & ille parere teneatur.
276. Quæritur quid ſit agendum, ut homo ſit ſemp lętus, hilaris, & gaudés.
277. Quæritur quando legatum differtur ad ſoluendum, an ille ad qué pertinet, nõ ſolum ipſum legatum teneatur exequi, ſed etiam fructus illius; & an animæ defuncti noceat, ſi legatum non ſoluatur, vel differatur, ut ſæpe accidit.
278. Quæritur an famulus, qui ſe locauit pro certa pretij quantitate per totum annum, ſi receſſerit antequam tempus finiatur, quid ab hero petere poſſit.
279. Quæritur quãdo quis cum aliqua familia paciſcatur ad coquendũ panem, vel lauandum pannos, pro tanto pretio, ſi illa familia creſcat, vel minuatur, quid agendum ſit circa pretium.
280. Quæritur de locatione, an ratione fertilitatis, augenda ſit eius penſio, & è conuerſo, propter ſterilitatem, venit penſio remittenda.
281. Quæritur quando quis locauit operas ſuas alteri, neq; ſtat per ipsũ qn ſoluat, ſed per conductorem eius, an conductor mercedé ſoluere teneatur.
282. Quæritur an qui locat boues, mulas, oues, poſſit obligare conductores ad reddendum ea ſana.
283. Quæritur an liceat locare oues, ut ſoluatur tantum pretij quotennis, & reddatur numerus earundem integer à conductore eiuſdem quantitatis finitò tempore.
284. Quæritur quid agendum ſit de eo, qui habens votum caſtitatis contrahit matrimonium, an contrahens peccauerit mortaliter, & an ſine peccato conſummare poſſit.
285. Quæritur circa præceptum Concilij Tridentini de contrahendo matrimonio, an omnia, quæ præcipit obſeruari ſint de neceſſitate iſtius ſacramenti, præſertim de bannis faciendis.
286. Quæritur circa matrimoniũ, quando diſſolui poſſit, et quibus de cauſis.
287. Quæritur an ſponſa per verba de præſenti à ſponſo violenter cognita, religionem ingredi poſſit.
288. Quæritur quantum ad ſeparationem matrimonij propter hęreſim uel infidelitatem, quomodo fieri poſſit.
289. Quæritur quando aliquis contraxit cum vna ficté, & cum altera vere, & compellitur ab Eccleſia habitare cum priori ſub excommunicationis pœna quid agendum eſt.
290. Quæritur an Eccleſia, & Concilium potuerint irritare matrimonia clandeſtina.
291. Quæritur an poſt Concilium Tridentinum prætermittere publicas denuntiationes pro matrimonio cõtrahendo, ſine cauſa rationabili ſit peccatum mortale.
292. Quæritur an ad verum matrimonium requiratur conſenſus in copulam.
293. Quæritur an parochus pro ſuo arbitrio, & rationabili cauſa, poſſit

redigere

Digitized by Google

redigere denuntiationes matrimonij contrahendi ad minorem numerum, vel illas omnino prætermittere propria autoritate.

294. Quæritur an mortale ſit conſummare matrimonium contractum coram parocho, et teſtibus quando ſine rationabili cauſa non præceſſerint denuntiationes.

295. Quæritur an ante benedictionem, conſummando matrimonium ſit peccatum mortale.

296. Quæritur an conſummare matrimonium ante benedictionem ſit ſaltē veniale peccatum.

297. Quæritur in cōtrahendo matrimonio quomodo intelligatur illa præſentia parochi, & teſtium, quæ eſt neceſſaria ad matrimonium.

298. Quæritur quando parochus eſt præſens per violentiam, & ſimiliter teſtes, in matrimonio contrahendo, an matrimonium teneat.

299. Quæritur an prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquas deſpōſet, ita tollatur iuriſdictio parochi, vt ad contrahendum matrimonium contra talem prohibitionem, matrimonium teneat.

300. Quæritur quis nam parochus debeat eſſe præſens matrimonio, vt validum ſit: an ſufficiat quicunq; Parochus, etiam alienus.

301. Quæritur quis ſit habendus Parochus peregrinorum, vel vagantium, quādo volunt inter ſe matrimonium contrahere.

302. Quæritur quis nam poſſit concedere licentiam alteri ſacerdoti vt poſſit eſſe præſens matrimonio.

303. Quæritur quid ſit obſeruādum circa teſtes, qui eſſe debent præſentes in matrimonio contrahendo quales inquam eſſe debeant.

304. Quæritur an poſt Concilium Trid. aliquod matrimonium poſſit eſſe validum, ſi fiat ſine præſentia parochi, & teſtibus.

305. Quæritur quomodo contrahi poſſit matrimonium à Chriſtianis, qui morantur inter infideles, vbi non eſt copia parochi.

306. Quæritur an in aliquo alio caſu particulari, & in aliqua prouincia particulari validum ſit matrimonium, ſine parocho, & teſtibus.

307. Quæritur an qui diſcedunt à regionibus, vbi decretum illud Concil. Tridentini fuerat promulgatum, & veniunt, vbi non eſt promulgatum, poſſint ibi cōtrahere matrimonium ſine parocho & teſtibus.

308. Quæritur declaratio ſuper his, quę ſcripta ſunt in præcedenti quæſito.

309. Quæritur an qui contraxit matrimonium per verba de futuro cum iuramento, & poſt contraxit cum alia de præſenti, qua mortua, an teneatur primam ducere ob iuramentum.

310. Quæritur qui iurauit ſponſalia de futuro, & poſtea de præſenti cū alia, poſſit libere vti matrimonio petendo & reddendo debitum cum iurauerit, quod nullam aliam haberet vxorē, aut cognoſceret.

311. Quæritur an contractus matrimonij, propter malum finem ſit aliquo modo irritus & nullus.

312. Quæritur an ſit licitum vti carnali coitu cum coniuge ad vitandā propriam in ſe fornicationem.

313. Quæritur an ſit peccatum, ſaltē veniale accedere ad propriam vxorem debitum petendo ad vitandam infirmitatem,

mitatem, vel ad ſeruandam ſanitatem corporalem.
314. Quæritur ſi quis copula matrimoniali vtatur tantum propter delectationem ſit peccatum, & quale, mortale, vel veniale.
315. Quæritur quando, & quomodo cõiuges in acceſſu maritali peccare poſſint vel mortaliter, vel venialiter.
316. Quæritur an qui habet votum caſtitatis, & poſtea contraxit matrimonium teneatur reddere debitũ, & ſi non teneatur quid ſit agendum.
317. Quæritur an per copulam illicitã cauſetur affinitas, & per quam copulam cauſetur, cum copula pluribus modis habeatur.
318 Quando adeſt aliquod impedimẽtum in matrimonio, & requiritur diſpenſatio, quid requiratur, ut illa diſpenſatio cenſeatur legitima.
319. Quæritur circa ſecundam difficultatem diſpenſationis, in matrimonio vbi ſit aliquod impedimentum.
320. Quæritur circa tertiam difficultatem in diſpenſatione ſuper impedimentum matrimonij.
321. Quæritur quis poſſit diſpẽſare impedimenta matrimonij, vt licite, & valide contrahantur.
322. Quæritur de impotentia coeundi, an omnino tollat matrimonium.
323. Quæritur circa iſtum articulũ ante omnia quid ſit frigiditas & impotentia coeundi.
324. Quæritur an oĩs frigiditas, & impotẽtia naturalis tollat matrimoniũ.
325. Quæritur quando impotentia naturalis, eſt temporalis, & non perpetua, & eſt ſcita, an tollat matrimonium, vt ſit nullum.
326. Quæritur an ſpadones, & ſenes, & huiuſmodi poſſint contrahere matrimonium, & ſi contrahant, ſit validum.
327. Quæritur nunc reſponſio ad argumenta concluſionum, quę ſunt contra veritatem, habita in præcedenti quæſito.
328. Quęritur an illi, qui habent potẽtiam coeundi imperfectam, taliter quod poſſint erigere membrum, & penetrare vas, non tamen ſeminare in perpetuum, poſſit contrahere, & ſit validum matrimonium.
329. Quæritur an ſenes poſſint contrahere matrimonium, taliter, quod ſit validum.
330. Quæritur an poſſit eſſe perpetuũ impedimentum naturale viro, vel fęminæ reſpectu unius perſonæ, non reſpectu alterius.
331. Quæritur an ſi impotentia coeundi perpetua ſuperueniat matrimonio iam cõtracto diſſoluat matrimoniũ.
332. Quæritur an fœmina & uir teneãtur pati aliquod medicamentum, ut poſſint reddere debitũ matrimoniale.
333. Quæritur quando mulier ita eſt arcta, quod licet poſſit recipere ſemen, & concipere, non tamen poteſt parere ſine periculo uitæ, an tale matrimonium ſit ualidum.
334. Quæritur an maleficium poſſit impedire matrimonium.
335. Quæritur quid ſit maleficium, & quando dirimat matrimonium.
336. Quæritur an diſſoluto matrimonio ob maleficiũ, & maleficiatus contrahit cum ſecunda, ſi tunc euadit potens, an teneatur ad priorem redire.
337. Quęritur an furia, uel amentia impediat matrimonium.
338. Quæritur an ſi furia ſubſequatur

ad

Digitized by Google

ad matrimonium validum, ſint permittendi habere uſum matrimonij.

339. Quæritur an ſit peccatum copulare carnaliter duos amentes non coniunctos matrimonialiter.

340. Quæritur an matrimonium cõtractum ante legitimã ætatẽ, ſit ualidũ.

342. Quæritur an omnes qui naſcuntur ex illegitimo matrimonio ſint illegitimis, & an parentes illegitimorum teneantur eos edacare, & alere.

342. Quæritur circa mutuationem diuerſarum monetarum, an ſit licitum unam mutuare, vt reddatur alterius qualitatis.

343. Quæritur quando quis accipit frumentum ab aliquo non ſoluto tũc pretio debeat exponere, an mutuo, vel emptione accipiat: & ſi nihil exprimatur quid ſit agendum.

334. Quæritur an qui mutuat ducatos centum quando minori extimantur, ſi poſtea regis pragmatica pretium augetur, quid ſit agendum.

345. Quæritur an miniſtri iudicum exequi debeant quamcunque ſententiã à iudicibus latam.

346. Quæritur an mentiri in rebus leuibus in iudicio, quando reus legitime interrogatur, ſit peccatum mortale, & idem in confeſſione ſacramentali.

347. Quæritur an ſicut non licet malos miniſtros inducere ad miniſtranda ſacramenta, & ab eis illa recipere, niſi in aliquibus caſibus permiſſis, ita etiã nec liceat eorum Miſſas audire, aut videre.

348. Quæritur an Miſſam celebraturus impediatur propter immunditiã corporalem, quæ ex pollutione nocturna naſcitur.

349. Quæritur quæ, quot, & qualia debent eſſe veſtimenta Miſſam celebrantis, & an ſi quod eorum dimittat, mortaliter peccet.

350. Quæritur iterum circa ſacrificium Miſſæ, quæ de præcepto ſint obſeruanda, & pariter vitanda, ne peccatum incurratur.

351. Quæritur an ſtipendium Miſſæ taxari, & ſtatui poſſit, etiam ſub excõmunicatione ne minus à laicis detur.

352. Quæritur an per ſtatutũ poſſit præcipi ſub excommunicatione ne de ſtipẽdio per legẽ taxato pro Miſſa celebranda, aliquid clerici remittant.

353. Quæritur an ſacerdos anticipans, vel poſtponens notabiliter Miſſæ ſacrificium ad aliquam teneatur reſtitutionem his faciendam, a quibus ſtipendium acceperat. v.g. ſunt ſacerdotes, qui multam Miſſarum multitudinem ſub ſua fide accipiunt, anticipato ſtipendio, quas per longũ tẽpus nõ perficiunt: & ſunt alij è cõtrario, qui cum non habeant eleemoſynas, dicũt Miſſas anticipatas, vt cum poſtea aliquis venerit, cum eleemoſyna, ea accepta, Miſſæ iam à ſe dictæ, ei faciant applicationem.

354. Quæritur an ſacerdos, qui recipit abundantiora ſtipendia pro Miſſis celebrandis: verbi gratia, duos iulios pro qualibet Miſſa, & ipſe alijs ſacerdotibus imponit dicendas pro vno iulio conſueto dari, an inquam ſit tutus in conſcientia, vel teneatur ad aliquam reſtitutionem.

355. Quæritur an Miſſas anticipatas applicare poſſimus illis, qui eas petunt. v.g. ſunt aliqui, qui non habent eleemoſynas & dicunt Miſſas anticipatas, vt cum poſtea aliquis venerit, cum eleemoſyna, ea accepta, Miſſæ

iam

Digitized by Google

ſũ à ſe dicte ei applicetur. Qđ eſt prima petitio ſuperioris q̃ſi. 353. Et ſiqs id faciat, an teneatur ad reſtitutionẽ.

356. Quęr. an ſacerdos, q̃i vna, vel duabus miſſis, aliquem defraudat, peccet mortal. & ad reſtitutionẽ teneatur.

357. Quæritur an confeſſarij regulares, & alij collegiales, quib. à ſuperiorib. ſuis cõceduntur eleemoſynæ in confeſſionibus à pœnitentibus ſibi ſponte oblatæ: & tam ẽt pecuniam, quã in ipſa confeſſione, pro celebrandis miſſis accipiunt, tuta conſcientia retinere poſſint. Et an religioſus poſſit applicare ſuam Miſſam cui voluerit.

358. Quæritur an liceat confeſſarijs iniungere pęnitentibus, vt faciant celebrare tot Miſſas pro pęnitentia.

359. Quæritur an ſacerdos poſt miſſam inceptam, licitè poſſit deſiſtere ſacrificium non perficiendo, & quãdo impeditur, quid et quomodo ſit agendũ.

360. Quęr. an in aliquo caſu ſacerdos licitè poſſit legere, vel miſsã cãtare, et nõ cõſecrare, & an liceat conſecrare tãtũ hoſtiã, & non calicẽ, & è cõtra.

361. Quęr. an ſacerdos cõpletã miſſa, ſẽper benedictionẽ dare debeat, & q̃dã alia circa ipsã Miſsã aduertenda.

362. Quæritur vbi Miſſa celebrari debeat, & an vbiq; celebrari poſſit.

363. Quæritur an Miſſa in omni eccleſia celebrari liceat.

364. Qu. quo tpe Miſſa celebrari poſſit.

365. Quæritur reſpõſio ſuper hæc ſequẽtia dubia. Et primo ſi poſt ſumptionẽ Euchariſtiæ, ſacerdos percipiat panẽ nõ fuiſſe triticeũ, vel nõ fuiſſe conuenientẽ, & alia quadã circa Miſſam.

366. Quæritur denuò reſponſio ſuper ſequentia dubia, circa Miſſam.

367. Quæritur iterum ſuper alia dubia circa Miſſam reſponſio.

368. Quær. de alijs dubijs circa Miſsã.

369. Quæritur reſponſio ſuper alia dubia circa Miſſam.

370. Quæritur iterum ſuper alia dubia reſponſio cira Miſsam.

371. Quæritur circa Miſſam reſponſio ſuper alijs dubijs.

372. Quæritur denuò ſuper alijs dubijs reſponſio circa Miſſam.

373. Quęr. an ſacerdos ſi nõ emẽdat defectus Miſſę ante benedictionẽ mort. peccet, & q̃dam alia dubia ſoluẽda.

374. Quæritur de iſtis pœnitentijs, quæ ſacerdotibus imponuntur cõmittentibus defectus in Miſſa, qũo intelligãtur, et de multis alijs notãdis dubijs.

375. Quæritur an mortui aliquando verè apparuerint de facto.

376. Quæritur an notarius mortaliter peccet, ſi conficiat contractum vſurarium, ita, vt nõ appareat vſurarius, & ad quid teneatur.

377. Q. an ſi eps ſub pęna excõicationis mãdat Petro vt det ei ſuã domũ, vel aliqd aliud, obedire ei Petr⁹ teneat.

378. Quęritur quæ ſit illa occaſio vitãda peccandi, vt ſi non tollatur, abſolutio impendi non poſſit.

379. Quæritur an opera noſtra ſint ſatisfactorta pro peccatis.

380. Quær. an p ſpiritualibus, atq; tpalibus cõſequendis ſit Deus orandus.

381. Quæritur an ſolus Deus ſit orãdus.

382. Quærit. an in oratione noſtra aliqd determinatè à Deo petere dẽamus.

383. Quæritur an homo debeat tẽporalia petere à Deo orando.

384. Quæritur, an in petendis temporalibus bonis ſit opus imperfectionis.

385. Quæritur an liceat in oratione petere ſibi, vel alijs mala pœnalia.

Digitized by Google

386. Q. an vniuerſaliter ſit ꝑ oib. orãdũ viatorib. & qbuſcũq; pctis iplicatis.
387. Quæritur an ſit orandum pro his, quorũ nõ eſt vlla ſpes, vt corrigãtur.
388. Quær. circa infideles, an ꝑ ipſis ſit orandũ priuata & publica oratione.
389. Quæritur an ſit orandum pro præſcitis, & reprobis.
390. Quæritur an ſi Deo reuelante, mihi certo cõſtet, Petrum eſſe reprobũ, poſſim & debeam orare pro illo.
391. Quæritur an ſit orandum pro illis, qui ſunt extra mundum.
392. Quæritur an qui orat, ſed ex ꝓpria voluntate, non orans attentione, ſic cognita, aliquo peccato peccet.
393. Quæ. an orãtes ex ꝓcepto nec habẽtes attẽtionẽ vt ſępe ſæpius cõtingit ĩ clericis recitãtib. horas canonicas, teneãtur de nouo diuinũ officiũ dicere.
394. Q. an clerici, horas canonicas non dicẽtes aliquã teneãtur facere reſtõnẽ.
395. Quęritur an inueniri poſſit aliqua oratio, per quam infallibiliter obtineatur à Deo, id quod poſtulatur.
396. Q. an oratio viuẽtis, ꝓ viuẽte ꝓſit, et quid operetur, an ſ. ualeat, ut ei primo gratia detur, uel augmẽtũ illius.
397. Quæritur an peccatores à Deo exaudiantur impetrando aliquid, quod ipſi aſsequi deſiderant.
398. Q. de oratione Dominica, q̃uo intelligatur, de eius dignitate, atq; vtilitate, q̃ formã tradit, q̃uo Deꝰ ſit orãdꝰ.
399. Quæritur circa primam petitionẽ Dominicę orationis, videlicet: Sanctificetur nomen tuum, quomodo intelligatur, cum illius ſanctitati, nihil quiſquam addere poſſit; neq; ẽt auferre.
400. Quæritur circa ſecundam petitionẽ Dominicę orationis, q̃ dicit: Adueniat regnũ tuũ, q̃ eius ſit intelligẽtia.
401. Quæritur de tertia petitione Dominicæ orationis, quę dicit: Fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra, videtur enim ſuperflua, qa voluntas Dei, velimus nolimus ſemper fit.
402. Quær. circa quartã petitionẽ, q̃ dicit: Panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie, de quo inquã pane ĩtelligatur.
403. Quæritur circa quintam petitionẽ Dominicæ orationis, quæ dicit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quo modo hæc verba intelligantur.
404. Q. circa ſextã petitionẽ Dominicæ orationis, q̃ dicit, Et ne nos inducas ĩ tẽtationẽ, q̃uo hęc verba ĩtelligãtur
405. Quæritur de ſeptima, & vltima petitione Dominicæ orationis qua dicitur: Sed libera nos à malo, à quo malo intendimus liberari.
406. Q. de oratione in Miſſa fuſa, quib. poſſit, & in Miſſa quot ſunt q̃ in ea cõtinẽtur ad noſtram ſalutẽ cõducẽtia.
407. Quæritur quid ſit ordo eccleſiaſticus, an ſit vnum ſacramentũ, in quot partes diuiditur, & quis ſit auctor.
408. Quæritur an ordo ſumendus prærequirat aliquem characterem, & ſcrutinium ſuper ordinãdum, & qui ſint proprij actus ſingulorũ ordinũ.
409. Quæritur in quibus differant maiores ordines à minoribus.
410. Q. an in quolibet ordine character imprimatur, & det gratiã, et quæ ſit materia & forma huius ſacramenti.
411. Quæritur quando character imprimitur, & de eſſentia ſit, vt ordinandus tãgat inſtrumentũ ſibi porrectũ.
412. Quæritur quæ ſint de ſubſtãtia ordinis & quæ non ſint, & an ordines ſint conferendi ſigillatim ſuo ordine.
413. Quæritur quis ordines cõferre poſſit:

ſit:& qſ poſſit, vel nõ poſſit ordinari.

414. Queritur de ætate ordinãdorum, et de tẽpore quo poſſint ordines conferri.

415. Quæritur an Epiſcopus repellere poſſit clericum volentem ad ordines promoueri: & an poſſit cogere clericũ ad ordines ſuſcipiendos.

416. Queritur an paruitas materiæ excuſet ſemper iniuſtum faciendo ne ſit peccatum mortale.

417. Quæritur quando quis retinet alienum, vel animum occidendi vel fornicandi, & huiuſmodi, an ſemper ſit vnum peccatum, vel plura per totum tempus, quo ipſe perſeuerat.

418. Quæritur an diſpenſatio ſuper irregularitate contracta per homicidium pertineat ſolum ad ſummũ Pontificẽ.

419. Quæritur an miniſtri eccleſiaſtici culpis læthalibus implicati miniſtrãtes ſacramenta, ſine præuia contritione peccent mortaliter.

420. Queritur circa peccata, quibus modis ſit cognoſcẽdũ mortale, à veniale.

421. Quæritur an committentes vnum peccatum in actu poſſint habere plures fines intentos aliorum peccatorũ, de neceſſitate confitendos.

422. Quæritur an ſi expediat ſaluti corporis membrum abſcindere, idq; infirmus renuat, poſſit Reſp. pater, & prælatus præcipere, & cõpellere ſub mortali peccato, vt ſinat illud abſcindi.

423. Quær. quid ſit præſcriptio, & an in conſciẽtia poſſit quis vti eius facultate, vt leges humanæ concedunt.

424. Quær. modo quantum ad effuſionẽ ſanguinis in Eccleſia, an ipſam polluat omnis ſanguis effuſio, etiam modica.

425. Quæritur quomodo debeat ſe habere qui audit referentem aliquod malum de proximo ſuo.

426. Quæritur an ille, cui ab amico donatum eſt prædium, vt titulo patrimonij ad ordines prouehi poſſit, hæc tamẽ ſecreta inter eos conuentione facta, vt ſuſceptis ordinibus, prædium donatori reddatur, maneat ne huic reſtitutioni in conſcientia obnoxius.

427. Quæritur an mutilans aliquod mẽbrum corporis alteri, ex qua mutilatione nullum temporale damnum mutilatio ſubſequitur, teneatur ad aliquam reſtitutionem.

428. Quæritur an ille, qui alterius delictum detulit ad prelatum non ſeruato ordine correptionis fraternæ teneatur reſtituere famã, ex tali delatione denigratam, & an mortaliter peccet.

429. Quæritur an ille q accuſatus apud prælatum, vel iudicem de aliquo crimine, verè quidem, ſed iniuſtè, quia nõ ſunt teſtes ſufficientes ad eius probationem, negat crimẽ obiectum, ex quo indirectè accuſatoris fama læditur, aliquam teneatur facere reſtitutionem, & an peccet mortaliter.

430. Quæritur an quando fama non poteſt reſtitui, in eodem genere boni, teneatur reſtituere illam infamator, in alio genere bonorum, ut in pecunia uel orationibus.

431. Quæritur an qui per iniuſtam vituperationem alicui honor fuit ablatus, poſſit reſarciri.

432. Quæritur an fœmina, quæ virgo nõ erat, ſed virgo putabatur, ducta in vxorem à quodam viro eam dotante duobus aureorum millibus putante eam virginem, illa ad reſtitutionem teneatur.

433. Quæritur an mulier receptis 20. vel 50. aureis à ſuo amaſio dicẽte tũc illi: Accipe hæc pro tuis vſibus, ſperãs eius corporis copiã habiturus, non obtento, quod ille concupierat, ipſa ad reſtitutionem teneatur.

434. Queritur ad quid teneatur, qui rem habuit cum fœmina ſpondens eam ſe ducturum, & ipſa affirmat ſuam virginitatem ab illo fuiſſe ſublatam, ipſe verò negat eam virginem reperiſſe.

435. Quæritur, qui mulieri quidem iurauit, vt ſi ſibi conſentiret in vxorem duceret, ſub qua fide ipſa illi multoties conſenſit, quam tamen ea nota infa-

Digitized by Google

mia laborat, quod ipſa ante plures dies, alterius amaſij amore tenebatur, an ipſe ducere tenebatur.
436. Quæritur an ſi Petrus iurauerit deſponſare Mariam, & poſt ſponſalia, ea eum admiſit in domum ſuam, ſine copula, tamē reputati ſunt inter eos interueniſſe res communiter contingentes inter ſponſos, poſſit ne Petrus religionem ingredi.
437. Quæritur in hoc agendum ſit. Petrus, & Maria virgo ex amore coierunt, & ſuſceperunt filium, poſtea Petrus iurauit corā vno teſte ipſam ducendam in uxorem, poſt hoc deprehenſa eſt in fornicationis crimen incidiſſe, teneatur ne eam ducere.
438. Quæritur an cum iactura decentiæ ſtatus, ſit reſtituendum.
439. Quæritur iterum circa debitorem, qui licitè debitum contraxit, quomodo ſe habere debeat ad reſtituendum, an ſtatim teneatur.
440. Quæritur circa tertiam concluſionem propoſitam de eo, qui diſſipauit alienum, quomodo teneatur ſe habere ad reſtituendum.
441. Quæritur an debitor bonę fidei, id eſt, ex iuſta acceptione, quomodo debeat ſe habere ad reſtituendum, ſi creditor multum indiget.
442. Quęritur iterum quādo debitor eſt bonę fidei, & inculpabilis, ex reſtitutione ſtatim facienda, iacturam totalem ſtatus incurreret, an teneatur ſtatim reſtituere.
443. Quæritur circa hanc materiam ſupra poſitā quid dicatur in ſeptima concluſione.
444. Quæritur an debitor potens totum ſemel ſoluere, poſſit tuta conſcientia, deferre paulatim p partes reſtituere.
445. Quęritur an pœnitens obnoxius ad aliquam reſtitutionem ſecretam faciendam, ſit tutus in conſcientia, ſi in manu ſui confeſſarij, vel prędicatoris dederit talem pecuniam ſoluendam creditori.
446. Quęritur an hęres inſtitutus, preſtita fide reſtituendi hereditatem filio ſpurio, ſit verus hęres, & teneatur reddere, & idem de donatario, ſine teſtamento, ſed fide tantum.
447. Quęritur reſponſio ſuper hunc caſum. Petrus eſt creditor Ioannis decem ſcutorum, & ipſe Ioannes donat Petro annulum valentem tātundem pretij, an poſſit per talem donationem excuſari ne debitum Petro ſoluat.
448. Quæritur an impotentia reſtituendi poſſit debitorem cogere ad alicui ſamulandum vt reſtituere poſſit.
449. Quęritur an ignorantia cuiuſdam cenſus ficti excuſat quendam equitē à reſtitutione penſionis cenſus annualis recepti.
450. Quęritur an ſi Epiſcopus pręcipiat ſub cenſura, vt qui talem rem habet infra ſex dies reſtituat, an non reſtituens quocunque modo ligetur.
451. Quęritur an pater obtenta excommunicatione ſuper his, qui furtum ſibi fecerunt, intendat etiam comprehendere filios, & domeſticos domus.
452. Quæritur an famuli, qui aliquid diuerſis temporibus ſurripiunt de bonis Domini mortaliter peccent, & teneātur ad reſtitutionem.
453. Quęritur qui ex officio rem cuſtodire non tenetur, ſi videat eam innadi ad quid tenebitur.
454. Quæritur an legata relicta in teſtamento minus ſolemni, vbi deficit aliquid ſecundum ius ciuile, ſint legatarijs reſtituenda.
455. Quęritur an filij illegitimi teneantur reſtituere bona, quę ſibi à parentibus relicta fuerint.
456. Quæritur an liceat requirere à moriente, ut ſibi reuelet ſuum ſtatum poſt mortem.
457. Quęr. quādo Eps generaliter excōicat eos, qui non reuelauerint aliquod furtum, an ſcientes ſemper teneantur.
458. Quęritur quando pręcipitur aliquod furtum reuelari ſub pœna excōmuni-

Digitized by Google

municationis an ſcies prius teneatur præmittere correctionem fraternã.
459. Quæritur circa ſeptimum caſum, quo quis excuſari poſſet, ne reuelet ſub cenſuris iuſſus, delictũ alterius.
460. Quæritur reſponſio ſuper quædam alia dubia in hac materia, quæ ſigillatim diſſeremus.
461. Quæritur circa quartũ dubiũ, qd ſit reſpondendum in eadẽ materia.
462. Quęritur an famulus alicuius domini uidẽs alium famulum furto bona domini ſubripere, an mortaliter peccet, non reuelando, non obſiſtẽdo, & ad reſtitutionem teneatur.
463. Quær. an reus cui pęna à ſupmo iudice remittitur maneat liber ĩ cõſcĩa.
464. Quęri. an reus teneatur explicare iudici veritatẽ, quãdo prudẽter dubitat, an iuridice ĩterroget, & ꝓcedat.
465. Quæritur an iſte reus à iudice interrogatus de ꝓprio crimine, iuridicè notorio teneatur illud confiteri, et cũ periculo certo vitę vel grauis ĩfamię.
466. Quæritur qualiter ſe debeat habere reus, quando ſub particulari iuramento interrogatur de crimine à ſe perpetrato, contra ordinem iuris.
467. Quęritur an reus iuſte ĩterrogatus à iudice, qui inficiatus eſt crimen, ꝙ fateri tenebatur, ad quod tenetur.
468. Quęritur quã pęnã incurrat q iterat ſacramẽta, q̃ non poſſunt iterari, vt ſunt Baptiſmus, Chriſma, et Ordo.
469. Quæritur an miniſtrans, vel conficiens ſacramenta in mortali peccato, vel contritus ſine præuia confeſſione, peccet mortaliter.
470. Quæritur quid ſit ſacramentum.
471. Quærit. quot ſunt genera ſacrorũ.
472. Quæritur an intẽtio recta miniſtri reqratur ad perfectionẽ ſacramenti.
473. Quæritur à quo inſtituta fuerint ſeptem ſacramenta, et an omnia ſint verè, & propriè ſacramenta.
474. Quęritur an materia vel forma ſacramenti, mutari poſſit, vel aliquid addi, vel aliquid minui.
475. Quæritur an ſacramenta nouæ legis ſint paria oĩa, an differãt inter ſe.
476. Quęritur an ad conficiendũ ſacramẽtũ reqratur actualis attẽtio, et cũ intẽtio miniſtri ſit occulta, quãdo qs certus eſſe poſſit ſacramẽtũ ꝑcepiſſe.
477. Quæritur an per malos miniſtros ſacramenta conferri poſſint.
478. Quæritur an quis teneatur præbere ſacramenta, in caſu neceſſitatis cũ periculo propriæ vitę.
479. Qu. quare in rebus profanis, ille cõtra quẽ lata eſt ſentẽtia iuſta adhuc manet verus dominus ſuarum rerũ, quamuis in tempore non appellet: ita ut alter deprehenſa veritate, teneatur illa reſtituere: & in beneficijs eccleſiaſticis non ita contingit.
480. Quęritur an ſententia iniuſta, hoc eſt contra leges lata, obliget in conſcientia, vt tam reum verè abſoluat, quàm actorem iure ſuo deſpoliet.
481. Quęritur de ſocietate officiorum, q̃ Romę originẽ habẽt, & quas cõditiones habere debẽt, ne iuſtitia lędatur.
482. Quæritur pro Miſſa celebrãda quãtũ ſtipẽdij congrui debeat quis ſacerdoti elargiri præſertim ſi ſit pauper.
483. Quæritur an Maria vxor Ioãnis, q̃ in dotẽ attulit duo millia aureorũ. et ſupellectilia domus inappretiata, & Ioãnes illi promiſit titulo arrarũ trecentũ aureos; an mortuo viro aliquid ſecreto poſſit ſubripere de bonis viri ad reſarciendã domũ pro rebus conſumptis quas in domum tulit.

484. Quæritur de muliere quando poſſit aliqua bona ſibi ſecretò reſeruare ad cautioné,ne filius,ob mariti delictum,auferat.

485. Quæritur an beneficiatus, qui ſolum recepit in ſe beneficij titulum ab dicatis à ſe fructibus ratione tituli beneficij tantum, teneatur ad perſoluẽdas horas canonicas.

486. Quæritur an liceat teſtatoribus, pro libito,et arbitratū ſuo relinquere bona ſua filijs, & cognatis,& quibuſcunque voluerit, &c.

487. Quæritur an duorum vel trium, teſtimonium in iudicio ſufficiat.

488. Quæritur an aliquando requirantur in iudicio plures teſtes, quā duo vel tres.

489. Quæritur an teſtimonium falſum ſemper ſit peccatum mortale.

490. Quæritur an obſeſſa ciuitate à Tyranno,quæ eſt in periculo,vt tota gladio pereat niſi ipſo tyranno concedatur quidam illorum ciuium trucidandus,qui eſt innocens, liceat ciuitati illum tradere.

491. Quæritur an temporis circumſtantia de neceſſitate,in confeſſione, confitenda ſit,vt ſi quis in die feſto,mortale peccatum perpetrauerit, dicat in die feſto feciſſe.

492. Quæritur quis valor ſit operū perſiſtentium in peccato mortali.

493. Quæritur quot valores habentur in quocunque bono opere, ex charitate facto, & qui fructus conſiderari poſſunt,plurimum iuuantes.

494. Quæritur an qui vult permanere obſtinato animo in peccato veniali, & eligit in illo mori, & ſic obſtinatus moriatur,poſſit ſaluari.

495. Quæritur declaratio ſuper illis uerbis Diui Auguſtini,quando dicit,nullum eſſe peccatum veniale, quin fiat mortale,dum placet. Et qui ſint effectus Euchariſtiæ.

476. Quæritur an qui habet triticū purgatum, cui admiſceat glebas terræ vt menſura creſcat,vendendo ipſum ſic mixtum, peccet,& teneatur ad reſtitutionem.

497. Quæritur,an ſit vſurarius ille,qui debitorem expectat ultra terminum præfixum, ſi aliquid plus ab eo exigit,ratione expectationis.

498. Quæritur quando quis vendit rem actuali venditione,etiam ante pretij ſolutionem ſit ne vſura, ſi fructus rei venditæ,quia non eſt ſibi ſoluta pecunia,uẽditor uelit facere fructus ſuos.

499. Quæritur quādo venditur,tranſacto termino,quo pecuniam non poſſit habere rei venditæ an fructus poſſit facere ſuos poſt moram ſolutionis.

500. Quæritur an qui vendit oues centum incertas, id eſt non ſignatas de grege mille ouium ſignato & certo, ante traditionem, poſſit ſibi fructus eorum facere ſuos.

Tractatus ampliſſimus de ſuſpenſione, vbi præſertim omnes caſus, quibus ſuſpenſio incurritur, valde neceſſarius,& ſcitu digniſſimus: qui in fine huius libri eſt appoſitus.

Priuilegium regularibus cōceſſum,quo ratio redditur, quare religioſus ab Epiſcopo expoſitus ad confeſſionum audientiam,niſi à ſuo Prelato ſit expoſitus,non poteſt abſoluere, & abſolutio eſt inualida, ſi abſoluat: quia quidem priuilegium in ultimo loco huius libri locatum eſt.

IN-

Digitized by Google

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, Alphabetico ordine digeſtarum.

ABſoluere à peccatis quomodo poteſt ſacerdos, cum ſolus Deus peccata remittit. Q.1.

Abſolutio ſacramẽtalis non ſolũ pęnam æternam, verum etiã temporalem remittit. q.1.

Abſoluente ſacerdote pęnitentem, dicente abſoluo te, an iſta verba ſint vera, & cõgrua, cum ſacerdos neſciat an ille ſit abſolutus. q.2.

Abſoluere ab excommunicatione maiori, an ſimplex ſacerdos expoſitus ad confeſſionum audientiam poſſit. q.3.

Abſoluere an poſſit laicus in articulo mortis ab excommunicatione. q.3.

Abſoluens ab excommunicatione ſacerdos interdũ incurrit excõicationẽ. q.3.

Abſoluere percuſſorem clerici quis poſſit, & quæ percuſſio enormis ſit appellanda, & quis hanc declarationem facere poſſit. q.4.

Abſolutio an ſit valida eius, qui occultè à ſuo prælato fuit ſuſpenſus ſecreto, cum aliàs fuerit expoſitus, & pluries confeſſiones audiuit. q.5.

Abſolutiones factæ ligatis à cẽſuris tenẽt, niſi ſint nominati, vel ſint clerici percuſſores notorij. q.5.

Abſolutiones à reſeruatis per quaſdam licentias obtentas à ſuperioribus non valẽt, niſi ſignatę ſint à Papa, vel protectore quantum ad religioſos: per Iul. III. ſic decretum fuit. q.5.

Abſolui poſſunt viatores ab omnibus peccatis, etiam Epiſcopo reſeruatis à cõfeſſarijs illic expoſitis in Paſchate. q.225.

Abſolutio facta à religioſo prohibito à ſuo Pręlato, ne amplius confeſſiones audiat, tenet. Vide in fine libri in priuilegijs ibi relatis.

Abſoluentes ab his, quæ ſunt in Bulla Cęnæ Domini, ſine autoritate, multis ſubijciuntur pœnis, quæ illic contẽta ſub pręcepto confeſſarij tenentur. q.144.

Abbreuiare vitam propter abſtinentiam an ſit peccatum ſi ad hoc fiat. q.7.

Acceptio perſonarum an ſit peccatum, & an quilibet, cui voluerit ſua bona dare poſſit. q.8.

Accipit quis ab alio frumentum, non interueniente vllo pacto de mutuo, vel emptione, quid agendum, cum magni referat ſi ſit mutuum, vel emptio tranſacto alicuius temporis ſpatio. q.343.

Accidia quid ſit, & an ſit mortale, vel veniale. q.13.

Accuſatio an ſemper in ſcriptis fieri debeat. q.9.

Accuſator an ſi in ꝓbatione defecerit ſit ſemper pęna talionis puniendus. q.10.

Accuſationem abolere quis poſſit, & an quamcunque abolere poſſit. q.11.

Accuſationes an iudex admittere ſemper teneatur in conſcientia. q.11.

Accuſare deſiſtens propter aliquod munus, an peccet, & an ad reſtitutionem accepti teneatur. q.12.

Accuſatus contra ordinem iuris negando quod fecerat delictũ, an teneatur ad aliquam reſtitutionem, ſi accuſanti aliquod proueniat damnum, vel infamia, & an mortaliter peccet. q.429.

Actualis attentio an requiratur ad conficiendum ſacramentum. q.476.

Adulatio quid ſit, & quale peccatum. q.6.

Adoratio latrię, hyperduliæ, & duliæ quid ſit, & quæ ſignificent. q.14.

Adorari an debeat vt Deus, quando in hoſtia apparet puer, & an manducari debeat illa caro. q.235. & 236.

Adorare imagines Sanctorum, & eorum reliquias, an fieri debeat, & ſimiliter

b 4 Sancti,

Digitized by Google

Sancti,& Angeli ſint adorandi.q.15.
Adorans creaturā adoratione latriæ mortaliſſimum peccatum eſt, cum ſoli Deo conueniat.q.15.
Adorare dæmonem an ſit hæreticum. q.15.
Adultera an teneatur ſe prodere, quando non reuelando magnum damnum eueniret tertiæ perſonæ.q.16.
Adulter ad quid tenetur, ſi ſit certus, quod filius adulterinus ſit ſuus.q.17.
Adultero totum reſtituēte, an adultera ſit libera, vel è conuerſo adultera totum reſtituente, an adulter ſit liber.q.18.
Aduocatus ad quæ tenetur de neceſſitate ex ſuo officio ſub mortali incurrendo.q.19.
Aduocatus in defendēda cauſa aperte iniuſta contra fiſcum, an teneatur ad reſtitutionem.q.20.
Aduocatus an poſſit in cauſa dubia patrocinari.q.21.
Aduocatus an ſuſcipiens cauſam iuſtam euidenter, peccet contra iuſtitiam, ſi vtatur mendacijs, præſentando ſcripturas falſas,& huiuſmodi.q.23.
Adminiſtrans ſacramentum matrimonij Parochus in mortali, an mortaliter peccet.101.
Aduentitia bona, de quibus filij poſſunt diſponere, quæ ſint.q. 109.
Addere, vel minuere aliquid, non mutando ſenſum in literis Apoſtolicis, an incidant in cenſuram.q.125.
Actus interior peccati, an ſit vnus, vel plures de neceſſitate confitendi, quomodo debeant conſiderari.q.173.
Affinitas an per copulam illicitam cauſetur, & per quam copulam cauſetur, & per quam non cauſetur. q.317.
Affinitas non oritur, ſi intus vir non ſeminet, licet plene ingrediatur clauſtra pudoris, tamen per hoc dicitur matrimonium conſummaſſe. q.328.
Alere an teneatur maritus parentes vxoris, vel filios ex alio matrimonio. quæſito 24.
Alienatio quid ſit, & quæ contineat ſcitu neceſſaria.q.25.
Alienare quis poſſit & quomodo, & quæ alienari poſſit, & ad quantum tempus, & pro qua cauſa,& multa alia. quæſito 25.
Alienatio an ſemper fieri debeat cum ſolemnitatibus præſcriptis: & an prælatus ſolus poſſit renunciare hæreditati patris. q.26.
Alimentorum nomine quid intelligatur, & quid pater filijs, & filij patri,& matri,& pater patri, & ſpurijs impendere debeant,& coniugibus, & ſeruis. quæſito 27.
Alimentis delicatiſſimis vti, quæ ſunt magni pretij, an teneamur emere pro vitæ conſeruatione. Et ægrotans non tenetur totum patrimoniū expendere in pretioſis medicinis. Et è conuerſo, peccaret, ſi quod eſt neceſſarium ex auaritia non emeret, ſed potius ſineret ſe perire. q.7.
Altare cuius materiæ eſſe debeat, quotuplex eſt,& quantæ magnitudinis, quot modis inſtituatur. Quis inſtituere poſſit. q.28.
Altare quomodo execratur, ita vt ſit recōſecrandum.q.29.
Amare Deum,& proximum ex charitate, quis ſit modus.q.55.
Amare Deum ob tēporale præmium, vel æternū principaliter eſt mortale peccatum, cum ſit amor ſui ipſius, & nō Dei. quæſ.56.
Amare Deum ſecundario propter bona tēporalia, & illi ſeruire non eſt malum. quæſ.56.
Amore charitatis Deum amare tenemur, & illi ſeruire, ſine vlla ſpe alicuius boni temporalis, vel æterni principaliter. q.56.
Amor Dei an requiratur, vt ſit ſuper omnia, ad veram contritionem.q.182.
Amor Dei verus requirit, vt quamlibet pœnam pati præeligat, quam minimam culpam admittere etiam venialem. quæſito 182.
Angeli noſtri cuſtodes an ſint plures, vel vnus tantum vnicuique noſtrum. quæſito 37.
Angelus ſacramenta conferre nequit, niſi Deus ſpecialiter ordinet.q.99.
Angeli propter quid hominibus in cuſtodiam aſſignentur.q.38.
Angelorum cuſtodia in quo ſtatu incipit, & deſinit.q.39.
Angeli nobis deputati, an propter noſtrā obſtinationem nos deſerant.q.40.
Angelus

Digitized by Google

Angelus noſter, licet ſit in cęlo, tamen numquam nos relinquit, quantum ad effectum, etiam exiſtentes in peccato. queſ.40.
Angeli, qui cuſtodes hominum fuerunt, an affligantur, & doleant de malis, & de damnatione cuſtoditorum. quæſit.41.
Angeli boni, an ſint magis ſolliciti pro noſtra ſalute procurãda, q̃ maligni ſpiritus ad eãm impediendam.q.42.
Angeli boni cum ſint amiciores noſtri, & fortiores dæmonib. cur permittunt nos vexari, & interdum ſuperari a dæmonibus, etiam ſanctos, cum perditio cuſtoditi eis imputari videatur.q.43.
Angelorũ collegio, an homines poſt mortem aſſumantur.q.45.
Angelorum chori ſunt nouem, an de hominibus fiat decimus. ibid.
Angelorum lapſus quanto tempore, poſt eorum creationem fuit.q.46.
Angeli in cœlo, quomodo mãducẽt Chriſtum, cum ſcriptum ſit, panem Angelorum manducauit homo.q.221.
Animas dãnandas quare Deus creat.q.30
Animarum perditio ob reprobationem à Deo factam, quomodo intelligatur, cũ videatur homo de neceſſitate damnandus.q.31.
Animæ Chriſtianorum eligendæ ad gloriam, an ſint plures, vel pauciores eligẽdis ad pœnam.q.32.
Anima per quam meditationem, erigatur ad ſpem viuam conſequendi ſuam beatitudinem.q.33.
Animæ egreſſæ de corpore, an ſtatim ſocientur ab Angelis bonis, vel malis deducendæ ſine mora ad loca eis deputata.q.34.
Anima damnata, an per ſe ipſa eat in infernum, vel a dæmonibus trahatur.q.34.
Anima purganda, an per ſe ipſa in Purgatorium vadat.q.34.
Anima purgata ab Angelis in paradiſum beata deducitur. ibid.
Anima beata poſt mortem corporis, an retineat ſcientias, & virtutes hic acquiſitas, & an illis cum delectatione vtatur. quæſ.35.
Animæ beatæ nihil erit, quod non ſit gaudij materia, & è contra, animæ damnatæ nihil erit, quod non ſit ei materia triſtitiæ. ibidem.
Animę damnatorum, an ante, vel poſt iudicium, videant Deum, Angelos, Beatos, & eorum gloriam, & beatitudinem. quæſ.36.
Animæ infantum non baptizatæ, & a corpore ſeparatæ, quam cognitionem, & quam pęnam habeant, & quid agant. quæſ.61.
Appellare an reo liceat ad ſuperiorem, & legitimum iudicem quando grauatur, & iuſtam cauſam habeat.q.47.
Appellare an liceat religioſis a ſententijs ſuorum ſuperiorum.q.48.
Appellantes ad futurum Cõcilium à mandatis Papę, & eius ſententia excommunicantur in Bulla cęnę Domini, at etiam id conſulens.q.141.
Apparẽte diabolo in hoſtia in forma Chriſti, quid faciendum.q.235.
Arra quid ſit, & an in conſcientia quis retinere poſſit, quando alter promiſſis nõ ſtetit.q.49.
Ars quæcunque ſit, exerceri poſſit ſine peccato, & eius merces cuicunque vendi poſſint ſine perſonarum diſcrimine. quæſi.50.
Ars, quæ facit cartas luſorias, taxillos, ire ſuper cordam, fucos, & alia multa, quæ ſæpe multi in malum operantur, an ſit licita.q.51.
Aſtrologia, quãdo ſit licita, vel quando ſit illicita.q.52.
Attritio orta tantum ex viribus naturę, an cum ſacramento realiter accepto, hominem iuſtificet.q.57.
Attritionẽ habere de peccatis propter pęnas inferni tantum, an ſit ſufficiens in ſacramento pęnitentiæ, vt gratiam conſequi poſſit, qui ita ad illud ſacramentum accedit.q.58.
Auaritiæ peccatum, & ſuperbiæ, an ſit, ſi quis vilis perſona, ita pecunias congreget, vt poſſit emere aliquem ſtatum, & gradum, qui ſuperet ſuam natiuam conditionem.q.54.
Auocantes cauſas beneficiales, vel decimales, vel ſpirituales, & huiuſmodi ab auditoribus, & commiſſarijs Apoſtolicis, excommunicantur.q.142.

Ballare

Digitized by Google

B

BAllare, quod latine dicitur choreas ducere, an ſit peccatũ, & quomodo ibi diabolus diuerſis modis animas decipit. quæſito 16.
Baptizare infantem prope mortem exiſtẽtem, an teneamur cum periculo propriæ vitæ. q. 59.
Baptiſmus quid ſit, an ſit ipſa ablutio. q. 60
Baptiſmi ſacramentum tria in ſe continet conſideranda, & eius diffinitio. q. 60.
Baptiſmus fluminis propriè dicitur Baptiſmus, alij verò nõ propriè, ſ. flaminis, & ſanguinis. q. 60.
Baptiſmus fluminis, ſiue aquæ qd ſit. q. 61.
Baptiſmus quãdo ſit inſtitutus, & qñ obligauit, & an ſit neceſſarius ad ſalutẽ. q. 61
Baptiſmo carentes pueri infantes damnantur ſine pœna ſenſus, & pœnam damni non apprehendunt, & non triſtantur, & quid ibi agant vbi ſunt. q. 61.
Propter puerum baptizandũ, an mater infirmãs ad mortẽ ſit ſcindẽda viuẽs. q. 62
Baptizandi an ſint pueri, vſu rationis carentes. q. 63.
Baptizati pueri infidelium contra voluntatem parentum, an ſint baptizati. q. 64.
Baptizandi an ſint pueri contra voluntatem parentum infidelium. ibidem.
Baptizandi pueri infidelium contra voluntatem parentum, cuius ætatis eſſe debẽt, vt habeant vſum rationis. q. 65.
Baptizato puero contra voluntatem parẽtum infidelium, cogi debet ad legẽ Chriſtianam obſeruandam. ibid.
Baptizato patri, vel matri infidelium, puer dari debet educandus illi baptizato. ibi.
Baptizari inuitus à nemine cogi dẽt. ibid.
Baptizandi an ſint amentes, furioſi, dormientes, & huiuſmodi. q. 66.
Baptizandi an ſint peccatores. q. 67.
Baptiſmi effectum non impedit peccatum veniale. q. 67.
Baptiſmo ſuſcipiẽdo ſufficit attritio. q. 67
Baptiſmo accepto in mortali, licet mortal. peccet, tñ ſi pęniteat gratiã recipit. ibid.
Baptizatis peccatoribus, an eis ſint imponenda opera ſatisfactoria. q. 68.
Baptizato imponendum eſt, vt reſtituat, & iniuriato ſatisfaciat, aliàs in peccato maneret. q. 68.
Baptizandi, an ſua peccata cõfiteri teneantur. q. 69.
Baptizans Petrum, credens baptizare Ioannẽ, an Petrus ſit baptizatus. q. 70.
Baptizans, & intendens ſolũ baptizare talẽ, & non aliũ, an ſit ſacrilegus. ibidem.
Baptizatus an ſibi à ſe nomẽ mutare poſſit ad libitum ſuum. ibid.
Baptizato, an oĩa peccata, quoad culpã, & pœnam ſint ſibi remiſſa. q. 71.
Baptiſmus ĩ qua ætate conferri dẽat, & qd erit de illo, q credit ſe eſſe baptizatũ, & nõ eſt, & ordinatur ad ſacerdotiũ. q. 72
Baptiſmi cæremoniæ, q̃ fiunt ante, & poſt ipſum, quot ſint, & quæ ſignificent, & an ſint de præcepto. q. 74.
Baptiſmus q̃ requirit obſeruanda poſt eius acceptionẽ ex ordinatiõe Eccleſię. q. 75
Baptiſmi ſolennitates, & illa ſacramẽtalia, an ſint de eſſentia, & neceſſitate. q. 76.
Baptizandus, an de neceſſitate requirat aliquẽ, qui eum de ſacro fonte leuet. q. 77.
Baptiſmi materia quæ ſit. q. 78.
Baptizandus puer, qui eſt in articulo mortis, & nõ eſt ibi aqua, niſi in puteo, nec habetur in quo hauriri poſſit. Quid ſit agendum. q. 79.
Baptiſmus quomodo fiat, an immerſione, vel aſperſione, vel effuſione, & an vna, vel trina fiat. q. 80.
Baptizãdus, an in toto corpore, vel in parte, ablutio, vel effuſio, vel aſperſio fieri debeat. q. 81.
Baptiſmi forma quæ ſit, quæ ab eccleſia obſeruatur, & teneamur obſeruare. q. 82.
Baptiſmus, an ſit faciẽdus cum prolatione verborũ ſimul cũ ablutione, ita vt quod verba, & ablutio ſimul concurrãt. q. 83.
Baptiſmi forma ſi alteret aliqua mutatione verborum ſit verus Baptiſmus. q. 84.
Baptiſmi formam quæ additio ſit, quæ ita eam corrũperet, vt non eſſet ſacramentum. q. 85.
Baptiſmus eſſetne verus ſi quis baptizaret in noĩe Chriſti, vel Ieſu Chriſti. q. 86.
Baptiſmus, an teneat, ſi tranſponantur verba formæ varijs modis. q. 87.
Baptizans corruptè verba proferens, an verum ſacramentum perficiat. q. 88.
Baptiſmus, an dari debeat puero in aliquo loco poſito, & neſcitur, an ſit baptizatus. q. 89.
Baptiſſmus, an dari debeat monſtro, vt qñ

ſunt

Digitized by Google

ſunt duo capita, vel duo pectora, quid ſit agendum. q. 90.
Baptiſmi qs ſit verus miniſter, & eo abſẽte qs miniſtrare poſſit ſine peccato. q. 91
Baptizans religioſus quando ſit excommunicatus. ibidem.
Baptizare nolẽs proprius ſacerdos ſine pecunia quid ſit agendũ, an dari dẽat. q. 92
Baptiſmi aqua, an emi in aliquo caſu poſſit. ibidem.
Baptizandus adultus, an aliquo caſu poſſit pecuniam dare, vt baptizetur. q. 93.
Baptizare ſeipſum, an quiſquã poſſit. ibid.
Baptizandus adultus, an ſit neceſſe, vt ad hoc intentionem habeat, id eſt accipiendi baptiſmum. ibidem.
Baptizare an plures poſſint vnum ſimul, & eodem tempore. q. 94.
Baptizare an poſſit vnus plures ſimul, & eodem tempore. q. 95.
Baptiſmi effectus quales ſint. q. 96.
Baptiſmus, an omnibus æqualem conferat effectum. q. 97.
Baptiſmus an liberet ab omni pœna pro peccatis debita, & a pœnis debitis in foro exteriori, vt pro homicidio commiſſo, & huiuſmodi. q. 98.
Baptiſmus, an liberet à conditione ſeruili, vt quãdo baptizatus eſt, non ſit amplius ſeruus. q. 99.
Baptizatus à dæmone eſt rebaptizandus, ſed ab angelo bono, ſi fiat, tenet. Veruntamen regulariter ſacramenta miniſtrare ad hominem attinet, niſi Deus ſpecialiter aliud ordinet. ibidem.
Baptiſmum accipiens, an in ipſo votũ emittat obſeruandi legem Euangelicã. q. 100
Baptizans ſacerdos in mortali, an mortaliter peccet in neceſſitate, ſine ſolemnitate. q. 101.
Baptiſmus, an dari debeat adulto muto, & ſurdo, qui eſt nutritus inter infideles, ſed videns alios baptizari, ipſe idem nutibus petit. q. 102.
Baptiſmalis cognatio ſpiritualis, quomodo contrahatur, & quid ſit neceſſe fieri. q. 103.
Baptiſmo aſſiſtentes, & non tãgentes puerum, cum baptizatur, non contrahunt ſpiritualem cognationem. q. 104.
Beneficium conferre indigno, vel digno, relicto digniori eſt mortale. q. 8.
Benedictio ante cõſummationẽ matrimonij, an ſit mortale, ſi non accipiat. q. 105
Beneficiatus ſolum titulum beneficij obtinens, ſed fructus beneficij renuncianti concedit, an teneatur officium diuinum perſoluere, vel qui fructus percipit beneficij. q. 176.
Beneficium obtinens indignus, renunciare tenetur, & fructus perceptos reſtituere. q. 195.
Blaſphemia eſt grauius peccatum, quã omnes occidere homines. q. 106.
Blaſphemia quid ſit, an ſemper ſit mortale, & an diuidat i diuerſas ſpecies. q. 107
Blaſphemia, an ſit peccatum irremiſſibile, & quæ pęnę blaſphemis debẽtur: & an ſit cum hæreſi ſemper. q. 108.
Bona quæ ſint illa, quę filij viuentibus parentibus diſtribuere poſſint ad libitum, & quæ ſint bona caſtrenſia, vel quaſi aduentitia, & profectitia. q. 109.
Bonis paternis, ſi quid filius acquiſiuit, an poſt patris obitum, illud alijs filijs ſit commune. q. 110.
Bona quæ pater expẽdit in vno filio plus quam in alijs exceſſiuè debeant computari in ſortem ſuæ legitimæ. q. 111.
Bullæ cœnæ Domini caſus an Epiſcopus abſoluere poſſit diſpenſare auctoritate cap. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. q. 113.
Bulla cœnæ Domini, quomodo intelligatur. q. 114.
Bulla cęnæ Domini prima excommunicatio quot genera perſonarum contineat, & quæ neceſſaria ſunt, vt quis iuſtè hæreticus dicatur. q. 115.
Bullæ cœnæ Domini quarta excommunicatio quæ contineat, & quæ dicuntur literæ Apoſtolicæ. q. 124.
Bullæ cœnæ Domini excommunicationẽ, an quis incurrat, ſi in literis Apoſtolicis mutet, vel corrigat aliquid minimum in grammatica falſum, non mutãs ſenſum. quæſ. 125.
Bullę cœnæ Domini quinta excommunicatio multa continet deferẽtes ad infideles, Chriſtiani nominis inimicos, quoſcunque equos, arma, & multa alia faciẽtes, incidunt in cenſuram. q. 126.
Bullæ verba illa in quinta excommunicatione quid ſignificent, quando dicit, & alia prohibita. q. 128.
Bullæ cęnæ Domini contraria priuilegia an ad præſens teneant. q. 129.

Digitized by Google

Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura deferẽdis à clericis, & penſionarijs, & militibus cum multis pœnis tranſgreſſoribus poſitis. q. 146.
Bullæ ſuperioris expoſitio. q. 147.

C

CHaracter imprimitur in confirmatione, ſi quis iteret hoc ſacramentũ, nõ fit irregularis. q. 178.
Canonici, an teneantur officium diuinum perſoluere in choro, cũ alijs canẽdo ſub pœna reſtitutionis ſtipendiorũ. q. 261.
Character qd ſit, quid ſignificet, & in quot ſacramentis imprimatur. q. 148.
Cartas luſorias facere, & vendere, an ſit licitum. q. 51.
Captiui Chriſtiani remigantes in triremibus infideliũ contra Chriſtianos an peccent, & ſint excommunicati. q. 131.
Capientes, verberantes, occidentes, incarcerantes Epiſcopos, & huiuſmodi prælatos excõicantur in Bulla cęnæ. q. 134.
Carceri tradere quis poſſit alium. q. 149.
Carceri includi quilibet ſe facere poteſt ad pœnitentiam peragendam. q. 149.
Carceri iniuſtè tradens aliquem, tenetur ei damnum, & iniuriã recõpenſare, & ſi ſit priuata perſona, capite punitur. ibid.
Carceri poſitus facere poteſt teſtm̃. ibid. Si autem eſt dãnatus pęna capitis, nihil valet, etiam ad pias cauſas. ibid.
Carceri tentus, matrimonium contrahere poteſt. ibidem.
Caracter qñ in ordinãdis imprimať. q. 411
Caſus fortuitus quis ſit; & an furtum ſit caſus fortuitus; & quando ſit pactũ de omni caſu fortuito ſe ſupponere, quomodo intelligatur. q. 150.
Caſtrenſia bona, & quaſi caſtrenſia, & aduentitia, & profectitia, quæ ſint. q. 109.
Capitulum Conc. Trid. in quo epiſcopi habent auctoritatem abſoluendi, & diſpẽſand. ſuper caſus Papales. q. 158.
Cauſæ quæ ſint, vt quis non teneatur cõfiteri ſua peccata ꝓprio cõfeſſario. q. 225
Cedens bonis pro debito incarcerari nequit. q. 149.
Cedens bonis, an licite poſſit ſibi alimẽta retinere. q. 151. & 152.
Celebrans in peccato mortali, an perdat fructum ſacramẽti, & ſimiliter in faciendo aliquo bono opere. q. 153.
Celebrãs in peccato veniali, an perdat fructum ſacramenti, & ſimiliter in faciẽdo aliquo bono opere in charitate. ibid.
Celebrans, ſi illo interim recordetur ſe nõ eſſe ieiunum, vel excõmunicatũ, ſuſpenſum, vel interdictum, vel aliquo crimine irretitum, quid agere debeat. q. 154.
Celebraturus qd ante agere dẽt, ne impræparatus iudiciũ ſibi manducet, & bibat, & ibi mira verba B. Ambroſij. q. 155.
Celebrantes ſi ſunt ab executione ordinũ ſuſpenſi, vel interdicti, vel excõicati, quã pœnam incurrunt: & qui etiam coram ſe tales celebrare faciunt, eandem pęnã incurrunt. q. 156.
Celebrans, & ignorans ſe eſſe excõicatũ, vel aliquem actũ ſolenniter faciens alicui ordini deputatum, an ĩcurrat pęnas prædictas in præced. q. & peccet. q. 157.
Celebrans excommunicatus occultus, an fiat irregularis. q. 158.
Celebrare quotidie, an teneatur ille, cui beneficium collatum eſt cum hac conditione, an per alium exequi poſſit. q. 159.
Celebrare quælibet Eccleſia collegiata in qualibet hebdomada vnam miſſam collegialiter de mortuis tenetur, & aliam de Feria, vel de Sanctis. ibid.
In capitulo noſtro generali Bononiæ celebrato 1564. fuit ordinatum, & præceptum, vt quilibet noſter conuentus Ord. Præd. curam exactam adhiberet, quod ſatisfieret pro animabus defunctorum, qui eleemoſinas reliquerunt ſecundum quantitatẽ ſtipendij relicti, prout in vnaquaque patria vſui eſt conferre. q. 159.
Clericorum appellatione qui veniant. q. 4.
Cardinales, nõ Epiſcopos captiuantes, occidentes, perſequentes, excommunicantur, ac etiam Nuncios, ac Legatos non Cardinales eijcientes a terris ſuis, & id conſiliantes, in Bulla cęnæ. q. 141.
Clerici nõ deferentes habitum, & tonſurã beneficijs priuãtur, ẽt in cõſcientia. q. 14
Clerici in ſacris ſi ſint ſuſpenſi, interdicti, vel excõicati, exercentes actus ſacros, eãdem pœnam incurrunt irregularitatis, licet non ſint ſacerdotes, non autem qui ſunt in minoribus. q. 156.
Circumſtantia ſcãdali confitenda eſt, vt ſi paterfamilias non ieiunat quando tenetur, & alij ſuo exemplo ita faciunt. Præ-

terea quando fœmina honeſta multum prouocatur ad malum, quod aliàs non feciſſet & ſimilia.q.173.
Circunſtantia interruptionis actus peccati mortalis,quàdo ſit confitenda,an ſint plures,vel vnus actus. q.173.
Circunſtantia hæc an ſit confitenda, ſi fidelis fornicetur cum infideli.q.174.
Circunſtantia,per quam venitur in cognitionem complicis peccatoris an ſit confitenda. q.175.
Circunſtantia temporis an ſit de neceſſitate confitenda,dicendo. In die feſto mortaliter peccaui.q.491.
Choreas ducere an ſit peccatum,quæ vulgo appellantur balli, vel ballare, & quomodo diuerſis modis ibi peccat. q.165.
Clericus in diſpenſandis ſuis prouentibus Eccleſiaſticis,quo fiet ne peccet. q.160.
Clericus ſi alicui fideicõmiſſario cõcredit bona ſua,vt ipſe ea tradat filio ſuo illegitimo,an mor.peccet,&teneat illa.q.161
Clericus committens homicidium ſecretũ, quid incurrat,& quibus priuetur.q.162
Clerici expoſiti non poſſunt abſoluere,niſi eos, qui ſunt eiuſdem diœceſis in qua ſunt expoſiti.q.169.
Chriſtus totus quomodo poteſt eſſe ſecũdum eius quantitatem in qualibet parte ſpeciei,cum eius corpus ſit longe maius, quam illa particula.q.231.
Cognatio ſpiritualis in ſacramento confirmationis oritur ſicut in baptiſmo. q.180
Communicare an debeat ſacerdos eum, cuius peccatum tantum in confeſſione nouit,quando ille petit.q.209.
Communio cui denegari iure poſſit.q.210
Communio an ſtatim debeat his, qui fuerunt in multis, & magnis peccatis peracta confeſſione.q.211.
Cõicare ſtatim poſt peccatum mortale,ẽt ſi ſit contritus,& confeſſus non eſt decens,niſi magna neceſſitas vrgeat.q.211
Communicare non ieiunus in eadem infirmitate pro viatico an poſſit.q.216.
Communicare in paſchate relinquens,an infra annum teneatur.q.218.
Communicare qua hora diei quis poſſit, & an pluries in die. q.219.
Communionem ſacerdos poteſt accipere tempore neceſſitatis à ſeipſo,quãdo eſt infirmus. q.219.
Cõicare ſub vtraq; ſpecie nemini licet, niſi ſacerdoti celebranti,aliàs non.q.219.
Communicare ſub vtraq; ſpecie panis, & vini,an quandoque conſueuit. q.220.
Cõmunicare ſub vtraque ſpecie, qui dixerit fideles teneri,damnatur. q.219.220.
Communicanti ſub vna ſpecie tantũ,idem gratiæ gradus datur,qui datur communicanti ſub vtraque,& ſacerdos ſumpta hoſtia gratiam recipit, nec aliam gratiã recipit ſumpto ſanguine.q.220.
Communione accepta, an ſit malum ſtatim exponere.q.223.
Cõmunionem accipere nõ præmiſſa confeſſione,& ſufficere tantũ cõtritionem, ſi quis hoc aſſerit diſputando, & defenderet,eſſet excommunicatus.q.224.
Communicare,vel celebrare non præmiſſa confeſſione peccati mortalis,quæ neceſſitas excuſare poſſit.q.225
Communicandus quale ieiunium obſeruare debet.q.226. Et inieiunus communicãs ſine cauſa mortaliter peccat.q.eod.
Communicaturus infirmum moriturum, an ſacerdos inieiunus poſſit celebrare non habẽs aliam commoditatẽ.q.227.
Cõicaturus quomodo ieiunus debeat eſſe,vel miſsã celebraturus.q.228.& 229
Cõicaturus, quomodo ſe gerere debeat, quantum ad ieiunium,quod diuerſis regionibus illud obſeruat apud nos,apud Hebræos,& apud Ægyptios.q.229.
Communicaturus ſi aliquid aromaticum acciperet ob reuerẽtiam ſacramenti ante communionem, an mortaliter peccaret. q.230.
Communicare an quis in caſu neceſſitatis poſſit accipere ab alio ſacerdote, quàm à ſuo proprio.q.238.
Communicare infirmum in extrema neceſſitate religioſus,ſi ignoranter faciat, & ſine contemptu,& ignoret pœnam, etiam non habens hanc facultatem,non incurrit cenſuram.q.238. Et priuilegio ſemper exceptuãt diem paſchatis,& in articulo mortis.
Commodauit quis amico frumentum nõ explicando,an mutuo, vel vẽdit one tradiderit, ſucceſſu tẽporis eius valor creſcit,vel decreſcit,quid agendum. q.343.
Confeſſarius an à pœnitente eleemoſynã accipere poſſit,& pœnitens eam elargiri debeat. q.164.
Confeſſio an ſit valida, quàdo quis timet, & cre-

Digitized by Google

& credit in poſterum ſe peccaturum, tamē propoſitū nō peccādi retinet. q. 166.
Confeſſio an ſit valida, ſi pęnitens non habeat talem dolorem de peccatis, vt ſit ſupra omne odibile. q. 167.
Cōfeſſio facta ſacerdoti ab ordinario expoſito, ſed prohibito à Prælato, cum ſit religioſus, an ſit valida. q. 164.
Confiteri an poſſint religioſi, pręſertim ordinis noſtri prædicatorum alijs extra ordinem noſtrum.
Confeſſiones fieri non poſſunt, tam clericorum, quam religioſorum, niſi expoſitis ab audientiam confeſſionum. q. 169.
Confiteri adinuicem ſacerdotes ſeculares non poſsūt, niſi in quantum ordinarius eis facultatem dederit. q. 169.
Confitendo mulier ſe rem habuiſſe cum perſona ſacra, an teneatur explicare ſi ſit religioſus, vel ſacerdos. q. 170.
Confitenda eſt circunſtantia notabiliter aggrauans. q. 170.
Confitenda eſt circunſtantia, quando ſponſus, vel ſponſa rem habent cum alijs, licet nō ſit perfectum adulterium. q. 170.
Cōfitendo puella, vel religioſa, quæ habet pro virgine, ſi conſenſit in mentem in actum carnalem, an teneatur ſe prodere ſi non ſit virgo. q. 171.
Confitendo quis peccatū, quo alijs nocet dando malum exemplum, an id explicarę teneatur. q. 172.
Confirmationis ſacramentum, an ſit verū ſacramētum, & à Chriſto inſtitutum, & quando, & quæ ſit eius materia. q. 177.
Confirmationis ſacramentum multiplici nomine appellatur, ſcilicet, Cōfirmatio, manus impoſitio, & Chriſma. q. 178.
Chriſma ſi non eſt conſecratum gratiam non confert, nec ſanctificationē, conſecratur quidē ab Epiſcopo licet Papa forte poſſit committere ſimplici ſacerdote, & ibi ipſius forma ponitur. q. 178.
Imprimit characterem, & qui hoc ſacramētum iterat non eſt irregularis. ibidem.
Confirmationis ſacramentum requirit de eſſentia, vt fiat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ibidem.
Confirmari, an quis antequam ſit baptizatus, poſſit, & an hoc ſacramentum confirm. conferat gratiam, & an omnes teneantur illud accipere. q. 179.
Confirmationis ſacramentum maiorem gratiam cōfert, quā baptiſmus, & quod eſt dignius ſacramentum, quam baptiſmus, & qui per contemptum non acciperet, mortale eſſet. Verum ſi per negligentiā non accipitur nō eſt mort. q. 179.
Confirmationis ſacramentum in qua ætate dari debeat, & an ſolus Epiſcopus dare poſſit. q. 180.
Confirmandus debet eſſe ſaltem cōtritus aliter peccaret mortaliter. q. 180.
Confirmandum tenēs niſi ſit cōfirmatus, non contrahit parentelam quamuis ſit ſacramētum, & qui tenet ad baptiſmū, non debet tenere ad confirmationem. q. 180. tamen non eſſet mortale.
Confirmationis ſacramentum dari debet omnibus viris, & fęminis, ſurdis, & mutis, amētibus, hermaphroditis, infirmis tunc morituris. q. 180.
Conferens ordines non chriſmato poteſt, & tenēt, ſed peccat, qn̄ id ſciret. ibidē.
Confirmans oleo præteriti anni facit contra præceptū, debet enim omni anno renouari, & vetus comburi, aliter faciens creditur peccare mortaliter. q. 180.
Confirmati tempore Apoſtolorum, demōſtrabant ſigna miraculoſa, ideo Apoſtoli non vngebant. q. 180.
Conſecrare non poteſt ſacerdos panē, & non vinum ſine peccato mortali, licet ſi conſecret ſit verum ſacramentū. q. 240
Conſecrare an quis poſſit in fermentato, vel in azymo, quomodo ſibi placeat, & quanta materia eſſe debeat q. 242.
Conſecratione facta corporis Chriſti, an maneat illud ſacramentum, donec ſpecies illę manent. q. 234.
Conſecratione facta, ſi ibi non remaneāt, niſi accidentia, quomodo ex ipſis quis nutritur, & ex ipſis aliquid generatur, vt vermes, & ſimilia. q. 223.
Conſecratione facta, vbi manent accidētia panis, & vini, cum ſubſtantia panis, & vini ſit conuerſa in corpus, & ſanguinē Chriſti. q. 233.
Conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti quis facit, Deus an ſacerdos? q. 232.
Contra conſcientiam agens an aliquo modo poſſit à peccato excuſari. q. 181.
Contra conſcientiam an agat iudex, quando ad mortem damnat innocentem, ꝓbatum nocentem per teſtes. q. 181.

Con-

Digitized by Google

Contritio an requirat habere amorẽ Dei ſuper omnia.q.182.
Contritio vera requirit, vt homo ſit paratus quamlibet pœnam ſubire, potius, quam culpam minimam committere. Idque intelligitur in communi, ſed non debet deſcendere ad pœnas particulares, qa periculũ eſſet retrocedere.q. 182
Cõtractus in carcere geſti an teneãt.q. 149
Cordis, vel funibus vti ad gradiẽdũ ſuper eas in ſublimi, an liceat.q.51.
Corpus Chriſti manducandi quotuplex modus detur.q.221.
Corpus Chriſti quomodo à nobis comedatur, an conuertatur in ſubſtantiam noſtram, ſicut alij cibi.q.222.
Corpus Chriſti, quandiu manet in ſtomacho, quando deglutitum eſt.q.223.
Crimen non dicitur manifeſtum & notorium, eo quod per teſtes probari poſſit, ſed manifeſtabile.q.210.
Copula illicita an producat affinitatem, & quæ copula ſit, quæ non ꝓducat.q.317.
Curam non habere, vt ſua familia bene viuat, & ſacramenta neceſſaria negligat, mortale eſt. q.13.
Corrigere errorem in grammatica in litteris Apoſtolicis, non mutans ſenſum an cenſuram incurrat.q.125.
Curatus exiſtens in mortali an mortaliter peccet, iungendo aliquas in matrimonio.q.101.

D.

DAmnando ad mortem innocentẽ, probatur nocentem, iudex non agit contra conſcientiam.q.181.
Dãnati an poſſint recta rõne appetere non eſſe potius, quã ſemper male eſſe.q. 183.
Debẽtiũ duplex genus, qđ bene nota. q.4.
Debitor fingens ſe pauperem, vt obtineat remiſſionem a creditoribus, vel in totũ, vel in partem, an tutus ſit in conſciẽtia. q.151.
Debeo centum Petro, & ipſe tantundẽ debet Ioanni, ſi ego ſoluam Ioanni illa cẽtum, an in conſcientia ſim liber ad reſtitutionem.q.184.
Debitor an religionem ingredi poſſit, ſi prius non ſoluat quod debet.q. 197.
Declaratio verborũ D. Auguſtini quando dicit, nullum eſſe peccatũ veniale, quin fiat mortale, dum placet.q.495.
Defendere clericum nolens, an incidat in excommunicationẽ, ſi ille percutiatur, vel occidatur.q.4.
Defenſores hæreticorum, qui ſint, & appellentur.q.118.
Defendentes libros hęreticorum quam pęnam incurrant.q.120.
Defect⁹ naturales corporis, vel animi narrare de proximo, qñ ſit mortale. q.186.
Delictum cõmiſſum an quis iuſſus ſub cẽſuris ut reuelet, quo caſu excuſari poſſit ad non reuelandum.q.459.
Delectatio de viſa muliere pulchra an cõputanda ſit inter moroſas delectationes, quæ ſunt peccata mortalia.q.187.
Dæmonem inuocare, & ab eo aliquid petere, & ſecum cõmercium habere, ſunt excommunicati. q.15.
Dæmoni immolãtes, adorantes, & fabricãtes idola, vel aliquid vt ibi ligetur, & reſpõſa ab eo quęrentes amicabiliter ſunt excommunicati.q.15.
Dæmonem inuocare, vt ille adiuuet ad cõſequendum, quod deſideratur, & docẽtes, huiuſmodi artem magicam, addiſcẽtes, libros tales tenentes, & ſimilia ad hoc pertinẽtia, tales ſunt excõicati.q.15
Dæmon cur tentauit poſitus mulierem Euam, quam Adam in ſpecie ſerpentis, & vocali locatione, & non interiori ſuggeſtione.q.188.
Dæmones an hominum cogitationes cordium cognoſcant.q.189
Dæmones an miracula facere poſſint, & quid ſit proprie miraculum.q.190.
Dæmonum illuſio eſt, quando dicitur, qđ mulieres de nocte cum Diana equitant, & ipſa Diana fuit mulier peſſima, & Herodias, & q̃ de eis dñr ſunt falſa. q.191.
Dęmones multas deluſiones operantur, vt quando dicitur, quod faciunt homines equitare ſuper beſtias, falſum eſt. Sed verum eſt, quando homines deferunt de loco ad locum. q.191.
Dæmones à corporibus obſeſſis, quomodo expelluntur. Non poſſunt cogi virtute herbarum, nec lapidum, nec carminum, nec per aliquod materiale, niſi Deus dederit.q.192.
Dæmones ſæpe fingunt ſe expelli per aliquam obſeruationem ſuperſtitioſam, vide hic multa de dæmone quid poſſit, & nõ poſſit.q.192. Diuina ſcriptura quędam continet, quæ apparent eſſe cõtra prædicta,

Digitized by Google

prædicta, vt in libro Thobiæ, quod fumus piſcis fugaret dæmonem. Vide hic ſolutionem. q. 192.
Dæmones quibus cauſis homines tentent, torqueant, & eis inſidientur. q. 193.
Dæmones an cuilibet morienti ſemper appareant. q. 194.
Denuntiationem alicuius peccati, ſi prælatus præcipiat ſibi fieri, an ſubditus teneatur, non ſeruata forma euangelica fraternæ correptionis etiam ſub excommunicatione iubendo. q. 201.
Denuntiator non tenetur probare quod defert, etiã quod non ſit fraterna. q. 201.
Denuntiare quis non debet iudici, etiã religioſo crimẽ quodcunq; ſit, ſi certo credit per correptionẽ emendaturũ. q. 201.
Deriſio an ſit mortale peccatum. Et multa dñr in hoc quæſito notanda. q. 185.
Deriſio eſt grauius peccatum, quam detractio, & contumelia. q. 185.
Detractio vt ſit mortalis an requiratur, vt dicatur de proximo aliquid, vt ſit mortale peccatum. q. 186.
Diabolus an ſit cauſa, & inſtigator omniũ peccatorum. q. 44.
Deſperare de propria ſalute, velle mori, aut deſiderare eſſe beſtia, quale peccatum ſit. q. 13.
Diſpenſare ſuper irreglari, qui in excommunicatione celebrauit, vel ſuſpẽſione, vel interdicto ad Papam ſpectat, ſed ſi res eſt ſecreta, Epiſcopus poteſt per cap. 6. ſeſſ. 24. Conc. Trid. q. 158.
Dicere proximo aliqua mala verba iniurioſa, quando ſit mortale peccatum, & multa alia notatu digna. q. 186.
Diſpenſatio iniuſta facta à Principe in lege, an ſit valida, licet ipſe mortaliter peccet. q. 195.
Diſpenſatio facta contra ius in damnum tertij, non eſt valida. q. 195.
Diſpenſatus à Summo Pontifice ſacerdos, vel qui eſt in ſacris, ut matrimoniũ contrahat, an ſit tutus in conſcientia.
Diſputare publicè cũ infidelibus an liceat. q. 198.
Dicere nollem peccaſſe, Deumque offendiſſe, ſine dolore peccati, an ſufficiat ad delenda peccata. q. 199.
Diſpenſatio in matrimonio, quomodo fieri poſſit, vt ſit legitima. q. 318. & 319.
Diſpenſatio habita à Summo Pontifice, quomodo ſit neceſſe narrare quæcũque impedimenta, aliàs ipſa diſpenſatio nõ teneret. q. 320.
Diſpenſatio ſuper impedimẽtum matrimonij quæ requirat, vt ritè, & legitimè contractus ipſius matrimonij teneat. quæſ. 320. & 321.
Diſpenſatio ſuper irregularitate contracta per homicidium, an requirat ſemper diſpenſationem Summi Pontificis. q. 418
Dolere ſe benefeciſſe an ſit mortale peccatum. q. 13.
Deum amare, & illi ſeruire propter bona temporalia, vel æterna principaliter eſt mortale peccatum, ſecundario verò minimè. q. 56.
Dolor de peccatis eſt neceſſarius ad delenda peccata, nec ſufficit ſolum dicere, Nollẽ offendiſſe Deum, & nollem peccaſse. q. 199.
Dotare filiam illegitimam an pater teneatur, & fratres. q. 27.
Duliæ adoratio quid ſit. q. 14.
Dubius in fide, an ſit hæreticus. q. 115.
Dubia quædam declarata circa quintã excommunicationem in cęna Domini, de deferentibus ad infideles quæcunque ad eorum iuuamẽ contra infideles. q. 126.
Dubia an in meliorem par ẽ ſint interpretanda, vel in deteriorem. q. 200.
Duello peracto, ſi quis eorũ percuſsus ad mortem pœniteat, & confiteatur communio dari debet. q. 211.
Duo dubia pulchra ſuper gratiam, quæ cõfertur per ſacr̃m Euchariſtiæ. q. 246.

E

Eccleſiaſticis perſonis, qui imponũt onera ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, excommunicantur. q. 139.
Ætas requiſita in filio infidelium, vt ſua ſpõtè, ad baptiſmum venire poſſit, & ẽt ad accipienda alia ſacramenta. q. 72.
Eccleſia quæcunque collegiata tenetur in qualibet hebdomada collegialiter celebrare vnam miſsam de mortuis, & aliæ de tempore, vel Sanctis. q. 159.
Eccleſia polluta quõo intelligatur. q. 363.
Eligere in prælatum indignum, vel dignũ, relicto digniori peccatũ mortale eſt, & de damno dato, tenentur electores. q. 8.
Emere rem minoris, quam valeat, pro anticipata ſolutione an liceat, vide in libro impreſso, qui eſt prima pars.

Enormis

Digitized by Google

Enormis percuſſio quæ ſit, & cui competat iudicare.q.4.
Enormis percuſſionis clerici excommunicationem quis abſoluere poſſit.q.4.
Epiſcopo an liceat de prouentibus ſuis Ecclesiaſticis dare conſanguineis, vt ſtatum ſuum natiuũ, in nobiliorẽ mutẽt. q.204.
Euchariſtiæ ſacramentum, an verè ſit ſacramentũ, & quare multis nuncupatur nominibus.ſ. Euchariſtia, Hoſtia, Sacrificium, Communio, & Viaticum. q.205.
Euchariſtiam ſumere, an ſit de neceſſitate ſalutis, de præcepto diuino realiter eam ſumere, vel de pcepto tñ eccleſię. q.206.
Euchariſtiam ſumpturus cuius ætatis eſſe debet de præcepto. q.206. & notandũ, quod ætas ſufficiens ad confitendũ, non ſufficit ad ſumendã Euchariſtiam, quæ maiorem requirit. ibidem. Et dari poſſit pueris ante annos diſcretionis: & ſi daretur, an gratiam conferret. ibid.
Euchariſtiam ſumere in articulo mortis, an ſit de præcepto. q.205.
Euchariſtia, an liceat dari amentibus, & furioſis: & in fine huius quæſiti videbis quædam valde notabilia. q.207.
Euchariſtia, an dari debeat dæmoniacis, & arreptitijs, & omnibus adultis ſanæ mẽtis, & baptizatis, & peccatoribus. q.208
Euchariſtia dari non debet publicis peccatoribus, niſi publicè conſtet emendatio, etiam in articulo mortis. q.208.
Euchariſtia, an dari debeat illi, cuius peccatum tantum in confeſſione ſacerdos nouit, ſi ipſe ſacramentum petat. q.209.
Euchariſtiã Chriſtus dedit Iudæ, quia eius peccatum erat alijs occultum. q.209.
Euchariſtia an negari poſſit publicis, & manifeſtis peccatorib. & qui ſint iſti tales, vt merito ſit neganda. q.210.
Euchariſtia, an dari debeat ſtatim peracta confeſſione his, qui fuerunt in multis, & magnis peccatis irretiti. q.211.
Euchariſtia, an ſtatim dari debeat poſt contritionem, & confeſſionem mortalis peccati. q.211.
Euchariſtia, an dari debeat ad mortẽ condemnatis, & ſuſpendendis. q.212.
Euchariſtiam miniſtrare, an liceat excommunicatis. q.213.
Euchariſtiam ſumens, credens in mortali eſſe, cum nõ ſit, an mortaliter peccet, & è contra, cum ſit in mortali non credens eſſe in mortali, an mortaliter peccet. q.213.
Euchariſtiam ſumens in mortali, mortaliter peccat, an ſit eadem ratio de peccato veniali. q.214.
Euchariſtiam ſumere periculoſum videtur, cum nemo ſciat, an ſit mortale, ideo vr̃ ſecurius ea non ſuſcipere. q.214.
Euchariſtiam videns sxiſtens in mortali, an mortaliter peccet. q.215.
Euchariſtiam tãgens, ſi ſit ſæcularis, mort. peccat, niſi è terra leuet. ibid.
Euchariſtiam per modum viatici non ieiunus ſumens, an poſſit poſt aliquot dies, idem, eodem modo iterare. q.216.
Euchariſtiam ſumere tantum in voto, non datur gratia, quæ datur, ſi realiter ſumatur: ideo infirmis omninò dari debet, vt ſalus certior acquiratur, ſi fieri poterit. ibidem.
Euchariſtiam ſæpe ſumere ex amore, an ſit laudabilius, quam ſi quis abſtineat ex timore reuerentiali. q.217.
Euchariſtiam in Paſchate non ſumens, an infra annum teneatur. q.218.
Euchariſtiam à quis accipere debeat: & ſi religioſus id faciat ſine licentia, & mortaliter peccat, & eſt excõmunicatus, non autem clerici. q.237.
Euchariſtiæ ſacramẽtum, an ſolus ſacerdos conficere poſſit. q.240.
Euchariſtiæ materia quæ ſit. q.241.
Euchariſtię quæ ſit forma tam panis, quã vini. q.243.
Euchariſtiæ fructus, qui, & quot ſint principaliores. q.244.
Euchariſtiæ ſacramentum, quomodo gratiam confert, cum qui ſuſcipit, eam habere tenetur, ſi digne ſuſcipere velit. q.245.
Euchariſtiæ ſacramentum primam gratiã in voto ipſum ſumendi confert, & ſuſcipiendo gratia augetur. q.245.
Euchariſtiæ ſacramentum eſt tantæ virtutis, vt ſi quis illud ſuſcipiat mortali ſibi incognito credens ſe eſſe contritum, illud delet. q.246.
Euchariſtiæ ſacramentum, quãdo gratiam confert? vel dum perficitur, vel dum, vt ſacrificium offertur, vel dum ipſum ſumitur, q.247
Euchariſtiæ ſacramentũ, quomodo remittit mortale peccaeum, ſi mortale eſt accedere ad ipſum cum mortali. q.248.

Euchariſtiæ effectus an per peccatum veniale impediatur,& ingreſſus regni cœlorum.q.249.
Euchariſtiæ effectus qui ſint.q.495.
Eunuchi,ſpadones,ſenes,& huiuſmodi an matrimonium cõtrahere poſſint.q.326
Excommunicatum ob percuſſionem clerici,quis abſoluere poſſit, & quomodo illa excommunicatio intelligatur.q.4.
Excommunicatus an ſemper ſit percuſſor clerici.q.4.
Excommunicationem an quis incurrat ſurripiens aliquid clerico.q.4.
Excommunicationem an quis incurrat, ſi ſe percutiat, vel faciat ſe ab alio percutere.q.4.
Excommunicationem an quis incurrat, ſi per vim à clerico aliquid auferat, etiam propriam ſuam. q.4.
Excommunicationem an quis incurrat percutiens clericum inuentum turpiter agẽtem cum ſuis attinentibus.q.4.
Excommunicationem an incurrat percutiens clericum, ſibi ſubditum ad correptionem. q.4.
Excõmunicationẽ an quis incurrat percutiens clericum,ob ſuam, & ſuorum defenſionem. q.4.
Excommunicatione an quis ligetur percutiens clericum in primo motu,non plene deliberans.q.4.
Excommunicatione an quis ligetur,ſi clericum leuiſſime percutiat, vel injciat in eum aliquid minimum.q 4.
Excommunicatus an ſit qui à clerico, vi ſurripit enſem,vel equum, vt ſe defendat ab inimicis ſuis.q.4.
Excommunicati ex percuſſione clerici,qui ſint,& qui non tenentur adire ſedẽ Apoſtol.pro abſolutione.q.4
Excommunicatus ex percuſſione clerici leuiter, vel grauiter,vel enormiter cui cõpetat iudicare, qualis ſit percuſſio.q.4.
Excommunicati ex percuſſione clerici, ſi ſint religioſi,vel tranſeuntes ad religionem abſoluẽdi ſunt à ſuis prælatis. q.4.
Excommunicati ſunt qui aliquo modo cõmercium habent cum dæmone diuerſis modis.q.15.
Excommunicationis omnes, quæ ponuntur in Bulla cœnæ Domini, exponũtur ſigillatim per multa quæſita, vſque ad vltimam,quæ eſt in q.145.
Excommunicatus minori excommunicatione celebrans nõ fit irregularis.q.148
Excommunicatus ſecretus,ob ſuam tuendam famam celebrare poteſt ſine vlla pęna.q.163.
Exorciſmus,quo Eccleſia vtitur in baptiſmo quid ſit, & ad quid vtendum id iubet. q.73.
Expoſitio Bullæ Sixti V.ſuper habitu, & tonſura à clericis deferendis,ſub pœna priuationis beneficiorum,etiam in foro conſcientiæ.q.147.
Extreme egens an poſſit iuri ſuo renuntiare,& pati potius mortem,quam alienam ſurripere.q.202.
Extreme egens poteſt per vim accipere neceſſaria ad vitam.q.202.
Extrema vnctio an ſit vere ſacramentum, & à Chriſto inſtitutum, & eius materia quæ ſit.q.250.
Extremæ vnctionis oleum an ſit neceſſe, vt ſit conſecratum, & à ſolo Epiſcopo, & ſolus ſacerdos ſit eius miniſter.q.251.
Exttremæ vnctionis ſacramentum quibus dari,vel non dari poſſit. q.251.
Extremæ vnctionis ſacramẽtum an ſit dãdum, antequam infirmus ſuſceperit cõmunionem,& an requiratur prius confeſſio, & an ſeni, tamquam infirmo ſit dandum.q.251.
Extremę vnctionis ſacramentum miniſtrare debet proprius ſacerdos, & in quo caſu religioſus non proprius miniſtrare poteſt,ne incurrat cenſuram.q.251.
Exhæredare an parentes poſſint filios, ſi contra eorum voluntates matrimoniũ, contrahant,præſertim puellæ.q.252.
Expoſitus ad audientiam confeſſionum ab Epiſcopo, niſi à ſuo prælato religioſus ſit expoſitus, non poteſt audire confeſſiones,& ſi audit,non tenet, & huius ratio redditur in priuilegio poſito in fine huius libri.q.168.
Excommunicatur qui diſputando defenderet ſufficere tantum contritionem habere ad communicandum, non pręmiſſa confeſſione.q.224.

F

Falſarius quis appelletur, vel inſtrumentorum,vel litterarum,vel eas aperiẽtes, vel litteras ſummi Pontificis corrigendo.q.376.

Famam

Famam lædens in deferendo peccato alterius ad Prælatum non ſeruato correctionis fraternæ ordine, an ad reſtitutionem teneatur, & mortaliter peccauerit. q.428.
Facere, vel vendere ea, quæ non niſi ad malum eſum ordinantur, an ſit licitum, & ſi damnum inde eueniat, an tales facientes, vel vendentes ſcientes teneantur reficere. q.51.
Fautores hæreticorũ qui ſint, & ſic appellentur. q.118.
Flamen quando applicatur baptiſmo, vt dicatur baptiſmus flaminis, qui ſignificat Spiritum ſanctum. q.60.
Feſta ab Eccleſia præcepta quomodo obſeruari debeãt, quid liceat operari, quidve nõ liceat, & multa declarãtur. q.253
Fides an neceſſaria ſit ad fructuoſam abſolutionem ſacramentalẽ, qua fide pœnitens credat certiſſimè ſe eſſe abſolutum à Deo. q.256.
Filij illegitimi an reſtituere teneãtur bona, quæ ſibi à parentibus relicta fuerint. q.455.
Filij familias de quibus bonis poſſint diſponere ad libitum ſuum. q.109.
Filius, qui bonis paternis aliquid lucratus eſt, an alijs Filijs poſt patris obitum teneatur communicari. q.110.
Filius an teneatur computare in ſortẽ ſuæ legitimæ, quod Pater pro illo plus expẽdit exceſſiue, quam in alijs filijs. q.111.
Filius non emancipatus, an teneatur ad cumulũ aliorũ fratrũ cõferre quicquid pater ei contulit poſt mortẽ patris. q.112
Filij, vel filiæ contrahentes matrimonium contra voluntatem parentum an mortaliter peccent, & quando exhæredari mereantur. q.252.
Filij naturales ſpurij, aut manzeres, nõ nati ex damnabili concubitu, an ſecundum leges ſuccedant matri, carenti legitimis ab inteſtato. q.254.
Filijs adulterinis, an vltra quintam, aliquo intuitu poſſint parentes, aliquid donare, vel legare, ſiue in teſtamento, ſiue extra teſtamentum. q.255.
Fingens ſe eſſe pauperem, vt remiſſionem à creditoribus obtineat, an ad reſtitutionem teneatur, ſi abſtineat. q.151.
Forma ſacramenti confirmationis quæ ſit. q.178.
Forma ſacramenti Euchariſtiæ tam panis, quam vini, quę ſit. q.243.
Forma ſacramentorum quæ ſit, & an mutari poſſit, vel aliquid ei addere vel minuere. q.474.
Frigiditas quomodo impediat matrimonium propter impotentiam coeundi, & quomodo iſta frigiditas intelligatur per multa notanda. Et quid ſit ipſa frigiditas. q. 323. & 324.
Fucos facere, & vẽdere an licitum ſit. q.51
Fornicatio Chriſtiani cum muliere infideli habita, an ſit hæc circunſtantia confitenda. q.174.
Furari rem ſuã, quando per viam iuris non poteſt quis recuperare, an coram Deo peccatum committat. q.257.
Fur ſi furatus fuerit frumentum tempore, quo viliori pretio emitur, & poſtea pretium augetur, qualiter reſtituere teneatur, an illo viliori, vel auctiori. q.259.
Fur an ad aliquid teneatur, ſi res pereat in manu ſua, quam furatus fuerat. q.259.
Furtum an ſit leuiſſimum omnium peccatorum, quæ fiunt contra præcepta Decalogi. q.258.
Furtum vnius, vel duorum argenteorum, an ſit mortale peccatum.
Furto patrato alicui patrifamilias, qui excommunicationem ſuper hoc obtinuit, vt qui fecerint, reſtituant, an comprehendere filios, & domeſticos domus ipſe pater intendat. q.451.
Furtum ſciens patratum, an reuelare teneatur, quando Epiſcopus generaliter excommunicat non reuelantes. q.457.
Furtum ſciens factum, an teneatur prius præmittere correptionem fraternã, antequam reuelet, quando iuſſus eſt ſub pęna excommunicationis. q.458.
Furtum factum ab aliquo famulo alicuius Domini, an alius famulus id videns, reuelare teneatur, & an peccet non obſiſtendo, & an teneatur ad reſtitutionem. q.462.

G

Gabellas imponere quis poſſit. q.123.
Gabellas exigere prohibitas à ſponte ſoluentibus excommunicatur. Ibidem.
Gabellas à ſecularibus impoſitas exigentes à ſponte ſoluentibus non clericis, an ſunt excommunicati. ibidem.
Gratiam primã nullus habere poteſt, qui

Digitized by Google

aut in re, aut in voto ſacramentum Euchariſtiæ non ſuſcipiat.q.245.
Gratiæ augmentum ſuſcipit, qui dignè ſacramentum Euchariſtiæ ſumit, primam enim gratiam ſuſcepit, quando ipſum aptauit.q.245.
Gratia quæ confertur in ſacramento altaris, quando acquiratur à celebrante, vel dum perficitur ſacramentum, vel quando offertur, vt ſacrificium, vel quando ſumitur ipſum ſacramentum.q.247.

H

HAbitum, & tonſuram clerici non deferentes priuantur ipſo facto in conſcientia beneficijs, & fructibus ex Bulla Sixti V.q.147.
Hæreticum conſtituere quid oportet adeſſe de neceſſitate.q.15.& 115.
Hæreticus an quis ſit, dubitans in his, quæ ſunt fidei.q.115.
Hæreticus interius tantum, vel exterius ſimul, quomodo intelligatur.q.116.
Hæreticis credentes, defendētes, fauentes, & huiuſmodi qūo intelligantur. q.118.
Hæreſim qñ, & qūo quis incurrat, vt cenſuris ligetur, & non ligetur, licet ſit hæreticus. Vide declarationē in hoc q.120.
Homicidium indirectè intētum, & volitū, non autem poſitiuè quale ſit.q.162.
Homicida occult⁹, irregularis, & excōicat⁹ an celebrare poſſit in aliquo caſu.q.163
Homicida captus à iudice, & ſuſpenſus an maneat liber a debito reſtituendi damnum illatum familię eius occiſi, id eſt teneantur hæredes eius.q.260.
Horas canonicas an teneatur perſoluere qui titulum beneficij ſolum habet, vel qui fructus beneficij percipit.q.176.
Horas canonicas recitare in choro cū alijs canendo, an canonici teneantur ſub pęna reſtituendi quod accipiunt, & diſtributiones.q.261.
Horas canonicas non excitātes clerici, quādo reſtituere tenentur.q.394.
Hoſtia non conſecrata pro conſecrata nūquam dari licet ſine peccato. q.215.

I

IEiuniū duplex, naturæ, & Eccleſiæ quomodo differant.q.228.
Ieiunus qualiter eſſe debeat, vt communicare, vel celebrare poſſit.q.226.
Ieiunium diuerſimode obſeruatur apud nos, & apud Hebræos, & apud Ægyptios, quomodo quis ſe gerere debeat cōmunicaturus.q.229.
Ignorantia quomodo, & quando excuſet, & quotuplex ſit.q.157.
Illegitimus filius clerici an poſſit bona patris retinere, quando pater reliquit amico ſuo, vt poſtea det filio ſuo illegitimo. q.161.
Illegitimos, an parentes educare, & alere teneantur.q.341.
Imprimentes libros hęreticorum, quas pęnas incurrant.q.120.
Impediētes eos, qui victualia Romanæ Curiæ deferunt, quomodo in cenſuram incidant, & qui ſint iſti.q.132.
Imponentes onera perſonis Eccleſiaſticis ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, excōmunicantur in Bulla Cęnæ Domini.q.139
Inimicos in noſtra oratione commendare an teneamur de neceſſitate. q.262.
Inimico an ſpecialia ſigna dilectionis debeamus oſtēdere, vltra generalia.q.263
Infamia quid ſit, & quid requiratur, vt in iudicio procedi poſſit per infamiam. q.269.& eſt duplex, iuris & facti.q.10.
Inditia quid ſint, & quæ ſufficiant, vt per ea procedi poſſit in iudicio cōtra reum. q.269.
Intentio miniſtri ſacramentorum conferendorum, cum ſit neceſſaria, qūo quis certus eſſe poterit recepiſſe ipſa ſacramenta cum falli poſſit. q.264.
Intentio miniſtri ad conferenda ſacramenta eſt neceſſaria pueris aliàs non accipiunt, ſed adultis ſupplet Deus, quantū ad gratiam, non autem quantum ad characterem, & ſacramentum.q.264.
Intentio recta miniſtri ſacramentorum an requiratur ad perfectionem eorum. q. 472.
Interrogatus reus a iudice de proprio crimine, iuridicè notorio an teneatur illud confiteri, cum certo vitæ periculo, vel grauis infamiæ. q.468.
Interrogatus reus de crimine particulari ſub iuramento à ſe perpetrato, cōtra ordinem iuris, qualiter ſe habere debeat. q.466.& 467.
Iperduliæ adoratio quid ſit.q.14.
Irregulari criminoſo implicato crimine inducente irregularitatem, an collatio beneficij facta teneat.q.163.

Iudici

Digitized by Google

Iudici Eccleſiaſtico, vel ſeculari reuelans fratri crimen occultum, & contra ordinem iuris, ad quid teneatur. q. 22.
Iudex ſecularis quando poſſit agere contra Eccleſiaſticas perſonas. q. 137.
Irregularis celebrando non incurrit aliam irregularitatem. q. 158.
Iudex damnando ad mortem innocentem probatum per teſtes nocentem, nõ agit contra conſcientiam. q. 181.
Iudex an in peccato mortali exiſtẽs peccet mortaliter alia iudicando. q. 265.
Iudex an ſuis legibus, & ſuorum prædeceſſorum obtemperare teneatur: & iuſte ſuis ſubditis relaxare pœnas debitas pro ſuis delictis commiſſis poſſit. q. 266.
Iudex videns malefactorem in anima periturum, ſi occidat eum mortem merentem, & ſi parcat pœnitentiam cum actu rum, an debeat ei vitã condonare. q. 267
Iudici an liceat occidere filios innocentes ob parentum peccata. q. 268.
Iudex quando, & qua ratione poſſit inquirere delictum per quæſtionem torturæ: & ſic inquiſitus, & interrogatus ad quid teneatur. q. 270.
Iudex an inquirere poſſit iuridice delictũ, quod via iniqua ipſi innotuit: & an ſic interrogatus reſpondere teneat. q. 271.
Iudex an teneatur prius reo notificare, qđ contra ipſum eſt infamia, vel inditia, vel ſemiplena probatio, vt ſciat ſe iuridice interrogari, vel credere teneatur iudici. q. 272.
Iudicium particulare animę egredientis de corpore an fiat à Chriſto corporaliter, vel ab Angelis animarum cuſtodibus. q. 263.
Iudicium particulare, quod fit homini in morte an fiat in inſtanti, vel intercedat aliquod ſpacium temporis. q. 274.
Iudex, cui per ſemiplenam probationẽ delatũ eſt, quod aliquis fiet teſtis furti, an eum cogere poſſit per excommunicationẽ, vt teſtificetur, & ille teneatur. q. 275.
Iudici veritatẽ explicare an reus teneatur quãdo prudẽter dubitat, an iuridice interrogetur, & procedatur. q. 464.
Iuriſdictionem ad audiendas confeſſiones non dat epiſcopus religioſis, ſed prælati eorum, cum ſint exempti, & à Sũmo Põtifice habeant. Epiſcopus vero nil aliud facit, niſi approbare quod ſint idonei. Hoc habetur in declaratione noſtrorũ priuilegiorum in fine huius libri.

L

Laudare hominem poteſt eſse bonum, & malum veniale, & mortale. q. 6.
Laudare aliquem poteſt eſse ſimonia. q. 6.
Latriæ adoratio quid ſit. q. 14.
Latrunculi an ſint idem, qđ pyratæ. q. 121.
Legatum dilatum ad ſoluendum, quomodo noceat animæ legatoris, & executores negligenter mortaliter peccant. Et non ſolum legatum eſt exequẽdum, ſed & fructus ſunt reſtituendi. q. 277.
Legentes libros hæreticorum quid incurrant. q. 120.
Legentes parum libros damnatos, puta vnã pagellã an incidãt in cẽſurã. q. 120.
Legens libros Catholicos, vbi ſunt verba hæreticorum, vel eorum annotationes, an incidat in cenſuram. q. 120.
Libri hæreticorum ſunt in duplici differẽtia. q. 120.
Libertati Eccleſiæ contrauenientes, & aliquid ſtatuentes, continentur in Bulla cœnæ Domini. q. 137.
Literas detinentes, quæ diriguntur ad ſedem Apoſtolicam pro gratia, vel fauore obtinendo, excommunicantur. q. 141
Literarum executiones impedientes, quæ ad Curiam Romanam ſpectant, excommunicantur. q. 142.
Literas alterius aperiens, an mortaliter peccet. q. 376.
Liceat ne locare oues, vt ſoluatur tantum pretij quotennis, & reddatur numerus earundem integer à conductore eiuſdẽ quantitatis, finito tempore. q. 283.
Licentia exhibita ab Epiſcopo alicui ſacerdoti fictè contra ſuam volũtatem, vt poſſit confeſſiones audire, an abſolutus ab huiuſmodi, ſit verè abſolutus. q. 303.
Locans ſe pro certa pretij quantitate per totum annum, ſi receſſerit antequam tẽpus finiatur, quid a hero petere poteſt. q. 278.
Locans opera ſua alicui familiæ ad coquẽdum panem, vel ad lauandum pannos; ſi familia creſcat, vel decreſcat, quid petere poteſt, circa pretium conuentum a principio. q. 279.
Locationis pretium an ſit augendum propter fertilitatem, vltra pactum, vel minuendum, propter ſterilitatem. q. 280.

Locans operas ſuas alteri, & non ſtat per ipſum quin ſoluat, ſed per conductorẽ eius, an à conductore mercedem exigere poſſit. q. 281.
Locans boues, mulas, oues, & ſimilia, an poſſit obligare conductorem ad reddẽdum ea ſana, & eodem numero. q. 282.

M

Maleficium an poſſit matrimonium impedire omninò, & quid ſit. q. 334. & 335.
Manus violẽta quomodo intelligatur quãdo in clericum infertur. q. 4.
Manifeſtum, & notorium non dicitur, eo, quod teſtes probare poſſint, ſed dicitur manifeſtabile. q. 210.
Mater infirmans ad mortem, & habens in ventre filium, an ſit ſcindenda, vt puer baptizetur. q. 62.
Materia ſacramenti cõfirmationis quæ ſit, & an balſamum ſit eſſentiale. q. 177.
Materia ſacramenti Euchariſtiæ panis, & vini, quæ ſit & quanta, & an in fermentato ſit neceſſe conſecrare. q. 241. & 242
Matrimonio aliquos iungendo parochus in mortali exiſtens, an mortaliter peccet. q. 101.
Matrimonium contrahentes filij, vel filiæ contra voluntatem parentum quid mereantur. q. 252.
Matrimonium contrahens poſt votum caſtitatis an peccet mortaliter, & an ſine mortali conſummare poſſit graue dubium: q. 284.
Matrimonium contrahens, an teneatur obſeruare quæcunque Conc. Trident. præcipit, & quæ ſint de neceſſitate, præſertim de bannis. q. 285.
Matrimoniũ quibus de cauſis diſſolui poſſit. q. 286.
Matrimonio contracto per verba de præſenti, an ſponſa per vim a ſponſo ſuo cognita, religionem ingredi poſſit. q. 287.
Matrimonium quomodo, ꝓpter hęreſim, vel infidelitatem diſſolui poſſit. q. 288.
Matrimonium ficte cum vna contrahens, & cum altera verè, an cogi poſſit ſub cẽſuris, vt cũ priori conſummet, cum qua ficlè contraxerat. q. 289
Matrimonia clãdeſtina an Eccleſia, & Cõcilium Trid. potuerint irritare. q. 290.
Matrimonium contrahere pręcermittendo publicas denũtiationes poſt Cõc. Trid. an ſit peccatum mortale. q. 291.
Matrimonium contrahens an teneatur habere conſenſum in copulam, vt ſit verũ matrimonium. q. 292.
Matrimonij contrahendi denuntiationes an parochus poſſit in totum, vel in partem dimittere pro ſuo arbitrio, & rationabili cauſa: q. 293.
Matrimonium conſummare contractũ coram parocho, & teſtibus, quando ſine rationabili cauſa non præceſſerint denuntiationes, an ſit mortale. q. 294.
Matrimonium conſummare ante benedictionem an ſit mortale. q. 295.
Matrimonium conſummare ante benedictionem ſi non ſit mortale, an ſit veniale peccatum. q. 296.
Matrimonio cõtrahendo debet adeſſe præſentia parochi, & teſtium de neceſſitate, ſed quomodo illa præſentia intelligatur. q. 297.
Matrimonium an teneat ſi parochus, & teſtes per violentiã ſint præſentes. q. 298.
Matrimonio contrahendo an ſufficiat præſentia parochi, etiam alieni, & teneat ipſum matrimonium. q. 300.
Matrimonium an teneat ſi contra prohibitionem ordinarij factam parocho, ne aliquos deſponſet, ipſe tamen deſponſet an ꝑ hoc iuriſdictio ſit illi ablata. q. 299
Matrimonio contrahendo inter peregrinos, vel vagantes, quis ſit parochus habendus. q. 301.
Matrimonio contrahendo debet eſſe præſens proprius Parochus, & quis condere poſſit, vt alienus ſufficiat, & ſit ſacerdos. q. 302.
Matrimonio contrahendo de licentia Parochi proprij, quilibet ſacerdos non autem Diaconus poteſt adeſſe, dummodo vſum rationis habeat, q. 302.
Matrimonia contrahendo quales teſtes eſſe debeant præſentes, cuius conditionis. q. 303.
Matrimonium an validũ eſſe poſſit ſi fiat ſine præſentia Parochi, & teſtibus poſt Conc. Trid. q. 304.
Matrimonium quomodo contrahi poſſit à Chriſtianis, qui morantur inter infideles, vbi non eſt copia parochi. q. 305.
Matrimoniũ an in aliquo alio caſu particulari, & in aliqua prouincia particulari validũ ſit, ſine Parocho, & teſtibus. q. 306.

Matri-

Digitized by Google

Matrimonium an poſſit contrahi vbi non eſt promulgatum Concil. Trid. ab his, qui recedunt à regionibus vbi erat promulgatum, idque ibi poſſit fieri ſine Parocho,& teſtibus. q.307.
Matrimonium contrahendum in regionibus vbi non eſt promulgatum Concil. Trid. quomodo contrahi poſſit. q.308.
Matrimonium contrahens per verba de futuro cum iuramento,& poſt contrahés cum alia de præſenti, qua mortua an teneatur primam ducere ob iuramentum. q.309.
Matrimonium contrahens per verba de futuro, & poſtea contrahens de præſenti cum alia, poſſit ne liberè vti matrimonio petendo,& reddendo debitum cum iurauerit, quod nullam aliam haberet vxorem,aut cognoſceret. q.310.
Matrimonium contractum propter malũ finem an ſit aliquo modo irritũ,& nullum.q.311.
Matrimonia an quis vti poſſit cum coniuge ad vitandam propriam in ſe fornicationem.q.312.
Matrimonio vti ad propriã vitandam infirmitatem, vel ad ſeruandam ſanitaté corporalé,an ſit veniale peccatũ ſalté.q.313
Matrimoniali copula vti propter delectationem tantum,an ſit peccatum,& quale mortale,vel veniale.q.314.
Matrimonij vſum qũo quis poſſit habere ſine mortali,vel veniali peccato. q.315.
Matrimonium contrahens poſt votum caſtitatis,an reddere debitum teneatur,& ſi non teneatur quid ſit agendũ. q.316.
Matrimonio quando adueniat impedimentum,& requiratur diſpenſatio,an ſufficiat quæcunque diſpenſatio,vt ſit licita, & legitima.q.318.
Matrimonium habens impedimentũ qũo in diſpenſatione fiat legitimum. q.319.
Matrimonium an tollatur per impotentiã coeũdi naturalem,& quomodo iſta impotentia intelligatur, ibique multa notanda.q. 322
Matrimonium an annulletur propter impotentiam naturalé non perpetuam,ſed téporalé,& ſi ſit ſcita an irritetur.q.225
Matrimoniũ an ſpadones, ſenes,eunuchi, & ſimiles contrahere poſſint.q.326.
Matrimonio contracto cũ huiuſmodi inhabilibus an teneat,& reſpondetur ad argumenta vtrinque facta.q.327.
Matrimonium contractum cum his,qui habent potentiam coeundi,ſed non ſeminandi in perpetum,an ſit validũ. q.328.
Matrimonio contracto per verba de pſenti, ſi vir penetrat vas mulieris,non ſeminando,dicitur conſummaſſe,& nõ poſſunt ingredi religionem.q.328.
Matrimonium ſenum an teneat, cum ſæpe id fieri videtur.q.329.
Matrimonij impedimẽtum perpetuum an poſſit eſſe reſpectu vnius perſonæ, & non alterius naturaliter.q.330.
Matrimonio ſi ſuperueniat impotẽtia perpetua,an illud annullet.q.331.
Matrimoniale debitum, vt poſſit reddi,an vterq; eorum teneatur pati aliquod medicamentum pœnale.q.332.
Matrimonium an ſit validum,ſi mulier parere nequeat,niſi cum periculo vitæ, ex aliquo impedimento.q.333.
Matrimonio diſſoluto ob maleficiũ,ſi maleficiatus contrahat cum alia, & poſtea euadat potens, an ad priorem redire teneatur. q.336.
Matrimonium an furia, & amentia impediat,ne teneat.q.337.
Matrimonio ſi ſuperueniat furia, & amentia, an ſint impedimenta propter quæ non debeat permitti,vt vſum matrimonij habeant. q.338.
Matrimonio non coniuncti amentes, an permitti poſſint,vt ſimul coeant. q.339
Matrimonium contractum ante legitimã ætatem,an ſit validum. q.340.
Matrimonio illegitimo nati,an omnes ſint illegitimi,& an tales educare parẽtes teneantur,& alere.q.341.
Materia ſacramentorum quæ ſit, & an mutari poſſit.q 474.
Miniſtrare ſacramenta an excommunicatus,ſine peccato poſſit. q.158.
Miniſtri iudicum an exequi debeant quamcunque ſententiam ab eis latam. q.345.
Miniſtrantes ſacramenta in mortali,quando,& qui peccent mortaliter. q.419.
Miniſtrans ſacramenta in mortali,an ſufficiat contritio,ne peccet. q.469.
Miniſtri ſacramentorum,ſi ſint mali,an cõferant ſacramenta.q.477.
Miraculum quid ſit, & an ea Dæmones facere poſſint. q.190.
Miracula à ſolo Deo fiunt, ad hominum

Digitized by Google

vtilitatem dupliciter. q.190.
Miracula ſunt teſtimonia veritatis prędicatæ, & quandoque fiunt ad oſtenſionem ſanctitatis alicuius hominis. q.190.
Mentiri in iudicio ſeculari, qn̄ iure interrogatur in rebus leuibus, & in ſacramentali confeſſione, an ſit mortale. q.346.
Miſſas à malis ſacerdotibus audire, vel videre, vel ab ipſis ſacramenta ſuſcipere, & eos inducere, an ſit mortale. q.347.
Miſſam celebraturus an impediatur ob nocturnam pollutionem. q.348.
Miſſam celebraturus, quæ, quot, & qualia veſtimenta habere debeat, & ſi corũ aliquod deficiat, an mortale ſit, ſi ſine eo celebret. q.349.
Miſſæ ſacrificium quæ requirat de præcepto, obſeruanda. q.350.
Miſſæ ſtipẽdium, an taxari, & ſtatui ab Epiſcopo poſſit ſub cenſuris, nemine detur pro eleemoſyna. q.351.
Miſſæ ſtipendium an clerici cogi poſſint ſub excommunicatione ne minuant de pretio ſtatuto. q.352.
Miſſæ dicendæ eleemoſynam accipiens, & multum tardans ad eam dicendam, an peccet grauiter, & teneatur ad reſtitutionem. q.353.
Miſſæ eleemoſynam accipiens duorum iuliorum, ſi det vnũ iulium alteri, vt eã dicat, & reliquum per ſe retineat, an teneatur ad reſtitutionem. q.354.
Miſſas dictas an quis poſſit applicare ei, q ad pręſens eleemoſynam tribuat. q.355
Miſſas promittens dicere, & non dicens, an peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, v.g. vnius, vel duorum iuliorum. q.356.
Miſſarum eleemoſynæ cõfeſſarijs datæ, an collegiales, & regulares retinere poſſint ſi à ſuis ſuperioribus cõceduntur. q.357
Miſſas imponere pęnitentibus, vt faciant dicere an liceat pro ſatisfactione. q.358
Miſſa incepta an ſacerdos deſiſtere poſſit, non perficiendo ſacrificium, & quando impeditur, quid & quomodo ſit agendũ, multa notanda ſunt. q.359.
Miſſam celebrando, an poſſit ſacerdos in aliquo caſu non conſecrare, vel tantum hoſtiam, & non ſanguinem, vel econtra tantum ſanguinem. q.360.
Miſſam celebrans tenetur ſub mortali ſumere hoſtiam, & ſanguinẽ: & an tenetur totam illam hoſtiam ſumere, vel poſſit aliquam particulam illius alteri tradere. q.360.
Miſſa finita, ſi aliqua particula hoſtiæ palato ſit relicta, poteſt ſacerdos pluribus vicibus vinum accipere, donec illa degluttiatur, idque magis fieri debet, quam digito tangere. q.360.
Miſſa completa, ſacerdos ſemper benedictionem dare debet, ſed ſi adſit Epiſcopus ei annuere debet, vt benedicat. Qui verò celebrat officium ſecundum ritũ Romanum non debent Miſſis mortuorũ dare benedictionẽ ſic eſancitũ. q.361
Miſſa celebranda in quo loco fieri debeat, & an vbique celebrari poſſit. q.362.
Miſsa an in omni Eccleſia celebrari liceat, & quomodo intelligatũ polluta. q.363.
Miſsa quo tempore celebrari poſſit. q.364
Miſsam celebrans ſi poſt ſumptionem corporis percipiat panẽ non fuiſse idoneũ quid teneatur facere. q.365. & ſi poſt ſumptionem vtriuſque, quid tunc. ibid.
Miſsam celebranti, ſi hoſtia ceciderit quid agendum. Si tetigerit veſtem, barbam, naſum, & ſimilia. q.366.
Miſsã celebranti, ſi hoſtia à vento, vel alio modo de altari amoueatur, quid agendum, vel ceciderit in calicem, & ſi reliquias inuenerit poſt ablutionem quid agendum. q.367.
Miſsam celebranti, ſi accidat particulam hoſtiæ adhęſiſse fortiter fundo calicis, quid agendũ, vel inuenerit aliquas particulas neſciens an ſint conſecratæ. Vel ſi hoſtia cõſecrata, fuerit ab aliquo animali comeſta quid agendum. q.368.
Miſsam celebrantis intentio ad conſecrandum plures hoſtias quomodo ſe habere debeat circa numerum certum, vel incertum, actualiter, vel intentionaliter. Conſecrare debet corpus, & ſanguinẽ, aliàs mortale eſset ſi vnum ſine alio cõſecraret. Aquam commiſcere debet ante conſecrationem, non autem poſtea ſi oblitus fuerit. q.369. & 372.
Quando vinum non fuit appoſitum per obliuionem quid fiet?
Poſt ſumptionem corporis, ſi aduertat ibi non eſse vinum quid faciendum.
Et quando velit ſumere ſanguinem, antequam deglutiat, videt eſse aquam, & non vinum quid faciendum. q.369.

Miſsam

Miſsam celebrans, ſi aduertat vinum congelatum. Si muſca ceciderit in calicem, vel aliud animal, vel venenum ibi eſse, quid agendum. q. 370.
Miſsam celebranti, ſi occurrat, vt ſanguis effundatur, quid agendum. q. 370.
Miſsam celebranti, ſi occurrat, vt ſanguis effundatur, quid agendum. q. 371.
Miſsam celebrans ſi ante benedictionem percipit fuiſse defectum panis, vel vini, ſupplere debet, ſi autẽ poſt benedictionem, nil fieri debet. q. 372.
Miſsam celebrãs, ſi non emendet defectus Miſsæ ante benedictione an mortaliter peccat: & quomodo puniri debeat, ſi ſanguis effundatur, vel hoſtiam perdiderit, & non cuſtodierit, qui cuſtodire tenetur ſacramentum. q. 373.
Miſſam celebrans, & committens præd. defectus, an teneatur ſubire pęnitentias illis taxatas, & quomodo iſtæ pęnitentię intelligantur.
An Miſsam totam quis audire teneatur vnius ſacerdotis.
Miſsa concubinarij an audiri poſſit.
Miſsas plures audire vna die vtilitas magna eſt, & ibi pulchrum exemplum.
Miſsam audire ſenſibiliter, an teneamur de præcepto.
Miſsã audiens dum confabulatur, an ſatisfaciat, ſi totum illud tps ſic cõſumpſerit.
Miſsam non audientes puellæ an mortaliter peccent.
Et qui vadit ad Miſsam ob videndam amatam mulierem, & per totam miſsam ad eam attendit an ſatisfaciet. q. 374.
Miſsæ ſtipendium quãtum eſse debeat de congruitate præſertim ſi ſacerdos ſit pauper. q. 482.
Mortui, an verè de facto aliquando apparuerint. Ibi pulchrum exemplũ. q. 375.
Mulier quando poſſit aliqua bona ſibi ſecreto reſeruare ad cautionem, ne fiſcus ob mariti delictum auferat. q. 484.
Mutuare vnam monetam, vt ei reddatur alia alterius qualitatis, an ſit licitum, & qualiter quis teneatur reddere, quod mutuo, vel alio modo acceperit. q. 342.
Mutuat quis centum aureos, valentes vndecim iulios, ſi per pragmaticam Regis augumentum in pretio fiat, vel minuatur quid ſit agendum. q. 344.
Mutilantes, verberantes, occidentes, capiẽtes, & huiuſmodi Epiſcopos, & alios Prælatos eocommunicantur. q. 134.

N

Notorium, & manifeſtum quomodo ſit dicendum. q. 210.
Notarius an conficiens contractũ palliatum, vt non videatur vſurarius mortaliter peccet, & ad qud teneatur. q. 376.
Notarij falſarij inſtrumẽta an teneant, & ſint valida, & quis talis falſarius appelletur; & quis falſarius litterarum Papæ dicatur. q. 376.
Nuntiantes infidelibus ſtatum noſtrũ Reſpub. Chriſtianæ in perniciem noſtram incidunt in cenſuram. q. 126. & 127.

O

Obliuio pęnitentiæ non inducit iterationem confeſſionis. q. 1.
Obedire an teneatur Epiſcopo mandantĩ alicui, vt ſuam det domum, vel aliquid aliud ſub pœna excõicationis. q. 377.
Obligatus pro aliquo debito, an illo non ſoluto, religionem ingredi poſſit. q. 197.
Obſtetrices neſciẽtes formam baptiſmi, peccant mortaliter, vt aliqui dñt. q. 91.
Occaſio peccandi quæ ſit illa, ſi non tollatur, abſolui non poſſit. q. 378.
Occultus homicida, vel excommunicatus, vel irregularis an pro magno dãno non incurrendo, & vitando celebrare poſſit, ſine peccato. q. 163.
Officium diuinum an Canonici teneantur perſoluere in choro cum alijs canendo ſub pęna reſtitutionis ſtipẽdiorũ. q. 261.
Operari in die feſto quid liceat, quidve nõ liceat, & ibi multa dicuntur. q. 253.
Opera noſtra an ſint ſatisfactoria pro peccatis. q. 379.
Opera in ſtatu peccati mortalis facta, an poſſint ſatisfacere. q. 379.
Operum noſtrorum valor quis ſit, ſi in peccato mortali fiant. q. 492.
Opera facta in charitate, quot bona producunt. q. 493.
Officium diuinum, an ille beneficiatus ſoluere teneatur, qui ſolum titulum beneficij habet, vel potius teneatur qui fructus illius percipit. q. 176.
Orare pro inimicis an teneamur, & quæ ſigna dilectionis oſtendere tenemur. q. 262. & 263.
Orandus an ſit Deus pro ſpiritualibus, & temporalibus conſequendis. q. 380.

Orandus

Digitized by Google

Orandus an ſit ſolus Deus.q.381.
Oratione noſtra an aliquid determinatè à Deo ſit petendum.q.382.
Orare Deum, vt nobis temporalia tribuat an decens ſit.q.383.
Orare Deũ, vt nobis temporalia tribuat, an ſit opus imperfectionis.q.384.
Orare Deum,vt ſibi,vel alijs mala pœnalia infligat,an ſit licitum.q.385.
Oratio aliqua an inueniri poſſit,per quam infallibiliter à Deo obtineamus quod cupimus obtinere.q.395.
Oratio viuentis an profit pro viuente, & quid operetur:an valeat,vt ei prima gratia detur,vel illius augumentum.q.396.
Orandum an ſit pro omnibus viatoribus vniuerſaliter,etiam pro illis,qui peccatis enormibus ſunt implicati.q.386.
Orare an ſit licitum pro his,quorum nulla ſpes eſt,vt corrigantur. q.387.
Orare an debeamus pro infidelibus, priuata,vel publica oratione.q.388.
Orare an poſſimus pro præſcitis, & reprobis.q.389.
Orare an ſit licitum pro illo, quem reprobum nouerim,Deo reuelante.q.390.
Orandum ne ſit pro illis, qui ſunt extra mundum.q.391.
Orans non ex præcepto, ſed pro ſuo libito,ſine attentione,ſponte ſic faciẽdo,an aliquo peccato peccet.q.392.
Orantes ex præcepto,nec habent es attentionem,vt qui recitant diuinum officiũ, an denuò recitare teneantur.q.393.
Oratio Dominica.Pater noſter,quomodo intelligatur. De eius dignitate,atque vtilitate,quam formam tradat,& quomodo Deus ſit orandus.q.398.
Orationis Dominicæ prima petitio. Sanctificetur nomen tuum. Quomodo intelligatur, cum illius ſanctitati nihil quiſquam addere poſſit,neq; auferre.q.399
Orationis Dominicæ ſecunda petitio. Adueniat regnum tuum,quomodo intelligi debeat.q.400.
Orationis Dominicæ tertia petitio.Fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra. Videtur enim ſuperuſla, quia volũtas Dei velimus nolimus,ſemper fit.q.401.
Orationis quarta petitio. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie;de quo pane intelligatur.q.402.
Orationis Dominicæ quinta petitio. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quomodo hæc verba intelligantnr. An ſi nõ dimittamus, ſit contra nos iſta oratio. q.403.
Orationis Dominicæ ſexta petitio. Et ne nos inducas in tentationem. Quomodo hæc verba intelligantur.q.404.
Orationis Dominicæ ſeptima, & vltima petitio. Sed libera nos à malo,a quo malo intendit nos liberari.q.405.
Oratio in Miſſa fuſa q̃bus proſit, & in Miſſa quot ſunt, quæ in ea continentur ad noſtram ſalutem conducentia. q.406.
Ordo Eccleſiaſticus an ſit vnum ſacramentum. Et in quot partes diuiditur,& quis ſit Auctor. q.407.
Ordo ſumendus, an prærequirat aliquem characterem, & ſcrutinium ſuper ordinandum,& qui ſint proprijs actus ſingulorum ordinum.q 408.
Ordines maiores in quibus differunt à minoribus.q.409.
Ordini cuilibet an imprimatur character, & det gratiam, & quæ ſit materia, & forma huius ſacramenti.q.410.
Ordinandus an debeat, & ſit de eſſentia, vt tangat inſtrumentum ſibi porrectũ, & quando character imprimatur.q.411
Ordinis ſuſcipiendi quę ſint de ſubſtantia, & quæ non ſint: & an ordines ſint conferendi ſingillatim ſuo ordine.q.412.
Ordines conferre quis poſſit, & quis non poſſit,& quis nõ poſſit ordinari.q.413.
Ordinandorum ætas, quæ ſit, & de tempore,quo poſſint ordines cõferri.q.414
Ordinari quis intendens an repelli poſſit ab Epiſcopo. Et an Epiſcopus poſſit cogere Clericos ad ordines ſuſcipiendos. q.415.
Oſcula quando ſint mortalia.q.187.
Officium diuinum an ſoluere teneatur,qui tantum titulum beneficij habet, fructus verò renuntianti conceduntur.q.176.

P

PApa quibus priuilegijs abroget contra excommunicationem Bullæ Cęnæ. q.131.
Parentes an teneantur filios illegitimorũ educare,& alere.q.341.
Paruitas materiæ an excuſet ſemper iniuſtũ faciẽdo,ne ſit mortale peccatũ.q.416
Peccatum veniale non impedit effectum

baptiſmi,

baptiſmi,neq; Euchariſtię. q.67.& 249
Peccatores an à Deo exaudiantur impetrã do aliquid, quod ipſi aſſequi deſiderat. q.397.
Peccatum an ſit vnum, vel plura, quando quis retinet alienum,vel animum occidẽdi,vel fornicandi, & huiuſmodi per totum tempus,quo ipſe perſeuerat.q.417
Peccent ne mortaliter miniſtri Eccleſiaſtici in mortali exiſtentes ſi ſacramẽta miniſtrent,ſine præuia contritione, & confeſſione.q.419.
Peccata quibus modis cognoſcenda ſint, an mortalia,vel venialia exiſtant.q.420.
Peccatum in actu commiſſum an poſſit habere plures fines intentos aliorum peccatorũ de neceſſitate confitendos.q.421
Peccato veniali adhærens ita vt velit obſtinato animo in illo mori, an poſſit ſaluari.q.494.
Peccatorum cauſa an ſit ſemper diabolus. q.44.
Percuſſor Clerici an ſit ſemper excommunicatus.q.4.
Pœnitentiæ,vel ſatisfactionis obliuio non cogit ad iterandam confeſſionem. q.1.
Per procuratorem non poteſt contrahi cognatio ſpiritualis in baptiſmo, & procurator ſi tangit puerum cum intentione cõtrahendi affinitatem,efficitur ipſe patrinus ſpiritualis,ſed ſi deſit intentio nõ contrahit.q.104.
Pertinacia qđ ſit in materia hæreſis.q.115
Peregrinos accedentes,vel recedentes, vel morantes Romæ cauſa deuotionis, qui eos vulnerant,mutilant,occidant,& ſimilia excommunicantur.q.143.
Petere à Deo temporalia an ſit opus imperfectionis. q.384.
Petere à Deo mortem propriam, vel alienam,an ſit licitum. q.384.
Petere à Deo ſibi,vel alijs mala pœnalia, an ſit licitum.q.385.
Pęna remiſſa reo à ſupremo iudice an ipſe reus maneat liber in conſcientia q.463.
Polluta eccleſia quomodo intelligatur. q.363.
Polluere Eccleſiam an poſſit quæcunq; effuſio ſanguinis,etiam modica,& ſi quis in ea polluta celebret,an irregularis fiat, & quis poſſit reconciliare,& rebenedicere eam.q.424.
Pontifici ſummo an ſemper reſeruetur diſpenſatio ſuper irregularitate contracta per homicidium.q.418.
Prælatus cogere non poteſt ſuos ſubditos, vt ſibi confiteantur peccata ſua ex Bulla Clementis VIII. q.3.
Præparatio ad celebrandum, vel communicandum,qualis eſſe debeat.q.155.
Prælati malè faciunt ſi ſe difficiles reddũt ad concedendam facultatem abſoluendi à reſeruatis ex D.Thoma. q.225.
Præcipere,& compellere ſub peccato mortali,an poſſit Prælatus,Pater,& Reſpu. vt quis pro ſalute corporis, membrum abſcindere ſibi ſinat cum ſit infirmus, & ita ſit neceſſe pro ſalute corporis. q.422.
Præſcriptio quid ſit, & an in conſcientia quis vti poſſit.q.423.
Prælatus religioſi poteſt ex cauſa prohibere illi, ne amplius confeſſiones audiat tã fratrum,quam ſecularium,ſed ſi abſolueret,teneret abſolutio. Vide in fine huius libri priuilegium noſtrum ibi relatũ.
Prælatus quot, & quos caſus ſibi reſeruare poteſt.q.3.
Profectitia bona,quæ ſint illa. q.109.
Prohibitorum tria genera. q.128.
Prohibita deferre ad infideles,an ſemper, & vbique,id intelligatur.q.128.
Priuilegia contra Bullam in cœna Domini,an nunc teneat.q.129.
Priuilegium regularibus conceſſum, per quod probatur, quod religioſus,niſi fuerit approbatus à ſuo Religionis Prælato,non poteſt audire cõfeſſiones, & abſolutio eſſet inualida, licet Epiſcopus ei ſupponat ſuas oues,quia iuriſdictionem non habet ab Epiſcopo, ſed à ſuo Prælato,qui à Summo Pontifice dimanat.Epiſcopus tantummodo declarat ipſum eſſe idoneum. Idque eſt neceſſarium ex præcepto Concilij Tridentini. Vide in fine huius libri id totũ eſſe declaratum, quod citatur in q.168.
Prouocans fęminam ad malum,quæ aliàs non erat factura,tenetur explicare in cõfeſſione talem circunſtantiam:non ſufficit dicere fornicatus ſum.q.172.
Pyratæ,qui ſint ſic appellati,& an ſint idẽ, quod latrunculi, & quando tales incidunt in cenſuram Bullæ Cœnæ Domini.q.121.

Digitized by Google

Q

QVomodo intelligantur illa verab Bullæ Cœnæ,quando dicit.Excommunicantur qui venientes ad curiam Romanam,vel recedentes,vel morantes,rapiunt, ſpoliant,detinent, verberant,interficiunt,& huiuſmodi. q.133.

Quare in ſacramento Baptiſmi iteratio inducit irregularitatem, in alijs verò minimè.q.178.

Quomodo Beata Virgo fuit ſemper virgo, & eius matrimoninm cum Ioſeph fuit verum matrimonium,tamen verum matrimonium non eſt, niſi vterque eorum in copulam conſentiat, per quod videtur mente non fuiſſe ſemper virginem, quod non eſt concedendum. q.292.

Quare Deus creat animas,quas nouit dānandas.q.30.

Quo tempore Miſſa celebrari poſſit.q.364

R

REddere hæreditatem filio ſpurio, an quis teneatur præſtita fide reddendi.q.446.

Religionem an ingredi poſſit qui debitor eſt antequam ſoluat.q.197.

Religioſi habentes animarum curam, poſſint ſuis ſubditis in Paſchate, & in mortis articulo miniſtrare ſacramenta: alijs verò excommunicationem incurrent ſi miniſtrarent,qui non ſunt ſui ſubditi. q.239.

Referentem aliquod malū de proximo ſuo qui audit, quomodo ſe habere debeat, & ad quid teneatur.q.425.

Receptatores hæreticorum qui dicuntur, & an parentem,filium, & vxorem receptantes incidant cenſuras.q.119.

Remigantes captiui Chriſtiani in triremibus infidelium contra Chriſtianos, an peccent,& ſint excommunicati. q.131.

Renuntians beneficium,retentis pro ſe fructibus, an teneatur ad ſoluendum officium diuinum, vel qui titulum habet. q.176.

Religionem an ingredi poſſit, qui iurauit deſponſare Mariam, & poſt ſponſalia, ea eum admiſit in domum ſuam,ſine copula,tamē reputati ſunt,quod inter eos interuenerint actus,qui communiter interuenire ſolent inter ſponſos.q.436.

Religioſi nō habent iuriſdictionem ab Epiſcopo,ſed à ſuo Prælato,cui cōceditur à Papa per priuilegia noſtra.Vide in fine huius libri priuilegiorum noſtrorum declarationem.

Religioſi Prælatus poteſt ex cauſa prohibere, ne amplius confeſſiones audiat, ſed ſi abſolueret,abſolutio teneret. Vide ibidem vt ſupra.

Requirere a moriente,vt ſibi reuelet ſuum ſtatum poſt mortem an liceat.q.456.

Reſarciri an poſſit alicui honor ablatus per iniuſtam operationem. q.431.

Reo appellare licet,quando grauatur iniuſte. q.47.

Reprobatio hominum,quæ ſit à Deo quomodo intelligatur.q.31.

Requiritur reſponſio ſuper hunc caſum. Petrus eſt creditor Ioannis decem ſcutorum,& ipſe Ioannes donat Petro annulum valentem tantundem pretij an poſſit per talem donationem excuſari, ne debitum Petro ſoluat. q.447.

Reſponſio ſuper quædam dubia circa furtum requiritur. q.460.

Reſponſio iterum requiritur in eadem materia furti circa multa.q.461.

Reſtituere an clericus teneatur illi,qui ipſi donauerat prædium,vt hoc titulo patrimonij ad ordines ſuſcipiendos admitti poſſit, hac tamen ſecreta inter eos conuentione facta, vt ſuſceptis ordinibus, prædium donatarij reddatur. q.426.

Reſtituere aliquid an teneatur,qui alicui aliquod membrum amputauit, ex qua mutilatione nullum temporale damnū mutilato ſubſequitur.q.427.

Reſtituere famam an ille teneatur,qui alterius delictum detulit ad prælatum, non ſeruato ordine correptionis fraternę,& an mortaliter peccauerit.q.428.

Reſtitutionem facere an teneatur ille, qui accuſatus apud prælatum,vel iudicem. de aliquo crimine,vere perpetrato, ſed contra ordinem iuris, cum teſtes nō exiſtant ſufficientes.q.429.

Reſtituere quando quis non poteſt famam alteri ablatam,an teneatur in alio genere bonorum,vt in pecunia,& huiuſmodi reſtituere.q.430.

Reſtitutioni an ſit obnoxia fœmina, quæ virgo non erat,ſed virgo putabatur ducta in vxorem a quodam viro, eam dotante duobus aureorum millibus,putāte eam Virginem eſſe.q.432.

Reſtitutioni

Digitized by Google

Reſtitutioni an maneat obnoxia mulier, receptis viginti, vel quinquaginta aureis à ſuo amaſio, dicente tãtum illi; Accipe hæc pro tuis vſibus, ſperans eius corporis copiam habiturus, non obten to quod ille cupierat. q.433.
Reſtitutioni an quis teneatur, qui rem habuit cum fœmina ſpondens eam ſe ducturum in vxorem, & ipſa affirmat ſuã virginitatem ab illo fuiſſe ſublatam, ipſe vero negat, eam virginem reperiſſe. q.434.
Reſtituere an ſtatim quis teneatur qui licitè debitum contraxit, & quomodo ſe habere debeat. q.439.
Reſtituere an quis teneatur cum iactura decentiæ ſtatus. q.438.
Reſtituere quomodo quis debeat qui diſſi pauit alienum. q.440.
Reſtituere quomodo quis teneatur, ſi creditor multum indiget, & debitor bonæ fidei, id eſt ex iuſta acceptione contraxit debitum. q.441.
Reſtituere an debitor bonæ fidei, & inculpabilis teneatur ſtatim ſi iacturam totalem ſtatus ſui incurreret. q.442.
Reſtituere an quis teneatur quando notabiliter præponeret iacturam ſtatus damno, licet notabili, quo creditor de præſenti patitur. q.443.
Reſtituere an quis poſſit ſine culpa paulatim differendo, & non totum ſimul, cũ poſſit. q.444.
Reſtitutionem facere per confeſſarios mediatores, vel prædicatores, an quis ſit ſecurus in conſcientia, quãdo debitum eſt ſecretum. q.445.
Reſtituendi in potentia an poſſit debitorẽ cogere ad alicui famulãdum, vt reſtituere poſſit. q.448.
Reſtitutionem an quis teneatur facere, quãdo præceſſit cuiuſdam ignorantia cenſus ficti: an inquam teneatur cenſus annuales receptos penſionis reſtituere. q.449.
Reſtituere, Epiſcopo præcipiente ſub cenſura infra ſex dies, an non reſtituens quocunque modo ligetur. q.450.
Reſtitutionem an facere teneantur famuli, qui aliquid diuerſis temporibus ſurripiunt de bonis Domini, eſt an mortaliter peccent. q.452.
Reſtituere an ille teneatur, qui videns aliũ ſurripere ille cuius ex officio rem cuſtodire tenetur. q.453.
Reſtituere an quis teneatur ea, quæ in teſtamento minus ſolemni, vbi deficit aliqd ſecundum ius ciuile ei relicta ſunt. quæſ. 454.
Reſtituere an teneantur filij illegitimi, quę ſibi a parentibus relicta fuerint. quæſ. 455.
Reſtituere an quis teneatur, quando per ſententiam iniuſtam datur ei dominium alicuius rei, & ita fiat in beneficijs Eccleſiaſticis. q.479.
Reſuſcitatus non tenetur ad matrimoniũ redire priſtinum ſic nec ad religionem, & ſua bona relicta re habebit, & multa alia ibi reperies, quæ ſcita ſunt deſiderabilia. q.286.
Reuelans crimen fratris iudici Eccleſiaſtico, vel ſeculari, quod eſt occultum, & cõtra ordinem iuris, ad quid teneatur. q.22.
Reuẽdere rem antequam emat, pluris, quã emerat, non mutata re, loco, & tempore, vt quidam faciunt, an liceat. q.203.
Reuelare aliquod furtum an quis teneatur quando Epiſcopus generaliter excõmunicat non reuelantes. q.457.
Reuelare furtum iuſſus ſub pœna excommunicationis, an prius teneatur præmittere correptionem fraternam. q.458.
Reuelare aliquod delictum quãdo quis iuſſus eſt ſub cẽſuris, quo caſu excuſari poſſit, vt non reuelet. q.459.
Reuelare an teneatur famulus furtum factum ab alio famulo eiuſdem domini, & an peccet, non obſiſtendo, & ad reſtitutionem teneatur. q.462.
Reus, cui pęna à ſupremo iudice remittitˈ, an maneat liber in conſcientia. q.463.
Reus an teneatur explicare iudici veritatem, quando prudenter dubitat, an iuridicè interrogetur, & procedatur. q.464.
Reus interrogatus a iudice de proprio crimine iuridicè notorio an teneatur illud fateri, cum periculo certo vitæ, vel grauis infamię. q.465.
Reus qualiter ſe habere debeat, quãdo ſub particulari iuramento interrogatur de crimine à ſe perpetrato, contra ordinem iuris. q.466.
Reus iuſtè interrogatus a iudice, qui inficiatus eſt crimen quod fateri tenebatur, ad quid tenetur. q.467.

Digitized by Google

S

Sacerdos ſolus cõficere poteſt ſacramẽtum Euchariſtię, licet ſit irretitus quibuſcunque cẽſuris, etiam degradatus. queſ. 240.

Sacramentum tantum; res, & ſacramentũ; & res ſacramenti tantũ, quomodo hæc diuiſio, & ſenſus intelligatur. q. 60.

Sacramenta miniſtrare excommunicatus, an quandoque poſſit ſine peccato, pro conſeruatione ſuæ famæ. q. 158.

Sacramentum confirmationis an ſit verũ ſacramentum, & à Chriſto inſtitutũ, & quæ ſit eius materia, & quot nominibus appelletur. q. 177. & 178.

Sacramenta miniſtrare poſſunt religioſi curam animarum habentes, in paſchate, & in articulo mortis abſque incurſione cenſuræ. q. 239.

Sacramentum Euchariſtiæ quomodo gratiam confert, cum qui ſuſcipit, eam habere oporteat, ſi dignè ſuſcipere velit. q. 245.

Sacramentum Euchariſtiæ quomodo peccatum mortale deleat. q. 246.

Sacramenta miniſtrare in mortali, ſine cõtritione, an ſit mortale peccatum, & cõfeſſio prærequiratur ad celebrandum. q. 419. & 469.

Sacramenta, quæ iterari nõ poſſunt, an iterantes, irregularitatem incurrant quorumcunque ſacramentorum. q. 468.

Sacramentum quid ſit. q. 470.

Sacramentorum genera quot ſint: & multa dubia circa ea ibi declarantur, an ſint ſeptem, & non amplius, & non minus. q. 471.

Sacramentorũ miniſtri intẽtio, an de neceſſitate requiratur ad eorum perfectionẽ, & eſſentiam. q. 472.

Sacramenta omnia an ſint à Chriſto inſtituta, & an ſint omnia verè ſacramenta, quæ Eccleſia nobis proponit, & omnia gratiam conferant. q. 473.

Sacramentorũ materia, & forma quæ ſit. Et an mutari poſſit, vel eis aliquid addere, vel minuere. q. 474.

Sacramenta nouæ legis an ſint omnia paria, vel differant inter ſe, & an omnia characterem imprimant, & quid ſit character, & quare in tribus tantum ſacramentis imprimatur. q. 475.

Sacramentum quando conficitur, an requirat actualem attentionem, & cum intentio miniſtri ſit occulta, quomodo quis certus eſſe poterit percepiſſe verè illud ſacramentum. q. 476.

Sacramenta an conferri poſſint per malos miniſtros. q. 477.

Sacramenta prębere in caſu neceſſitatis cũ periculo propriæ vitæ, an quilibet teneatur exhibere. q. 478.

Scandalum alijs præbens de mortali tenetur in confeſſione explicare. q. 172.

Semel malus, ſemper præſumitur malus. q. 251.

Semiplena probatio quid ſit. q. 269.

Seculares Principes quacumque dignitate fulgeant, in cauſis criminalibus, perſonas Eccleſiaſticas grauantes, capiendo, proceſſando, ſententiando, excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini. quæſ. 142.

Senes, eunuchi, ſpadones, & huiuſmodi an matrimonium contrahere poſſint, & ſit validum. q. 326.

Sententia iniuſta hoc eſt contra leges lata, an obliget in conſcientia, vt tam reum verè abſoluat, quam actorem iure ſuo deſpoliet. q. 480.

Sciſmaticus quid ſit, & quis talis appellari poſſit. q. 117.

Seruire Deo principaliter propter bona tẽporalia, vel æterna, eſt mortale peccatum, ſed ſecundariò non eſt malum. q. 56.

Societas officiorum, quæ Romæ originem habẽt, quas conditiones habere debent, vt ſit iuſta. Quia hac noſtra tempeſtate malè vt plurimum fit, & multæ illaqueantur animæ, ideo bene, & accurate meditentur verba hic poſita ab Illuſtriſſimo Toleto. q. 481.

Spadones, Eunuchi, caſtrati, ſenes, & huiuſmodi, an matrimonium contrahere poſſint, & ſit validum. q. 326.

Sponſa per verbà de præſenti à ſponſo violenter cognita, an religionem ingredi poſſit. q. 287.

Stipendium Miſſæ celebrandę pro eleemoſyna, quantum eſſe debeat, de congruitate, pręſertim ſi ſacerdos ſit pauper. quęſ. 482.

Suſpenſionis tract. prolixus, & neceſſarius, vbi omnes ponuntur caſus, quibus

quis

Digitized by Google

quis poteſt eam incurrere, in fine huius libri.
Superbiæ peccatum an ſit, ſi quis vilis perſona accumulet pecunias ad emendum ſtatum ſuper ſuam conditionem, vt aliis dominetur. q. 54.
Surripere an poſſit ſecretò Maria de bonis mariti iam defuncti, ad reſarciendum dãnum, pro rebus conſumptis, quas in domum contulit quando à viro ducta eſt, recipiente duo millia aureorum in dotem, & multa ſupellectilia ipſa detulit inappretiata, & maritus ei promiſit titulo arræ ter centum ducatos. quæſ. 483.

T.

TActus quando ſit mortale peccatum. q. 187.
Tangere hoſtiam cõſecratam, corporalia, & purificatoria, & calicem quis poſſit, ſine peccato, & qua occaſione. q. 240.
Tenentes libros hæreticorum, vel prohibitos, quomodo intelligatur. q. 120.
Tenetur ne Petrus ducere in vxorem Mariam Virginem, cum qua ex amore coierunt, & ſuſceperũt filium, poſtea Petrus iurauit, corã vno teſte, ipſam ducturus in vxorem, ſed poſt hæc deprehenſa incidiſſe in fornicationem eſt; his omnibus cõſideratis, an inquam ea ducere teneatur. q. 437.
Teſtatoribus an liceat, pro ſuo libito, & arbitratu relinquere bona ſua quibuſcunque voluerit ſine peccato. q. 486.
Teſtimonium duorum, vel trium in iudicio, an ſufficiat. q. 487.
Teſtes in iudicio an plures eſſe debeant, quam duo, vel tres. q. 488.
Teſtimonium falſum, an ſit ſemper mortale peccatum. q. 489.
Tyrannus requirens à Ciuitate obſeſſa aliquem ciuem ad occidendũ, aliàs, ſi non dederit, totam illam ciuitatem gladio interficiet; an ciues illi licitè eum tradere poſſint, ne tota pereat ciuitas. quæſ. 490.
Temporis circunſtantia an ſit de neceſſitate confitenda, vt quis teneatur dicere, illud peccatum in feſto die perpetraui. q. 491.
Titulum ſolum beneficij obtinens, abdicatis à ſe fructibus beneficij, an teneatur officium diuinum perſoluere, vel potius teneatur qui percipit omnes beneficij fructus. q. 485.
Tractatus pulcherrimus, & prolixus de ſuſpenſione valde neceſſarius vbi recenſentur omnes caſus, quibus quis ſuſpẽſione irretitur, in fine huius libri eſt appoſitus.

V.

VAlor operum noſtrorum quando in mortali ſumus, qualis ſit, & quid iuuet. q. 492.
Valores operum, quæ in charitate facta ſunt, quot, & quæ ſint, & qui fructus ex eis oriantur. q. 493.
Vendere rem pluris, quam quis emerat, & antequam emat reuendere, non mutata re, nec loco, nec tempore, an liceat. q. 203.
Vendere cartas luſorias, taxillos, fucos, & alia, quæ poſſunt ad malum, & bonum vſum haberi, an ſit licitum. q. 51.
Vendens triticum, cui admiſcuit glebulas terræ, vt menſura creſcat, an peccet, & teneatur ad reſtitutionem. q. 496.
Vendens rem actuali venditione, etiam ante pretij ſolutionem, an ſit vſurarius, ſi fructus rei venditæ, quia non eſt ſibi ſoluta pecunia velit fructus facere ſuos. q. 498.
Vendens oues centum incertas, id eſt, non ſignatas de grege mille ouium ſignato, & certo, ante traditionem, poſſit ſibi fructus earum facere ſuos. q. 500.
Venditor an tranſacto termino, quo pecuniam non poſſit habere rei venditæ, an fructus poſſit facere ſuos poſt moram ſolutionis. q. 499.
Veniale peccatum habens, & celebrans, an perdat fructum ipſius ſacramenti. quæſ. 153.
Veniale peccatum non impedit effectum principalem ſacramenti. q. 249.
Veniale peccatum habens, & cum ipſo moriens, an ad cęlum aſcendere valeat, cum in alia vita, culpa non remittatur. q. 249.
Veniali peccato ſi quis ita adhæreat, ita vt obſtinato animo ſic mori conſtituat, an poſſit ſaluari. q. 494.

Veniale

Digitized by Google

Veniale peccatum ait D. Aug. ſi nobis placeat, ſit mortale: quomodo hæc verba intelligantur, cum nunquam per ſe veniale ſiat mortale. q. 495.

Verberantes, capientes, occidentes, incarcerantes Epiſcopos, & alios huiuſmodi prælatos excõmunicantur in Bulla Cœnæ. q. 134.

Verba D. Ambroſij valde excitatiua his, qui ſunt celebraturi, vel Euchariſtiam ſumpturi. q. 115.

Vitam noſtram corporalem exponere pro vita ſpirituali proximi quare tenemur. q. 59.

Viſus mulieris pulchræ an ſit peccatum, & quando mortale. q. 187.

Votum an quis emittat in baptiſmo ſuſcipiendo. q. 100.

Votum religionis omnia alia vota in ſeculo emiſſa, delet, facta profeſſione. q. 197

Vſurarius an ſit ille, qui debitorem expectat vltra terminũ præfixum, ſi aliquid plus ab eo exigit ratione expectationis. q. 497

Vxorem ducere an quis teneatur illam, cui iurauit, ſi ſibi conſentiret, in vxorem duceret, ſub qua fide illi multoties conſenſit, quæ tamen ea nota infamiæ laborabat, quod ipſa ante plures dies alterius amaſij amore tenebatur. q. 435.

Digitized by Google

RESPONSA
Caſuum Conſcientiæ
R. P. F. IO. BAPTISTAE CORRADI PERVSINI.
PARS SECVNDA.

A

1 QVAERITVR *circa abſolutionem ſacramentalem, an ſacerdos abſoluere poſſit à culpa, etiãq; à pœna æterna.* A

VIDETVR non poſſe, qa virtus finita non poteſt effe ctum infinitum pro ducere. Sed culpa mortalis eſt malum infinitum, ergo virtus clauium, quæ eſt finita, non poteſt abſoluere à culpa, quæ offendit Deum, qui eſt bonũ infinitum. B

Secundò. Id, quod per ſeipſum Deus facit, nulli alteri cõmittit, ſed ſolus Deus p ſeipũ peccata dimittit, ergo per alium non dimittit. Vnde Lucæ 5. dicitur. Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus. ergo ſolius eſt Dei, non autem Sacerdotis, dimittere peccata.

Reſpondetur, cauſam effectiuam abſolutionis à culpa eſſe duplicem, ſcilicet principalem, & inſtrumentalem. Prima inquam cauſa abſolutionis à culpa eſt Deus, qui principaliter, & effectiuè, & propria autoritate omnia peccata remittit. Vnde Eſaiæ 43. Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et ratio eſt multiplex, quod ſolus Deus principaliter remittat peccata, vt notat Rainerius de Piſis, Ord. Prædicatorum in ſua Summa, verbo, Abſolutio. ex D. Thoma. Quarũ vnam tantum tangam, quæ eſt hæc. Peccatum eſt infinitum malum, ex bono, quod offenditur, vt dictum eſt, quod eſt Deus. Nam tanto culpa eſt grauior, quanto iſte, in quem peccatur, eſt maior. Sed Deus eſt infinitæ bonitatis, ergo requiritur potentia, & bonitas infinita ad remittẽdum. Cauſa verò inſtrumentalis abſolutionis à culpa eſt Sacerdos, qui non principaliter virtute clauium, in cõ

feſſione, abſoluit à culpa, ſed inſtrumentaliter. Vnde Sotus in 4. d. 20. q. 2. ar. 1. ait. Tanquam miniſter, & inſtrumentum Dei ſacerdos, dũ abſoluit, verè peccata dimittit. Nam cum Sacramentum ſit cauſa gratiæ, miniſter, dum illud applicat, miniſterio ſuo, peccata remittit. Hæc. n. fuit collectio Cõcilij Conſtan. Et re vera ipſum Euangeliũ clarè demonſtrat, cum dicit. Quęcunq; ſolueris ſuper terrã, &c. Imò ſi ſacerdos non abſolueret, falſa eſſet forma dicens. Abſoluo te. Quod autem dicit Magiſter ſent. & eius ſequaces, ſcilicet, Sacerdotem non verè abſoluere, ſed duntaxat oſtendere abſolutum, hoc eſt falſiſſimum.

Ait. n. D. Thom. d. 18. q. 1. art. 3. Quod licet quis accedat non benè diſpoſitus ad pęnitẽtiam, ſi obicem non ponat, recipit primam gratiam, ſicut per baptiſmum: Quia hoc Sacramentum non ordinatur ad remiſſionem pęnæ tantum, ſed etiam culpæ, vt baptiſmus. Idemque 3. par. q. 86. ar. 6. dicit, Quod remiſſio culpę, eſt effectus pœnitentiæ, & principalius quidem virtute clauium, & formæ abſolutionis. Ergo ſacerdos, vt miniſter Chriſti abſoluit ab omni culpa, vt ſonant illa verba formæ abſolutionis. Abſoluẽdo ergo à culpa, conſequenter etiam à pœna æterna. Et ratio patens eſt, quia cum ſacramentum gratiam conferat, remittendo culpam, tunc fit homo dignus cõſpectu diuino, atque ab inferno liber, vt illic ait Sotus. Sed de pœna æterna itidem probatur. Quia plus eſt gratiam infundere, culpamque remittere, quàm pœnam. Quæ-

A cunque cauſa poteſt primum, poteſt & ſecundum. Et vltra pęnam æternam, etiam per idem Sacramentum, remittitur ſemper aliqua pars de temporali: ſecundum contritionis quantitatem, quæ fortè tanta eſſe poteſt, vt totam pęnam deleat temporalem.

Ad primum argumentum reſpondetur, quod finitum non poteſt agere in infinitum, vt agens

B principale, ſed vt agens inſtrumentale, principalis agentis infiniti poteſt, & hoc modo abſoluit Sacerdos.

Ad ſecundum dicitur, quod remittere peccata per propriam, ſupremamque autoritatem, ſoli Deo conuenit, illius autẽ autoritati nihil derogat, imò multum honoris arrogat, quod eius miniſtri, ſicut & eius

C ſacramenta, veluti ſuæ paſſionis inſtrumenta, eundem ſortiantur effectum. Nihil enim dignitati artificis detrahitur, ſi per inſtrumenta ſuam artem exerceat. Quapropter autoritates illæ ſupra citatæ, quando dicitur in perſona Dei. Ego ſum qui deleo iniquitates veſtras. & illud Solus Deus remittit peccata, atque aliæ multæ eiuſdem tenoris, omnes

D ſoluuntur rationibus, quę ſupra adductæ ſunt.

Et quia hic tractatur de ſacramẽto pœnitentię, quod dimiſimus in primo libro noſtro impreſſo, hic referre libet, videlicet de ſatisfactione ipſius ſacramenti, quæ vulgò appellatur pęnitentia. Quando ob negligentiam illius quis oblitus fuerit, non propterea confeſſionem iterare tenetur.

Digitized by Google

Sic aiunt quidã, & ſpecialiter Caiet.in Sũmula, verb.Confeſſio.dicit: Ex ſatisfactionis defectu, nullũ ſcio caſum, quo ritè confeſſus, & abſolutus, teneatur neceſſariò confeſſionẽ iterare. Qm̃ ſine pœnitentia ſunt dona Dei.vt dr̃ ad Rom.11. Et ſi pęnitens penitus pęnitẽtiæ ſit oblitus, poteſt eo caſu, eã cõmutare in aliquid æquale, vt ipſe putat, præſumendo, iudicio ſuo, non fuiſſe, niſi tanti ponderis, & ſi fuiſſet quid grauius, ſoluet in purgatorio, niſi ex contemptu procederet, quod mortale eſſet.

2. *Quęritur an iſta forma ſacramẽti pœnitentiæ: Ego abſoluo te. ſit congrua, & vera?*

VIdetur eſſe temeraria iſta forma, & q̃nq; falſa. Quia ſacerdos nõ debet pro certo aſſerere quod eſt ſibi incertum, aliàs temerè aſſerit, ſed ſacerdoti eſt incertum, an confitens interius ſit abſolutus à Deo; ergo non debet exterius cum certitudine dicere. Ego abſoluo te.

Reſpondetur primo. Sicut Iudex abſq; temeritate auditis teſtibus, poteſt pronuntiare aliquem innocentem, licet fortè, ſecundum rei veritatem, ſit nocens, ita ſacerdos nõ temeriè abſoluit aliquem in foro pęnitentiæ, in quo pęnitenti, & pro ſe, & contra ſe credẽdum eſt. Quia nemo pręſumitur, vt ait D.Thom. ſuæ immemor ſalutis.

Secundò licet incertum ſit ſacerdoti, an ille pęnitens ſit abſolutus verè interius à Deo, tamen ipſe ſacerdos eſt certus quod ſacramẽtũ tribuit, quod poteſt peccatum remittere, & viuificare. Quia in eo cõfertur gratia, & remittitur culpa, niſi confitens obicem ponat. Tertiò dicitur. Quod ſacerdos licet cor interius nõ cognoſcat, quia id ſolius Dei eſt, tamen ſi extra videt ſigna contritionis, non errat abſoluendo, nec etiam temerariè abſoluit, cum viderit illa ſigna contritionis, quæ indicant dolorem de peccatis commiſſis, & propoſitum vlterius, vel de cætero non peccãdi. Aliàs autem, ſi ſigna contritionis, vel ſaltẽ attritionis prædicta non videt, non debet abſoluere, & ſi abſolueret, tunc temerariè & periculosè faceret. Hanc materiam declarat D.Thomas pro defenſione poteſtatis Petro traditę, & contra quorumdam errores circa formam ſacramenti pœnitẽtiæ, in feſto Cathedræ S.Petri. Hæc ſcribit Rainerius ibi ſupra in ſua ſum. verb. Abſolutio c.6.

3. *Quęritur an ſimplex ſacerdos expoſitus abſoluere poſſit ab excommunicatione maiori?*

VIdetur affirmatiuè eſſe reſpondendum. Quia ſi ſacerdos abſoluit à peccato, quod eſt maius malũ, quàm excommunicatio, ergo poterit abſoluere ab excõmunicatione, quæ eſt minus malum.

Reſpondetur primò ad argumentum, dicendo, quod etſi peccatum ſit maius malum, quam excommunicatio, non conſequitur, vt excommunicatio abſolui poſſit, ſicut & peccatum. Quia cum ſacerdos abſque iuriſdictione non poſſit abſoluere neque à peccato, neque ab excommunicatione, & iſta iuriſdictio à Prala-

Digitized by Google

to, ſiue ſit Papa, ſiue Epiſcopus, ſecundum eorum beneplacitum limitatur. Ideo ſi ſibi reſeruant abſolutionem ab excommunicatione, & non à peccato, poſſunt, propterea illa conſequentia non tenet.

De reliquo dicimus cum Syluest. verbo, Abſolutio, ab excõmunicatione. Quod excommunicatio à iure lata, & nulli reſeruata ab expoſito abſolui poteſt. Vocatur a iure, quæcumque à perpetuo ſtatuto lata eſt. à quocumque ſtatutum illud ſit. ſiue contineatur in iure communi, ſiue in extrauaganti, ſiue in legibus ſinodalibus, vel ſpecialibus. Quæ verò ab homine eſt, non eſt perpetua, ſed ſpirat cum autore. Quando verò eſt lata ab homine, non poteſt confeſſarius ab illa abſoluere, niſi de gratia ſpeciali fuerit conceſſum, vt cum excommunicatur quicunque ſciuerit, vel fecerit tale quid, ſiue ſingularis ſit. vt cum excommunicatur Petrus, reſeruata regulariter eſt illius abſolutio latori, durante illius iuriſdictione, vnde ſine eius, vel ipſius ſuperioris facultate, non poteſt abſolui. Ait ibidem Silueſt. quod tunc ille ſacerdos non abſoluit propria autoritate, vt Epiſcopus, ſed ex cõmiſſione, vt patet per D. Thom. 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 11. quam cõmiſſionem intelligo factam per ſummum Pontificem, eo ipſo, quod abſolutionem ſibi, vel alteri non reſeruat. Arguitur autem ſic. vt nunc diximus, ſi Papa, vel Epiſcopus non reſeruat de iure, ſiue in aliquo caſu, quilibet expoſitus abſoluere poteſt. Papa enim dum ſibi non retinuit, relaxare videtur. Hæc eadem Nauar. in Man.

A aſſerit cap. 27. de abſolut. excommuni. à quo fieri poſſit. Et Sotus. 4. diſt. 22. q. 3. art. 3. idem affirmat ex S. Thoma ibidem ſupra citato. & ait. quod ratio eſt clara; Quia excommunicatio, quæ eſt cenſura, quæ à iure imponitur ratione peccati, & ratione illius incurritur, ergo quantum ex natura excommunicationis, quicumq; habet iuriſdictionem abſoluendi ab illo peccato, habet iuriſdictionẽ ab-

B ſoluendi ab illa cenſura, impoſita pœnitentia: Sed non ſolum omnes Epiſcopi, verum & omnes parochiales presbyteri, imò quicunque prælatus in ſuo collegio, vel conuentu iure diuino, & ordinario, eo ipſo, quod habet iuriſdictionem in foro pœnitẽtiali, poteſt abſoluere à quocumq; peccato cuiuſcumq; generis, quia iure diuino, nullum eſt reſeruatum, niſi ab homine reſeruetur: ſcilicet à Pa-

C pa, vel Epiſcopo, vel alio prælato: ergo pariter iure diuino poteſt quicũque abſoluere à quacumque excommunicatione nõ reſeruata. Hęc ſunt verba Soti ibidem vt ſupra citati.

In articulo verò mortis à quibuſcumque cenſuris quilibet ſacerdos abſoluere poteſt.

Idemq; ipſe autor refert in excõ. 49. ſũmæ eiuſdẽ de religioſis, qui ſi quemquam excõicatum à canone,

D præterquã in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia Sedis Apoſt. cõceſſis eiſdẽ, vel à ſententijs per ſtatuta prouĩcialia, aut ſinodalia promulgatis; abſoluere præſumpſerint, excõmunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. auctoritate Sedis Apoſtolicæ duntaxat abſoluendi. Nota illud verbum, præſumpſerint.

Digitized by Google

Quia ſi ex ignorantia fieret, non inciderent.

Circa religioſos eſt nuperrima bulla præſentis Pontificis Clementis Octaui, quæ vetat omnibus religionum Prælatis, vt non poſſint numerum caſuum reſeruatorum ab eis augere, ſuper eos, qui in ſua Bulla expreſſi ſunt, niſi aliter per Capitulum Generale, vel Prouinciale viſum fuerit expedire, inter quos caſus nulla eſt excommunicatio. Quæ Bulla relata eſt in primo libro noſtro impreſſo Quæſito 17. Ac etiam ne poſſint ipſi Prælati ſuos ſubditos cogere, vt ſibi confiteantur peccata ſua.

4. *Quæritur an quilibet ſacerdos abſoluere poſſit percuſſorem clerici, & an ſemper clerici percuſſor ſit excommunicatus?*

RESpódetur, hoc Quæſitum multas requirere diſtinctiones, propterea neceſſe eſſe, vt in lógum, plus ſolito, protrahatur. Et cum Silueſt. cæteriq; id tractantes lógiores ſunt, idcirco Reuerendiſſimi Caietani cópilationem imitari decreuimus. Qui autem fuſius videre optaret, ipſum Silueſt. legat. verb. Abſolutio. & de excommunicatione 6.

Circa hanc excom. punientem ſacrilegium manus violentæ in clericum, vel monacum, ex Decreto Innoc. II. 17. q. 4. c. Si quis notabis. 7. Primò; notandum quod quia manus eſt organum organorum, appellatione manus violentæ, venit non ſolú quæcumque percuſſio, ſed etiam pulueris iniectio, vel aquę, imo & conſputio, ac violenta acceptio cuiuſcú-A que rei de manu, ſeu perſona clerici: Inſuper captio, detentio, & carcer: Non autem præcipere exilium, aut confinia, infra quæ ſe contineat: Quia in illis, violéta manus, hoc eſt, exterior violentia interuenit, in iſtis verò ſola percepti vis. Per inferentem quoque violentiam clerico, intellige, non ſolum executorem, ſed mandantem, & dantem ad hoc conſilium, auxilium, fauorem, conſenB ſum, imo ratum habentem poſt factum, ſi nomine ſuo factum eſt. Appellatur etiam à iure, in propoſito, conſentiens, ac faciens, qui cum debeat, & manifeſtè poſſit, deſinit obuiare. Et quia duplex eſt genus debentium, ſcilicet ex officio, vt officiales, & iſti proculdubio ligantur, ſi manifeſtè poſſunt obuiare, & non curant: Vel ex caſu neceſſitatis, quo tenemur ſuccumbentem oneri C ſubleuare, cum non ſit alter ſubleuans. Et iſti ſi manifeſtè poſſunt, ex interpretatione iuris, ligantur: vt patet in cap. Quantæ, de ſenten. excommunicat. Crediderim ego iſtos tunc tantum ligari, cum ex intentione nolunt obuiare, cognoſcentes ſe abſque periculo, & damno poſſe obſtare: tales enim inexcuſabiles ſunt à cóſenſu; ex quo neceſſitatis arD ticulus obligat eos ad obſtádú, ſicut officiales obligat debitú ſui officij.

Secundò nota quod violentia diſtinguitur ab actibus ſubdolis, fraudolentis, & huiuſmodi, & rapina diſtinguitur à furto, ideo licet manus violenta eſſet, ſi quis vi acciperet aliquid, quod tenet clericus in manú, ſeu in perſona; non tamen eſſet manus violenta, ſi quis furtò tolleret,

nũmos ex loculo geſtato à clerico. Et ſimiliter ſi quis cingulum, quo actualiter cingeretur, furtiuè tolleret: etiam ſi præciſio interueniat, quoniam præciſio illa non violenta, ſed furtiua eſt.

Tertiò, nota quod violentia, hoc in loco, plus denotat, quam ſignificet: nam licet ſignificet quod fit in inuitum, quia hoc propriè eſt violentum, intelligimus tamen per hoc etiam iniurioſam manum: Ita quod licet clericus conſentiat, vt verberetur, ſi iniurioſa eſt verberatio, excommunicatus eſt verberans. Et hinc reſpondetur quæſito; an monialis procurans abortum potione, vel phlebotomia, incidat in hunc canonem. Dicitur enim quod non incidit: Quia manus hæc, licet ſit violenta naturæ, non tamen eſt violenta perſonæ conſentienti, nec eſt iniurioſa ſtatui Eccleſiaſtico.

Quartò nota quòd manus violenta poteſt eſſe ſacrilega duplici ratione: vel abſolutè, vel ex iuris poſitione. Appellatur autem, & eſt ſacrilegium abſolutè iniqua percuſſio clerici. Vocatur verò, & eſt ſacrilegium ex iuris poſitione. Clerici merentis mille mortes occiſio per ſententiam Iudicis laici: hoc enim, & ſimilia, quæ ſecundum ſe, ſunt iuſta: & ſunt mala ſolum quia prohibita ex iure poſitiuo: ſacrilega quidem ſunt, ſed ex poſitiuo iure originem trahentia: Et hoc modo ſacrilegium eſt, ſi monacus cauſa correctionis verberatur per laicum: aut neceſſitate non vrgente, per alium clericum, vel monacũ ab Abbate. vt in cap. Vniuerſitatis, de ſenten. ex- A communic. In præſenti igitur cenſura, ſacrilegium ſumitur vtroque modo, ita quod excommunicationi ſubiacet manus violenta ſacrilega, ſiue abſolutè, ſiue ex iuris poſitione, & propterea quæcumque zelo iuſtitiæ laicus homo, vel dominus moueatur contra clericum peſſime meritum, non excuſatur à ſacrilegio manus violentæ, niſi in caſu ſibi à iure B permiſſo. Permitti autem creditur à iure officialibus laicis capere, ac detinere clericum, præſentandum quam citius ſuo Prælato, inuentum in crimine patrato, vel patrando. Et nihilominus cuilibet, cuius intereſt, permittitur recuperare violenter à clerico res furto ablatas, vel raptas, antequam fur, vel latro ad alia diuertat, hoc eſt, antequam adipiſcatur poſſeſſionem quaſi quietam rerum C ablatarum: ſicut etiam licitum creditur debitorem clericum fugientẽ, vel fugam parantem, detinere, præſentandum ſuo Prælato. In his enim & ſimilibus, cum conſtet ſacrilegium non interuenire ex natura facti, quia non ad iniuriam clerici, ſed ad iuſtitiam tenditur, & ex poſitiuo iure non ſit prohibitio, non eſt locus ſacrilegio.

D Quintò nota caſum, in quo manus violenta in clericum, verè ſacrilega non punitur hac excommunicatione, & eſt, ſi clericus turpiter operans cum vxore, matre, filia, vel ſorore inuentus percutitur. vt patet, in cap. ſi verò, de ſenten. excommunic. Percutiens enim ex vindicta, licet mortaliter peccet, & ſacrilegus ſit, iure tamen humano compatiente iuſto dolori impunis euadit.

Si

Digitized by Google

Si tamen dolus interueniat, puta quia vir conſenſit, vt vxor clericum admittat ad hoc, vt percutere eum poſſit, excommunicatus eſt, percutiendo, quia dolus interueniés compaſſionem legis tollit.

Sextò nota, manum violentam in clericum non ſacrilegam, quinq; modis inueniri. Primus eſt, cum eſt ſacra. vt puta cum correctionis cauſa ab habente legitimam poteſtatem legitimè exercetur. Sic enim Epiſcopus per clericum, inferiores verò Prælati per ſe ipſos clericũ verberant, detinent, aut capiunt per quoſcumque. Et ad hunc modum ſpectat verberatio, qua naturalis pater filios clericos corripit: & magiſter diſcipulos, & maiores, ſeu ſeniores eccleſiæ pueros, & clerici officiantes eos, qui perturbant diuini officij cultum. Et ſicut ſacra eſt eorum correctio, ita ſacrilega efficeretur eorundem actio, ſi ex odio, & iniquitate eoſdem clericos verberarent, ac per hoc eſſent excommunicati.

Secundus modus eſt, quando eſt licita, vt cum quis defendendo ſe, aut ſua, aut alios, vim vi repellit, cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Nec arctatur licita hæc defenſio ad caſum, quo inuaſus nõ poteſt aliter ſe, aut ſua, aut alios ſaluare: ſed rationabiliter extéditur etiam ad caſum, in quo tamẽ vituperabiliter fugiẽdo poſſet ſe ſaluare, quia non tenetur ignominioſam fugam pati laicus à clerico inuaſore, ſed poteſt ſuum ſaluando honorem, ſicut & cæteras res vim vi repellere. Non intelligas tamen licere ei propter hoc, acceptare A duellum à clerico diffidante illum: Quia aliud eſt velle pugnare, & aliud eſt ſe, & ſua tuendo, contra clericum non minis; ſed facto inuadentem pugnare. Et, ad hanc licitam defenſionem reducuntur ſuperius dicta in tertio notabili de captione licita, quoniam in defenſionem iuſtitiæ fiunt. Et cum non minus caſtitatem, quam reliqua bona tueri debemus, ſi mulier, aut puer B impetatur de turpitudine à clerico, & pro euadendo moleſtiam, non verbo, ſed facto inuadentem percutit, aut mordet, quia nec fugere licet, ne clamare poteſt, aut infamiam putat, nullam incurrit cenſuram, quia defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, tali ſexui, & ætati videtur conuenire. Etſi exceſſus interueniret, exemptus eſt à canóne, qui excuſat patrem, maritum, C fratrem, & filium, vt prædictum eſt. Et multo magis excuſat agentem pro perſona propria in materia turpitudinis iniurioſæ. Si enim mihi licet impunè percutere iniuriantem mihi in turpitudine meorum, multo magis impunis ſum percutiens iniuriantem mihi in turpitudine propriæ perſonæ. Et ſicut C ſufficit ibi inchoatio actus, ita hic: qui enim attentat violare, iam turpem actum inchoat.

Tertius modus eſt, cum manus violenta eſt imperfecta ex defectu deliberationis, vt contingit in primis motibus. Si quis enim abſque deliberatione, ex ſubita paſſione, manum in clericum inijcit, ita quod aduertens quid facit, retrahit manũ, non eſt excommunicatus, quia ma-

Digitized by Google

nus violenta non eſt perfectè actus humanus, ac per hoc, non eſt ſacrilega, niſi imperfectè: ſicut primus motus adulterij eſt adulterium. Eodem modo imperfectum. Excommunicatio autem hęc pręſupponit ſacrilegium ſimpliciter, & non ſecundum quid tantū, quale eſt hoc, & ad hunc modum reducuntur percuſſiones, tā defenſiuæ, quam correctiuæ, quando modicum exceſſiuę ſunt, quia nō ex deliberatione fit exceſſus ille, ſed quaſi ex impercepta paſſione impellente.

Quartus modus eſt, cum violenta manus eſt imperfecta ex defectu exterioris actus, puta quia tam leuis, ac leuiter iniecta eſt, vt pro nulla habenda ſit. Et ut vno verbo dicatur, quando manus violenta eſt ita leuis, vt ſi eſſet in laicum non conſtitueret peccatum mortale: propter hoc, quod eſt in clericum, non ſubiacet huic excommunicationi. Et ratio eſt, quia non eſt ſacrilegium; Canon autem iſte expreſſe ſupponit ſacrilegium, ſecundum completam ſacrilegij rationem, & non ſecundum quid, quale eſt veniale ſacrilegium, vt ſic liceat loqui.

Hic ego adijciam hæc pauca. Cū excommunicatio ſemper peccatum mortale ſupponat, quotieſcunque actus ille, etiam quod ſit leuis, ex parte inijcientis fiat, vt iniuriam notabilem inferat, credo illum in hunc canonem incidere. aliàs minimè, quia magis animus, quàm actus attenditur. Ideò dicitur. Suadente, &c.

Quintus modus eſt, cum manus violenta eſt imperfecta ex defectu formæ, hoc eſt, intentionis, vt ſupra

A proximè diximus, quia ſcilicet non per ſe intenditur: ſiue quia violentia non intenditur: vt cum quis caſtigando clericum, modum excedit ex imprudentia, putans non excedere, ſiue quia non intenditur, quod ſit in clericum: vt cum ex ignorantia clericus percutitur, aut capitur, quoniam per ſe loquendo, non incurritur ſacrilegium, niſi ſub intentione cadat. Et hoc intellige, niſi i-

B gnorantia reducat, vt culpabilis, actū in naturam ſuæ formæ, vt quia debuit, & potuit ſcire, & non curauit, tunc enim nullo modo excuſatur.

Et ad hunc modum reducuntur caſus omnes, in quibus non formaliter, ſed materialiter tantum, manus violenta in clericum inijcitur, vt cōtingit officiali principis arcenti turbam, in qua ſunt clerici. Ad hunc e-

C tiam modum reducuntur caſus, quibus abſque animo iniuriandi violentia rationabiliter infertur clerico: vt ſi quis fugiens perſequentes clericū ex caballo neceſſario fugienti tollat, vt velociter ſe ſaluet. Sicut enim non eſt reus rapinæ equi, ita nec violentiæ ſacrilegæ. Quia non animo iniuriandi, ſed neceſſitate ſe ipſum ſaluandi, totum fit in caſu defenſionis, in quo ſi lex viua adeſſet, ceſſare

D ſe diceret. Et ſimile eſt, ſi in caſu defenſionis occurrentem gladium de latere clerici tolleret, vt tueri ſe poſſet.

Septimò, nota appellatione clerici, ſeu monachi, venire non ſolum omnes habentes primam tonſuram, & omnes vtriuſq; ſexus profeſſos aliquam approbatam religionem, ſed

Digitized by Google

etiam earundem religionum nouitios, & conuerſos: hoc eſt qui ſe, & ſua, mutato habitu, alicui religioni perpetuò dedicauerunt. Et hoc intellige, niſi ſint priuilegio clericali priuati, vt ſunt Apoſtatæ, ſeu enormitatibus ſæuis vacantes, & cętera.

Tertianorum autem genus, qui ſcilicet vocantur de tertio habitu alicuius religionis, ex hoc ſolo, quod ſunt tertiani, non gaudent hoc priuilegio, quia nec ſunt religioſi, cum non habeant ſolemnem profeſſionem, qua religioſi a non religioſis diſtinguntur, nec conuerſi religionis, nec nouitij religionum, nec clerici ſunt. In iure autem quatuor hæc genera tantum ponuntur, vt patet in tuenti.

Demum circa calcem huius canonis, vbi reſeruatur Papæ abſolutio ab hac cenſura: ſcito tria exceptionum genera habere hic locum. Primum ex qualitate facti: ſecundum ex qualitate perſonarum: tertium ex accidente impedimento. Ex qualitate quidem facti; nam tripliciter inuenitur manus hæc violenta. Quandoque enim eſt iniuria leuis, quandoque grauis, quandoque enormis. Et ſi eſt leuis, poteſt Epiſcopus abſoluere. Si grauis, vel enormis, papæ, vel legato de latere regulariter reſeruatur abſolutio. Diſcernere autem, & iudicare leuem, vel grauem, aut enormem ad iudicem, hoc eſt Epiſcopum, pertinet. Et de enormi iniuria, ex iure canonico manifeſtum eſt, mul-

A tipliciter inueniri. Primo ex magnitudine facti, vt ſi peruentum eſt ad mutilationem membri, aut ſanguinis effuſionem, quæ abundantiam ſignificare videtur, aut graue vulnus. Secundò ex perſona læſa, vt ſi in Epiſcopum, aut Abbatem, & huiuſmodi. Tertiò ex perſona lædente, vt ſi laicus officialis authoritatiuè percutiat clericum. Quartò ex ſcandalo, vt

B ſi monachus percutiat clericum ſecularem, quod ponderabis. Ex iure verò ciuili, & Doctoribus ſuper additis, ex perſona læſa. Si Sacerdos ſacris veſtibus indutus percutiatur: & ex irreuerentia, vt ſi in conſpectu prælati percuſſio fiat. Ex loco, vt ſi in Eccleſia, vel in platea. Ex loco vulneris, puta ſi vulneratus ſit in oculo. Et ex notorio, & ſpecialiter temporis, puta

C magnæ feſtiuitatis. Ex qualitate verò perſonarum. Nam puerorum infra pubertatis annos exceſſus quicunque commiſſus, & mulierum, poteſt ab Epiſcopo ſemper abſolui, etiamſi pueri poſt pubertatem abſolutionem petant. Similiter religioſi in clauſtro ſe inuicem percutientes, & ij, qui ad religionem tranſeunt, niſi difficilis,

D & enormis fuerit exceſſus, vt mutilatio, aut effuſio ſanguinis, aut in Epiſcopum, vel Abbatem fuerit, cap. cum illorum. de ſent. excommun. Qui etiam ſui iuris non ſunt, quales ſunt ſerui, & filijfamilias, & huiuſmodi, poſſunt abſolui ab Epiſcopis in duobus caſibus. Primus eſt ſi deliquerint in fraudem, ut ſubtrahant ſe ab obſequio debito dñis eun

do

do ad Sedem Apoſt. Secundus eſt, ſi ipſi domini ex hoc reportent graue damnum ſine ſua culpa, niſi exceſſus ſit tam grauis, & enormis, vt propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplum aliorum, debeant ad Sedem Apoſtolicam deſtinari.

Ex interueniente demum impedimẽto, abſolui in primis poſſũt a quocunque exceſſu omnes in mortis articulo conſtituti. In infirmi quoq;, ſeu valetudinarij a quacũq; corporis inpotentia impediti: & ſenes inpotentes accedere: & ſimiliter qui ob inimicitias, quas habent, aut ob inopiã, quam patiuntur, nõ poſſunt accedere: & demum quocunque canonico impedimento retrahantur, vt nec ad Sedem Apoſtolicam, nec eius Legatũ ire poſſint, abſolui poſſint ab Epiſcopis, ſeruata duplici moderatione. Prima eſt, vt ſatisfaciat clericis iniuriam paſſis. Secunda eſt, vt iurent, quod ceſſante temporali impedimẽto, præſentabunt ſe Apoſtolicæ Sedi parituri illius mandato. De nobilitatis autem magna potentia, diſponit ius, quod talium dominorum, ac delicatorum exceſſus ſignificandus, antequam abſoluantur Sedi Apoſtolicæ: & ſecundum illius conſilium poſtea fiat abſolutio, niſi periculum ſit in mora: tunc enim iuxta impedimẽtorum canonicorum rationem agendum eſſet.

In inſequẽtes Cardinales, vel manus violentas in eos inijcientes. Itẽ in dominos temporales conſtitutionem, ca. felicis. lib. 6. contra præſumptores præfatos ſeruari non facientes, cap. 11.

Quantum verò ad regulares, & re- A ligioſos circa abſolutionem, dico, ſi regularis regularem eiuſdem clauſtri percuſſerit, poteſt a ſuo prælato abſolui, licet percuſſio ſit enormis. Et hoc ex priuilegio eorundem. Si verò regularis percuſſerit clericum ſecularem eodẽ modo poterit abſolui à ſuo prælato. Et eadem ratio eſt de monialibus. Si verò prælatus inciderit in hũc canonem, poteſt ſibi eligere cõfeſſarium, qui eum abſoluat.

B Quando vero regularis percuſſerit regularem alterius clauſtri, etiam poteſt abſolui a ſuo prælato; & Hoſt. ait, quòd Abbas, vel Prælatus percuſſi verbera inferet percutiẽti, quę verbera, loco erunt ſatisfactionis, cũ non habeat monacus vnde ſatisfaciat. Congruentius tamen fit, ſi vnus alteri totum committat. Idem iudicium fit de regularibus percutienti-

C bus extra clauſtrum. Et etiam idem fit iudicium de religioſo percutiẽte clericum ſecularem diœceſis ſuæ, vel alterius poteſt a ſuo prælato abſolui, vt ſupra dictum eſt de percuſſione enormi, per priuilegia regularibus cõceſſa. Ita dicendum eſt de nouitio, qui ante nouitiatum incidit in hunc canonem, ſi perſeuerauerit in religione, poteſt a ſuo prælato abſolui. Alio-

D quin, niſi perſeuerauerit, reducẽdus eſt in eandem ſentẽtiam, vt abſoluatur ab eo, qui aliàs potuiſſet abſoluere.

Hoc totum dictum de Regularibus, vel Religioſis ex Siluestro, verbo, Abſolutio, 5. Vbi citantur ad hãc veritatem multi Doctorum, atq; diuerſi canones.

5. Qua-

5\. *Quæritur an abſolutio eorum ſit valida, qui ſemel expoſiti à ſuo prælato, poſtmodum occultè eos ſuſpendat.*

RESpondetur ex Caiet. & Silu. quod validè abſoluunt eos, qui ſibi bona fide id ignorantes confitentur: ex quo videntur tolerari in illo officio confeſſarij, quando eorũ priuatio non publicatur. Hac ratione infert Medina, quod quia ſecundum Caiet. contra alios, valent confeſſiones factę cõfeſſario excommunicato non publicè denuntiato, & denominato, aut non notorio percuſſori clerici: ideo Religioſus apoſtata ignorãter expoſitus ab Epiſcopo, quia vidit illum in habitu clericali, validè abſoluit illos quibus pręfectus fuit in curatum, ſecundum veram ſententiam, contra alios. Hinc etiam ſecundum Medinam ibi infert, quod ordinatus ſacerdos ante vigeſimum quartum annum, qui re uera eſt ſuſpenſus, & irregularis, ſi cum ſit ignoranter ad confeſſiones expoſito abſoluit quos audiuit in cõfeſſione, validæ ſunt tales abſolutiones, ſuumque ſortiuntur effectum, quia ſuſpenſio eorum occulta erat, imò etiam ſi publica eſſet dũmodo non eſſent nominatim, & publicè ſuſpenſi: quia ſecundum Caiet. verbo, Abſolutio, tenent geſta in foro pœnitentiali, per confeſſores irretitos quibuſcunque Eccleſiaſticis cenſuris, etiam & ſuſpenſionem comprehendit, quę ſecundũ ius canonicum eſt vna de tribus cenſuris Eccleſiæ. Valent inquam geſta per tales confeſſarios, niſi in duobus caſibus fuerint excommunicati, ſcilicet, per notoriam percuſſionem clerici, vel propter publicã nominatim denunciationem, vt aliàs pluries repetitũ eſt. Infert Caiet. quod hinc habetur, q̃d abſolutus à legitimo aliàs confeſſario habente impedimentum occultum, quod ſi ſciretur, impediret abſolutionem, eſt verè abſolutus, & coram Deo, & coram Eccleſia.

Nolo hic ſubticere Breue Iulij III. Stefano vſus maris Generali noſtro Ord. Prędicat. fuiſſe conceſſum 17. Ianuarij, anno 1555 Vbi annullantur confeſſiones factę Religioſis noſtri Ordinis, qui per licentias vndecunque impetrataſ, conſenſu ſuorum ſuperiorum, & eo durante, eas confeſſiones tam ſecularium, quam regularium audierint, eoſque in caſibus eiſdem Pręlatis reſeruatis abſoluerint, niſi manu Papæ, vel cõſenſu Cardinalis Protectoris, vel Viceprotectoris, ſignatę fuerint tales licẽtiæ, quia aliàs nullius roboris, vel momenti eſſe denunciantur. Hæc Ludouicus Lopez in ſuo inſtructorio, cap. 26. primę par.

6\. *Quæritur, an adulatio ſit peccatum, & quid ſit adulari.*

VIdetur adulationem non eſſe peccatum. Adulatio. n. cõſiſtit in quodam ſermone laudis alteri exhibito intentione placendi: ſed laudare aliquem non eſt malum ſecundum illud Prouerb. vltimo. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prędicauerunt, vir eius, & laudauit eam. Similiter placere alijs non eſt malũ ſecundum illud Apoſtoli primę ad Corinth. decimo. Per omnibus placeo.

eco. Ergo adulatio non eſt peccatũ. Reſpondetur ſecundum D.Tho. 2.2.q.115 Adulatio eſt exceſſus delectãdi alios verbis laudis, aut factis intentione alicuius lucri conſequendi, vel amicitię, vel aliorum bonorũ, & quia eſt exceſſus, ideo peccatum. Contingit verò tripliciter eſſe mortale ſecundum Siueſt. verb. Adulatio, & ſecundum Caiet. ibi ſuper D. Thom. vel ratione materiæ, vt quando quis alium laudat de actu, qui eſt peccatum mortale: vel ratione finis, vt ſi laudando intendit nocere corporaliter, vel ſpiritualiter in re graui: vel ratione occaſionis, vt cum prę ter intentionem laudantis alteri præbetur occaſio peccandi.

Verumtamen, conſiderandũ eſt circa occaſionem an ſit data, vel accepta: an laudans cognouit, vel excogitauit laudatum, ex ſimili laude in mortale peccatum ruere eſſe ſolitũ, & an ſpontè, vel ex debito laudauerit: quia ſi dabat operam rei licitę laudãdo ex debito, præter malam intentionem, ſi alius ruit, non eſt ei imputandum. Prętcrea adulans tantũ occaſione delectãdi alios, vel ad vitandum aliquod malum, vel ad conſequendum aliquod bonum iuſtum, ſeruatis his, quæ dicta ſunt, quod nõ ſit occaſio ruinę, nec de materia mortali, &c. venialiter peccat, quia non eſt contra charitatem, vt ibi ait D. Thom. Prętcrea dare aliquid adulatoribus ex appetitu nimię laudis, vel iniuſtè, vel iniquè, vt puta de malo, peccatum eſt, quia fauetur peccato adulatoris, & communicatur in crimine, ſecundum eundem S.Thom. ibidem q.168.art.3. Dare etiam pro A digè iſtis, vel ſubſtentare eos, qui illicitis adulationibus vacant, extra caſum neceſſitatis non licet: præbetur enim eis occaſio mali. Secus quãdo dant his, qui moderatè laudant, vel ad bonum finem, & cauſa delectandi, ſine periculo, ſicut etiam Hiſtrionibus: quia ſicut hi non peccãt huiuſmodi moderatè exercentes, ita nec eos ſubſtentantes, ſed iuſtè agũt B eis quaſi mercede tribuendo, vt ibidem notat D.Tho. Adulator beneficium impetrans per adulationem, licet aliqui dicãt debere reſignari credentes ibi adeſſe ſimoniam, tamen non tenetur reſignare, quãuis ſimonia adeſſet: quia eſſet tantũ ſimonia mentalis, quę ſolum pœnitentia purgatur. Per cap. fi. de ſimon. ad finem.

Ad argumentum in principio factum ex D.Thom. reſpondetur ex C dictis, videlicet, quod aliquando adulatio eſt mortale, aliquando veniale, aliquando nullum eſt peccatum, immo aliquando poteſt eſſe virtus, vt cum quis delectare velit laudando, vt ex hoc eum conſoletur, qui in tribulationibus vexatur, ne deficiat, vel etiam vt in bono proficere ſtudeat, debitis circunſtantijs obſeruatis, quod pertinet ad virtutem amici D tiæ, & tunc non erit exceſſus laudis, in nimis laudando.

7. *Quæritur, an ſi propter abſtinentiam, vita abbreuietur, ſit peccatum?*

RESpondetur, omiſſis pluribus ad materiam tẽperantię pertinentibus dico primo quod ex intentione abbreuiare vitã per abſtinentiã, aut per alios auſteriores rigores

nun-

nunquam eſt licitum. Eſt.n.hoc contra charitatem, qua ſe ipſum,& propriam vitam diligere tenetur; & ſic peccatum mortale eſt: in qua ſignificatione dixit D. Auguſt. in regula. Carnem veſtram domate ieiuniis,& abſtinentijs,quantum valetudo permittit. Et de moribus Eccleſię:regula temperantiæ eſt neceſſitas præſentis vitę. Dico ſecundo, quod vti alimentis,quibus homines communiter vtuntur,& in quantitate, quę ſolet ſufficere ad valetudinem conſeruandam: Et dato quod ex hoc abbreuietur vita,etiam notabiliter,& hoc percipiatur, nullum eſt peccatum. Hanc concluſionem ponit Victoria in relectione de temperãtia, nu.14. & probatur. Nullus tenetur protelare vitam per alimenta quantum poteſt:non.n.tenetur vti cibis optimis, delicatiſſimis, & pretioſiſſimis,etiã ſi ea ſint ſaluberrima: imò hoc eſſet reprehenſione dignum.Ergo qui vtitur alimẽtis, quibus homines communiter vtuntur,quamuis, vt diximus,ex hoc abbreuietur vita, nullũ peccatum committit. Nam contrarium eſſet damnare omnia ieiunia, tam Eccleſiaſtica, quam monaſtica. Si quis autem ſingulari inedia, vel cibo ita nocuo vteretur, vel ſciẽter; vel ex propria opinione contra bonorum,& ſapientum ſententiam, vt breui abrumperetur vita,non excuſaretur à mortali: quia id non eſſet non protelare vitã, ſed illam abrumpere, quod ſine mortali fieri non poteſt, niſi fortè id faceret ex peculiari auxilio,& reuelatione diuina. Pręterea,qui ualdè ægrotat, non tenetur omnia media adhibere ad uitam ſer-A uãdam,ſed ſatis erit ponere illa, quę ad hoc ex ſe ordinata ſunt,atq; congruẽtia,& à medicis pręcepta,ac ordinata.Nec hoc eſt ſe interficere,ſed non prolongare uitam omni modo poſſibili, ad quod quis non tenetur, ut diximus.Hęc Petrus de Aragona ſuper D.Thom.2.2.q.64.art.5.

8. *Quæritur, An acceptio perſonarum ſit peccatum,& an mortale? Videlicet,an* B *quilibet homo tribuere poſſit bona cuicunque voluerit pro ſuo libito ſine peccato?*

Videtur poſſe,exemplo Dei,apud quẽ nulla poteſt eſſe iniquitas, & Math. 20.eandem mercedem dedit ei, qui in uinea laborauit per horam,ſicut eis, qui per totam diẽ laborauerũt. Et his,qui murmurabãt, ait. An non licet mihi quod uolo facere? C ergo nõ eſt peccatum bona tribuere cuiquiſque uoluerit.

Reſpondetur ex D.Thoma 2.2. q.63. Duo notari debent circa dationem. Vel ex debito,uel ex gratia datur.Si ex gratia datur,nulla acceptio perſonarũ interuenire poteſt: & eo modo Deus, qui nulli debet, liber eſt cui uoluerit,tribuere. De his ergo, qui habẽt proprium dominium ſuarum rerum, ſine acceptione ulla D perſonarum,poſſunt regulariter loquendo dare cuicunque uoluerint, abſque peccato,& ſine reſtitutione. Circa uerò ea, quæ ex debito diſtribui debent, obſeruanda eſt iuſtitia diſtributiua,ubi quamplurima peccata fiunt.In rebus paruis, non erit niſi ueniale peccatum, niſi per accidens,in quantũ ipſa uirtute, uel exiſtima-

Digitized by Google

ſtimatione eſt magna, ſed in re nota A bili, omne quod eſt contra iuſtitiam eſt mortale peccatum, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 59. art. 4. & contra charitatem, vt ſi beneficium cõferatur indigno, vel minus digno, relicto digno, vel digniori, ſaltem notabiliter. Quantum verò ad diſcernendum, quis ſit dignior, cum certa regula dari nõ poſſit, cum in aliquo loco oporteat eligere ſanctiorem, in aliquo verò doctiorem, in aliquo potentioré, B ac nobiliorem, propter diuerſas cauſſas. Ideo prudẽtum iudicio fieri debet, non autem propter amicitiam, vel affinitatem, & huiuſmodi particulare bonum, ſed zelo animarum conferẽs, moueri debet, vt eligat quẽ ad bonum commune magis expedire nouerit. Aliàs mortaliter peccat, & de omni damno tenetur reficere ſcienter illato, ſi hanc diligentiá exacte non adhibuerit. Præterea con- C ferre beneficium conſanguineis, ſi ſunt æqualiter idonei, non eſt malũ, niſi forte ſcandalum oriretur, vel inde alij ſumant exemplum dandi conſanguineis, etiam indignis. Si verò ſint minus digni, poſtpoſitis dignioribus, tunc contra iuſtitiam agit collator, qui non eſt dominus, ſed diſpenſator tantũ, & niſi ſit fidelis diſpenſator mortaliter peccat, & graue pondus ſibi ipſi imponere ſciat ad re- D ſtituendum damnum, non ſolum tẽporale inde proueniens, ſed quod maius eſt, detrimentum ſalutis animarum, quod reſtitui nequaquã poteſt. Et in hoc eſt expreſſa acceptio perſonarum, quæ ſæpe ſæpius ad preſens contingere videtur. Idem fit iudicium in electionibus faciendis de Prælatis Eccleſiarum: ait ibidem S. Tho. quod electores tenẽtur digniorem eligere. Sic etiam eſt obſeruandum in diſpenſationibus ſuper matrimonia cõtrahenda, quæ non ſunt ſine rationabili cauſa faciendæ, aliàs erit acceptio perſonarum, ergo peccatum, vt ibidem ait D. Thomas. Idem iudicium fit in diſtribuendis officijs, dignitatibus, & honoribus Reipublicæ, circa temporalia adminiſtranda, ne acceptio perſonarum fiat. Et in hoc etiam valde commune bonum detrimentum patitur ineptis hominibus officia, & gubernationes tribuẽdo, non alia cauſa moti, niſi quia ſunt conſanguinei, vel amici & huiuſmodi, & ſic temporalia malè diſtribuuntur, propter perſonarum acceptionem. Per quam etiam peccant iudices, qui præferunt in iudicio diuites pauperibus, nobiles ignobilibus, & ſimilia. Atque etiam medici, qui relinquunt pauperes pro diuitibus maiora præ illis munera, & pecunias tribuentibus. Tandem hoc peccatum acceptionis perſonarum in vniuerſum vbiq; ferè ſe intromittit, & nimis in longũ protraheremur, ſi per ſingula ire vellimus. Vnuſquiſq; ſe gerat lumine, quod ſignatum eſt ſuper nos à natura non errante, quæ eſt Deus benedictus. Siluef. verbo. Perſonarum acceptio. ex D. Thom. vt ſupra.

9. *Quæritur an accuſatio in ſcriptis fieri debeat.*

Reſpondetur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 68. artic. 2. affirmatiuè, quòd in ſcriptis fieri debeat, vt habetur

betur 2.quæſt.8. accuſatorum perſonæ, ſine ſcripto nunquam recipiatur. Et ratio eſt, quia ea, quæ verbo tenus dicuntur, facile a memoria labuntur. Et propterea, ſi ſententia dari debeat, neceſſe eſt, vt in ſcriptis redactum ſit, ne iudex errare poſſit. Et Salon ibidem dicit, hoc eſſe intelligendum in rebus grauibus, ob defectum, & infirmitatem memoriæ humanæ. Secundo ex parte accuſatoris, qui ſi defecerit in probatione, exponit ſe pœnæ talionis, ne poſſit negare, quod propoſuerat. Tertio ex parte rei, qui poſſit crimina ſibi obiecta, vel repellere, vel purgare. Hoc habetur in vtroque iure, can. Quiſquis. & can. Qui crimen. In iure ciuili. l. ſi cui. ff. de accuſat. In leuibus tamen, non eſt neceſſe fieri in ſcriptis, ſed ſat eſt, ſi fiat ſolo verbo. Ita habetur l. leuia, de accu. vbi dicitur. De plano leuia accuſantur, id eſt, ſolo verbo, & ſine ſcripto, & figura, ac ſtrepitu iudicij, vt bene Bart. exponit.

10. *Quæritur, an accuſator, qui in probatione defecerit, mereatur puniri pœna talionis?*

Reſpondetur breuiter ex Diuo Thoma 2.2.quæſt.68.artic.4. Quòd iuſtitiæ æqualitas hoc requirit, vt nocumentum, quod quis alteri intentat, ipſe patiatur, ſecundum illud Exo.21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et ideo iuſtum eſt, vt ille, qui per accuſationem, aliquẽ in periculum grauis pœnæ inducit, ipſe etiam ſimilem pœnam patiatur. Quando verò iudex cognouerit aliquem de falſo accuſaſſe, non voluntate nocendi, ſed inuoluntariè propter ignorantiam ex iuſto errore, non imponit pœnam talionis. Salon etiam ſuper eodem artic. ait. Accuſator, qui non ex malitia, aut temeritate, ſed bona fide, & imprudenter accuſauit, deficiens in probatione, nulli pœnæ tenetur. Accuſator verò ex malitia vel temeritate accuſans de falſo crimine, aut occulto, quod iuridicè probari nequit, manet infamis, & eſt dignus pœna talionis. Hæc pœna talionis non eſt de iure diuino in noua lege, ſed de iure tantum humano. Præterea pœnam infamiæ, & alias arbitrio iudicis relictas, iniquus accuſator in probatione deficiens vſque hodie patitur, & ita eſt in vſu. Eſt enim duplex infamia, quædam iuris, quæ eſt illa indignitas, & inhabilitas ad publica munera, & ad aliquid agendum in iudicio. Alia verò eſt infamia facti, quæ opponitur famę, & bono nomini, quod habent qui bene audiunt in Republica. Infamia verò eſt malum nomen, & ſiniſtra opinio, quæ de aliquo habetur. Papa poteſt quidem remittere infamim illam iuris, & reddere habilem ad officia, & munera Eccleſiæ. Infamiam autem facti, nequaquam quiſpiam poteſt tollere, ſed per actus ſtudioſos, & exempla virtutis tollenda eſt. Hæc ibi Salon.

11. Quæ-

Digitized by Google

11. *Quæritur an accuſationem iudex non Princeps abolere poſſit?*

RE ſpondetur, quod etiam iudex non Princeps, ſed minor, & inferior habet curam boni communis, cui contingit non expedire proſequi accuſationem. Sed in primis notandum, quod hic non eſt quæſtio de accuſatione vitioſa, ſeu defectuoſa, ſiue propter temeritatem, ſiue propter calumniam: quoniam conſtat, quod iudex poteſt non admittere accuſationes non legitimas. Et ſi admiſſę ſunt poteſt abolere, cum nulli faciat iniuriam, imò proſequendo, videtur facere iniuriam ordini iuris. Nec etiam eſt quæſtio de accuſatione, quæ ordinatur ad ſatisfaciẽdum alteri parti, quæ paſſa eſt iniuriam: quia conſtat iudicem teneri ad acceptandum, & proſequẽdum talem accuſationem, quoniã tenetur vnicuiq; dicere: ſed quæſtio eſt de accuſatione præcisè ad commune bonum ordinata. Videtur autem mihi, quod differentia inter Principem, & inferiorem iudicẽ in propoſito ſit, quod Princeps poteſt de iure abolere huiuſmodi accuſationes, quãdo expedire videtur bono communi, & non ſolum iſtas, ſed etiam ordinatas ad ſatisfaciendum parti offenſæ; quia ipſe Princeps plene gerit curam communis boni, ad quod omne bonum, vel malum partis ordinari poteſt. Vnde ĩ litera huius artic. ſimpliciter dicit S. Doct. Si Princeps aboleuerit. Iudex autẽ inferior poteſt ex Epicheia, id eſt, ex ęquitate altiori iudicio non admittere à principio accuſationem legitimam pro communi bono, ſi videt il- A lam communi bono pernicioſam: vt pote, ſi cauſatiua ſit ſeditionis, propter conditiones accuſati, vel propter aliquid huiuſmodi. Inchoatam autem abolere, ſi aliter nõ poteſt ſubſtinere commune bonum, ſuſpendẽdo proſequutionem, vel diſſimulando poteſt: quia lex arctatæ poteſtatis pro communi bono ſaluando, prætermittenda eſt, & vſurpãda eſt, quodammodo maior poteſtas, quæ B communi bono neceſſaria tunc eſt, & ſoli iuris ordini nocet, ſi tamen nocet. Hęc Reuerendiſſimus Caiet. 2. 2. D. Tho. q. 68. ar. 2.

12. *Quęritur, an qui accipit pecuniã, vel aliquod aliud munus, vt deſiſtat ab accuſatione, peccet, & teneatur ad recepti reſtitutionem?*

C RE ſpondetur, ſi illa accuſatio erat omnino faciẽda ex iuſtitia, vt patet in quæſito noſtro impreſſo 20. Tũc nõ accuſans mortaliter peccat cum agat contra iuſtitiam. Et tenetur ad reſtituendum quod acceperat de pretio, & ad dãna ſequuta ex eo quod non accuſauit, quãdo de iuſtitia tenebatur. Si verò non tenebatur accuſare, vt ibidem declaratur, ſi D dans ſponte donauit ſine iniuria tertij liberaliter in recompẽſationẽ beneficij obtenti, crederem non teneri ad vllam reſtitutionem, ſicut tenebatur, quando accuſare tenebatur, quia eſt turpe lucrum, vt habetur in alio noſtro quæſito impreſſo de turpi lucro. 87. Hæc partim ex Aragona ſuper D. Tho. q. 63. ar. 3. partim ex his, quæ alibi ſcripſimus.

13. Quæ-

Digitized by Google

13 *Quæritur quid ſit accidia, & an peccatum, & an mortale?* A

RESpódetur ex D.Th. 2.2.q.35. qđ ſm Damaſcenum accidia eſt quædã triſtitia aggrauãs, q̃ ita deprimit animum hoĩs, vt nihil agere ei libeat, ſicuti ea, quę ſunt acida, frigida ſunt. Et iõ accidia importat quoddã tędium operandi. Hmõi aũt triſtitia ſemper eſt mala: Qñq; ſm ſeipſam, qñq; verò ſcđm effectũ. Scđm ſe eſt B mala, q̃ eſt de eo, qđ eſt apparens malum, & verè eſt bonũ. Sicut è contrario, mala delectatio eſt, q̃ eſt de eo, ꝙ eſt apparens bonũ, & eſt verè malũ. Et quia eſt quędã ſpiritualis frigiditas, vt ait ẽt Silveſ. Accidia, vel tepiditas ſpiritualis. Ideo ſẽper eſt peccatũ ſcđm ſe ipſam, quia eſt triſtitia de ſpirituali bono, de quo lętatur charitas: & de ſuo gñe eſt mortale peccatũ, ſi tranſcendat ſenſualitatis termi- C nos, attingens, vſq; ad cõſenſum rõnis, cũ ſit contra charitatẽ. Et ſi q̃rat᷑ qñ fit mortale peccatũ, dicimus in gñe, duobus modis. Primò qñ inducit ad mortalẽ omiſſionẽ, qđ tripliciter eſt. Vno modo, cũ quis horret, & omittit ſpiritualia bona, ad q̃ quis tenet᷑. Alio modo cũ dolet ſe benefeciſſe, ſiue non omiſiſſe hmõi bona, q̃ fecit. Demum cũ proponit in futurum D omittere. Secũdò verò cũ inducit ad mortalẽ omiſſionẽ, puta deſperationẽ ſalutis, aut cõtemptũ beneficiorũ Dei: quia, ſ. nollet eſſe nat⁹, aut vellet eſſe beſtia, aut mori, nõ curãs qualiter modo euaderet aduerſa, & triſtia. Eſt etiã mortale per accidens in ſuo effectu, qñ homo ex hoc inducit᷑ ad corporis graué infirmitatem, cum tñ ſe poſſet iuuare, ſi conari vellet. Veniale aũt eſt, qñ homo quidẽ in operando attędiatur, ſed tñ ea, ad quæ tenetur, non omittit, nec contra præceptũ aliquod agit. Vr̃ aũt hæc accidia ꝓducere multa alia vitia, quæ modo ob breuitatẽ miſſa facio. Vnũ tm̃ dicã, qđ frequenter occurrit, & eſt qñ ex negligẽtia notabili permittit ſuã familiã dimittere ſacra neceſſaria ad ſalutem, & ſic vitã finire cũ detrimẽto aĩæ, quod eſt peccatum mortale.

14 *Quæritur, cum dictum ſit, quod Chriſtus debeat adorari adoratione latriæ, quæ ſit iſta adoratio latriæ, quæ hyperduliæ, & quæ duliæ.*

RESpondetur, qđ adoratio latriæ, eſt veneratio, ſeu reuerẽtia, quæ ſoli Deo exhiberi debet ꝑꝑ dñiũ, qđ ſuper oẽm creaturam exercet, & ob eius ineffabilem excellentiã, quæ à nemine deſcẽdit, & ab eo cũcta deriuantur, vt hr̃ ex S.Tho. 2 2.q.103. art.3. Adorare enim idem eſt, quod reuerẽtiam alicui rei exhibere, propter eius excellentiam, vt ait D.Th. 2.2.q.84. art.1. & Tabien. verbo, Adoratio. §.1. Et dicitur latria græcè, quod ſignificat ſeruitutem diuinam, quando Deum adoramus, & honorem ei reddidimus, tãquam primo principio, & fini beatifico, à quo totum eſſe noſtrum dependet, & hęc adoratio eſt duplex; interior, & exterior. Interior eſt deuotio mentis, & qua Deum tanquam authorem omnium, interna veneratione adoramus, & veneramur. Exterior verò eſt humiliatio corporis genua flectendo, & in terra nos proſternendo.

do. Cum genua flectimus, noſtram (A) infirmitatem deſignamus, reſpectu Dei. Sed proſternimur, quaſi profitentes nos nihil eſſe ex nobis, ex S. Thoma, q. 81. 82. 83. & 84. & etiam quæſtio. 103. vbi ſupra. Et Silueſt. verbo, Latria, per totum. Pręterea caro, & humanitas Chriſti, ſi conſiderentur quatenus coniuncta ſunt verbo Dei; ſic ratione ſuppoſiti, debent adorari eadem adoratione, qua Deus (B) adoratur, ſcilicet, adoratione latrię. Si verò conſiderentur, vt ſeparata ab ipſo verbo, non debetur eis hęc adoratio: Sed quia nunquam caro, & humanitas Chriſti ſeparantur ab eo ſecundum rem, ſed tantum ſecundum rationem, hoc eſt, per opus intellectus ſolum, ideo abſolutè dicendum eſt, quod caro, & humanitas Chriſti adorari debent adoratione latriæ. Similiter crux Chriſti ipſa, in (C) qua pependit Chriſtus, ſi conſideretur vt imago Chriſti, quatenus repręſentat Chriſtum crucifixum debet adorari adoratione latriæ, quia idem motus eſt ad imaginem, & ad imaginatum, ideò idem honor debetur imagini, & repręſentato per imaginem. Item ſi conſideretur ratione contactus, quia tetigit carnem, & ſanguinem D. N. Ieſu Chriſti, eadē (D) adoratione latrię adoranda eſt: ſi aūt conſideretur, vt res quædam eſt, ſic cum non pertineat ad perſonam verbi, non poteſt adorari eadem adoratione, qua verbum adoratur, ſed adoratur in quãtum eſt aliqua res Chriſti, & hęc adoratio dicitur adoratio hyperdulię, qua veneramur res Chriſti, quatenus res Chriſti ſunt, non quatenus ipſum repręſentãt. Et idē dicēdum de veſte, clauis, corona, & huiuſmodi, quæ res Chriſti fuerūt, ſi ſic conſiderentur debent adorari adoratione hyperdulię: Si verò cõſideret' quatenus tetigerunt Chriſtū, rõne cõtact⁹ adorãdę ſunt adoratione latrię. Alię autē Cruces, puta marmoreę, aureę, ligneę, & huiuſmodi, q̃ tantum repręſentant Chriſtum crucifixū, ratione repręſentationis, ſeu rei repręſentatę adorantur eadē adoratione latrię, cū idem ſit motus ad imaginem, & imaginatum, vt ſupra dictum eſt. Hæc omnia ex S. Thom. 3. p. q. 25. ar. 1. 2 & 3. & S. Antoni. 3. p. tit. 12. c. 9. §. 4. & Sil. ubi ſupra.

15. *Quæritur, an imagines Sanctorum, & reliquiæ ſint adorandæ?*

VIdetur negatiuè reſpõdendum, cum ſit dictum, quod nulla creatura pręter Deum adorari debeat.

Reſpondetur, quod Sancti, & eorū imagines, & reliquię, & ſpiritus angelici poſſunt, & debent adorari, non adoratione Latrię, q̃ ſoli Deo conuenit, ſed adoratione dulię, qua honorãtur perſonę dignitate pręcellentes. Beata verò Virgo, & Mater Dñi, & aliæ res ipſius Chriſti, vt ſupra dictū eſt de veſte, cruce, clauis, & hm̃ōdi adorãtur adoratione hyperdulię, quę media eſt inter adorationē latrię, & dulię, qua venerãtur creaturę, quę ſpecialem affinitatem habent ad Deū, vt mater Dei, & alię res Chriſti, vt ſupra diximus, quatē nus, inquam, ſunt res Chriſti, nõ aūt inquantū ipſum repręſentãt. Et ita dicūt oēs, pręcipuè S. Th. 3. p. q. 25. ar. 5. & 6. & 2. 2. q. 103. art. 4. arg. 2. & q. 84. ar. 1. ad primū, & ſi aliquis

adora-

Digitized by Google

adoraret aliquã creaturam adoratio A ne latriæ, peccaret mortaliter,& grauiſſimũ eſſet peccatũ, cum eſſet idololatriæ, i.cultum Dei creaturę exhibendo ex S.Tho.2.2. q.94. art.1.2. 3.& Nauar.c.11.nu.19.& 24. Et qñ in teſtamento veteri Angeli fuerunt adorati adoratione latriæ,tunc ſicut Deus adorati ſunt, i.in quantũ Deũ repręſentabant, non vt creaturę, ita inquit S.Tho.3.ſent.d.9.q.1.art.2. quæſtiunc.5.ad 3. Qui adorarẽt dęmonem, vel ei ſacrificarent,ſi hoc facerent credẽtes diuinitatẽ eſſe in ipſo dęmone,vel credẽtes,ꝙ cultus latrię ſit ei exhibendus,vel quod oĩnò ex exhibitione talis cultus aſſequantur quod requirunt à diabolo,nõ obſtante Dei prouidẽtia,tales eſſent hęretici: ſed ſi hęc facient non iſta ſentientes de dęmone, ſed vt aliquo pacto cũ dęmone per iſta facilius aſſequantur ab ipſo.qđ intendunt:tales non ſunt hęretici formales,ſed materiales,& pręſumptiuè ac grauiter,& mortaliter peccet.Nã ad hæreticum formalẽ conſtituendũ requiritur error in intellectu neceſſariò,quia nullum factũ abſolutè ſine errore intellectus facit hęreticũ. S.Anton.2.p. tit.12.c.5.§. 1.& Silueſt.verbo,hæreſis,§.4.& licet nõ ſint hęretici formales,ſunt tñ excõicati per quandã extrauagantẽ Ioannis XXII.quę incipit,Super illius,&c.Vbi excõicantur immolãtes dęmonibus, aut adorantes eoſdẽ,aut fabricantes,aut fabricari facientes,vel procurãtes imagines,annulum, ſpeculũ,phialã,ampullã,vel rem quamcunq; aliã, magicè ad dęmones inibi alligandos. Petentes itẽ,vel recipientes reſpõſa ab eis, auxilia pręſtolãtes pro implẽdis ſuis prauis deſiderijs,& docẽtes, vel addiſcentes huiuſmodi artem, & demum habentes, tenentes,ſtudentes,non comburentes libros cõtinentes huiuſmodi. Hæc ibi,& hř in Concil.Lateran.ſeſſ.9.

16. *Quæritur circa adulteros,an adultera teneatur prodere ſuũ crimẽ,caſu,quo ſine notabili,& ueriſimili famę ſuæ,et vitæ periculo, et detrimento fieri poſſit?* B

Reſpondetur ſcđm Sot.de Iuſti. & iur.li.4.q.9.in rñſione ad 1. & ſecũdũ Couar. & Adri.& Victo. tenentes, & limitantes decretalẽ capituli officij,de pęni.& remiſ.decernentẽ, quia non tenetur cũ notabili detrimẽto famę aut vitæ ſe prodere, ꝙ hoc intelligatur regulariter ita fore obſeruandũ,niſi in caſu, quo ipſa nõ eſſet tãti nominis, & primogeniturę ius locupletiſſimũ : iõ tranſiret C ad extraneũ,tũc inquiunt ij,teneretur,ſi eſſet ꝓfutura,ꝓdere ſe,cũ notabili detrimento ſuę famæ:nã ꝑ exiſtimationẽ hoĩum,ꝑ ꝗ in rebus tpalibus fit adęquatio iuſtitiæ. Fit ſæpè vt fama inferioris hoĩs adęquer̃ pecunię:ſicut licet aurũ,genere ſuo,ſit ꝑtioſius argento,nihil vetat magnũ põdus argẽti ꝓponere in valore minimo põderi auri:& quia nulli licet D ſuũ protegere honorẽ,& famã cum detrimento, & iniuria bonorũ tpaliũ alterius, ergo nec id licebit adulterę cũ detrimento legitimorũ. Tenebit̃ ergo adultera,qñ ipſa non eſt tãti nominis,& ex ſuo facto ꝑclariſſima primogenitura pertranſibit ad alienũ, ſi non hẽt aliundè, vnde tñ dãni recõpenſet, ſi eſt profutura,cũ

iactura ſui honoris,& famę tale cri-
mē prodere,& hoc eſt ꝓbabilius cō
tra Caiet.& Nauar.abſolutè,ſine li-
mitatione,docentes qđ cū iactura fa
mę,quia altioris ordinis eſt, nō tene
tur quis reſarcire dānū bonorū tpa-
liū.At ſnīæ oppoſitæ Sot.& Couar.
ī iſto caſu ſolū excepto, accedit Cor
duba,cui acceſſit Victoria, & Medi
na quoq; in ſua inſtructio.confeſſa-
riorum quamuis oppoſita Caiet. &
Nauar.quæ eſt cōis extra caſum iſtū
exceptum,regulariter ſit uera.

Sed adijcit Sot.& Couar. ꝙ ēt a-
dultera,ſi eſſet profutura,cū pericu
lo vitę, crimen detegere tenetur, in
egregio caſu, quo regnū ex ei⁹ adul
terio transferendū eſſet ad adulteri
nū,& extraneū,& q̄uis hęc coiū aſ-
ſertio apparētia veriſimili nō careat,
tn̄ quoad periculū vitæ,teſte Cordu
ba,in ſuo quæſtionar. li.1.q.31.cēs
doctores oppoſitū tenēt, ꝙ,& veri⁹
exiſtimat Corduba, quia neq; cū vi
tæ iactura quis tenetur reſarcire de-
trimentū in fama aliena iniuſtè illa-
tū,niſi ex tali infamatione,infamat⁹
ob id ſubiturus eſſet detrimentū vi-
tæ,cui aliter obuiari nō pōt: ergo ne
que ob bonorū tpalium dānū regni
amiſſi,cū iactura vitæ, Reginā adul
terā,aliàs boni nominis,nulla labo-
rantē infamia,cū iactura vitæ,nemo
adigere dēt, vt ſuū crimen detegat,
ēt ſi eſſet profutura,niſi qn̄ pacifica
retur regnū,vitarenturque cędes,&
bella,q̄ aliàs ex ſucceſſione adulteri
ni ſuccreſcerent: Aliàs,extra iſtū ca
ſū,duriuſcula ſnīa eēt, vt ꝓpria vita
exponeret,cū vita ſuperat oīa tpalia
bona.Vn̄ illud Iob: Pellē pro pelle.

Sed illud quoq; non diſſonum à
A rōne mihi apparet,ꝙ loco citato,ait
Corduba, ſ. ꝙ cū detrimento ſolius
famę adultera ꝓfutura , tunc crimē
reuelare tenetur,qn̄ legitimus, q pp
eius adulteriū hęreditate fraudat̄,
non eſt filius eius adulterę,ſed ma-
riti,ex alia coniuge defuncta. Nam
ſi eſſet filius ſuus ille,qui ob id,cum
legitimus ſit, hęreditate fraudatur,
nō teneretur tunc ipſa, cū notabili
famę ſuæ detrimento, ſe prodere,ēt
B ſi magna ſit hæreditas,qua fili⁹ ſuus
legitim⁹ ex inde venit defraudād⁹.
Neq;.n.in hoc iſte ſu⁹ filius defrau-
dādus eſt rōnabiliter intuitus : quia
ꝓ matris honore,res tpales poſtpo-
nere tenetur, vt aliqui Doctores cōi
ter tenentur, ꝙ rurſum limitandum
adhuc hoc eſſe reor,ſ.niſi p̄clara eſ-
ſet primogenitura, qua filius legiti-
mus fraudaretur, ipſa aūt ex obſcu-
ro genere eſſet pregnata,vbi cōſan-
C guineas,ſororeſq; habuit non tanti
nominis, neq; ipſa tāti nominis,aut
reputationis fuit æſtimata, neq; ha-
bita, p̄ſertim ſi maritus eā ante ma-
trimoniū fornicariè cognouit, eiuſ-
que magis amore captus,q̄ generis,
eam duxit vxorem. Hæc Doctor Lo
pez,c.88.primæ par. ſui Inſtruct.

17. *Quæritur ad quid teneatur Adulter in conſcientia,ſi certus eſt,quod filius adulterinus ſit ſuus.*

D
Reſpondetur,quod adulter tene
tur in cōſcientia,ſi certus eſt fi-
lium adulterinū eſſe ſuum,erogare
alimēta,quibus educetur,& nutria-
tur.Tanto magis,vel minus pro ali-
mētis erogare tenetur,quāto magis,
vel minus certus eſt qđ ille ſit ſuus,
neque enim iſta certitudo, quia mo
ralis

talis eſt, conſiſtit in indiuiſibili, te-
netur inquam, illum in hoc caſu ale
re magis, vel minus contribuendo,
iuxta talem maiorem, vel minorem
certitudinẽ,& iuxta facultatem ſuã,
non ſubtrahendo legitimis neceſſa-
ria alimẽta, quo adulterinum iſtum
nutriat. Quod ſi hoc verum eſt,
quod iuxta mentem Cordubæ huic
adulterino non ſunt integrè, ſemper
alimenta præſtanda, ſed aliquando
magis, aliquando minus ſecundum
quod magis, vel minus eſt certus,
quod ſit ſuus filius, ſequitur, quod
neque etiam in integrum adulterte
neatur patri putatiuo, & alijs filijs
eius legitimis reſtituere totum dam
num, etiam in caſu, quo neque adul
tera ſuam partem poſſit reſarcire, at
circa integrum tenetur ad magis,
vel minus reſtituendum, ſecundum
quod eſt magis certus, vel minus,
quod ille ſit ſuus filius: Et attentis
etiam alijs cauſis prçallegatis: quia
ego certè inter non integra alimen-
ta præſtanda, & non totũ integrum
damnum reſtituendum, nullam prę
ſentio diſparitatem. Huic meę ſen-
tentię videtur accedere Medina in
ſua inſtructione, licet non tam cla-
rè, vbi ait, quod adulter tenetur ad-
iuuare ad recõpenſandum id dam-
ni, aliquando intelligit ex adultera
hunc filium ſuſcepiſſe, tenetur in-
quit adiuuare, quaſi dicat, tenetur
aliquid in damnum recompenſan-
dum conferre, ſed non ipſe totum
in integrum reſarcire, ſed adiuuare.
Ecce de iſta perplexa quæſtione,
quid habui dicẽdum. Ignoſcat pius
lector prolixitati, nec enim clarius
putaui me poſſe explicare. At in du-

A bio, cum adulter aliquam certitudi-
nem moralem non habet, aut debet
habere, quod ſit ſuus, ad nihil omni
no, nec tali filio, nec alijs cenſeo fo-
re obligandum. Et puto omnes in
hoc cõuenire, quia in dubio melior
eſt conditio poſſidentis ſuam pecu-
niam. De hac materia in primo no-
ſtro libro impreſſo, ita breuiter tracta-
tum eſt, vt ſit neceſſe in hac ſecunda
parte iterum eandem materiam re-
B plicare. Hęc ſupradicta prędictus Lo-
pez ibidem, cap. 90. primę par.

18. *Quæritur, an adultero totum re-
ſtituente, ad quod tenetur, Adulte-
ra ſit libera à reſtitutione, & è con-
trario.*

RESpõdetur, Nauar. tenere, quod
ipſi in ſolidum teneantur ad to-
C tum, ſcilicet, vno non reſtituente,
alter teneatur, vt eſt in furto à plu-
ribus patrato ſimul concurrenti-
bus, nec vnus ſine altero facturus
fuiſſet, licet illius rei fortè nulla pars
eiſdem peruenerit. In hoc caſu, vt
aliàs in primo noſtro libro impreſſo
ſcripſimus, ſi vnus totum reſtituit,
reliqui ei ſuam partem reſtituere te-
nentur, ſi quid acceperint. An verò
hic ita ſit obſeruandum: Certè hanc
D regulam reſtitutionis integrè non
poſſe ad amuſſim ſeruari exiſtimo.
Nam ipſa adultera, ſi quid patri pu-
tatiuo pro adultero reſtituit, totum
hoc incommodum etiam filiorum
ſuorum legitimorũ cedit, qui patri
reſtituto ſunt ſucceſſuri. Quare ergo
tunc tenebitur adulter ad aliquam
partem adulterę, ſed ſi prius reſti-
tuerit adulter, prçſuppoſito quod

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

nõ eſt reſtituturus in ſolidum, quia integrè reſtituere nõ tenetur, & ſuppoſito, quod, vt regulariter fit, ipſa adultera perſuaſa ab adultero id criminis adulterij commiſit, non tenebitur ei ipſa aliquam partem refundere: Satis ergo erit, ſi curet, in hoc caſu, vt defectum reſtitutionis ſuppleat compenſando, quod vſque ad arbitrium boni viri, recompenſandum reſtat de damno. Ecce iam ſatis prolixã, arduamque quæſtionem neſcio, an, vt par eſt, ſuis numeris abſolutam expeditamque reliquimus. Hęc Lopez cap. 91. primę par. ſui Inſtructorij conſcientię.

19. *Quæritur an Aduocatus, et procurator teneantur patrocinium præſtare cauſæ pauperum, & ad quæ, ex officio, de neceſſitate teneantur?*

RESpondetur, quod ſi pauper eſt omnino impotens, & niſi patrocinium ei detur, incurret notabile damnum, tunc de neceſſitate, Aduocatus, & Procurator tenentur ſub mortali peccato incurrendo, patrocinari. Dicit enim D. Thom. 2. 2. q. 71. quod idem iudicium eſt de hoc, ſicut de eleemoſina. Vnde Aduocatus tenetur patrociniũ præſtare pauperi, non quidẽ ſemper, ſed ſolum, quando eſt in magna neceſſitate, & non apparet quomodo aliter ei ſubueniri poſſit. Et cum his intellige, quod licet poſſit pauperi per alium ſubueniri, tamen ſi ei non ſubuenitur, nullus ſubuenire potens excuſatur. 81. diſt. paſce. Vnde nullatenus debet Aduocatus permittere, quod pereat iuſtitia pauperi, ſi poteſt, ſecundum S. Raimundum dicentem, A quod tenetur aduocare, & ſua ſcientia eleemoſinam facere, pro miſerabilibus perſonis, quæ cauſas perdunt ob defectum aduocati, quem conducere non poſſunt, 2. quæſt. 3. Pauper. Sed limita, niſi dato caſu, quo oporteret aduocatum ratione paupertatis, pro ſe lucrari, & cum hoc non poſſe inſeruire pauperi. Eadem B autem ratione, peccat mortaliter Iudex, qui talem impotentiam ſciens non prouidet de Aduocato; pręcipiendo alicui eorum, vt gratis aduocent, ſicut de iure poteſt. Sic ait Silueſter, verbo, Aduocatus.

Nunc dicendum eſt de alijs peccatis, quibus aduocatus, & procurator inficiuntur. Primò, quando aſſumunt cauſam iniuſtam, & ſcienter defendendam, ſiue ad defendendum, C ſiue ad vincẽdum, ſiue ad concordandum, ſiue ad differendum, ſeu aliter: etiam ſi caput aliquod iuſtum capiant, vt iuſtum impediant, vel differant, aut peruertant. Secundò, ſi nolunt, vel negligunt ſcrutari merita cauſę, ſed qualiſcunque ſit, aſſumunt tuendam, & non curant, an quod aſſumũt, ſit iuſtum, necne, quod contra charitatem eſt, & conſequenter peccatum mortale. Si pro D ſequuntur cauſam iniuſtam, quam à principio iuſtã credebant. Hęc proſecutio iniuriam infert proximo: Debent enim deſerere cauſam, & monere partem, vt cedat. Tertiò, ſi negligunt ſtudere, & adhibere debita remedia cauſę ſecundum quod poſſunt, & debent.

Quartò, ſi non manifeſtant ſuo cliẽtulo cauſam eſſe iniuſtam, quam ipſe

ipſe iuſtã credit. Sic enim iniuriam faciunt clientulo, & aduerſario. Quintò, ſi docent clientulo falſum dicere, vel doloſè incedere. Sextò, ſi exigunt à clientulo pluſquam debeant. In his omnibus caſibus peccatum mortale manifeſtè interuenit, quia contra iuſtitiam, & charitatem agitur, niſi nocumentum adeo eſſet paruum, ratione actus imperfecti, ad veniale reduceretur; Hæc Caiet. in ſumma, quæſtio.71.artic.1. Huiuſmodi delinquentes, vt dictum eſt, vltra peccatum mortale, tenentur etiam de damnis illatis. Prætera non poteſt aduocatus, vel procurator, ſine vitio ingratitudinis aduocare contra eum, à quo beneficium recepit. Ar.in cap.fin.de poſtu.excipe niſi pro ſe, vel ſibi coniunctis vel miſerabilibus. Nec etiam licet his facere pactum de quota litis, neque etiam de certa quantitate, vel re, cum hac conditione, ſi vincat.l.ſi qui, C.de poſtu. Etenim eadem rãtio, ſicut de quotę litis promiſſione eſt, quæ ideo prohibita eſt, ne per fas, & nefas, ad uictoriam cauſæ intendant, vt promiſſum conſequi poſſint: licet tamẽ eis pro mercede promittere quid certum, ſiue vincas, ſiue uon, etiam ſi vltra hoc aliquid paruuli munuſculi promittatur, quia in hoc prohibitionis ratio ceſſat. Etiam in ſummula id Caiet.tractat.verbo, Aduocatus. Et in fine illius prędicti articuli ait, quod iura, etſi diſponant quod detur pauperi aduocatus, non tamen quod gratis ſeruiat, ſed de publico ærario, merces ſibi dari debet; ſi pauper non poſſit ſoluere, &

A Aduocatus gratis patrocinari tenuit.

20. *Quæritur, an Aduocatus, qui ſuſcepit defendendam cauſam iniuſtam, ſic cognitam, teneatur ad ſoluendam pœnam pecuniariam, à qua, ſuo iniquo patrocinio, reum illum liberauit, contra fiſcum?*

B RESpondetur, quamuis aliqui argumententur à parte affirmatiua, tamen errant, vt probatur à D. Aug.epiſt.54. ad Macedonium, tomo 2.& habetur 14.q.5.can.Non ſanè. Dico autem ipſum aduocatum non teneri, quemadmodum nec teſtis, imò multò minus, quam teſtis. Quia teſtis cum inducatur ad manifeſtandam veritatem inter vtramq; partem, & tenetur proſpicere vtriq; parti, iniquius agit, & cũ maiori iniu-

C ria, non manifeſtans veritatem, quã aduocatus, qui ſolum agit partes ſui clientuli, & illi tantum tenetur proſpicere: Sed teſtis non tenetur ad reſtituendam pœnam pecuniariã ante condemnationem, cũ hoc ſit de propria ratione pœnæ, ergo neque aduocatus. Ita habet Salon ſuper D. Thom.2.2.q.71.art.3.

Prętera reſpondendum eſt cuidam tacitæ obiectioni. Poſſet quiſ-

D piam arguere dicẽdo: teſtis iniquus excuſatur à reſtitutione, quia lædit mediatè, & remotè, ſed aduocatus lędit proximè, & immediatè: Et cõcurrit efficienter ad illud damnum fiſci. Ergo ad reſtituendum tenetur. Et probatur: Si accuſator rei, culpa aduocati patrocinantis ipſi reo, damnaretur pęna talionis; Verbigratia,

occiſionis, vel mutilationis, maneret irregularis, maximè, ſi huiuſmodi aduocatus eſſet in ſacris, vel haberet beneficium, vt docet Nauarr. ex Panor. in Man. c. 27. nu. 207. & 209. ergo concurrit efficienter: nemo enim cenſetur irregularis, ex occiſione, vel mutilatione, niſi ad illam concurrat efficienter. Et confirmatur. Conſiliarius iudicis tenetur ad reſtitutionem, ergo aduocatus.

Ad hoc dicitur, Aduocatum verè efficienter concurrere, ſed non propterea teneri pœnam illam luere, quia eſt de ratione pœnæ, vt ſoluturus illam cõdemnetur, cum nemo debeat agere in ſe ipſum, vt aliàs dictum eſt. Et ad confirmandum, dico, Conſiliarium eſſe concauſam ex parte iudicis, & ideò teneri ad reſtituendum, ſicut & iudex, quod nõ cõuenit Aduocato rei. Vnde falſum eſt aduocatũ illum eſſe irregularẽ, quia non eſt aliquis habẽdus irregularis, niſi illud habeatur in iure expreſsè, ĩ quo tamen nil tale habetur de Aduocato. Atque etiam ſi Aduocatus actiuè concurrat ad iudicium, & cauſam, non manet ad illam pœnam talionis obnoxius, ſed ſolum ad defenſionem ſui clientuli, & rei.

21. *Quæritur an Aduocatus poſſit in cauſa dubia patrocinari.*

Reſpondetur, quod tres gradus dubitandi in omnibus cauſis forenſibus ſunt. Primus, quãdo cauſa ex vtraq; parte habet auctores, & rationes ex æquo graues, & iudices ſolent ad vtramque partem inclinare. Secundus, quãdo vna quidẽ pars probabilior eſt, ſed altera tamen ſatis etiam probabilis, & in quam iudices multoties quoque declinare ſolent. Tertius eſt, quando vna pars ita probabilis eſt, & recepta, vt altera, & ſi aliquid videatur habere probabilitatis, parum tamen, & in quam rarò, vel nunquam iudices inclinant.

Cauſam in primo gradu dubiam licet defendere, ſiue in fauorem actoris, ſiue in fauorem rei. Hæc prima concluſio Michaelis Salon, ſuper Diuum Thomam. 2. 2. quæſ. 71. art. 3. Secunda concluſio eſt. Licet quoq; Aduocato defendere cauſam dubiam in ſecundo gradu in defenſionem rei, modo illam defendat ſine vlla fraude, vel dolo. Tertia concluſio eſt. Aduocatus ſuſcipiens cauſam dubiam iuxta ſecundum dubietatis gradum contra reum, qui periclitatur de vita, vel graui ĩfamia, aut iactura ſuorum bonorum, peccat cõtra charitatem, quia Aduocatus ex charitate ſuccurrere reo in extrema, vel graui neceſſitate, tenetur. Vltima concluſio eſt. In cauſis minoris momenti, in quibus ſi vincatur, reus non incidit in grauem neceſſitatẽ, neque peccat actor mortaliter proſequendo illas, nec Aduocatus in ſuo patrocinio. Ratio eſt aperta, quia præceptum charitatis nõ obligat, niſi in graui, vel extrema neceſſitate: idque maximè eſt aduertendum, ſecundum D. Tho. ſi in progreſſu litis, viderit cauſam eſſe iniuſtam, contrariç parti nullatenus eſt aperiendum, ſed ſecretum omnino eſt tenendũ, vt habetur cano. ſi quem pœnituerit. 2. quæſtione 3. & in multis legibus ci-

ciuilibus, ſic præcipitur. Hæc Mich. Salon ſuper D. Tho. quæſt. 71. art. 3. 2. 2.

22. *Quæritur ad quid teneatur reuelans crimen fratris occultum iudici Eccleſiaſtico, vel ſeculari contra ordinem iuris?*

RESpódetur primò, quod hic nō eſt quæſtio de illo, qui ad prælatum, vt patrem, crimē fratris defert, ſeruato correptionis ordine, vt ab illo corripiatur: Sic enim deferens crimen illud, iuſtè agit: cum famæ, & cuiuis bono, ſalus animæ præferenda ſit: Sed quæſtio eſt de illo, qui ad iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem, ex odio, & maliuolentia, crimen occultum fratris defert. Secundo dico per quatuor concluſiones, quorum prima eſt. Deferens in iudicium peccatum publicum, quodcumque illud ſit, ad nullam tenetur reſtitutionem, imò neque peccat, de ſui natura, niſi quod ex odio procedit, quod eſt mortale.

Secunda concluſio: Deferre in iudicium crimen, quod non eſt notorium, notorietate iuris, hoc eſt, quod de iure non eſt conuictum per ſententiā. Et non eſt probabile per idoneos teſtes, peccatum mortale eſt, & contra charitatem, & contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem. Debet planè, & apertè aſſerere in iudicio, ſe ex malitia, vel imprudentia illud dixiſſe, & in eo fuiſſe deceptum, & dixiſſe falſum, cum hac via non mentiatur, ſed dixerit falſum practicè, iuxta ea, quæ nos diximus in primo libro noſtro impreſſo in quæſito 91.

Tertia concluſio eſt: Reuelans in iudicio peccatum fratris notoriū notorietate iuris, & quod juridicè probari poteſt, occultum tamē, & nulli omnino nociuum, nec actu, nec poteſtate: peccauit quidem contra charitatem, non tamen contra iuſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem: quia expoliare alium re, in quam non habet ius, illi tamen vtilis, & neceſſaria, citra aliorum præiudiciū eſt peccatum, cum ſit contra charitatē, non tamen contra iuſtitiam, cū committens crimen, quod in iudicio probari poteſt, licet maneat illud occultū, iam non habet ius in ſuam famā, qui reuelat illud in iudicio, & expoliat illud in ſua fama, peccat quidem, vt diximus, contra charitatem, non tamen contra iuſtitiam. Quarta, & vltima concluſio eſt. Reuelās in iudicio peccatum fratris iuridicè probabile, quod eſt in damnum aliorum, reuelatque non ex odio, ſed ne illud alijs noceat, nullo modo peccat. Hoc intelligitur, quando nulla alia via cōmodius illi occurri poteſt, quam deferendo illud ad iudicem. Hæc recta ratio docet, vt illud deferatur; Dixi non alia via commodius illi occurri poſſe, quia ſi ſecreta admonitione, vel alia via ſuauiori adduci poteſt peccator ille, vt reſipiſcat, nec noceat, contra charitatem eſt deferre crimen illud occultum in iudicium. Hæc Michael Salon ſuper Diuum Thomam. 2. 2. q. 69. articulo primo.

23. Quæ-

23 *Quæritur an Aduocatus ſuſcipiens cauſam euidenter iuſtam, peccet contra iuſtitiam, ſi citatur cautelis, & mendacijs, præſentando ſcripturas falſas, & alia huiuſmodi faciendo.*

RESpondetur, & ſit vnica concluſio. Talis aduocatus non peccat contra iuſtitiam, ac proinde, nec tenetur ad reſtitutionem. Probatur, quia nullam iniuriam facit parti cótrariæ: quin potius impedit eam ab iniuria facienda. Et rurſus nó peccat cótra iuſtitiã iudicis, aut iudicij. Probat, quia iudiciũ contrariũ ſuæ parti eſſet iniuſtũ, ergo ſimpliciter nó eſſet iudicium, ac per cóſequens non peccat contra iuſtitiam, ſi quis faciat cótra tale iudicium. Sed nihilominus Aduocatus peccabit peccatum mendacij, aut periurij, ſi ipſe iurat falſum, aut alios iurare facit. Item probatur concluſio. Quia teſtis non peccat contra iuſtitiam, ſi teſtificatur falſum in eadem cauſa, ergo neq; Aduocatus. Patet conſequentia. Nam teſtis, vt diximus, eſt communis vtriq; parti, Aduocatus verò tantum tenetur reſpicere ius ſuæ partis, & illud defendere. Sed maximè aduertendũ eſt, quod hæc concluſio non habet verum ex eo, quod alicui Iuriſperito Aduocato videatur ſuá cauſa iuſta: ſed habebit verum, quando cauſa iudicio omnium, aut ferè omnium Iuriſperitorum iuſta eſt. Hæc Domin. Bañ. ſuper D. Thom. 2. 2. q. 71. ar. 4.

24 *Quæritur an maritus parentes vxoris, vel filios ex alio matrimonio alere teneatur?*

RESpondetur quod quando tales paréces, vel filij vxoris grauí ne-A ceſſitate, etiam citra extremam, affliɛtantur, quia miſerabiliter quæritãt ab extraneis ſubſidium, ne decidant à decenti, quem ſubſtinuere ſtatu, tũc vir rogatus, vt faciat facultatem vxori, quod paulatim eis ſubueniat de parte vxori contingenti, ſicut ipſe in pari neceſſitate opẽ ferret ſuis, ſi nolit, poteſt vxor, ſi aliàs odia, iurgia, & alia detrimenta timeat, ſi maritum ad id arctet via iuſtitiæ, tunc B ſecretò paulatim, ne id perſentiſcat maritus, neceſſaria ſubminiſtrare ꝑ tali parentum, & filiorum ſupplenda indigẽtia, & neceſſitate, cum animo, tempore partitionis bonorum, id quod in hoc opus piũ, & debitum inſumpſit, in parte ſibi obuẽtura cõputandi. Quæ quidem aſſertio naturalis æquitatis nititur fundamento, quia licet leges adminiſtratorem C horum bonorum conſtituant maritum, tamen totaliter vxori non obtẽdunt interdicere vſum ſuorũ bonorum, quãdo maritus adeò durus eſt, & ſubagreſtis, vt renuat vxori conferre licentiam in hoc caſu, vbi ius naturale, & diuinum dictant filios, & parentes, iuxta decentiam ſui ſtatus, & perſonarum, cum egerit, eſſe alẽdos. Nam & opinio multorũ Do-D ctorum huic aſſertioni fauet, dum dicunt ſine notabili detrimento ſuæ perſonæ, aut bonorũ ſuorum aliquẽ teneri, ſi poteſt, ſubuenire pro ſe: imò ne à decentia ſui ſtatus decidat, & in caſu grauium calamitatum, & ægeſtatis. Ergo à fortiori, vxor, ex iure naturali, & diuino, contra quod præualere non poteſt lex humana, poterit parentibus, & filijs ſic indigentibus, cum prædicto moderamine,

Digitized by Google

ac, ſubſidia conferre. Quod verum eſt, in conſcientia, quidquid ſit de foro iudiciali, ſecundum Cordubam. Hęc Ludouicus Lopez in ſuo Inſtructorio c. 19. ſecundæ partis.

25 *Quæritur quid ſit alienatio, per quam transfertur dominium, & quædam alia, quæ hic ponentur ſcitu neceſſaria?*

RESpondetur quod alienatio eſt actus per quem transfertur dominium, ſi propriè ſumatur: ſumpta verò cõmuniter, includit in emphiteuſim, locationem ad longum tempus, venditionem ſub conditione, donationem, vẽditionem abſolutã, permutationem, ac perpetuum contractum. Et in materia odioſa, capiemus propriè, & ſtrictè: in materia verò fauorabili, largè, & communiter. Cui prohibetur alienatio, prohibet etiã locatio, & etiam fructuum vẽditio ad longum tempus. Modicum verò tempus quid ſit, relinquitur arbitrio iudicis, propter varias locorum conſuetudines. Dico quod modicũ tempus eſt infra decennium, perpetuum autem eſt 30. annorum: vel quod durat, quamdiu viuit is, cui cõceditur, vel durat, quamdiu penſio ſoluitur, vel quod durat vſque ad quartã generationem. Solus Prælatus poteſt alienare bona mobilia, quæ commodè ſeruari nõ poſſunt, vt ſunt veſtes tritæ, fructus & huiuſmodi. Precioſa verò, quæ ſeruari poſſunt, & quæ faciunt fructum, non alienatur ſine ſolennitate. Res enim immobilis, & mobilis precioſa in hoc æquiparantur. Prætereà pecunia

A non eſt de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, niſi ad emẽda imobilia deputata eſſet, vel in magna quantitate conſiſteret. Vlterius id quod habet fructum, & eſt in magna quantitate, & non conſumitur infra triennium, dicitur quod ſeruando ſeruari poteſt, & ſic alienari non poteſt. In alienatione rei eccleſiaſticæ quinque requiruntur. Primò tractare an
B expediat, vel non. Secundò capituli conſenſus. Tertiò quod pro Eccleſiæ vtilitate fiat. Quarto ſuperioris auctoritas. Quintò cũ ſubſcriptione. Subſcriptio nunquam requiritur niſi in caſibus in iure expreſſis, & tantũ hæc tria, videlicet, venditio, permutatio, & donatio requirunt ſubſcriptionem. Hanc tamen ſubſcriptionem non oportet fieri manu clericorum, vel religioſorum, ſed ſuf
C ficit manu Notarij fieri, vt conſuetudo declarat. Et notãdum quod vnus tractatus ſolennis ſufficit, & non requiruntur tres. Qui tractatus nõ requirit conſenſum, ſed quandam diſcuſſionem circa rem diſponendam. Primo enim diſcutitur an magis expediat alienare hoc, vel illud, vel alio modo Eccleſiæ ſubueniri poſſit, & poſt venitur ad conſenſum per alie-
D nationem. Et ſi tractatus præceſſit, in quo deliberauerunt alienare, valent conſenſus Canonicorum nõ habiti in communi. Secus quando nõ præceſſit, quia requiritur conſenſus in communi. Et ſic concordant opiniones Doctorum. Cauſæ alienandi ſunt quatuor. Neceſſitas, ſi debita vrgeant, & de fructibus Eccleſiæ non poſſit ſatisfieri. Secundò Vtilitas, vt ſcilicet rem meliorem habeat. Tertiò

Digitized by Google

tiò Pietas. Quartò Incommoditas, vt quia res magis damnoſa, quã vtilis eſt Eccleſiæ. Et ad hoc, quod res Eccleſiæ ſine prædictis ſolennitatibus poſſint alienari, ſequitur vt ſupra diximus, quod ſint res mobiles, ita quod non habeant locum determinatum, à quo nõ poſſunt transferri. Secundò quod non poſſit cõmodè ſeruari, quod eſt, quando infra trienniũ conſumũtur, vt dictum eſt. Tertiò, ꝙ non ſint res precioſæ cultui diuino deputatæ. Reliqua poſsũt alienari. Nomine verò mobiliũ, vel immobilium, non veniũt iura, actiones, & nomina debitorum propria. Vnde ſi princeps reliquit bona mobilia diſtribuenda, non veniunt pœnæ nondum exactæ. Si quis tamen volens compræhendere totum patrimonium ſuum, facit ſolum mentionem de mobilibus, & immobilibus, intelliguntur etiam actiones, iura, & nomina debitorum comprehenſa. Idem dic de fructibus, ſiue annuis redditibus, qui tamen alienari non poſſunt, ſine debita ſolennitate, cũ ſint de his, quę ſeruando ſeruari poſſent, licet quidam dixerint conſulendo, quod ex magna cauſa poſſunt. Hæc Silueſt. verbo. Alienatio, vbi ſunt auctoritates plurimæ, quę breuitatis cauſa hic inſerere noluimus.

26. *Quæritur an ſemper ſint adhibendæ ſolennitates ſupra prædictæ, in bonis Eccleſiæ alienandis, & quædam alia, ad id ſpectantia?*

RESpondetur, quod in Eccleſijs non cathedralibus, ſed inferioribus, vbi Eccleſiæ non habent capitulum, A non requiritur prædicta forma in alienatione rerum immobilium, vt notatum eſt in præcedenti Quæſito, ſed ſufficit ſuperioris conſenſus. Cauſa tamen legitima ſemper requiritur. Si ob aliquod impedimentum, Epiſcopus capitulum non haberet, debet aliquos aduocare clericos honeſtos, & cum eis diſponere de huiuſmodi rebus. Superior, ad B quem recurrendum eſt, cauſa alienationis, in non exemptis, eſt Epiſcopus proprius; in exemptis verò, Prælatus eorum, vt Abbates, Prouinciales, & Miniſtri, vel ad ſummum Põtificem, ſi ipſi non habeãt facultatẽ. Recipiens rem eccleſiæ, prædictis ſolennitatibus non obſeruatis, tenetur eam reſtituere eccleſiæ cum fructibus perceptis, nec pretium poſſet repetere, niſi ſit conuerſum in bonis C eccleſiæ. Alienatio enim eſt nulla, non ſeruata forma, quæ dat eſſe rei. In conſcientia vero, quando affuit cauſa legitima alienationis, & non fuit deceptio, non tenetur reſtituere, quia iſtę ſolennitates adinuentæ ſunt ad tollendas deceptiones. Attendendum etiam eſt, quod Prælatus eccleſiæ non poteſt renuntiare exemptioni competenti eccleſię, aut D tranſigere euidenter in damnũ eccleſiæ, niſi ex ſpeciali cõceſſione Papæ. Ex quo infertur, quod nõ poteſt cedere liti, & cauſæ, aut tranſigere, niſi ſit cauſa euidens, & debita ſolẽnitas, ſi actio ſit ad rem immobilem, ſecus ad rem mobilem. Aliqui autẽ tenent, quod indifferenter poteſt, quia ſtát in acquirendo, ſecus circa rem iam acquiſitam immobilem; & Prȩlatus ſolus, ſine ſolennitate, po-

teſt

Digitized by Google

teſt repudiare hæreditatem, ſeu legatũ delatũ Eccleſiæ, quia nondum Eccleſię acquiſitum eſt dominium ante acceptionem legati: vnde Monaſterium, quando renuntiat hæreditati, quæ debet prouenire ei ex ſucceſſione fratris, non dicitur alienare, vt incurrat pœnas iuris, quia non eſt ſibi ius acquiſitum. Et ſi prælatus iurauit non alienare ſimpliciter, intelligitur non de re modica, quæ ſine ſolemnitate alienari poteſt, ſed de magna, & de alienatione illicita, quia iurm eſt ſtricti iuris, ſi verò iurauit non alienare inconſulto Papa, aut ſine licentia ſuperioris, tunc intelligitur tam de licita, quàm illicita, quam non poteſt facere ſine cõditione interueniẽte, etiamſi adſit Eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas: Si tamẽ ſumma neceſſitas immineret, quæ tantam celeritatem requireret, quod à Papa conſilium, vel à ſuperiore licentia haberi non poſſit, tunc creditur à Panormitano poſſe alienare, non obſtãte iuramento. Hoc facit pro religioſis, qui ſæpe ſuum ſuperiorem à remotis habent, & ita cito poſſunt habere ad eum recurſum. Prælatus quoque poteſt facere alienationem, etiam ſuis cõſanguineis, non de rebus immobilibus, ſed de mobilibus, quæ non ſint magni ponderis, & fiant tanquam eleemoſinæ ad ſuis ſubueniendum, vt pietas ipſa exigit. Alienatio facta per eum, qui commiſit capitale crimen, ad piam cauſam tenet, dũmodo fiat ante ſententiam, & ex lege hoc fit, quæ dicit. Si quis poſt hanc, quæ præcipit, vt illius, qui capitale crimen cõmiſit, bona publicẽtur, ſcilicet, inuẽta poſt ſententiam, vel qui ex ſuſpi-

A cione pœnæ ſunt alienandæ. Fallit tamen in crimen læſæ maieſtatis, & hæreſis, quia ſunt in cõmiſſum a die cõmiſſi criminis. Et idem dic in omni crimine, quo ꝑpetrato, ipſo facto, bona perpetrantis eſſent confiſcata. Alienatio facta in fraudem creditorum, vel patronorum, non valet, etiã ſi non ſit facta in fraudem, ſed fraus eſt in ipſo facto. Quod donatũ fuit, vel legatum Eccleſiæ cum hac condi-

B tione, vt non poſſit alienari, ſecundũ Doctores, quando Eccleſia alias poſſeſſiones non habet, pro vtilitate, & cæteris caſibus in iure permiſſis, poteſt alienari, quia pactum, ne liceat mihi rem meã alienare, a iure reprobatur, quia ſi donator aliter ſenſiſſet, non fuiſſet mentis compos. Quod ſi legaretur monaſterio, quod poſſeſſiones tenere non poteſt, cum additione pœnæ, ſi alienetur, locũ non habe-

C ret talis pœnæ, quia cõditio tamquã turpis habenda eſt. Poſſet ergo vẽdi in quocũq; caſu, ẽt extra neceſſitatẽ. Hæc ex Siluef. vbi ſupra. cita. in præced. Quęſito. & in Sũma Bartolomęi Fumi eodem verbo alienatio, vbi in vtroque doctore plurimæ ſunt autoritates.

27. *Quæritur quid ſint alimenta, quæ*

D *quandoq; in legatis, & teſtamentis relinquuntur, & quibus de iure relinqui debeant.*

RESpõdetur, quod alimentorum nomine in legatis, veniũt veſtimenta, & calceamenta, lectus, habitatio, & huiuſmodi, ſine quibus homo viuere non poteſt: etiam idẽ eſt ſi legetur victus, ſecus, ſi cibaria ſint relicta, Et ſimiliter nomine ali-

men-

Digitized by Google

mentorum veniunt medicinæ,& vitæ neceſſaria. Ac etiam ſi eſt perſona honeſtæ conditionis,debentur expẽſæ pro ſtudio grammaticæ,& huiuſmodi. Et primò dico,quòd parentes filijs, & econtra filij parentibus tenentur alimenta præſtare, & omnia onera inuicem ſufferre. Fallit hoc, quando filij poſſent ſibi ſufficere in alimentis ex ſuis bonis, vel artificio, niſi ſit nobilis,quẽ talem artem exercere non deceat, vel ſit infirmus, & idem puto de liberis circa parentes. Fallit etiam,quia mater nõ tenetur, niſi pater, vel aſcendentes de eius linea defierint,vel ſint egentes. Nomine etiam patris, hic veniunt omnes aſcendentes ex linea paterna. Nomine etiam matris,ex linea materna. Et hoc intelligitur etiam de filio emancipato, vel illegitimo,quia de iure canonico tam pater,quam mater tenẽtur alere filios ſpurios. Et notandũ eſt, quod pater non tenetur alere filios ex iure patriæ poteſtatis, ſed ex charitate,& iure naturali.

Secundò, Mater, ſi poteſt,tenetur per triennium alere filium,vltra verò triennium, educatio ad patrem pertinet,niſi mater diues eſſet, & pater pauper; quia tunc ipſa filium alere teneretur.

Tertiò, vir vxorem alere tenetur, & nurum,ac pronurum:ſi vxor ſit diues,& vir pauper, ipſa eum alere tenetur. Et ſimiliter ſocer alere tenetˀ nurum. Fallit primò, ſi in contrariũ pactum fiat,ſecundò ſi vir,aut vxor eſſet in culpa,quo minus alter exhiberet obſequia debita.

Quartò frater fratrem alere tenetur,ſi egeat,& eadem ratione ſororẽ.

Quinto, Dominus tenetur alere ſeruum.

Vltimò,pater tenetur dotare filiã illegitimã,ſicut & alere:& frater ſororẽ. Sed notandũ, ꝙ nec pater,nec auus coguntur filiã dotare,niſi prius deducto,ne egeant. Vnde eis tãtum ſupereſſe debet, quod poſſint commodè viuere, ſecundum eorum dignitatem. Sil.ver.Alimento. vbi, vt ſupra diximus,inueniuntur authoritates iuris,ac Doctorum.

18. *Quæritur de altari cuius materiæ eſſe debet,quotuptex ſit, & quantę magnitudinis, & quot modis inſtituatur, & quis poſſit illud inſtituere, & quædam alia?*

Reſpondetur quod altare non debet eſſe ligneum, vel terreum, ſed lapideum. De conſecratio. diſtinctio. 1. il 1. Sanctus Thom. 4. ſen. di. 13. & 2. par. quæſ. 83. & eſt duplex: Vnum ſtabile, & aliud viaticum, id eſt portabile. Debet eſſe paruus lapis continens in ſe foramen cum conſecratione,& ſigno ſuperpoſito. Et per conſecrationem capit res ſacras clauſas ſigno. i. ſigillo. Et debet eſſe tantę latitudinis,& longitudinis, vt lapis in capſula,quod in eo capi poſſit pes calicis,& Hoſtia cõſecrata. Vel quod in conficiẽdo, cum ſacerdos tenet in manibꝰ panẽ,aut calicẽ,ſupra lapidẽ teneat, & ſic ſupra lapidẽ conficiat. Sed intellige, quod iſta ſint ſupra lapidẽ pro maiori parte. Et ſic habens calicẽ minimũ,poteſt cõficere in paruiſſimo lapide:at Epi ferè oẽs in ſuis diœceſibus decreuerunt huiuſmodi lapides debere eſſe conuenientis magnitudinis ad vitanda pericula.

Al-

Digitized by Google

Altare ſtabile fit tribus modis, fit v- A num foramē paruū, vel in ſuperiori parte in lapide, vel ante altare, vel in latere dextro altaris: & poſt cōſecrationem clauditur lapide paruo, qui vocatur ſigillum, & in ipſo foramine ponuntur Reliquię, & nomen ipſius conſecrantis, & nomen ſancti, in cuius honorem cōſecratur. Quartus modus eſt, quia aliquādo ipſum foramen fit in ipſo altari ſub menſa, & eadem menſa clauditur. Altare au B tē portabile fit tribus modis, aliquādo fit ex ligno, & lapide, ita quod lapis eſt ſigillum, & ſepulchrum eſt in ligno. Aliquando vero ex lapide ſolum, ita quod in ipſo lapide eſt ſepulchrum. Aliquando ex ligno, & lapide, ita tamen quod in lapide eſt ſepulchrum, & ſigillum, & lignum ponitur pro augēda latitudine. Et quāuis poſſit ſecundum aliquos fieri ſine reliquijs, & ſine ſigillo, vt lapis C nudus ſit, hoc non acceptatur, quia eſt contra conſuetudinem.

Solus Epiſcopus illud poteſt conſecrare, & inſtituere, tam ſtabile, quā portabile. Quartum verò ad exſtructionem, ſiue erectionem eius. Portabile quidem inſtituere poteſt quilibet lapicida, cum nullo ſit iure prohibitum: ſtabile vero licitum eſt Presbyteris erigere, vel inſtituere in D Eccleſia non conſecrata: In conſecrata verò, non niſi de licentia Epiſcopi. Et eodem modo in Eccleſia cōſecrata, ſine conſenſu Epiſcopi, non ſunt altaria deſtruenda, ſecus in nō conſecrata. In altari, vbi Epiſcopus cęlebrauit, eodem die alius ſacerdos celebrare non poteſt, niſi de licentia Epiſcopi, vel in caſu magnę neceſſitatis, cum Epiſcopus perficere non potuerit. Hæc etiam Syluest. vltra D. Thom. & Decretum.

29 *Quæritur qualiter execratur Altare, ita vt ſit reconſecrandum?*

Reſpondetur, quod ſtabile altare execratur quatuor modis. Primò ſi menſa penitus, vel enormiter frangatur, ſic, vt appareat deformitas, idque arbitrio Epiſcopi determinabitur: vt ſi in cornibus, in quibus conſueuit fieri conſecratio: ſecus ſi fractura eſſet modica. Secundò ſi mota fuit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret. Et hoc ſiue ſepulchrum ſit in latere altaris, ſiue etiam multo magis ſi ſub ipſa menſa. Nam in illa coniunctione præcipuè intelligitur eſſe conſecratio altaris. Tertio ſi quid de lapidibus ſtipitis tangens ipſam menſam moueatur, quādo menſa fundata eſt ſuper quatuor columnas, quarum vna mouetur: ſecus de lapidibus parietis, vel de ipſo pariete, cui compaginatum eſt altare in quibuſdam Eccleſijs: quia propter motionem talium lapidum, vel parietis, altare manens immotū non execratur. Et idem de lapidibus ſtipitis non tangentibus menſam, & idē de tangentibus menſam, ſed nō principalibus. Et hoc niſi tot moueātur quod altare formam amittat. Quarto ſi moueatur, vel frangatur, vel moueatur ſignum ſepulchri. Quintò ſi tantum augeatur, vel minuatur altare, quod formam amittat, quia forma eſt eſſe rei. Portabile verò execratur multis modis. Primò per remotionem lapidis à ligno, quādo ſepul-

pulchrũ eſt in ligno. Secundò quando, mouetur ſigillum ſepulchri exiſtẽtis in lapide, ſiue lapis ſit in ligno ſiue non. Tertiò, ſi lapis ipſe notabiliter frangatur, & hoc ſolo modo violari poteſt, quando non habet reliquias. Non autem execratur ob hoc, quod in eo celebrauerint degradati, & huiuſmodi. Non execratur ſi lapis ſit in ligno, & ſepulchrum in lapide, & amouetur lapis à ligno, ſtante ſigillo ſepulchri. Si menſa altaris ſtabilis in ſe conſecrationem habeat, & nunquam fuit affixa altari, ſed ſolum ſupra poſita, ea mota, cum ſibi adhærentibus non execratur altare, & ratio eſt, quia ipſa menſa tunc eſt altare portatile. Execrata Eccleſia, non execratur altare: ſecus ſi polluatur, quia tunc etiam polluitur altare, & indiget reconciliatione. Et hoc intellige de altare ſtabili, non autem de portatili. Rationem huius diuerſitatis aſſignat Panormitanus, & eſt, quia conſecratio Eccleſiæ cõſiſtit in parietibus, & ſeparata eſt à conſecratione altarium. vnde illa violari poteſt, combuſtis, vel collapſis parietibus conſecratione altaris remanente intacta. Et ita è cõtra, deſtructo altari, & parietibus illęſis, ſed pollutio concernit totum corpus eccleſiæ: quia ex homicidio commiſſo in eccleſia, totum eius corpus polluitur. Vnde etiam in altaribus ante reconciliationem eccleſiæ, celebrari non poteſt, cum ſint in corpore eccleſiæ. Ex quibus elice primò, ꝙ quot modis eccleſia polluitur, tot etiam & altare, quia ea polluta, polluitur. Secundò quod nec altare exiſtens in eccleſia, ſine eccle-

A ſia: nec eccleſia ſine altari polluitur. quia polluto altari, polluitur eccleſia: cum talis pollutio in eccleſia fiat, ſecus de eo, quod eſt extra eccleſiã, niſi eſſet vnum cum pariete eius. Ab eodem autem, & eodem modo reconciliatur ſicut eccleſia. Silueſt. verbo. Altare. ex dictis non paruus error eſt eorum, qui celebrant in altari portatili, quod eſt ligneum, & B in eius medio ſigillum lapidis tam parui, vt ego vidi, quod nullo modo ibi calix, & Hoſtia collocari poſſiat.

30. *Quęritur cur Deus animas creat, quas perituras nouit.*

RESpondetur primò, quod ex curioſitate id non quæritur, ſed magis, vt quibuſdam reſpondeatur, C qui obmurmurant cõtra Deum quaſi male faciat, ſic creando, quas videt perituras animás. Dicendum eſt ergo, ex Theologorum doctrina, quod Dei præſcientia animabus rationalibus creandis, aut creatis, neceſſitatem, reſpectu operum ſuorum ad vtrumlibet non imponit, ſed magis relinquit eas in manu cõſilij ſui, & arbitrij liberi, quod habent. Ideo licet præſciuiſſet Deus D animas fore damnandas, voluit nihilominus eas creare, quia ſciebat etiam eas liberè acturas quæcumque agerent. Pro quo ſciendum eſt, quod Deus præſcit quædam eſſe futura de neceſſitate, id eſt, ex cauſa neceſſaria, ſicut ſolem oriri cras. Quædam verò ex libera voluntate, vt hunc hominem tale quid operari. Orietur ergo ſol de neceſſitate,

quia

Digitized by Google

quia ſic Deus ordinauit, & homo voluntariè operabitur, quia Deus ſic præuidit. Deus ab æterno certitudinaliter, & indefectibiliter cognouit vnumquodque futurum, ſed propterea contingentibus, & liberis actibus neceſſitatem non imponit, ſicut etiam ſi aliquis videat aliquem facere gladium, neceſſariò ſequitur, quod ille faciat gladium. Nec tamen viſus iſtius eſt cauſa, quod ille faciat gladium. Sic etiam præuidet Deus iſtius hominis mala opera, nec tamen eſt cauſa, vt ipſe mala operetur. Secundo ad hanc petitionem reſpondet Diuus Auguſtinus libro 11. ſuper Geneſim, dicens. Talia quærentibus reſpondeo. Altitudinē conſilij Dei penetrare non poſſum ego, & longe ſuper vires meas negotium hoc eſſe profiteor melioribus, & ſanctioribus aperiendum ſeruatū eſt. Rationabile ergo eſt, ſicut Deus fecit hominem rectum, relinquēs eū in manu arbitrij ſui, proponens ei præcepta, & aquam, & ignem, vt dicitur Eccleſiaſt. 15. vt apponeret manus ad quod vellet, ita ſuo modo ab initio omnes angelos fecit rectos, & dedit eis ſcientiam, & virtutem ſufficientem ad ſtandum in rectitudine iuſtitiæ, & dimiſit eos in libertate arbitrij eorum, reſpectu boni, & mali, & decreuit concurrere cum eorum volūtatibus ad omnē rectum bonū, vel malum, quem elicitiuè producere vellent. Et hoc, quo ad actuum entitatem, & non ad eorum deformitatem, ita quod, ſi ſua libertate declinarent in partem iuſtitiæ, in ipſorum pęnis diuina manifeſtaretur iuſtitia. Si verò mallent ſtare in rectitudine, largitas diuinæ miſericordiæ in collatione fœliciſſimæ fœlicitatis demōſtretur. Hæc ſcribit Henricus de Haſſia citatus à R. Patre Bartholomæo Sibilla ordinis noſtri Prędicatorum in eius peregrinis quæſtionibus.

Ad hæc ego adderem, niſi animæ peccatrices, ſine pœnitentia decedentes, non punirentur, quomodo iuſtitia diuina appareret. Et è conuersò, Niſi verè pęnitentes ipſe Deus, pater miſericordiarum, non ſuſciperet; vbi eius miſericordia manifeſtaretur. Ergo ſalus noſtra ex Deo eſt, perditio verò ex nobis eſt, vt ſupra viſum eſt. In ſequenti quæſito, videbimus, pro eadem materia, quomodo Deus dicatur hominem reprobare. Hæc præfatus Doctor quæſt. 7. cap. 1. 1. Decad.

31. *Quæritur an Deus aliquem hominem reprobet, qui numquam æternam habebit beatitudinem.*

Videt̄ ꝙ De' nullū reprobet hominē: Nullus .n. reprobat quem diligit: ſed Deus oēm hoīem diligit, ſecūdum illud Sap. Diligis omnia, quę ſunt, & nihil odiſti eorū, quæ feciſti.

Præterea nulli debet imputari, ꝙ vitare quis non poteſt: ſed ſi Deus aliquē reprobat, non poteſt vitare, quin ipſe pereat. Dicitur .n. Eccleſ. 7. cōſidera opera Dei, ꝙ nemo poſſit corrigere, quem ipſe deſpexerit. Ergo nō eſſet hominibus imputandum, quod pereunt: hoc eſt falſum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

Reſpondetur vnico verbo, & dicēdum, quod Deus aliquos reprobat. Ad prouidentiam enim pertinet permittere aliquem defectum in rebus,

quæ prouidentiæ ſubduntur. Vnde cum per diuinam prouidentiam homines in vitam æterná ordinentur, pertinet etiá ad ipſam diuinam prouidentiam, vt permittat aliquos ab iſto fine deficere, & hoc dicitur reprobare. Sic igitur, ſicut prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ reſpectu eorum, qui diuinitus in æternam ſalutem ordinantur: Ita reprobatio eſt pars prouidentiæ reſpectu illorum, qui ab hoc fine decidunt. Vnde reprobatio, non nominat præſciétiam tantum, ſed aliquid addit ſecũdum rationem, ſicut & prouidentia, vt ſupra dictum eſt. Sicut enim prędeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam & gloriam: ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferédi damnationis pœnam pro culpa.

Ad primum igitur dicendum eſt, quod Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, inquantum omnibus vult aliquod bonum: non tamen quodcumq; bonum vult omnibus.

Inquantum igitur quibuſdam nó vult hoc bonum, quod eſt vita æterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare.

Ad ſecundum dicédum eſt, quod reprobatio Dei non ſubtrahit aliquod de potentia reprobati. Vnde, cum dicitur, quod reprobatus non poteſt gratiam adipiſci, non eſt hoc intelligendum ſecundum impoſſibilitatem abſolutam, ſed ſecundum impoſſibilitatem conditionatam, ſicut ſupra dictum eſt, quod prædeſtinatum neceſſe eſt ſaluari, neceſſitate

A te conditionata, quæ non tollit arbitrij libertatem. Vnde licet aliquis non poſſit gratiam adipiſci, qui reprobatur à Deo, tamen quod in hoc peccatum, vel illud, labatur, ex cuius libero arbitrio contingit. Vnde & meritò ſibi imputatur in culpam. Hæc D. Tho. 1. par. quæſt. 23. artic. 3.

32. *Quæritur an animæ Chriſtianorum eligendæ ad gloriam ſint* B *pauciores damnandis ad pęnam.*

RESpondetur, quod ex verbis Saluatoris, videtur, quod pauci ſint electi dicentis. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Sed quia poſſet aliquis dicere, quod loquitur comparatiuè ad infideles, qui multi damnantur: Secundò poſſet argui ex verbis D. Gregor. dicentis. Ad fidem plures veniunt, & ad cęleſte regnum pauci deducuntur. Poſſet etiam argui ex ratione, quia quod eſt ſupra naturalem facultatem alicuius naturæ, non conuenit omnibus, neque pluribus ſuppoſitis eius, ſed paucioribus, ſicut pauciores ſunt aues loquentes, quam non loquentes. Sed fęlicitas eſt ſupra naturalem facultatem hominum: ergo pauciores ſunt ſal-
C uandi.

Sed contra, quia Matthæi 13. dicitur. Quod Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & loquitur de fidelibus, qui propriè iudicabuntur per diſcuſſionem. Si autem iuſti eſſent pauciores malis, dicendum fuiſſet, vt videtur, ſeparabunt iuſtos de medio malorum. Dicendum eſt

ergo,

ergo, quod Deo ſoli credo eſſe notam huius veritatem quæſtionis. Tamē probabiliter dici poteſt, quod maior pars Chriſtianorum rectam fidem habentium, & viuentiū in obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſaluatur. Et hoc ſuadeo ratione, & auctoritate. Ratione ſic. Nam ſecundum Theologos maximè S.Thom.in 4.diſtinct.18. Abſolutio ſacerdotis, de attrito facit contritum, id eſt, dolorem imperfectū, & inſufficientem de peccatis eundem numero, vel ſpecie, facit eſſe perfectum, & etiam ſufficientem ad ſalutem, ita quod ſi ſint duo attriti æqualiter dolentes, & vnus moriatur ſine ſacramentis, damnabitur: Alius verò, ſi recipiat ſacramenta, ſaluabitur: quia in ſuſceptione eorum, ſaltem pœnitentiæ, & baptiſmi, veram accipiat contritionem, quamuis forte non ſentiat. Videtur autem ſatis rationabile, quod ſaltem maior pars Chriſtianorum, qui venerunt ad vſum rationis tempore ſuę mortis recipiant ſacramenta, & cum attritione, id eſt, aliquali dolore de peccatis, licet inſufficienti ad ſalutem, & propoſito cauendi de futuro: quamuis, ſi viuerent, fortè non cauerent, tamen tunc de hoc non cogitant. Iuſtificantur ergo tunc iſti, nec eſt rationabile, quod poſt relinquantur à Domino niſi fortè raro. Si ergo his adiungamus pueros decedentes ante vſum rationis, & poſt baptiſmum, de quibus non eſt dubium: Et decedentes in regulari obſeruantia religionis, de quibus eſt valdè probabile, quod ſaluentur, & rariſſimi pereant, maior vtique pars ſaluabitur Chriſtianorum. A

Auctoritate verò ſic. Nam Matth. 22. dicitur, quod de vocatis ad nuptias, id eſt, ad fidem, ſecundum expoſitionem omnium, vnus ſolus videtur recluſus in carcerem, ad innuendam paucitatem eorum, qui damnantur. Et ſi arguatur, quod quinque virgines fuerunt ſapientes, & quinque fatuæ. Matth. 25. Dico B quod ſi talis numerus ponitur ad exprimendam quantitatem ſaluandorum, & damnandorum. per virgines exeuntes obuiam ſponſo, & portantes lampades, intelliguntur ſolum illi, qui venerunt ad rationis vſum, vt poſſint habere lampades propriarum operationum, non autem pueri, qui non propriè exeunt obuiam, ſed ducuntur per fidem alienam. Ex hoc ergo non habetur, C niſi quod medietas adultorū ſaluatur.

Ad primum ergo argumentum, Dico, quod totus mundus eſt vocatus ad fidem, & gloriam, ſed pauci ſunt electi ad gratiam, & pauciſſimi ad gloriam, & ſic intelligit Chriſtus, quamuis etiam poſſit dici, quod loquitur de Iudæis.

Ad ſecundum, Dico, quod D.Gregorius D ibi dicit, paucos Chriſtianos ſaluari comparatiuè ad omnes Chriſtianos, non autem comparatiuè ad damnandos, & hoc eſt dicere, quod ſi mille ſint vocati, qui venerunt, & ſunt Chriſtiani, & ſexcenti ſaluentur, iſti ſunt pauci ad mille comparati, ſed non ad quadringentos. Ad tertium dico, quod illa maiori, malè ſubſumitur mutādo, quid in qua-

le, ſiue natura in gratiam, alioquin æquè poſſet ſubſumi de beatis, & cõcludi de beatis, qđ maior pars eorum damnatur. Debet igitur ſic ſubſumi. Sed fęlicitas eſt ſupra naturalem facultatem, non quidem Chriſtianorũ, quod ſonat gratia, ſed hominum. Et ſequitur tunc vera concluſio. Vnde dico, quod concluditur, vt minor pars hominum ſaluatur, quia fęlicitas, de qua loquimur, excedit naturam humanam in ſe cõſideratam, B non autem concluditur de Chriſtianis, qui conſequuntur gratiam Dei, pro maiori parte: quia licet ſit impoſſibile homini in puris naturalibus conſtituto, mereri illam gloriam, nõ tamen eſt impoſſibile exiſtẽti in gratia. Vnde acquirere illam gloriã, non eſt ſupra naturam exiſtẽtis in gratia, in quantum eſt verè gratia, nec eſt ſupra naturã Chriſtiani, inquãtũ Chriſtianus, ſed inquãtum homo. Hęc ait C ille egregiꝰ Doctor Silueſt. de Pierio ſacri Ordinis Prædicatorũ ſuper illa verba Chriſti dicentis, Matth. 20. Multi ſunt vocati, pauci verò electi.

33. *Quæritur quæ ſint illa, quæ animæ noſtræ potiſſimè fiduciam ſuę ſalutis imprimere poſſint, & conſequenter ſpe futuræ gloriæ conſequẽdæ intus ignita, viam mandatorum Dei velociſſimè currat?* D

RESpondens dico, quòd cum in præcedenti Quæſito, ex quibuſdam humanis coniecturis cõcluſum ſit, vt maior pars Chriſtianornm ſaluetur, nunc operepretium eſt demõſtrare quomodo hanc ſpem in nobis erigere debeamus per hæc, quæ contemplando dicturi ſumus. Et in primis meditari amorẽ, quo nos Deus proſequitur. Naturaliter enim artifex opus ſuum amat, adeo vt vix poſſit audire, quod ei detrahatur. Vnde veriſimile eſt, quod creator amet opera ſua, & ſpecialiter hominem, quẽ ad imaginem, & ſimilitudinem ſuã creauit. Vnde Sapientiæ 11. Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Sperare ergo debet homo de eo, qui dedit ei, vt ſit, quod & paratus ſit ei dare, vt benè ſit. Et iterum ibidem dicitur. Parcis omnibus, quoniam tua ſunt. Et Ezechielis 18. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij? & non vt conuertatur, & viuat. Præterea meditatio bonitatis diuinæ, quæ tanta eſt, quod parata ſit iuuare eos, qui volũt malitiam deſerere, & bonitati adhærere. Atque etiam cum ipſe ſit, ſummè miſericors, non minus vult miſeros à miſeria liberare, quàm ipſi liberari. Dicit enim loquens animæ noſtræ, hæc tria ſummè notanda, & contemplanda. Primum dicit. Scio, quid tibi magis expediat. Secundũ. Plus ego te diligo, q̃ tu te ipſum. Tertium. Plus ego deſidero tibi dare, quã tu deſideres accipere. Et D. Auguſtinus inquit ſuper illa verba. Petite, & accipietis. Non tantum hortaretur, vt peteremus, niſi dare vellet: plus enim vult ille dare, quã nos accipere. Plus vult ille mereri, quam nos à miſeria liberari. Miſericordia Dei quandoque peccatori ſe offert, etiam quod peccator petere non audet, ut oſtendit in latrone, qui domino ait. Memento mei dum veneris in regnum tuum. Conſiderabat ille facinora ſua, & pro magno habebat, ſi vel

Digitized by Google

ſi vel ei in fine parceretur. Deus autem ſtatim inquit. Hodie mecum eris in paradiſo. Miſericordia obtulit, quod miſeria diſtulit. Et D. Bernardus ait. Tria cōſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit. Charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatē redditionis. In patrem ſe nobis dedit, & orationē, qua vti debemus, ipſe dictauit. Quid magis nobis fiduciā præſtare poteſt, quam parabola de filio Prodigo? Rediens filius ad patrem, cum oſculo, & amplexu recipitur, ſolemne conuiuium celebratur, cęleſtis medolia auditur, & ſubdit pater miſericordiarum. Epulari, & gaudere oportebat, qa frater tuus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Præterea, ſi quid pro Deo facimus, vel ſuſtinemus, ſpem augent. Vnde D. Gregorius bonorū mens, quo duriora pro veritate tolerat, eo æternitatis præmio ſperat: Spes noſtra etiam valdè erigitur ex pręteritis miſerationib⁹ viſis. Audi D. Bernardū. Currimus poſt te Domine Ieſu audientes, qđ non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruiſti cōfitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non Cananeam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio, nō ſedentem in theloneo, non ſupplicantem Publicanum, non negantem diſcipulum, non ipſos crucifixores tuos. Ideo in odore horū vnguentorum currimus. Idem ait, puto iam ſpernere me poterit Chriſtus? os de oſſibus meis, & caro de carne mea? Aduocatus noſter, & ſimul iudex eſt. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Hæc eſt eius ma- A gna promiſſio. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non pręteribunt. Pręterea ex conſideratione meritorum, & ſuffragiorum Beatæ Virginis ſpes noſtra corroboratur.

Audi Bernardum. Securum habes acceſſum ò homo ad Deum, vbi habes filium ante patrem, & ante filium matrem. Filius oſtēdit patri cicatrices, & vulnera: Mater oſtendit B filio pectus, & vbera, nec vlla poteſt eſſe repulſa, vbi tot charitatis occurrunt inſignia. Nunquam fuiſſet Mater Dei, niſi peccatores fuiſſent, quia nō fuiſſet neceſſe, ideo parata eſt eā miſericordiam expendere in peccatores. Vnde ſecurè peccatores poſſunt ad eam accedere tanquā ad ſuā ſibi à Deo datā, quia ex magnitudine diuini amoris fuit, qđ Deus mundo dedit B. Virginem, quæ occaſio- C ne peccatorum, habet gratiā, quam habet apud Deum. Spem etiā angeli erigunt, cū Spiritus ſanctus dixerit. Angelis ſuis mādauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, qui gaudent de vno peccatore pęnitentiam agente. Similiter omnes ſancti qui ſunt in patria, cum ſint de ſua ſalute ſecuri, pro nobis miſeris orare non ceſſant. Tandem audi orationem ſanctiſſimi Patris no- D ſtri Auguſtini ad Beatam Virginem.

O Maria multum audeo, multum gaudeo, multumque gaudium multam mihi facit audaciam. Mira loquar, ſed ſic eſt. Nos. n. tibi, teque nobis mira viciſſitudo confęderat: Vt ſcilicet, pro nobis habeas illud eſſe, quod es; nos verò per te id eſſe,

quod ſumus. Si enim nulla præceſ-
ſiſſet noſtra tranſgreſſio, non eſſet
ſecuta noſtra redemptio. Et ſi neceſ
ſarium non eſſet redimi, nõ eſſet ne
ceſſarium te parere redemptorem.
Vt quid neſcium peccati, pro pecca
toribus pareres, ſi deeſſet qui peccaſ
ſet. Vt quid mater fieres Saluatoris,
ſi nulla eſſet indigentia ſalutis? Vl-
tra hæc, iterum audi peccator quam
miro modo te Chriſtus trahere nita
tur, ne prę multitudine peccatorum
tuorum deſperes, ſed maxima fidu-
cia ad ipſum reuertas.

Sic loquitur Chriſtus animæ pœ
nitentis, qui redire optat ad ipſum,
& veram pœnitentiam agere cupit.
In primis grauiter doleat ſe peccaſ-
ſe, & me, tanto tempore grauiſſimè
offendiſſe, & ſi dolorem nõ ſentiat,
ſaltem doleat ſe nõ poſſe dolere. Nã
ſæpe accidit, vt mihi magis placeat
ille dolor acceptus, non poſſe dole-
re, & deſiderium cõtritionis, quam
ipſam cõtritionem ſentire. Quoniã
illud velle habere, & non habere, af
flictio cordis eſt nõ parua. Quæ qui
dem afflictio, & paſſio valdè mihi
placent, propter me accepta, & ad
modum animæ vtile eſt. Veſtrã mi-
ſeriam, & imbecillitatẽ video. Nec
anima deſperare debet, ſi cordis ari
ditatem, & frigiditatẽ ſentiat, cum
peccaſſe nollet, ac proponit iterum,
atque iterum præ mei amore, nolle
amplius peccare. Suſurrijs dęmonis
ne credas, cum ſuggerit me nolle ti
bi parcere, & nolle tibi gratiã meam
donare. Ne illi credas. Doleas modo
tu peccaſſe, Atq; nolle amplius pec-
care. Et licet recidas, nunquam de-
ſperes. Surge feruentius cum pro-
A funda humilitate, & iterum propoſi
tum renoua, non amplius peccandi.
Et ſi iterũ recidas, iterum ſurge, etſi
ter, quater, quinquies, decies, cẽties,
& ſeptuagies ſepties in die decidas,
toties ad me reuertas, & te gratan-
ter ſuſcipiam: tua enim malitia, nul
latenus meã poteſt miſericordiam
ſuperare. Quanto plura peccator ha
bet peccata, tanto magis voluntariè
B ei parcam, ſi ipſe pęniteat, quia plus
gloria mea relucet, cum abundãtior
miſericordiam prodeat. Durus ego
nõ ſum, nec maleuolus, nec parcus,
ſed totus liberalis, profuſus, dulcis,
charitate plenus, imò prodigus. Ve-
rum fortè tua peccata te premunt,
vſus eorũ diuturnus te impetit, quẽ
tolerare neceſſe eſt, vbi fortè bellum
die, noctuq; ſentitur, & aduerſis fal
ſitatibus, imaginibus, & inquietudi
C nibus malignus ſpiritus pugnat. Ne
timeas, viriliter obſta; ſi volũtate re-
futes, cõſenſum non adhibeas, nec
caro, nec mundus, nec diabolus præ
ualebit, ſed corona tibi manet ad ſu
premam gloriam. Hęc ſunt verba,
vulgari lingua, deſcripta illius viri
pręclariſſimi Ioannis Lanſpergij, in
eius libello. Pharetra diuini amoris,
de vita ſpirituali. cap. 16.

D

34. *Quæritur, an animæ egreſſæ de corpore, ſtatim ſocientur angelis bonis vel malis, & ab eis deducantur, ſine mora, ad loca eis deputata.*

RESpondetur per duas cõcluſio-
nes. Primo qđ aię bonorũ poſt
ſeparationem a corpore, ſi nõ habẽt
aliqd purgabile, ſtatim ad cœlũ de-
ducũtur, & euolãt. Animę verò ma-
lorum

Digitized by Google

lorum ſtatim deducuntur ad infernum. Et contrarium pro hæreſi eſt, vt ait D. Thom. 4. ſent. diſt. 49. ar. 5. Quod etiam probatur ratione, & auctoritate. Ratione probatur. Nam ſi animæ ſtatim poſt ſeparationē à corpore, non redditur pręmium, hoc poteſt eſſe ex tribus. Vel quia anima non eſt capax, vel quia animæ præmium non debetur, vel quia ſtatim non debetur. Non primum, quia cū anima ſit naturę intellectualis, eſt capax beatæ cognitionis, & viſionis Dei, quia eſt principiū eſſendi eius, quem videre naturaliter anima deſiderat, & etiā hoīes futuri ſint ſimiles Angelis Dei. Mat. 22. qui ſemper vident Deum facie ad faciem, ergo ſtatim recipient præmium. Item pręmium animæ propriè debetur. Nam tota ratio meriti, & demeriti eſt ab anima gratia informata, quia corpus non fuit niſi quaſi inſtrumentum. Item merces ſtatim mercenario merenti reddi debet, iuxta illud. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane, ergo ſtatim recipit anima pręmium exiens à corpore. Probatur etiam auctoritate; & primo de bonis. Nam latroni dixit Chriſtus Lucæ 23. Hodie mecum eris in Paradiſo. Et Gregorius in Dialogis. Animę perfectorum iuſtorum mox, vt huius carnis clauſtra exeunt in cęleſtibus ſedibus recipiuntur. Probatur etiam de malis Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcēdunt. In puncto, id eſt, in indiuiduo, & indiuiſibili puncto vitæ. Et Gregor. dicit. Qualis quiſque hinc egreditur, talis in iudicio præſentatur. D. Thom. 4. ſenten. di-

A ſtin. 45. artic. 2. Secunda concluſio. Animæ egreſſæ à corpore, ſociatę vadunt ad receptacula eis deputata. D. Bonauent. 5. ſenten. diſtin. 2. dicens probat. Credendum eſt quod in egreſſu animæ à corpore aſſiſtant ſpiritus bonus, & malus, vnus, vel plures; & tunc data à Deo ſententia, ſi anima bona eſt, per miniſteriū boni angeli ducitur in cœlum vel in

B purgatorium, quouſque purgetur, & purgata per eius miniſteriū educitur. Si verò ſententia ſit mala pro iudicato, tunc per miniſterium dæmonum deducitur ad infernum, hoc autem, vt dicit ipſe, eſt concedendum probabiliter, & non temerè aſſerendum. Nam Grego. dicit in 4. Dialogorū, quod animæ reproborum per ſe ipſas deſcendunt ad infernum. Hæc dicit D. Bonauen. vt allegat hic

C Auctor Bartholo. Sibilla Ord. noſtri Prædicat. ſed alij dicunt, quod huiuſmodi animę per ſe ipſas nolunt ad infernum damnatorū ire, ſed ab ipſis dęmonibus per vim trahuntur, & ita nos putamus.

35. *Quæritur an ſcientias, & virtutes hic acquiſitas anima poſt mortem retineat, & ſi illis damnatus vtatur cū delectatione?*

D

RESpondetur quod ſcientia duobus modis accipi poteſt. Primò modo materialiter pro phantaſmatibus, à quibus abſtrahitur ſpecies intelligibilis, & ſciētia, quę quidē phātaſmata habent determinatum organum in capite, ſ. mediā cellulā eius, & ſic ſcientia acquiſita nō remanet poſt mortem. Non enim anima habe-

Digitized by Google

bit organa aliqua, vel phantaſmata, ſuperque conuertatur, vt intelligat, quia hic modus intelligendi eſt proprius aĩæ curuatæ, & inclinatæ corpori, & ſic intelligitur dictum Apoſtoli. 1. Cor. c. 13. dicentis. Siue ſcientia deſtrueretur, &c. Et dictum Philoſo. in prædicamẽtis dicẽtis. Quod per vehementem tranſmutationem corrumpitur ſcientia. Secũdò modo accipitur ſcientia pro habitu derelicto in anima, vel in intellectu poſſibili, qui eſt quædam virtus animæ, in qua recipiũtur omnes ſpecies intelligibiles ſpiritualiter, & ſic ſcientia remanet in anima ſeparata. Et cum petitur, ſi damnati in inferno ea vtantur cum delectatione, propterea quod dicitur à Philoſo. 4. Ethicorum. Quod philoſophia habet magnas delectationes. Et Lactantius primo diuin. inſtit. dicit: Nullus eſt ſuauior animæ cibus, quam cognitio veritatis. Reſpõdetur, quod ſicut in Beatis ad perfectam eorum beatitudinem, nihil erit, quod non ſit gaudij materia, ita nihil erit in damnatis, quod non ſit cauſa, & materia triſtitię, nec deerit aliquid, quod ad triſtitiam poſſit pertinere, vt eorum miſeria ſit ſic conſummata. Damnati ergo conſiderabunt mala, quæ geſſerunt, & quibus ſunt damnati, & bona deleta, quæ amiſerunt, & ex vtroque torquebuntur. Similiter etiã torquebuntur de hoc, quod conſiderabunt ſcientiam, & notitiam, quã de rebus ſpeculabilibus habuerunt imperfectam fuiſſe, & amiſiſſe ſummã perfectionem eius, quam potuiſſent adipiſci. Et ſic licet, vt dicit Philoſo. conſideratio ſcientiæ per ſe ſit delectabilis, ratione cõuenientiæ, & perfectionis ſuperioris partis hominis, tamen ex aliquo accidente, poteſt eſſe cauſa triſtitiæ. Hæc D. Th. 4. ſent. diſt. 50. q. 2. art. 2. citatus à Bartholomæo Sibilla c. 3. q. 3. prim. Decadis.

36. *Quæritur an animæ damnatorum ante, & poſt iudicium videant Angelos, Beatos, & eorum gloriam.*

Reſpondetur quod animæ damnatorũ vſq; ad diem iudicij videbunt animas beatorum, & eorum gloriam in vnuerſali, & non in particulari. Videbunt. n. eos in magna, & inæſtimabili gloria, ſed non qualis ſit illa gloria, quę viſio eſt potius per modũ argumentationis, & cognitionis, q̃ viſionis: ſicut pauperes extra domũ epulantiũ delectationes eorũ cogitãtes, tñ in particulari, qd comedant, neſciunt. De hmõi aũt viſione nõ lætantur, ſed triſtãtur, tũ pp inuidiã alienæ fęlicitatis, tũ pp carentiã proprię beatitudinis, q̃ ipſi perdiderunt, de quibus dr̃ Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiã agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliqñ habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitã illorũ æſtimabamus inſaniã, & finẽ illorũ ſine honore. Ecce qũo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorũ eſt. Poſt iudiciũ aũt ita ad proprias pœnas eorũ cogitatio deflectetur, quod de ſanctorũ gloria nõ poterũt cogitare. Hæc Mag. ſen. in 4. diſ. 50. in fine. D. Th. aũt dicit, qd dãnati

poſt

poſt dié iudicij omninò viſione bea A torum priuabuntur. Nec tamen ex hoc eorum pęna minuetur, ſed augebitur, quia memoriã habebunt gloriç Beatorum, quam in iudicio viderunt, vel ante iudicium, & hoc erit eis in tormentum. Sed vlterius affligentur in hoc, quod videbunt ſe indignos reputari, etiã videre gloriã, quam ſancti merentur habere. Hęc S.Tho. vbi ſupra, citatus à Bart. Sibilla, Ord. Prædicat. c.3.q.4. primæ B Decadis.

37. *Quæritur, an ſingulis hominibus vnus, vel plures Angeli aſſignentur in cuſtodiam?*

Reſpondetur, quod ſingulis hominibus datur vnus Angelus regulariter in cuſtodiam, quia cũ cuſtodia Angelorum ſit ad conſequendam promotionem in fine, & remouẽdum ea, quæ conſecutionem finis impediunt, ideo omnibus his debetur cuſtodia Angelorum, qui nondum conſecuti ſunt vltimum finem ſuum, cuiuſmodi ſunt omnes homines viatores. Et ſi dicatur, vt dicit Magiſt. ſent. in 2. diſt. 41. Quomodo poſſibile eſt, quod cuilibet animę rationali deputetur Angelus, cũ plures ſint animæ præteritæ, præſentes, & futuræ, quam ſint Angeli deputati ad cuſtodiam? Reſpondet ipſe Magiſt. ibidem, quod nunquam ſunt tot homines ſimul actualiter exiſtentes, quot ſunt Angeli boni. Iõ ſufficit vnus Angelorum ad vnumquemq; hominem. Vno. n. homine decedente Angelus ſibi in cuſtodiã datus alteri, aſſignatur ſuccedẽti. Et licet, vt dicit D.Tho. 1.p. qõ. 113. art. 2. Cuilibet homini vnus Angelus deputetur, in quãtum, ſcilicet, quilibet eſt perſona particularis, tamen non inconuenit alicui homini plures Angelos deputari ſecũdũ dignitaté, prçlaturã, & gratiã aliquã Dei ab eodẽ participatam, vt patet in ſummo Pont. Cardinalibus clauẽ iuriſdictionis habentibus Prçlatis, & Principibus. Hęc omnia D.Tho. 1. par. & Doct. Theologi in 2. ſent. diſt. 10. & 11. Sed D.Tho. ait quod Angelus, qui vnum cuſtodiuit, alios non cuſtodit amplius. Pręfatus Bartolomæs hæc oĩa, q. 2. c. 4. 2. Decad.

38. *Quæritur propter quid hoĩbus in cuſtodiam Angeli aſſignentur?*

Reſpondetur pp quatuor cauſas Angeli ad cuſtodiã hoĩum deputãtur. Prima eſt, vt promoueanť, C & proficiant in bonum gratiæ. Scda eſt, vt non cadant in malum culpæ. Tertia eſt, ſi cadant, vt poſtmodum reſurgant à malo culpæ. Quarta eſt, ſi non reſurgãt à malo culpæ, vt nõ toties cadãt. Nulli. n. viatori, in quãtum viator eſt, deficit miſericordia Dei, quæ eſt in dando angelum hoĩ in cuſtodẽ, pp pdictas cauſas. Nota tñ, quod ſicut diuinæ prouidentię eſt, ſic impedire mala, vt tñ cõditio D naturę ſaluetur: ita ẽt eſt de cuſtodia Angelorum, quę eſt diuinę prouidẽtię executio; nã ad Angelos non pertinet, quod cuſtodiẽdo homines ad virtutẽ cogant, & à vitijs retrahant, quia ſic periret libertas arbitrij, & ratio meriti. Hæc Alexand. de Ales 2. par. ſummę, q. 40. ar. 4. idem Bart. vt ſupra, q. 3. ibidem.

Digitized by Google

39. *Quæritur in quo ſtatu incipit Angelorum cuſtodia, & quo tempore terminatur.*

RESpondetur, quod angelorũ cuſtodia incipit immediatè, quando creatura naſcitur, ſecunda natiuitate, ſ. extra vterum. Ratio eſt; quia tunc debet adhiberi cuſtodia, quãdo timeť de ſalute aïæ, ſed poſtq̃ naſciť, timetur de ſalute animæ, quia in via, qua ambulant abſconderunt laqueũ mihi, inquit pſalmiſta, & tunc mundus, caro, dæmonia, incipiunt noua prælia mouere. Antequam autem exeat vterum, nõ datur cuſtodia, quia tũc, cum tales ſint adhuc aliquid matris, cuſtodiuntur ab angelo matris; durat autem hæc cuſtodia vſque ad mortem incluſiuè, quia poſt mortẽ non indigent cuſtodia. Nam ſi ſunt in patria, nõ timent amplius periclitari. Iſa. 60. Nõ occidet vltra ſol tuꝰ, & luña tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem ſempiternã, & complebuntur dies luctus tui. Si verò ſunt in inferno, non timẽt periclitari, quia timor, quem timebãt, euenit eis, nec in purgatorio, cum ſit extra terminum merendi, & demerendi, & non poſſit ab ipſa gratia reſilire. Itaque in via datur cuſtodia, & non poſt curſum. S. Tho. p. p. q. 113. & Magiſt. ſent. diſ. 11. ſic citat idem Bar. ibid. vt ſup. q. 4.

40. *Quæritur, an angeli, qui hominũ cuſtodiæ deputantur, propter eorum obſtinationem, aliquando eos deſerant.*

VIdetur affirmatiuè reſpõdendũ, per illud Damaſ. dicẽtis. Quod angeli cum ſunt hic nobiſcum, non A ſunt in cœlo, ſed aliquando ſunt in cœlo, ergo nos aliquando derelinquunt.

Reſpondetur dicendo, quod ad hanc quæſtionem, duplex notabilis reſponſio eſt. Prima eſt S. Thomæ dicentis, quod cum cuſtodia angelorũ ſit quædam diuinæ prouidentiæ executio, ſicut diuina prouidentia ſecundum magis & minus diuerſis prouidet, B ſecundum eorum conditionẽ, non tamen ex toto relinquit hominem, quia ĩ nihilum redigeretur: ita cuſtodia angelorum ſecundũ quid, vel ſecundum aliquem effectum, dicitur relinquere hominem, in quantum non prohibet omnia nocumenta, vel quia exponit eũ tribulationibus, vel quia iuſto Dei iudicio, ab aliquo peccato nõ retrahit, vel quia nõ ita efficaciter promouet in bonũ, nec C tuetur a malis, exigẽte demerito hominum, quomodo intelligitur illud Hier. c. 51. in perſona angelorum. Curauimus Babylonem, & nõ eſt ſanata, derelinquamus eam. Nũquam tamen angelus ita hominem derelinquit, quem cuſtodit, quin aliquis cuſtodię effectus ſequatur, inquantum aliquod malum prohibet, & ad aliquod bonum promoueat. Quod ra- D tione ſic probatur. Angeli boni ſunt magis proni ad hominem adiuuandum, quam mali ad infeſtãdum. Sed mali nunquam ceſſant ab infeſtando ſecundum illud Apoſtoli Petri. Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, ſemper circuit quærens quem deuoret: ergo nec boni à cuſtodiendo vnquam ceſſant. Secunda eſt reſponſio S. Bonauen. in 2. d. 11. dicentis, quod reſpectu hominis

minis

Digitized by Google

minis,duplex eſt Angelorum cuſto-
dia vna ex parte corporis,quæ in ho
ſtis repulſione conſiſtit, ne ſcilicet
opprimat corpora.Alia ex parte ſpi-
ritus, quia ne illũ malignus ſpiritus
peruertat. Quantum ad primum,nũ
quam hominem ad finem vitæ dere-
linquunt,quoniam non patiũtur eũ
a dęmone opprimi,vel occidi,niſi ali
ter ſententia diuini iudicij expoſce-
ret, ſicut de viris Sarrę patet Thob.
7. Quantum verò ad cuſtodiam Spi
ritus dicitur a quibuſdam, quod qñ
Angeli cernunt hominis obſtinatio-
nem, ſubtrahunt ſe a cuſtodia eius,
quoniam fruſtra eſſet illius illumina
tio ab Angelo. Sed quoniam hæc re
ſponſio crudelis videtur, idcirco idẽ
doctor dicit ibidem,quod Angelorũ
cuſtodia reſpectu boni cõſeruãdi, ac
quirendi, vel augendi, vel reſpectu
mali deſerendi,euitandi,vel minuen
di,quantum ad primos actus bonos
deſerunt angeli obſtinatos , quia
fruſtra eſſent actus eorum : ſed non
quãtum ad actum malum,quia ſem-
per hominem, ne labatur in peius,
retrahunt. Quanto enim quiſquam
peior eſt,tanto ad malum pronior,&
quanto pronior,tantò magis indiget
retrahente, & hanc cuſtodiam ſem-
per habet,quia adhuc obſtinatus, dũ
aura potitur mortali, cõuerti poteſt,
& per conſequens de eius ſalute nõ
eſt totaliter diffidendum : exemplo
medici,qui neminẽ,niſi de cuius to-
taliter ſalute deſperat,derelinquit.
Et per hæc patet reſponſio ad quæſi-
tum.Ad motiuum autem in contra-
rium dicitur, quod licet angelus in-
terdum relinquat hominem loco,cũ
ſcilicet in cœlo eſt localiter , nunquã
A tamen relinquit eum quãtum ad ef-
fectum cuſtodiæ,quia etiam cum eſt
in cœlo cognouit,quid circa hominẽ
agatur. Nec etiam indiget mora tem
poris ad motum localem, ſed ſtatim
poteſt adeſſe:vt inquit S.Thom.p.p.
quæſ.113.& 2.d.11.artic.4. citatus
ab ipſo Bart.ibidem, vt ſupra cap.5.
q.1.2.Deca.

41. *Quæritur , an angeli affligantur*
B *& doleant de malis, & de damnatio-*
ne eorum,quorum ipſi cuſtodiam ha-
buerunt?

RESpondetur, quod Angeli nec
detrimentum gloriæ eorũ,nec
gemitum, aut triſtitiã ſumunt de ma
lis,& dãnatione cuſtoditi.Quod pro
batur triplici ratione,ſcilicet immu-
nitatis,fęlicitatis, & conformitatis.
Primò ratione immunitatis a culpa.
C Sic,triſtitia eſt quædam pœna,pœna
autem non eſt, niſi eius, cuius ineſt,
vel infuit,vel ineſſe potuit peccatũ,
ſed in bonis angelis nõ fuit, nec eſt,
nec eſſe poteſt peccatum, ergo in eis
nequit eſſe triſtitia. Secundò ratione
fęlicitatis. Angeli ſunt in perfecta fę
licitate,ſed perfecta fęlicitas, qualis
eſt fœlicitas patriæ non compatitur
ſecum miſeriam aliquam,eo quod,ſi
D cut includit omne bonum,ita exclu-
dit omne malum, ſed omnis triſtitia
ad miſeriam pertinet,& eſt fugiẽda,
ſecundum Philoſ. 2.Ethi. Ergo an-
geli beati triſtes non poſſunt eſſe.
Tertio probatur ratione conformi-
tatis ad ſupremam regulam , quæ eſt
Deus. Voluntas beatorum eſt perfe-
ctè conformis,& coniuncta volunta
ti diuinæ;culpa autem a diuina volũ

tate

Digitized by Google

tate eſt permiſſiuè, & pœna effectiuè, ergo quicquid eſt, eſt volitũ a Deo, & ſicut eſt volitum à Deo, ita ab angelis eſt volitũ. Vnde ſicut nihil eſt, de quo Deus doleat ita nihil eſt, de quo angeli doleãt. Vñ neq; de peccatis hominum triſtantur, cum ſint volita à Deo indirectè, ſcilicet permiſſiuè, neq; de pœna damnatorum, cum ſit volita à Deo directè, ſcilicet effectiuè. Sed vtrobiq; lætantur de iuſta pmiſſione, & punitione, propter conformitatem, quam habent cum iuſtitia diuina, propter quam cauſam dicimus ſanctos damnatis non compati, imò de pœnis eorum lætari. Et ſi diceretur, quòd gaudẽt de bonis cuſtoditi, ergo triſtantur de malis. Negatur conſequentia, quia gaudere ſequitur eorum naturam, triſtari autem minimè. Quod ſi etiam quandoque reperiatur in Scriptura, triſtentur, & fleant, ſicut in Eſaia 33. dicitur. Angeli pacis amarè flebunt. Et in vitis Patrum legitur, de quodam angelo, qui ſequebatur quendam monachum peccato conſentientem, comploſis manibus, & flens, & poſtea cum eſſet conuerſus, acceſſit ad eum ridens, & gaudens. Hæc omnia metaphoricè intelligenda ſunt, & accipienda ſecundam quandam operationum ſimilitudinem, non ſecũdum affectionum infirmitatem. Hęc Sanctus Thomas prima parte. quæſt. 113. artic. 7. & Richard. 2. ſentent. diſt. 12. quæſtio. 3. citati ab ipſo Barth. pręfato ibidem, cap. 5. quęſtio. 3.

A

B

C

D

42. *Quæritur, an angeli boni ſint magis ſoliciti pro noſtra ſalute procuranda, quam maligni ſpiritus ad eam impediendam?*

VIdentur pręualere maligni ſpiritus ad nocendum, quam boni ad adiuuandum. Nam communiter reperiuntur homines magis ardentes ad carnalia, quàm ad ſpiritualia. Et plures reperiuntur homines arrepti ſuo modo, & obſeſſi a dæmonibꝰ ad malum, quam arrepti, & obſeſſi à bonis angelis ad bonum. Ergo videntur maligni ſpiritus pręualere.

Reſpondetur dicendo, quod angeli boni ſunt magis ſoliciti, & plus poſſunt pro homine, quam mali contra eundẽ, quod probatur ratione, & charitate. Ratione verò triplici, ſcilicet, ſuperioritatis, & diffuſionis, & cõſecutionis. Primo ratione ſuperioritatis. Nã angelus bonus, qui eſt inferior ordine naturæ, pręeſt dæmonibus, etiam ſuperioribus ordine naturæ. Ratio eſt, quia virtus diuinæ iuſtitiæ, cui boni angeli inhærent, potior eſt, quam virtus naturalis angelorũ. Vnde & apud homines ſpiritualis homo iudicat omnia, vt dicit Apoſtolus. Et Diuus Thomas prima par. q. 109. art. 4. ad tertium. Secundo ratione diffuſionis. Nam de ratione bõni eſt diffuſio ſui ad ſimile bonum, de ratione mali, eſt diffuſio mali ad ſimile malum. Sed potentior eſt habitus, qui eſt bonum, quam priuatio, quę eſt malum. Ergo. Tertiò ratione conſecutionis. Nam ſolicitior eſt circa cuſtodiam, qui ex cuſtodia conſequitur bonum, quàm qui ex cuſtodia conſequitur pœnam. Sed angeli bo-

ni

Digitized by Google

ni ex cuſtodia bonorum, conſequuntur ex peccato malorum pœnam maiorem accidentalem. Ergo. Propterea de bonis Angelis dicit Dauid. Benedicite Domino omnes angeli eius,&c. Ex quibus patet, quod potétius, perfectius,& plenius ſpiritus boni poſſunt operari circa cuſtoditos in bonum, quàm mali contra bonos in malum. Poteſt ſiquidem ſpiritus malus quemcunque hominem arripere,& inſpirare in eum, qualitercũque illabi, vt per ipſum mirabilia operetur, & nuntiet, vt eum occulta ſcire faciat, poteſt immutare corpus, & ſenſus interiores eius, & exteriores, ingerere iclinationes, paſſiones, cogitatus, inſtinctus, ſed multo longè perfectius, potentius, & plenius poſſunt ſpiritus boni in bonos. Nam poſſunt ſpiritus boni in bonos illabi, eos excitare,& rapere, illuminare ad Dei ſecreta, inflammare mirabiliter ad Dei amorem, quemadmodum patet in multis ſanctis viris,& poſſunt ſimiliter boni angeli circa corpora hominum eadem facere, quæ & mali facere conſueuerunt,& longè perfectius. Non enim poteſt Diabolus ſic ardenter inflammare hominẽ ad vitium aliquod, quin angelus bonus poſſit ardentius ad appetibilia virtutum accendere. Non poteſt Diabolus facere aliquẽ ita ſuperbum, quin angelus Dei poſſit aliquẽ facere magis humilem. Et breuiter nõ poſſunt mali angeli homines ita fortiter ad mala impellere, quin fortius,& perfectius boni angeli poſſint eoſdem ad contraria inducere. Ad motiuum autem in oppoſitum dicitur, quod ideo communiter plures inueniũtur carnales, quam ſpirituales: quia plures ſequuntur ſenſualia, quę ſuadent dæmones, quàm ſpiritualia oſtenſa ab angelis bonis. Hæc Bartholomæus Sibilla Ord. Prædicatorum, in ſuis peregrinis quæſtionibus 2. Decadis. c. 6. q. 2.

43. *Quęritur, quare angeli amiciores hominibus,& fortiores dęmonibus permittũt homines ſanctos vexari,& quãdoque ſuperari a dæmonibus, cum perditio cuſtoditi aſcribatur negligentiæ cuſtodientis.*

RESpõdetur, quod angeli circa cuſtodiam hominum, non tantum agunt, quantum ſciunt, & poſſunt: ſed quantum permittitur eis à Deo primo cuſtode, ſecundum ordinem prouidentiæ,& iuſtitiæ ſuæ, & quantum nos acquieſcimus eorum conſilijs. Vnde ſi eorum conſilia admitteremus,& permitterẽtur a Deo, quod ſecũdũ vltimũ potẽtiæ ſuæ poſſent agere ad illuminationem,& iuſtificationem hominum,& repulſionem dæmonũ; poſſent vtique,& potuiſſent in paruo tempore quantumcunque peruerſos, & malos aduocare ad cognitionem veritatis,& accẽdere in amore virtutis. Non eſt ergo ex parte negligentiæ angelorum, nec eſt eis imputãdum, quod tot homines eorum curę commiſſi, pereãt, vel tẽtentur, cum in angelis nulla cadat propriè negligentia. Quinimo tanta eſt angelorum cura de hominibus, vt nec etiam quoſcunque obſtinatiſſimos penitus relinquant, quos ſi relinquerent, & permitteret Deus, maligni ſpiritus ſtatim

Digitized by Google

eos in mortem præcipitarent. Sed A eſt primò, quia nos repellimus eos dum eorum conſilijs non acquieſcimus, cum non poſſint ſupra noſtrā arbitrij facultatem. Et eſt ſecundo, quia circa nos tantum pro viribus agunt, quātum eis permiſſum eſt ex ordine iuſtitiæ, & prouidentię diuinæ. Et tertio eſt, qui cum Angeli nō ſubſint ſtatui currentis huius mūdi, cum ſint confirmati in bonum, non poſſunt agere, & conari extremè ꝓ B viribus, pro viatoribus alterius ſtatus naturę. Ad motiuum aūt in contrarium dicit Origenes ſuper illud Numer. 25. Initiatus eſt Iſrael Beelphegor; pręeſt angelus bonus hominibus, qui pro delictis culpabitur, & in iudicium adducetur, & pro bene geſtis laudabitur. Sed hoc falſum eſt, quia angeli boni nullo modo culpabūtur, nec in iudicium adducent, niſi fortè intelligatur, ꝙ ad iudiciū C adducentur, nō ad eorū condēnationē, propter aliquā negligentiā commiſſam circa homines, ſed ad manifeſtandum quod improbi damnati ſunt malitia ſua, & non ex culpa cuſtodum. Poſſet etiā dici Origenem intellexiſſe per Angelos, Prælatos, & Sacerdotes allegoricè, à quibus requirentur in iudicio animæ ſubditorum. Hæc præfatus Doct. Bartholomæus vt ſupra in pręcedenti quę- D ſito, ibidem, cap. 6. q. 2.

44. *Quæritur, an omnia peccata procedant ex tentatione diaboli?*

Videtur affirmatiuè reſpondendum, cum Dionyſius dicat 4. capi. de diui. nom. quod multitudo dęmonum eſt cauſa omniū malorum.

Reſpondet D. Tho. 1. par. q. 114. art. 3. Quod cauſa alicuius poteſt dici aliquid dupliciter. Vno modo, directè, alio modo indirectè: Indirectè quidem, ſicut cum aliquod cauſans aliquam diſpoſitionem, ad aliquem effectum dicitur eſſe occaſionaliter, & indirectè cauſa illius effectus, ſicut ſi dicatur, quod ille qui ſecat ligna, eſt cauſa combuſtionis eorum, & hoc modo dicendū eſt, quod diabolus eſt cauſa omnium peccatorū noſtrorum, quia inſtigauit primū hominem ad peccandum, ex cuius peccato conſecuta eſt in toto genere humano, quædā pronitas ad omnia peccata, & per hunc modum intelligenda ſunt verba Damaſceni dicentis, quod omnis malitia à diabolo excogitata eſt. Ac etiam illa Dionyſij. Directè autem dicitur aliquid cauſa alicuius, quod operatur directè ad illud, & hoc modo diabolus non eſt cauſa omnis peccati. Non. n. omnia peccata committūtur diabolo inſtigante, ſed quędam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia vt Origenes dicit, etiam ſi diabolus non eſſet, homines haberent appetitum ciborum, & venereorū, & huiuſmodi: circa quæ multa inordinatio contingit, niſi per rationem talis appetitus refręnetur, & maximè ſuppoſita corruptione naturę. Refrenare autem, & ordinare huiuſmodi appetitum, ſubiacet libero arbitrio. Sic ergo non eſt neceſſe omnia peccata ex inſtinctu diaboli prouenire, & per hoc patet reſpōſio ad primum argumentum.

Digitized by Google

45. *Quęritur, an homines poſt eorũ mortem, ad collegium Angelorum aſſumantur?*

VIdetur negatiuè eſſe reſpondẽdũ, quia plus diſtat natura hominis à natura Angelorum, quàm natura vnius Angeli à natura alterius: ſed Angelus inferioris naturæ non poteſt pertingere ad ſuperioris ordinẽ, ergo videtur, quod nec homines ad ordines Angelorum aſſumantur. Et quidam commentator Gręcus Epiſcopus, nomine Euſtratius ait, quod in cœlo de hominibus ſit decimus ordo, quod apud peritiores non datur.

Reſpondetur ergo, quòd ex doctrinis Sanctorum, magis conſonũ eſt, & magis doctrinæ Theologorũ placet, & maximè S. Thomæ, & Alberto Magno, dicentibus, quod omnes electi aſſumẽtur ad ordines Angelorum. Quidam, ſcilicet, ad ſuperiores, quidam verò ad inferiores, & quidam ad mediocres, prò diuerſitate ſuorum meritorũ. Vnde Mat. 22. Chriſtus dixit. Erunt ſicut Angeli Dei in cęlo. Et Eccleſia cantat: Gaudent chori Angelorum cõſortes, & conciues noſtri. Beata autem Virgo Maria exaltata eſt ſuper omnes choros Angelorum. Id etiam patet ex Gloſ. ſuper illud Pſal. Cõſtitues eos principes, &c. Quæ dicit. Elegit pauperes, vt exaltet eos ad ordines cęli, qui ſunt ex hominibus, & Angelis. Et alia Gloſſa dicit: Si Diabolũ vincere potero, ſi meruero, vt Deus conterat eum ſub pedibus meis, conſequenter locum eius in cęlo habebo. Item D. Dionyſ. cap. 1. de diuin. nominib. dicit: Homines Angelorum gloriam ſortientur. Et Greg. ait, qđ homines ſecundum diuerſitatẽ meritorum, ad diuerſos ordines transferentur angelorum. Et multę alię authoritates Doctorũ adduci poſſent, quę gratia breuitatis relinquuntur.

Si autem quęritur, vtrum aſſumãtur tot de hominibus, quot angeli ceciderunt, vel remanſerunt, vel plures, vel pauciores: Reſpondeo, & dico, quod ille ſolus hoc ſcit, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum, in ſuperna fœlicitate locandus, & hic eſt Deus.

Ad rationem autem in oppoſitũ, & authoritatem illius Euſtratij. Reſpondetur, quod homines aſſumi ad ordines angelorum, poteſt intelligi tribus modis. Vel ex parte naturę, vel gratię, vel efficacię. Ex parte naturę, nullus aſſumi poteſt ad ordines angelorũ. Nullus. n. intellectus humanus, ſecũdum formam poteſt pertingere ad cognoſcendum Deũ, vt angeli, quia ſemper remanebunt diſtinctę naturę, id eſt, angelica, & humana. Secundo modo, aſſumi ad ordines angelorum, poteſt intelligi ex parte gratię, & tunc dico, quod non ſolum ad ordines, ſed ſupra ordines angeloũ aſſumi poteſt, vt patet de Beata Virgine, quæ ex eo, qđ habuit plus de gratia, ſuper omnes choros angelorum exaltata eſt, vt in eius laudem cantat Eccleſia. Tertio modo poteſt intelligi aſſumi ad ordines angelorum, ex parte efficacię, & tunc dico, quod quamuis angelus inferior non poſſit mereri, vt ad gloriam angeli ſuperioris perueniat, tamen homo ſic, eo, quod meritũ hominis

minis eſt efficacius, quàm meritum angelorũ. Quod probatur quatuor rationibus. Prima propter Dei liberalitatem, quæ, non obſtante humanæ naturæ infirmitate, homini tantum vult dare, quantum Angelo, & aliquando plus. Secunda ratio, propter difficultatem, quæ occaſio maioris conatus, & per conſequens, meriti. Tertia ratio, propter temporis diuturnitatem, ex qua homo poteſt de virtute in virtutem proficere, & de bono in melius, cum diutius ſit viator, quàm angelus. Quarta, & vltima ratio eſt, propter gratiæ, & meriti Chriſti infinitatem, ex qua noſtra merita efficaciam habent, ideo magis poſſunt homines virtute meriti Chriſti, quod eſt infinitũ, transferri in gradum altioris naturæ, quã etiam Angelus. D.Tho.2.ſent.d.9. & de conſecr.d.1.cap.2. Duo Himni.Dom.Ioan.de Turrecrem. quę citantur ab ipſo Bart.ibi ſupra, ca.10. q.1. ſecundæ Decad.

46. *Quæritur de mora inter creationem, & lapſum Angelorum, quanto tempore poſt eorum creationem dæmones ceciderunt.*

REſpondetur, quod de mora inter creationem, & lapſum angelorum diuerſi diuerſa ſenſere, nam D.Henricus de Aſſia ſuper Gen.recitatiuè ſequens Origenẽ ponit tria de mora caſus angelorum. Primum eſt, quod nõ omnes angeli facti ſunt mali ante hominis peccatum, licet aliquis angelus ante hominem peccauerit. Secundũ eſt, quod licet quilibet angelus in inſtanti peccauerit, A non tamen omnes in eodem inſtanti peccauerunt, ſed ſucceſſiuè. Tertium eſt, quod dęmones antequam caderent aliquanto tempore fuerãt iuſti, & boni, laudantes Deum, ſecũdũ illud Ezech.26. Ambulaſti perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. Ambulatio autem eſt motus continuus aliquam moram requirens, hoc autem innuere videtur Iob 38. B dicens: Vbi eras, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei, i. Angeli boni, & mali. Facit ad hoc, quod dicit Origenes ſuper Geneſ. quod ſerpens antiquus non ſtatim ſupra pectus & ventrem ſuum ambulauit. Eſt alia ſecunda opinio D.Landulphi, 2.diſt.4. ponentis à creatione, ad caſum angelorum quatuor moras; Prima, in qua angeli fuerunt creati perfecti in naturalibus, C in iuſtitia originali abſque gratia gratum faciente, in qua mora in vſum liberi arbitrij exire non potuerunt. Secunda mora, in qua boni cõuerterunt ſe ad eum, & mali ad propria naturalia ſe ardentiſſimè diligendo, à Deo in iſta mora boni gratiam receperunt. Mali verò poſuerunt obicem, & impedimentũ conuertentes ſe ad bona naturalia, & ideo gratiam non receperunt. Tertia D mora eſt, in qua mali operati ſunt varia peccata tentãtes bonos, & in hac mora fuit prelium in cœlũ. Apo.12. de quo dictum eſt ſupra. Et boni bona multa fecerunt, & viriliter reſtiterunt. Quarta mora eſt, in qua boni præmia optima receperunt, & mali pœnas. Et iſte D.Landulphus ponit inter creationem, & caſum angelorum

rum

rum aliquam moram, quia imaginatus dæmones in prima mora fuiſſe bonos cum cæteris Angelis, iuxta illud Geneſ. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona; in ſecunda mora poſuerunt obicem gratiam gratum facientem impedientem. In tertia reſilientes à Deo, peccauerunt, & ceciderũt: ſic ergo inter primam, & ſecundam moram fuit ſecunda cum vſu liberi arbitrij, in qua nõ peccauerant. Quarta mora eſt in qua boni pręmiati ſunt, & mali puniti. Et has quatuor moras diſtinguit ipſe D. Landulphus per coexiſtentias paruas temporis, & ex diſtinctione ſtatuum, & operationum, ſeu variationum ipſorum Angelorum.

Et huius opinionis eſt D. Bonauent. Tertia opinio S. Thomæ probabilior, & ſanctorum dictis magis conſonans dicẽtis, quod ſtatim poſt primum inſtans ſuæ creationis Angelus peccauit; Nam ſicut boni Angeli in ſecundo inſtanti eorum creationis confirmati fuere in gratia, ita & mali in ſecũdo inſtanti eorũ creationis ceciderunt obſtinati in culpa. Et ſicut boni Angeli in ſecundo inſtanti, per vnum actum meritorium inhæſionis confirmati Deo fuerunt in gratia, & meruerunt beatitudinẽ: ita & mali in ſecundo inſtanti per vnum actum demeritorium meruerunt pęnam æternam confirmati in culpa. D. Thom. 1. p. q. 63. ar. 6. ad quartum dicit, quod inter quælibet duo inſtantia eſſe tempus mediũ, & habet veritatem, in quãtum tempus eſt continuum, & probatur 6. Phyſ. ſed in Angelis, qui non ſunt ſubiecti cęleſti motui, tempus accipitur pro

A ipſa ſucceſſione operationum intellectus, vel etiam effectus. Primò ergo modo inter duo inſtantia cadit medium, ſecundo verò modo, minimè. Hæc ex D. Th. & Henrico vt ſupra quę ſcribit ibidem pręfatus Bar. q. 4. cap. 1. tertiæ Decadis.

47. *Quæritur an reo liceat appellare ad ſuperiorem, & legitimum iudicem, quando grauari ſe ſentit iuſtam habens*
B *cauſam.*

RESpondetur eſſe de iure naturę, & cuique conceditur ſe & ſua tueri, via honeſta, per appellationẽ ad ſuperiorem ſuum. Sunt enim iudices alij alijs, ita ſubordinati, vt ex inferioribus liceat recurrere ad ſuperiores. Patet. 2. q. 6. can. Omnis oppreſſus. & can. Appellantem. præcitur ne reus, qa appellet, tradatur carceri. Exẽplo D. Pauli, qui Act. 21. ap-
C pellauit ad Cęſarẽ. Sed appellare ad ſuperiorem ad repellendam, vel differendam exequutionem iuſtæ ſententiæ, eſt iniuſtum, & iniquum. Licet verò quando id facit ad ſupplicandum. Quę ſupplicatio poteſt hoc modo fieri. Fateor ſnïam contra me latã eſſe iuſtã, ſm tenorem, & rigorẽ legis, ſupplex tñ oro, vt ſi fieri põt, rigor legis tẽperetur. Ex hoc qñdoque
D ſuperior totã legis pęnã remittit, vel moderatur ex miſericordia. Ideo ſic procedẽdo licet cuiq; appellari. Præterea qñ opiniones Doctorũ ſunt diuerſæ, & cauſa eſt capitalis citra oẽ dubium, licet reo, ſi ſibi à iure conceditur, appellare ad ſuperiorẽ. Et vbi ſunt variæ opiniones, debet iudex inclinare in fauorẽ rei, aliàs eſſet iudex impietate notãdus; Nec valet rõ Soti

Digitized by Google

dicẽtis, quod ſi id fieret, crimina impunita manerẽt: ſat enim eſt puniantur, vbi lex apertè loquitur. Vbi verò eſt dubia, reo fauendum eſt. Hæc ait Michael Salon ſuper D. Thom. 2.2.q.69.art.3.

48. *Quæritur, an Religioſis liceat appellare à ſententijs ſuorum ſuperiorum?*

VIdetur licere, vt ſupra probatũ ẽſt, eſſe de iure naturæ, quo ſe vnuſquiſq; tueri poteſt. Quia ius naturæ omnibus eſt commune. Pręterea, quia 2.q.6.can. Ad Romanã, el ſecundo. Omnibus fidelibus cuiuſcunque ſtatus conceditur, vt ad Romanam ſedem appellare poſſint. Vlterius D. Thom. hic in prima concluſione abſolutè docet, poſſe illũ, qui grauatur appellare ad ſuperiorem, ex confidentia iuſtæ cauſę, nec diſtinguit inter ſecularẽ, & religioſum, ſed communiter loquitur.

Reſpõdetur, quod ſecundum ſtatuta omnium religionum, decernitur, vt liceat appellare in cauſis grauioribus, ab inferioribus pręlatis, ad ſuperiores eiuſdem ordinis: Ad externos verò id omninò prohibetur, & hoc à Sede Apoſtolica decretum eſt, & approbatum; idque ad decorem religionis, & quietem, & integritatem factum eſt: vt eorum cauſę non exeant religionem. Nec propterea negatur omninò aditus ad ſummum Pontif. ſed fieri non debet, niſi, vt dictum eſt, in grauiſſimis cauſis: Raró.n. occurrit, vt inter plures prælatos religionis, non ſit qui iuſtè iuſtitiã adminiſtret; Quod ſi occur- A rit, tunc valdè grauatus ad ſummũ Pontif. recurrere poterit. Sed magis expedit, vt aliqñ particularis aliqd patiatur, quã bonum commune peſſum eat, in graue detrimentum religionis, vt hodiè fieri videtur, foris prodeuntibus omnibus defectibus religioſorum.

Ad ea aũt, quæ in contrarium ſupra adduximus, dicendum eſt. Religioſos huic naturæ iuri, legibus no- B ſtris, per profeſſionẽ, ceſſiſſe, quia illud ius non eſt à natura poſitiuè, ita vt ius naturæ, pręcipiatur appellare, ſicut præcipit parẽtes honorare: ſed eſt à iure naturę negatiuè, id eſt, ius naturæ nõ prohibet cuiquam appellare; ſicut matrimoniũ eſt à iure naturæ, non quaſi ius naturę nubere pręcipiat, ſed quia nulli ꝓhibet nubere. At per profeſſionem, ceſſerunt religioſi huic iuri, & poteſtati nubẽ- C di. Et cum ſedes Romana conceſſerit ob bonũ religionum, ne religioſi ad extraneos ſuperiores appellent, quemadmodũ eadem ſedes Romana, in multis cauſis, & negotijs, aliqd decernit, & iudicat omni appellatione poſtpoſita, ad finiendas multas lites, quę aliter non finirentur. Et verba D. Tho. ſupra poſita hunc habent ſenſum; niſi litigantes ceſſerint iuri ſuo, cui ceſſerunt religioſi. D Hęc ait prędictus Doctor Salon ibidem ſuper D. Tho. 2.2.q.69.ar.3.

49. *Quæritur quid ſit arra, & an quis in conſcientia retinere poſſit, quãdo alter promiſſis non ſtetit, illud, quod pro arra fuerit datum.*

REſpõdetur qd arra eſt ſignum, ſiue ſecuritas emptionis, aut vẽditio-

ditionis, vel futuri matrimonij, quibus aduenientibus, non amplius dicitur arra, ſed pretiũ, vel donũ de arra realis emptionis, vel venditionis.

Arra data nomine arrę, & ꝓ parte pretij in contractu emptionis, & venditionis à tali contractu recedere non licet, quia cum pars pretij ſit ſoluta, res non eſt integra, C.quãdo li.ab emp.diſce.l.vnica. Si verò data ſit tantum nomine arrę: illè, qui dedit perdet arram, ſi per eum ſtat, quod cõtractus nõ ſequatur. Quod ſi per eum, qui recipit arram ſtat, receptor arræ in duplum reſtituet.

Arra, quæ ad matrimonium pertinet, vt anulus, pecunia, vel aliud datum ſponſę, quorum datio ſubarratio vocatur, pręſertim ſi per anuli immiſſionem fiat, vulgò dicitur deſponſatio, & p̃ſumitur matrimoniũ, niſi probetur in cõtrarium, vel eſſet contraria conſuetudo, vel ætas repugnaret, vt not.in c.Tuæ, de deſpon. impub. Si verò hęc à parentibus ſint facta, ſola ſponſalia pręſumunť, per modum tamen, quo ſponſalia à parentibus cõtrahi poſſunt. Arra ſponſalitia, non ſecuto matrimonio, ſine alterius culpa, ſimpliciter debet reſtitui, vt quia alter religionẽ intrauit, vel eſt defunctus, vel repertũ eſt impedimentum, & huiuſmodi. Si verò non eſt ſecutum propter culpã dantis, ipſe qui dedit, perdet. Si propter culpam recipientis, recipiens ſoluet eam in duplum, in conſcientia tñ, ſecundũ aliquos, non tenetur, niſi fuerit facta condemnatio, C.de ſponſ.l. Arris, & l fin. Quod verum eſt, ſi accipiens ſit maior 25.annis, aut ſi veniam ętatis impetrauit, & eã in com-

A petenti iudicio probauit, aliàs tenetur in ſimplum ſolum, vt in d.l.fi. & etiã ad illud ſimplum, cum ſit pęna, ſecũdum aliquos, non tenetur in foro pœnitentiæ, niſi fuerit ad hoc facta cõdemnatio, vt colligi poteſt ex notatis per Gloſ.2.q.2. Fraternitas. Hæc Silueſt.verb.Arra.

50. *Quæritur, an quæcunque ars exerceri poſſit ſine peccato, & eius merces*
B *ſimiliter, ſine peccato vendi poſſint?*

RESpondetur quod in quacunq; arte peccatũ committi poteſt, ſi non obſeruentur, quę obſeruari debent. Primò, vt illa ars non ſit prohibita, ſicut clericis quędam prohibita ſunt. Secundò, ꝙ illud opus in ſe non ſit illicitũ, ſicut exercitium fęnerandi, & omne illud, quod non niſi ad peccatum ordinatur, & huiuſmo
C di. Facere arma, & venena, q̃bus homines lędũtur, aut moriuntur. Si.n. artifices hęc faciant, aut vendant, vt homines talibus abutantur, vel donent, aut vendant his, quos ſciunt, aut credunt abuſuros, mortaliter, & grauiſſimè peccant, & rei efficiũtur omnium malorũ, quæ inde ſequuntur. 11.q.4. Si verò intentio fuit bona, quod non credebant iſta emi ꝓp aliquem illicitum vſum, vel neſcie
D bant illicitum eſſe talia facere, vel vendere, licet. Nam ſi illa vtilia eſſe poſſunt ad vſu humanos, vt arma in bello iuſto, & quędã venena in quibuſdam medicinis vel etiam in coloribus aptandis, & huiuſmodi, non peccant, niſi ex qualitate temporis, & perſonæ dictaret conſcientiã, aut dictare deberet, quod iſta non quæ-

Digitized by Google

tuntur, niſi ad malum, quia tunc vẽdẽdo peccarent, 23.q.5. de occidendis. Vt eſſet vẽdere arma iniuſtè bellantibus, ſi hoc eſt manifeſtum, quia cooperantur peccato eorum: in dubio autem videtur vendens excuſabilis. Vendere autem his, qui ſe defendunt iuſtè, non eſt peccatũ. Vendere etiam arma defenſiua, regulariter non eſt malum. Quando autem illæ merces ad nullum vſum ſunt vtiles, niſi ad peccandum, ſicut quędã venena mortifera ad nullũ bonum vſum vtilia, peccant faciendo, tenendo, & vendendo, vel aliàs alienãdo. 21.q.1.c.1. de cõſecr. diſt. 5. fucate. Optima lex eſt ad hoc, quod flagitioſè rei, id eſt, quę nullo modo per additionem alterius, poteſt eſſe vtilis vſui humano, nec emptio, nec mandatum, nec ſocietas valere põt. Hæc Siluest. verb. Ars. Sed vide ſequens quęſitũ in eadem materia, quędã magis ſpecialia explicanda reperies.

51. *Quæritur, an liceat facere cartas luſorias, taxillos, tabulas, & eas vendere, ſimiliter & fucos, & quædã alia huiuſmodi, quæ hic infra ponentur?*

RESpondetur de mente D. Tho. qui dat generalẽ regulam, 2.2. q.169. quæ dicit, quod nullus poteſt facere, nec vẽdere, quibus homines benè vti non poſſunt, nec quibus, vt plurimum, homines malè vtuntur, nec quibus vtuntur benè, & malè, ſi probabiliter creditur, quod ad vſum malum comparantur. Vt eſſet fucos meretricibus vẽdere. Aleis, taxillis, & cartis non vtuntur homines, vt plurimum, ad malum, pluſquam fu- A cis, maximè ad mortale, etſi fortè ad veniale. Et ideo non eſt in malo ſtatu qui talia facit, aut vendit, niſi vẽdat ei, quẽ probabiliter dubitat huiuſmodi vſurum ad mortale. Vnde eſſet ei cõſulendum, vt abſtineat, nõ tñ eſt abſolutio denegãda. Sic ait Silueſter ibidem vt ſupra in pręced. quęſito. Qui, vt patet, eſt Doctor grauiſſimus, ac doctrina D. Thom. optimè imbutus, quã ipſe ſequitur. Quã- B tum ad factores, & venditores fucorum, S. Tho. ibidẽ dicit, quod cum mulieres ad placẽdum viris ſuis, vti poſſunt ſine peccato, vt conſeruent decẽtiã ſui ſtatus, conſequens eſt, vt taliũ artifices tutè vendere poſſunt, & facere. Cõtra Angelicã, cõtrariũ afferentem, dicentem, quod tales nõ poſſint abſolui, niſi deſiſtant. Vẽdere autem fucum meretricibus, vt dictum eſt, eſt mortale, quia certũ eſt C eas ad mortale vti. Ars hiſtrionatus non eſt damnãda ſecundũ D. Tho. 2.2.q.168. & alios Doct. ſi moderatè fiat, loco, tẽpore, & à perſonis cõgruis, i. laicis, & licitè mercedẽ percipiũt. Aliàs eſſet peccatum, ẽt mortale. Vt ſi fiant ſimilia tempore pęnitentiæ, vel in Eccleſia, vel à perſonis eccleſiaſticis, vel cum iniuria Dei, vel proximi, puta cum verbis turpibus, aut actibus repręſentãtibus tur- D pia, aut incantationibus. Et ſi talibus merces detur, mortale peccatum eſt.

Pręterea Ars facientiũ ex ſua perſona ludum, cum periculo uitę, ut qui gradiuntur per cordas in ſublimi, mortale eſt peccatum, non obſtante, quod non moriantur in in pluribus, ſed ſemel tantum: & uni-

vniuerſaliter quocunque modo, & arte homines tali periculo vitę ſe exponunt. Ars etiam notoria, per quã quis vtitur aliquibus orationibus, & ieiunijs ad acquirendam ſcientiam infuſam, eſt mortale peccatũ. Artem etiam magicam, quæ ſub ſe continet necromantiam, augurium, & ſortem, licet appetere ſcire, dummodo propter finem bonum appetatur: Vt ad deſtruẽdum, & bono modo acquiratur, & conueniat perſonę, & non prohibeatur, & nõ ſit periculum alicuius mali, vel maioris boni impedimentum. Cum his additionibus liceret, non ſolum appetere, ſed etiam addiſcere, quia ſcire abſolutè bonum eſt. Sed quia hę artes non ſunt ſcientiæ, ſed dęmonum fallaciæ, ideo earum vſus eſt prohibitus, vt ait D. Aug. 4 lib. conf. Confitetur, & S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1. & Ioan. XXI. prohibuit ſub pęna excommunicationis. Ideo eis vtentes, & addiſcentes ad hoc, vt vtantur, mortaliter peccant. Imagines, quę Aſtronomicæ nominantur ex dęmonum operatione habent efficaciam, cuius ſignũ eſt, quod neceſſe eſt eis inſcribi quoſdam caracteres, quę naturaliter ad nihil operãtur. Non. n. figura eſt operationis principiũ: In quibuſdam imaginibus, vt in negromanticis ſunt inuocationes expreſſę ad expreſſa facta cum dęmonibus inita, in alijs ſunt pacta per figurarũ, ſeu caracterum quędam ſigna. Ideo huiuſmodi artes ſunt penitus repudiandæ ex D. Tho. ibidem, art. 2. ad 3. Ars ergo, vt dictum eſt, quæ non eſt niſi ad peccatũ, peccatum eſt illã exercere, vt ſi quis idola fabricaret,

A candelabra ad idolatriã, vel alia pertinentia ad ritum Iudæorum. Ars, quæ ad lauandum homines exercetur, quæ vulgò dicitur, Stufa, ſi qui exercent in lauandis mulieribus, vt plurimũ peccãt laſciuiendo, vt ego à quodam iuuene intellexi, non eſt licita illi, qui tali periculo ſe exponens, ſępè ruit, & niſi deſiſtat, abſolui non debet: Quando verò alicui non adeſt tale periculum, de ſe ipſa

B huiuſmodi ars non eſt illicita. Vltimò dicitur ex Diuo Thoma, quod nulla ars eſt licita, quando homo illam exercet ſolum ad lucrandum, & quando finis negotiationis non eſt niſi lucrum. Et ſic etiam quando ludus ad id principaliter ordinatur, ludens peccat, & ſi in magna quantitate lucretur, aliqui Doctor. aſſerunt eſſe mortale peccatum. Hæc Silueſt. vbi ſupra.

C 52. *Quæritur, an Aſtrologia ſit ars prohibita, & conſequenter peccatum?*

RESpõdetur Aſtrologiã eſſe vnã de ſeptem artibus liberalibus, & eſt verè ſcientia, neq; de ſe mala, aut prohibita ſecũdum Panor. in c. ex timore, de ſort. Vnde iura pmiant has ſcientias exercentes. Peccant verò qñque homines circa eam, ſi ea, q̃ ſunt fidei Chriſtianæ, habeãtur tanquam cauſis cęleſtibus ſubiecta: Vel

D ſi de futuris contingentibus certum fiat iudicium: vel ſi actus humani neceſſariò cęleſtibus cauſis ſubiecti eſſe credãtur. Hoc. n. eſſet tollere liberum arbitriũ. Et quodlibet horum trium, ex ſuo genere mortale peccatum eſt, vt ait Caieta. Quia hæc tollunt fidẽ, liberum arbitriũ, gratiã diuinã, legẽ, & totã Chriſtianorũ vitã.

Digitized by Google

Si quis dicat corpora cœleſtia, & cõſtellationes inclinare hoĩes quandoque ad vitia, quãdoque ad virtutes, non errant: dummodo non credant homines cogi, quia volũtas, quæ eſt principium humanarum operationum, non ſubijcitur eis, vt D. Tho. pluribus in locis dicit. Iudicare etiã de infirmitatibus, ſanitatibus, pluuijs, & alijs huiuſmodi, quæ ex cęleſti influentia procedere poſſunt, bonis aſtrologis permittitur, quamuis ſæpè errent, quia veram aſtrologiã nõ habent. His etiam Caiet. in ſumma conſentit, & S. Tho. 1. p. q. 115. art. 4. ad 3. reſpondet his, qui dicũt frequẽter vera aſtrologi annunciãt: Sic inquã reſpõdit; ꝙ plures hoĩum ſequũtur paſſiones, quę ſunt motus ſenſitiui appetitus, ad quas coopera ri poſſunt corpora cęleſtia. Pauci aũt ſunt ſapientes, qui huiuſmodi paſſionibus reſiſtant. Et ideo Aſtrologi, vt in pluribus vera poſſunt prędicere, maximè in communi, non aũt in ſpeciali: quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium, paſſionibus reſiſtere. Vnde & ipſi Aſtrologi dicunt, quod ſapiens homo dominatur aſtris, in quãtum ſcilicet dominatur ſuis paſſionibus. Hæc dicunt ſupra citati Doct. & Silueſt. in verbo, Superſtitio.

53. *Quæritur, an Auaritia ſit peccatum, & ſi eſt, quale ſit mortale, an veniale?*

VIdetur non eſſe peccatum, quoniam appetere hæc bona tpalia, quæ ad vitã noſtrã ducendã ſunt cõceſſa, naturaliter sũt nobis ſubiecta.

A

Reſpondetur ex D. Thom. 2. 2. q. 118. Dicendo quod auaritia eſt inordinatus amor habẽdi, ſ. exteriora bona diuitiarum, quæ in quadam menſura ſunt appetenda, ſ. vt ſunt neceſſaria ad vitam, ſecundum ſuam conditionem. In appetendo poteſt eſſe mortale, quando animo deliberato, aliquid notabile alienũ, illicito modo appetitur: puta non dato pretio, vel re non petita, cum ſit contra pręceptum. Non concupiſces, &c. Si tamen res eſſet modica, vel non eſſet aliena, vel non eſſet concupita habe ri modo illicito, non eſſet mortale, ſed veniale, vel nullum. Secundò, appetẽdo aliquid appetenti illicitum: puta beneficium Eccleſiaſticũ, cum ſit indignus. Tertiò, appetẽdo ſuperflua tali appetitu, qui pręponderet appetitui charitatis Dei, vel proximi. Puta quia propter amorem diuitiarum, quis non curet facere cõtra Dei, & proximi charitatem: deliberans potius admittere aliquid mortale, quam non conſequi aliquid diuitiarum: Vel qñ ex iſto appetitu ſit aliqua notabilis tranſgreſſio: puta deierare, blaſphemare, aut iniuſtè percutere. In acquirendo etiam, tũc eſt mortale, quando eſt contra iuſtitiam in re graui: vt eſſet furari, fœnerari, rapere, decipere, & huiuſmodi. Similiter p actus illicitos, qui ẽt ſine acquiſitione eſſent mortalia: ſicut cum quis turpiter agit cum muliere diuite, vt inde dicetur, vel lucretur, aut ſimoniam committat, & huiuſmodi, in quibus eſt peccatũ vnũ, ſed habet duas deformitates. In retinendo etiam eſt mortale, quando qs non reſtituit cum poſſit, & hoc eſt

B

C

D

morta-

Digitized by Google

mortale toties, quoties hoc delibe-rat. Imò, etſi non deliberat, ſed omittit reſtituere qñ occurrit tempus, locus, & caſus, in quo reſtituere tenetur. Præterea, quãdo quis retinet ea, quæ ſunt ſuperflua neceſſitati ſuę & ſuorum, videns aliquem in extrema neceſſitate, & non ſuccurrit: quia tenetur ei de tali ſuperfluo, etiamſi illud ſit neceſſarium ad decentiã, ſubuenire, ſecundum D. Tho. Præterea dicendũ eſt non ſolum quando quis eſt in extrema neceſſitate, ſed etiam quando eſt in graui neceſſitate, tenetur. Hæc Silueſt. verb. Auaratia. ex doctrina D. Tho. vbi ſupra citati.

54. *Quæritur, an liceat homini pauperi, & genere infimæ claßis ita lucris inhiare, et pecunias congregare, vt ex ſua vili cõditione, tranſire poßit ad ſublimiorem ſtatum, etiam ad emendum comitatum?*

Videtur negatiuè eſſe reſpondendum, cum D. Tho. 2. 2. q. 118. arti. 1. dixerit. Quod bonum hominis debeat conſiſtere in quadam menſura, circa exteriores diuitias, prout ſunt neceſſariæ ad vitam eius, ſecundum ſuam conditionem, & ideo in exceſſu huius menſuræ conſiſtit peccatum, dum ſcilicet aliquis ſupra debitum modũ, vult eas acquirere, vel retinere: Quod pertinet ad rationẽ auaritię, quæ diffinitur eſſe immoderatus amor habendi. Et ſic Auaritia eſt peccatum.

Reſpondetur ex Caiet. ibidem, dicendo, quod oportet pecuniam amari, appeti, & haberi menſuratè, quantũ, ſcilicet, opus eſt ad finem. Finis A autem proprius in vnoquoque, propter quem, diuitiæ ſunt ſecundum rationem rectam, eſt propria vniuſcuiuſque vita, ſecundum ſuam conditionem, ita quod in vita propria, intelligatur etiam eorum vita, quorum ſibi cura incumbit. Et appellatione vitę, intellige non ſolum cibũ, & potum, ſed quæcunque opportuna commoda, & delectabilia, ſalua honeſtate. Vltra hunc autem finẽ, B non ſinit recta ratio appeti, & haberi diuitias, niſi propter alios, puta propter liberalitatis exhibendæ, miſericordię, aut magnificentiæ opera, & huiuſmodi. Vnde appetere diuitias in infinitum, & ſic amare, aut velle habere, à recta ratione deuiat. Et propterea negotiatio propter ſolum lucrum, vtpote infinita, vituperatur à Philoſopho. 1. Polit. Hac pręfatione habita: Dicimus ad quæſitũ, C quod conditio hominis eſt duplex, vna conſequens ſpeciem humanã, & altera conſequens indiuidua. Species quidẽ humana, ex eo, quod præſentis fœlicitatis eſt capax, rationi conſentaneum eſſe conſtituit, vt quilibet euſque ſeipſum, ſuoſque ducere conetur, vt fœlicitatis vitę pręſentis particeps eſſe poſſit. Et quia ad fœlicitatem præſentem, diuitię, licet non magnæ requirantur organicæ, D vt dicitur 10. Ethic. Idcirco abſque immoderato pecuniæ amore, poteſt ſeipſum, & ſuos reducere de operibus ſeruilibus, & mechanicis ad honoratiorem ſtatum, per moderatas pecunias acquiſitas, quatenus fœlicitatis præſentis particeps eſſe poſſit, ſecundũ ſuum modulum. Si quæ verò perſonę inue-

Digitized by Google

niantur eximij ingenij, vel à natura dotatæ, vel exercitatione etiam auctæ, quę ſe ſentiunt animum nobilē, & ingenuum ad altiora tendentem, quamuis ignobiliter nati ſint, tamen ſi dominia appetant, & ad hoc pecunias accumulant, vt huiuſmodi dignitates emant, a rationis rectæ tramite non recedunt. Vt expreſsè videtur de quibuſdam militibus in bello, qui tam fortes ſe exhibuerūt, vt meritò ſupra reliquos poſiti ſint ad regendum, vt Domini, ac Rectores aliorum. Hæc ibi Reuerendiſſimus Caietanus.

55. *Quęritur quis ſit modus amandi Deum, & proximum ex charitate.*

RESpondetur ex Diuo Thoma, 2. 2. quæſ. 15. & Silueſt. verbo, charitas, & dico quantum ad proximum, illum diligere debemus, ſicut nos ipſos, non dico quantum, ſed ſicut, id eſt, eo modo, quo nos, vt ſcilicet, propter eius, & non propter alterius vtilitatem eum diligamus. Eo fine, quo nos ex charitate diligimus, ſcilicet, in ordine ad fœlicitatē, optādo ei bona glorię, & gratiæ, & virtutum. Alia autem bona eis velle, nō tenemur, niſi in quantum ad virtutes, gratiam, & gloriam ſpectāt: tenemur tamē, ſecundum S. Bonau. non velle eis malū, inquātū malū, id eſt, per ſe, licet poſſim⁹ eis appetere malum pp bonū, puta pp correctionē eorū, vel huiúſmodi. Quantum ad Deum verò modus diligendi, ſecundum Bernardum, eſt, vt ſine modo, id eſt, ſine menſura diligamus, amando quantū A poſſumus, toto corde, tota mēte, &c. Sicut præcipitur Matth. 22. & Lucæ 20. & Marci 12. Quod quidē pręceptum ſecundū S. Tho. in vita pręſenti imperfectè implere poſſumus, non autem perfectè. Nam his duob⁹ modis poteſt impleri præceptum: ſicut præceptum ducis præcipiētis pugnā, perfectè implet miles, qui venit ad finem ducis, id eſt, qui pugnando vincit: imperfectè verò, miles, qui ad finem quidem ducis nō attingit, tamē B ab eius ordine non recedit. Qui non vincit quidem, ſed tamen pugnando nihil agit contra militarem diſciplinam. Intendit autem Deus per hoc pręceptum, quod homo ſibi totaliter vniatur: quod erit in patria, vnde ibi perfectè implebitur, non autem in via, nec tamen peccamus, dummodo nihil diuinæ dilectioni contrarium agamus. Hæc ex S. Tho. & idē intendit S. Bonau. 3. ſen. d. 27. qui dicit, ꝙ C tenemur ex charitate diligere Deū toto corde, non per excluſionem affectus extranei, quaſi ſcilicet nihil ſit in noſtro amore, niſi Deus, quia eſt impoſſibile in hac vita, ſed per excluſionem affectus contrarij, vt ſcilicet, nihil ſupra, vel æque, vt Deum, diligamus.

D 56. *Quęritur, an teneamur amore charitatis ſeruire Deo, ſine ſpe alicuius vtilitatis temporalis, vel æternæ retributionis?*

REſpondetur, quāuis aliàs id tetigerimus, tñ placet iterum cū aliqua additione hæc eadem tractare. Et dico, ꝙ eſt mortale peccatū amare, & diligere Deū pp aliquod tēporale, aut et͂ pp uitam æternam finali-

ter,ſeu principaliter,quia talis amãs non habet finẽ ſuũ in Deo, ſed in ſe ipſo,ſiue in creatura. Nec amat Deũ tanquã amicũ, ſeu amore amicitiæ: qui vtilitatem non reſpicit, vt verus amicus,ſed amore concupiſcentię,eo modo,quo amamus equũ,quẽ nobis volumus,& concupiſcimus. Eſt tñ licitum ſecundariò amare Deũ pp iſta, quia ẽt iſta amãtibus Deũ, in ſcriptura promittuntur. Licitũ aũt eſt etiam aliquid operari principaliter pp propriã vtilitatẽ:puta facere eleemoſinã, vt Deus nobis miſereatur, ſm illud Mat.5. Theſaurizate vobis theſaurũ in cęlo. Tñ melius eſt in oĩbus operibus,nunquã ad propriũ bonum, ſed ad diuinũ beneplacitum reſpicere,ſecundum illud Ioan.4. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris,&c. Et licet Dauid dicat Pſal.118. Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas,pp retributionem,i.æternã,non temporalem. Videlicet pp cęleſtẽ fęlicitatẽ,vt eam obtineã. Super hæc verba Chartuſ.ait. Cum propter mercedem operari ſit opus mercenarij,non filij,aut amici, quõ ait ſe pp retributionem inclinaſſe cor ſuum ad opera bona? Et reſpondendum quòd ſicut timor purè ſeruilis,nihil meretur,ſic propter ſolam retributionem operari nihil meretur,quia vtrumq; iſtorũ procedit ex priuato amore,ſed quemadmodũ timor initialis meritorius eſt,in quantum aliquid habet de charitate ad initiũ:ſic pp retributionẽ operari,meritoriũ eſt,qñ intentio vltima fertur ad Dei honorẽ,ſeu Deũ, quem neceſſe eſt principaliter intẽdi in omni meritorio actu. Poſtremò quemadmodum timor filialis maxi- A mè cõplacet Deo,ſic tota mente Dei honorem intendere, & propter Dei amorẽ, bona agere,maximè ſanctũ, & meritorium eſt, quoniam hoc ex diuino amore cauſatur. Nihilominus homo talis implicitè agit pp mercedem,eamq; aliquo modo intẽdit, nõ ex priuato amore,ſed ex amore diuino,inquantum,videlicet,Deus vult, vt operemur propter præmium fœlicitatis æternæ. Silueſ.ex D.Tho.cita- B tus ibi vt ſupra in præcedenti Quęſito.

57. *Quæritur an cum attritione orta ſolum ex viribus naturæ ſimul cum ſacramento confeſſionis, poſſit pænitens iuſtificari?*

RESpondeo, ſi ſecundum Sotum, & quoſdam alios tenendum eſſet, ſententia eſſet affirmatiua, ſed tamen contrarium aſſerendum eſt, ex diffinitione Conc.Trid.dicẽtis: Qđ C attritio, quæ cum ſacramento pœnitentiæ ſufficiens eſt ad conſequendã gratiam,ex viribus naturę ſolius haberi non poteſt. Hæc concluſio eſt ipſius Concilij certiſſima ſeſſ.14. c.4. Vbi de attritione loquens ait. Attritio, quæ ſic dicitur, ex turpitudinis peccati cõſideratione,vel gehennæ, & pœnarum metu,communiter concipitur: ſi voluntatem peccandi ex- D cludat,cum ſpe venię, non ſolum facit hominem hipocritã,& magis peccatorẽ,vt hæretici aiũt, verum ẽt donũ Dei eſſe,& Spiritus ſancti impulſum,non adhuc quidẽ inhabitantis, ſed tm̃ mouentis, quo pęnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine ſacramento pœnitẽtię, p ſe ad iuſtificationẽ perducere peccatorem nequeat: tamẽ cum ad Dei

gratiam, ſacramento pœnitentiæ impetrãdã diſponit. Ecce quid clarius. Nam ſi talem attritionẽ donum Dei eſſe, & ſpiritus ſancti impulſum eſſe declaratur, ergo ex viribus naturę haberi non poteſt. Huius ſententiæ eſt Medina prima ſecũdæ, Vbi ait, quod opera omnia, quibus peccator diſponitur ad iuſtificationem, ſiue mediatè, vel immediatè, non poſſunt fieri ſine ſpeciali auxilio. Quia etiam generans ponit diſpoſitionem remotam. Ergo ſecũdum eum, iſta attritio, quæ ſecundum Conc. Trid. ad Dei gratiã in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit, ex ſpeciali auxilio Dei eſt, & non ex viribus naturæ. Et rationem congruam valde noſtræ concluſioni hanc aſſignare poſſumus, quia Deus diſponit omnia ſuauiter: Et ſicut ad formas naturales, diſpoſitiones naturales, vt potè illis proportionatas adaptauit, ſic formę ſupernaturali, qualis eſt gratia, quæ datur in ſacramento pęnitentiæ, diſpoſitionem naturalẽ multo magis ſuauiter accõmodauit. Nam diſpoſitio naturalis. i. viribus tantum naturæ dolor aſſumptus, iſtam proportionem, & habitudinem congruentem ad formam ſupernaturalem gratis non habet. Concludimus ergo iuxta mentem Concil. Trid. abſolutè attritionem, quę ſit donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti ad iuſtificandum hominem ſimul cum ſacramento in re, tam eſſe neceſſariam, vt ſi abſit, etiamſi adſit attritio ex viribus naturæ, non iuſtificabitur peccator, ſiue peccator inuincibiliter ignoret, vel non in ſufficientiam talis diſpoſitionis. Hæc ait Ludouicus Lopez in prima parte ſui

A inſtructorij, c. 8. cui mihi videtur eſſe ſubſcribendum.

58. *Quæritur, an ad iuſtitiam, & remiſſionem peccatorum, in ſacramento pœnitentiæ ſatis ſit habere attritionem cognitam, etiam ſi pęnitens non exiſtimet probabiliter eam eſſe contritionem?*

RESpõdetur affirmatiuè, licet ſcripſerimus in 1. noſtro lib. impreſ- B ſo Quęſito 65. opinionẽ contrariam, quæ eſt Soti, & Nauar. Et pro hac opinione contra Sot. & Nauar. facere vr̃ authoritas D. Tho. qui niſi cõiectura fallit, ſic ſentire videtur. Et quidẽ inficiari non poterit quiſquis rectè expenderit D. Tho. verba q. 80. ar. 4. ad 2. in 3. p. maximè pro iſta concluſione facere. Nam ſic in forma ait ad 2. Quod non quælibet medicina competit, ſecũdum quẽlibet infirmitatis C ſtatum; nam medicina, quæ datur iã liberatis à febre ad confortationem, noceret, ſi daretur adhuc febricitantibus, ita etiam baptiſmus, & pœnitentia ſunt quaſi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad febrim peccati tollendam; Hoc autem ſacramentum. ſ. Euchariſtiæ eſt medicina confortatiua, quæ non debet dari, niſi liberatis à peccato. Hæc D. Tho. ait, vbi apertè reſpondet quod ad differentiam ſacramenti Euchariſtiæ, baptiſmus, & ſacr̃m pœnitentiæ, nõ liberatis a peccato poſſunt dari, ſed qui ſunt in corde attriti attritione cognita, non ſunt liberi à peccato, & cupiunt liberari; ergo ſecũdũ mẽtẽ D. Tho. hoc in loco, hæc ſacra ad liberationẽ a peccato poſſet eis diſpenſari. Neque obſtat in

con-

Digitized by Google

contrarium gloſſa Soti ſic gloſſantis A D.Thom. ſcilicet quid in hac ſolutione ad primam catenus D.Thom. pœnitentiam, baptiſmo coniungit, quatenus oſtenderet pœnitentiam etiam inſtitutam in remiſſioné peccatorum, ſicut baptiſmus, quod teſtatur formam abſolutionis, non tamē inquit inde colligitur pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandum eſſe, niſi accuſanti ſe, & dolenti offendiſſe Deū, quia dico, quod certè D.Th. B contra Sotum apertè docet iſtud ſacramentum pœnitentiæ ſicut, & baptiſmi poſſe miniſtrari non liberatis à peccatis, quales ſunt attriti attritione cognita.

Secundo patet ex ratione non cōtemnenda D.Tho. ſcilicet quod ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ per ſe, ordinantur ad præſtandam vitam mortuis; quare licitè poſſunt ſumi ab his, qui habent conſcientiam C peccati mortalis, modo habeant attritionem, qua tollitur obex, & complacentia in peccatum commiſſum.

Tertiū adhuc fulcitur noſtra præſens concluſio ex altera eiuſdem D. Tho. concluſione, ſcilicet; quia cum hæc duo ſacramenta, baptiſmus, & pœnitentia ſint medicinæ directę paratæ contra morbos animæ, abſurdū eſt dicere, vt nullus, qui ſe ægrum eſſe cognoſcit, poſſit iuſtè ſacramenta D hæc ſumere, quemadmodum res eſſet penitus abſurda, dicere (inqt Canus) quod medicinas corporales à natura potiſſimum inſtitutas ad ſanandos corporis morbos, non poſſet ſumere, niſi ſanus, aut qui iam ſe ſanū exiſtimaret. Hæc opinio quam ſcripſimus nunc, adnotabimus in additione præallegati Quęſiti noſtri, vbi ſupra, quę eſt pręfati Ludoui. Lopez p.p. cap. 9. Et hic etiam repetere libet per corollaria Soti, & Nauarri, dicendo, quod qui ſic tantum dolerent de peccatis propter pœnas inferni, quod poſitiuè excluderent reſpectum propter Deum: Vt ſi baptizandus, vel abſoluendus diceret non dolere de peccato, quia per illud Deū offendi, ſed ſolum propter vitādam pœnam. Aut ſi hanc iniquam, & ſeruilem conditionem apponeret: ſi nō eſſent pœnæ inferni me territantes, de adimplendo præcepto baptiſmi, vel pęnitentię, non curarem. hic certè, nullo pacto, abſolutionem obtinere mereretur, vt clarè patet.

B

59. *Quæritur an cum periculo propriæ vitæ teneamur baptizare infantem, qui iam morti eſt propinquus?*

Videtur ſecundum Sotū lib. de ratione tegendi ſecretum. mem. 2. q. 2. neminem teneri, quæ quidem opinio nunquam mihi placuit; eſt enim expreſsè, vt mihi videtur, contra rationem. Communiter habetur, vt quilibet pro ſalute ſpirituali proximi, propriam vitam exponere tenemur. Vnde expreſsè D.Th. 2.2. q. 26. art. 5. in corp. ait hęc formalia verba. Quantum ad ſalutem animę, magis proximum diligere tenemur, quam proprium corpus. Idque declarat in reſponſ. ad tertium, quod intelligitur in caſu, quo aliud ſuffragium dari non poſſit, ne illius ani-

Digitized by Google

anima pereat. Quia ſecundum rectã rationem, ignobilius pro nobiliori exponi debet. Vnde natura ipſa docet, ad defenſionem capitis, brachiũ exponere. Et rationem potiſſimam Sanctus Doctor ibidem aſſignat dicens. Quod illud magis eſt ex charitate diligendum, quod habet pleniorem rationem diligibilis ex charitate. Conſociatio autem in plena participatione beatitudinis, quæ eſt ratio diligendi proximum, eſt maior ratio diligendi, quã participatio beatitudinis per redundantiã, quę eſt ratio diligendi proprium corpus. Hæc ratio, quam D. Thomas hic aſſignat, verè eſt multum meditanda, & contemplanda, per quam probatur, quanti ſit pendẽda proximi ſalus ſpiritualis, pro qua propriam vitam exponere tenemur.

Reſpondendum ergo eſt, prout reſpõdet ille Doctor Ludouicus Lopez in ſuo Inſtructorio prima parte cap. 67. dicens, quod puero peſte laboranti, qui ſine baptiſmo eſſet moriturus, quilibet poteſt, imò tenetur ſuccurrere, eumque baptizare, etiam ſi baptizans ſubiturus ſit mortem. Hæc concluſio vera eſt, ſiue illud periculum mortis inferatur à tyranno, ſiue veniat aliunde; Quia ordo charitatis, qui iubet vitam corporalem pro ſalute ſpirituali proximi, in extrema neceſſitate ſimpliciter exponere, videtur excludere omnẽ Soti rationem, qua pręenderet, non teneri. Quia ſimpliciter poſitus eſt puer in hac extrema neceſſitate baptiſmi, poſt quàm, in hoc caſu, nõ poteſt aliter ſaluari, & ſine culpa ſua, talẽ iniuriam à tyranno patitur, quam nulla-

A tenus vitare poteſt. Fortè Sotus aliquam rationem habet, quę nobis nõ patet, quia cum ſit Doctor tantæ anthoritatis, non eſt præſumendus ſine ratione loqui, ſed eius ratio latet. At vero de baptiſmo adulti, & de cõfeſſione eius in extremis laborantis audienda, forſitan quis hæſitabit. An cum diſcrimine vitæ noſtræ in extremo articulo, ea impertire hęc ſacramenta teneamur. Diſtinguendũ

B eſt. Nam Epiſcopi, Curati, & Prælati, qui ex officio tenentur, etiam extra neceſſitatẽ extremam, tenentur vitam exponere pro ſubditis, tempore peſtis, viſitãdo infirmos, & adminiſtrando eis ſacramenta, præſertim quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, cuiuſmodi ſunt ſacramenta baptiſmi, & pœnitentiæ.

C 60. *Quæritur quid ſit Baptiſmus, an ſit ipſa ablutio?*

POſt quàm locuti ſumus de ſacramentis in cõmuni, nunc de vnoquoq; illorum dicendum eſt, ea breuitate, qua ſupra promiſimus, niſi quandoque oporteat telam longius protendere, ne nimia ſeruata breuitate, obſcurum me fieri ſit neceſſe.

Reſpondetur ergo, & dicendũ, ꝙ

D D. Thom. 3. parte quæſt. 66. art. 1. dicit, quod in ſacramento Baptiſmi, ſunt tria conſideranda. Aliquid ſcilicet, quod eſt ſacramentum tãtum: Aliquid autem, quod eſt res, & ſacramentum. Aliquid verò, quod eſt res tantum. Sacrm̃ tantum eſt aliquid viſibile exterius exiſtens, quod ſcilicet eſt ſignum exterioris effectus: hoc enim pertinet ad ſacramenti ratio-

Digitized by Google

tionem: exterius autem ſuppoſitum ſenſui eſt,& ipſa aqua,& eius vſus, qui eſt ablutio. Quidam ergo exiſtimauerunt, quod ipſa aqua ſit ſacramentum, quod quidem ſonare videtur verba Vgonis de Sancto Vict. Nam ipſe in cõmuni ſacramenti definitione dicit, quod eſt materiale elementum, & in definitione baptiſmi dicit,quod eſt aqua: ſed hoc non videtur eſſe verum:cum enim ſacramenta nouæ legis ſanctificationem quandam operentur, ibi perficitur ſacramentum, vbi perficitur ſanctificatio. In aqua autem perficitur ſanctificatio,ſed eſt ibi quædam ſanctificationis virtus inſtrumentalis,non permanens, ſed fluens in hominem, qui eſt verè ſanctificationis ſubiectũ. Et ideo ſacramentum non perficitur in ipſa aqua, ſed in applicatione aquæ ad hominem, quæ eſt ablutio; Et ideo Magiſter in 3.diſtin.4. ſentent. dicit, quod Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta ſub forma præſcripta verborum. Res autem,& ſacramentum eſt character baptiſmalis, qui eſt res ſignificata p exteriorem ablutionem, & eſt ſignũ ſacramentale interioris iuſtificationis, quæ eſt res tantum huius ſacramenti, ſcilicet ſignificata, & non ſignificans. Hæc ſunt verba D.Tho. vbi eſt explicata definitio baptiſmi. Huiuſmodi definitio conuenit propriè baptiſmo fluminis, qui propriè dicitur baptiſmus, alij verò duo baptiſmi, ſcilicet, flaminis, & ſanguinis,non propriè dicuntur baptiſmi; vnde ſoluitur illa quæſtio, cum Apoſtol. dicat. Vna fides,vnum baptiſma. Vnus ergo eſt verus baptiſmus,

A qui eſt ſacramẽtum eccleſiæ,ſcilicet, baptiſmus aquæ. Dicuntur illi baptiſmi inquantum ſupplent vicem baptiſmi aquæ, & includuntur in illo, pp quod non tollitur vnitas baptiſmi. Baptiſmus flaminis eſt propoſitũ ſuſcipiẽdi baptiſmum modo debito,antequã ſuſcipiat. Et tunc quis hoc baptiſmo baptizatur cũ cor eius mouetur ad credendum,& diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis: B Vnde etiam baptiſmus pęnitẽtiæ dicitur. Illud flamen ſignificat Spiritum ſanctũ, de quo in Actibus c.11.dicitur. Vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto, &c. Quia iſte motus,quo quis mouetur ad credendũ, & diligendum Deum, & de peccatis pęnitendum, nõ niſi flamine Spiritus ſancti inſpirantur. Et notandũ, quod huiuſmodi baptiſmus flaminis ſolum adultis vſum rationis habentibus congruit, C vt ibidem D.Th. ait ar.11. Quantum ad baptiſmũ ſanguinis dicitur, quod eſt martyriũ ab effectu effuſionis ſãguinis, vnde Lucæ 12.habetur. Baptiſmo habeo baptizari. Et Marci 10. Poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? & de Sanctis Martyribus ſcriptum eſt Apocal.cap.7. Hi ſunt,qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt D ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni, vt ibidem ait D. Thom.

61 *Quæritur quid ſit baptiſmus fluminis, ſiue aquæ, quando fuit inſtitutus, et à quo, & quãdo obligauit, et an ſit de neceſſitate ſalutis, & quid dicendum de pueris ſine eo decedẽtibus, tam Chriſtianorum, quam infidelium quorum-*

cum-

Digitized by Google

eumque, & quas pęnas patientur, & an pęna damni eos cruciabit.

RESpondetur, quod eſt ablutio corporis exterior facta ſub forma præſcripta verborum, & de hoc baptiſmo, alijs dimiſſis, ſermonē habebimus. Et primò dico, quod varia eſt ſententia Doctorum, quando ipſum baptiſmū Chriſtus inſtituerit. Quidam enim dicūt ipſum inſtituiſſe, cum diceret. Niſi quis renatus fuerit, &c. Ioan. 3. Ita ſentit S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 11. §. 5. Alij aūt credunt ipſum conſtituiſſe tunc, quando ipſe Chriſtus miniſterio diſcipulorū ſuorū, homines baptizabat, dum ſcilicet diſcipuli de eius mandato baptizare cęperunt, vt habetur Io. 3. & Lucæ 10. Alij dicunt tunc inſtituiſſe, quādo ipſe in Iordane à B. Ioanne baptizatus fuit, tunc tactu mundiſſimæ ſuæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, ita etiam tenet S. Auguſt. Sed parum refert hoc. Satis eſt enim ſcire baptiſmi Sacramentum inſtitutum fuiſſe, quantum ad vim regeneratiuam, ante Chriſti paſſionem, & quantum ad obligatiuam, poſt eius paſſionem, vt rectè S. Thom. & Sot. ibidem affirmant, & verè ſic eſt: non enim conducit confeſſario, nec pęnitenti huius rei notitia. Sed magis nunc quærendum eſt, an ſacramentum baptiſmi ſit de neceſſitate ſalutis, ita vt omnes ad eius ſuſceptionem teneantur, ſi ſalui fieri velint. Et quamuis de hac materia in primo lib. noſtro impreſſo aliquid curſim dixerimus, nūc verò ex profeſſo alia quędam diſſeremus. Et in primis dico, quod ſine lauacro regenerationis, quæ fit per baptiſmum, aut eius voto, fieri non poteſt hominis iuſtificatio, ex verbis Chriſti dicentis. Niſi quis renatus fuerit, &c. Ioan. 3. Et Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. Et ibidem D. Thom. q. 68. art. 2. & multis alijs locis, & Sot. 4. diſt. 5. q. 1. art. 2. Et ſi ſic eſt quod nemo abſque baptiſmo ſaluari poſſit, vt verum eſt, quid dicemus de pueris, tam Chriſtianorum, quam infidelium, qui ſine baptiſmo moriuntur? Ex illa ſententia Chriſti, damnantur, & condemnantur in infernū. Sed quo loco in inferni ponantur videndum eſt. Et primò dicimus, quod qui ſic è vita cum originali peccato decedunt, damnantur, & priuātur in perpetuum diuina viſione, vt expreſsè determinatur in cap. Maiores. de Baptiſmo, & idem tenēt omnes, pręcipuè Sanctus Auguſt. cōtra Iulianum, & de baptiſmo puerorum c. 13. & 30. Et S. Thom. ibidem q. 68. art. 2. quamuis Caie. fortè contrarium teneat 3. p. quæſt. 68. ar. 11. D. Th. tenet, quod huiuſmodi pueri non patiantur pœnam ſenſus, cum non habeant peccatum perſonale, ſiue actuale, ſed tantum pęnam damni, quia priuātur lumine diuinæ gloriæ, & diuina præſentia. 2. ſent. diſt. 33. q. 2. art. 1. & 2. Hęc pœna damni, ſiue priuatio diuinæ viſionis in paruulis, multum diſtat à pœna dāni in damnatis, quia damnati ex culpa actuali, & propria priuātur, ideo ad illam priuationem ſequitur maxima triſtitia, & pęna ſenſibilis, ſiue afflictiua intrinſeca, quę ſecūdū D. Chryſoſtomum eſt maxima pęnarum. Paruuli autē cum non actu proprio, ſed ex peccato naturę, quod cōtraxerunt

ſunt ex origine, non triſtiantur, quia A ſecundum aliquos non apprehẽdũt ſe aliquando fuiſſe capaces illius beatitudinis. Cum ergo omnis triſtitia ſequatur apprehenſionem, ſequitur, quod non triſtantur. Poteſt etiam dici, quod Deus, qui ordinauit pœnam ſenſibilem correſpondere delectationi, non concurrit ad apprehenſionẽ, nec ad triſtitiam, etiamſi apprehẽderent. Et ſic ſoluuntur omnia argumẽta in oppoſitum. Quid autem faciãt B paruuli in Limbo, dicunt communiter Doctores, quod ſpeculantur naturalia, licet enim animá humana à principio ſui eſſe ſit tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum: nihilominus tamen Deus, qui nõ deficit in neceſſarijs, & qui animã creauit intellectualis naturæ, in ſeparatione ipſius a corpore, influit tot ſpecies rerum, quot acquirere potuit corpori vnità, ne fruſtretur intellectus ea- C rum, cui dedit Deus poteſtatem fieri, & continere quodam modo, ſcilicet, per ſimilitudinem omnia, vt habetur Sap. 10. ſic quod nullus Philoſophus vnquam tanta cognouit de naturalibus, ſicut anima paruuli ſeparata. Et cum omnes tales ſint eiuſdem ſpeciei, ſequitur quod omnes erunt pares in huiuſmodi infuſione, & beatitudine naturali. Hæ animæ non poſſunt iuuari, neq; liberari ſuf- D fragijs viuorum, cum non ſint in gratia, & ſint perpetuò damnati. Quidã tamen dicũt, quod poſt dies iudicij, & reſurrectionis, vt detur ſpatiũ corporibus damnatorum, deambulabũt per hunc mundum, ſed hæc incerta ſunt, & ſolus Deus nouit. Hæc habet D. Ant. 1. p. Sum. tit. 8. c. 1. §. 4.

Iterum reuertimur ad illud, quod pueri illic de pœna damni nil afficiãtur, ita affirmat S. Antoninus 1 p. tit. 8. c. 1. in fine. & Bartolomeus a Medina, ſuper D. Thom. 1. 2. q. 83. ar. 4. Qui quidem Doctor pro contraria opinione adducit quædam verba D. Aug. dicentis. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, omnes homines, non ſolum ratione vtentes, ſed et infantes, ſine baptiſmate decedentes ignis æterni ſempiterno ſupplicio eſſe puniendos. Atque ex Euangelio probare nititur, quod in finali iudicio, Chriſtus duo tantum loca aſſignat iudicandis, vel cœlum, quando dicit: Venite benedicti. Vel infernũ, quando dicit: Ite maledicti in ignem æternum. Nullus tertius locus aſſignatur, in quo ĩfantes ponere queas. At paruuli non baptizati non admittuntur in cœlum. Ergo in infernum damnatorum.

Ad hæc reſpondet D. Tho. citatus ab ipſo Medina dicens, eos, per ignẽ, gehennam, & tormenta, nihil aliud ſignificare, quam diuinæ gloriæ priuationem, quam per exceſſum, & hyperbolicè, tam duris vocabulis ſignificarunt, vt magis execrabilem efficerent Pelagianorum errorem, aſſerentium nullum in paruulis eſſe peccatum. Vel dicatur quod Auguſtinus ita ſenſit.

Ad illud de die iudicij reſpondetur. Qui mittantur in ignem ęternũ, audiunt cauſam eſſe ſua peccata. At paruuli tantum illa ſententia mitiſſima damnabuntur: Niſi renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt in regnum Dei introire.

Ad multa argumenta, quæ alij faciunt,

ciunt, dico, quod paruuli non agnoſcunt ſe eſſe priuatos diuina gloria propter peccatum primorum parentum: talis enim cognitio attinet ad fidem, diuinamque reuelationem. Paruuli verò ſolam habent cognitioné naturalem, quare nó triſtantur de carentia viſionis diuinæ, quam non nouerunt. Secundò, quod id optimè cognoſcerent, non ob id triſtitia afficiũtur. Cognoſcunt enim ſe nunquam aptitudinem habuiſſe ad gloriam cęleſtem obtinendam. Cognoſcunt itaque infantes illam pęnam eſſe iuſtiſſimam, ſciuntque optimè nullo proprio demerito fuiſſe inductam, nullaque ratione eos potuiſſe cauere: ſciunt omnem diſplicentiam eſſe illis penitus inutilem, quaombrem ſapienter ſuſtinent, & ab omni dolore, & triſtitia abſtinent, habentes fœlicitatęm naturalem. Hæc ſcribit Medina ſupra citatus ibidem.

62. *Quæritur an Mater infirmans ad mortem, & habens in vtero filium, poſſit ſcindi ad extrahendum puerum, & baptizandum.*

RESpondetur nullo modo id fieri poſſe, etiam quod ipſa mulier p iuſtitiam condemnata ſit ad morté, ſed expectari debet partus, & tunc ille puer baptizari debet. In hoc conueniunt omnes, & ſic etiam ratio dictat. Nec puer in vtero baptizari poteſt: veruntamen, ſi foris caput exeat, baptizari poteſt: nec etiam cum totus exierit, poteſt rebaptizari, nec etiam ſub cõditione. Si verò exeat brachiũ, vel pes, & dubitatur de morte, poteſt baptizari in illo membro, ſed certum

A non eſt, an conſequatur ſacramentũ, ideo ſi poſtea exeat, totus omnino debet baptizari ſub cõditione, ſcilicet, ſi non es baptizatus, ego te baptizo. Præterea, ſi pueri nondum baptizati occidãtur in vtero propter Chriſtũ, in deteſtationem fidei Chriſtianę ſaluantur. Vnde mulier prægnans, ſi pp Chriſtum interficiatur, & ſic moriatur paruulus, vterque martyr efficit, atque ſi Iudæus filiam ſuam a Chri-
B ſtiano impręgnatam in cõtemptum Chriſti, calce eam in vẽtré percutiés abortiri faciat, martir erit puerulus, ut oés tenét, præcipuè S. Th. relatus per S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 3. & Rich. 4. ſent. d. 4. ar. 2. q. 3. ad 1. *Sic* inquit Sot. ibiem d. 5. ar. 11. q. vnica. Si mulier prægnãs, pro Chriſto mortem appeteret, infantulus in ventre tunc occiſus, inter martyres haberetur: ergo
C pariter poteſt ei illic applicari fides, & votum parentum, dicunt aliqui argumentando, ſed ad hoc reſpondet negando conſequentiam, quoniam puer tunc non ſaluatur per mortem matris, ſicũt neque ipſa baptizata, baptizatur püer, ſed per mortem propriam, quia, ſ. ipſe pro Chriſto occiditur. Non ergo conſequitur, ſi poteſt ei applicari martyriũ, poſſe applicari, vel baptiſmum, vel ſolam fidé.
D Hoc totum diximus propter opinionem Caieta. qui tenet, quod puer in fide parentum ſine reali baptiſmo ſaluari poſſit. Quę quidem opinio, vt eſt ſingularis, ita & ab omnibus refutatur. Quando verò mater pueri mortua eſſet, viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur: ſic inquit D. Tho. 3. par. quæſt. 68. art. 11. ad 3. & Sot. 4. d. 5. q. 1. ar. 11. Et etiã

Digitized by Google

Silueſt.verbo,Baptiſmus, 4.§.2.Iterũ repeto,vt,nullo modo, liceat matrem occidere ob filij ſalutem,etiam ſi eſſet ob partum moritura, quamuis,vt dictum eſt, eſſet condemnata ad mortem, tunc differendum ſupplicium eſſet vſque ad eius partum, vt patet in l.Negat. in ff.de ſtatu hominum, & in l.Prægnantis.in ff.de Pęn. & ſi aliter fiat, immane ſacrilegium eſſet, vt dicunt omnes.S. Anton.Silue.Sot.& alij ſic dicunt. Hæc eſt vera & firma ſententia,quam pluries repetimus,quod non ſunt faciẽda mala,vt veniant bona. Et valdè reprobatur, quod quidam Medicus conſuluit,vt ſciſſio fieret,imò ſi mulier cauſa baptizandi ſętus occideretur: vix id poſſet abſque nece eiuſdẽ ſętus fieri, antequam baptizaretur, atque adeo vana eſſet illa diligentia, vt bene notat Sot.4. diſt.5. quæſt.1. artic.2.

63. *Quæritur an pueri ſint baptizandi?*

VIdetur negatiuè reſpondendũ, quia in pueris non habentibus vſum liberi arbitrij, non poteſt eſſe intentio ad ſuſcipiẽdum Sacramẽtum,quod de neceſſitate requiritur, ergo non ſunt baptizandi. Ita arguit D.Thom.3.par.quæſtio.68.artic. 9.

Reſpõdet Sot.ex D.Tho.ibidem, ſic dicens 4.ſent. diſt.5.q. vnica art. 9. in ſolutionem argumentorum D. Thom.intentionem explicat, & fidẽ paruuli,& pœnitentiam,quæ videntur ad baptiſmum requiri. Hæc enim erant hæreticorum argutiæ, quod cũ

A ad baptiſmum requiratur fides,quæ per dilectionem operatur,& pœnitẽtia, & pueri nequeant huiuſmodi actus habere, inutilis eſſet illis baptiſmus. Reſponſio verò Catholicorum erat, quod cum originale peccatum non propria voluntate, ſed aliena(nempe Adæ)cõtrahatur,pueri quoque aliena voluntate,ſcilicet, parentum, & geſtantium baptizari volunt,& petunt,fidemque profitẽ-

B tur,&c. Arguit ergo D.Tho. primò locò ſic.In eo,qui baptizatur, requiritur,vt dictum eſt, intentio ſuſcipiẽdi Sacramentum, hanc autem pueri,rationis vſu carentes, habere non poſſunt, ergo nec baptizari debet.

Reſpondetur autem, quod regeneratiò ſpiritualis, quæ fit per baptiſmum, ſimilitudinem in hoc gerit carnalis natiuitatis, quod ſicut puer

C in vtero matris incluſus, non proprio nutrimento,ſed matris ſuſtentatur,ita pueri ante annos diſcretionis in gremio matris Eccleſiæ conſtituti,nõ per ſe ipſos,ſed per actum eiuſdem Eccleſiæ,ſalutem ſuſcipiunt,vt ait D. Aug. de Peccatorum meritis, & remiſſione,quod refertur can.Mater.de Conſecra. diſtin.4. Mater inquit Eccleſia os maternum paruulis præbet, vt ſacris myſterijs imbuan-

D tur: quia nõdum poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutem. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quod fidem per verba geſtantium quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur?cum per eorum verbs geſtãtiũ diabolo, & huic ſeculo renuntia-

Digitized by Google

ſequeretur, & periculum apoſtaſiæ, non ſunt baptizādi filij infidelium inuitis parātibus. Dixi propter ſcandalum, quia ſcandalizarentur infideles iudicātes ex hoc, quod omnes Chriſtiani ſic trahuntur vi ad Chriſtianiſmū. Dixi propter periculum apoſtaſiæ, quia filij ſemper, vel vt in pluribus, ſequuntur mores parentū, & relinquerent fidem, & parentum paganiſmo adhærerent. Ideo non debet fieri; & credo quod hoc ſolū volebat dicere S. Tho. ſed quia in moralibus reſpondendum eſt abſolutè, ſecundum id, quod vt in pluribus euenit: Dixit Sanct. Thom. abſolutè quod non ſunt baptizandi filij infidelium, inuitis parentibus. Et ita reſpondendū eſt. Secus autem ſi prius prouideretur, quod non ſequatur ſcandalum, aut periculum apoſtaſiæ, aut aliquod aliud inconueniens. Dicitur ex Diuo Thom. 4. ſenten. diſtinct. 39. quæſtio. 1. articu. 4. Quod alteri parentum conuerſo filius dari debet, vel ſit pater, vel mater; qui verò habent vſum rationis, etiam inuitis parentibus baptizandi ſunt.

65. *Quæritur qua ætate paruulus cenſendus eſt vſum rationis attingere, vt poſſit inuitis parentibus baptizari?*

RE ſpondetur, quod Silueſt. ait, verbo, Baptiſ. 4. §. 6. quęſt. 8. in decimoquarto anno haberi vſum rationis. D. Thō. loquens de ſumptione Euchariſtiæ, ait, quod pueris iam incipientibus habere diſcretionem, etiam ante perfectam ætatem, puta

A cum ſint decem, vel vndecim annorum, aut circa, dari poſſit corpus Domini, ſi in eis ſigna diſcretionis appareant, & deuotionis, 4. ſent. diſ. 9. q. 1. art. 5. & alibi. Ex quibus verbis videtur elici poſſe, quod ad ſuſcipiēdum baptiſmum; ſufficiat ætas ſupradicta. Idemque videtur ſentire S. Anton. 3. par. tit. 14. ca. 13. §. 9. tamen quamuis certum ſit tunc puerum habere legitimū rationis vſum,

B attamen certiſſima regula eſt, quod ſi citra illam ætatem certò conſtat puerum fidei Catechiſmis inſtructum, ſatis intelligere quid nam ſit baptizari, & quemadmodum ſit profeſſio Chriſtianæ legis, baptizandus eſt. Et vt dictum eſt, ſi in aliquo puero acceleratur vſus liberi arbitrij cognoſcendo quid faceret, & baptiſmum peteret, inuitis parentibus, baptizandus eſt, ac ſubinde ab eorum

C educatione ſubtrahendus eſt. Ita Sotus, 4. ſent. d. 5. q. 1. ar. 10. Iudicio ergo prudētum, determinetur de puero, vel puella, vtrum habeat vſum rationis, nec ne. Nam quandoque in pueris, ex gratia Dei ſpeciali, vſus rationis acceleratur, & quandoque ex ipſa complexione naturali, vt refertur à S. Greg. de illo puero quinque annorum, ex blaſphemia damnato. lib. 4. Dialog. c. 10. Et allegatur à D.

D Thom. 4. ſent. d. 27. q. 2. art. 2. ſicut etiam aptitudo ad generandum accelerata fuit in puero nouem annorum nutricē impregnaſſe, quem refert S. Hieron. & teſtatur S. Antoninus 3. par. titu. 14. cap. 13. §. 9. Præterea eſt attendendum, quod nullo pacto, licet quemquam ad baptiſmum cogere, vt ait D. Thom. 2. 2.

quæſt. 10. art. 8. Hæc concluſio ex ſacra pagina, & Concilijs, & Sanctorum teſtimonijs firmiter comprobatur, vt notat Sotus 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 10. Et expreſsè habetur in Concil. Toletano 4. Vbi præceptum eſt, nemini ad credendum, atque adeo neque ad baptiſmum vim inferri: & Clem. III. cap. ſicut, de Iudęis. Statuimus ait, vt nullus inuitos, & nolentes Iudęos ad baptiſmum venire cōpellat. Licet Scotus oppoſitum teneat, quod liceat minis, & terroribus infideles ad baptiſmum inducere, vt in 4. ſent. diſt. 4. quęſt. 9. dicit. Nihilominus communis Doctorum conſenſus eſt in contrarium. Præcipuè Sanctus Thomas, 2. 2. quęſt. 10. art. 12. Qui ait, quod ſunt inducendi ad fidem, non coactione, ſed perſuaſione. Et nota, quod ſi quis coactione conditionali, puta, ſi quis timore mortis, eligat potius baptizari, quàm mori, recipit quidem verū ſacramentum, quo ad characterem, non autem quoad gratiam, ſed ſi ad baptiſmum cogeretur coactione violenta, ſeu abſolutè, nihil reciperet, nec etiam ſacramentum, vt extat de baptiſmo, c. Maiores.

66. *Quæritur, an furioſi, amentes, & dormientes, & huiuſmodi baptizari poſſint?*

RESpondetur ſecundum D. Th. 3. par. quæſtio. 9. articu. 12. per ſex concluſiones, quarum prima eſt Amentes, qui nunquam habuerunt vſum rationis, ſunt baptizandi in fide Eccleſiæ: ſicut etiam pueri ante vſum rationis.

A Secunda concluſio. Amentes, qui aliquando habuerunt vſum rationis, vel habent lucida interualla, iudicandi ſunt ſecundum voluntatem, quam habuerūt, dum ſanę mentis exiſterent.

Tertia concluſio. Si cum eſſent ſanę mentis, voluerunt baptizari, baptizandi ſunt in furia, vel in amentia, eſto tunc contradicant.

Quarta concluſio eſt. Si quando
B erant in prudentia non habuerunt volitionem ſuſcipiēdi baptiſmum, non ſunt baptizandi, quando poſtea ſunt in amentia.

Quinta concluſio eſt. Si non eſt periculum mortis, & amens habeat lucida interualla, eſto quod ante, quando fuit in prudentia, habuerit volitionem ſuſcipiendi baptiſmum, non debet in amentia baptizari, ſed expectetur lucidum interuallum, vt
C deuotè ſumat ſacramentum.

Sexta concluſio eſt. Quidam ſunt, qui licèt non habeant plenum, & perfectum vſum rationis habent tamen ſufficienter ad hoc, vt de ſua ſalute cogitent. Et ita ſaltem imperfectè operantur liberè. Hi verò baptizandi ſunt, quando ipſi volunt, & petunt ſacramentum: ſicut alij habentes perfectum liberum arbitrium. Præterea ſi a-
D mens, qui fuit ſanæ mentis non habuit voluntatem ſuſcipiendi baptiſmum, quando erat in prudentia, non eſt baptizandus. Et ita diffinitur in cap. Maiores cauſas, extra de Baptiſmo, & eius effectu, licet non tanquam de fide. Præterea ſi amens in prudentia exiſtens voluit baptizari, & non reuocans illam

inten-

Digitized by Google

intentionem incidit in amentiā perpetuā debet in ea baptizari. Si quis verò ſic voluit baptizari, quando erat ſanæ mentis, & incidit in mortali, in quo manſit etiam in amentia, ſi baptizetur tenet ſacramentum, ſed eſt illicitum illū baptizare, quia peccatores nō ſunt baptizandi, cū nihil illis proſit baptiſmus, imò ſacrilegium cōmittitur. Si verò aliqui ſint, qui etſi non omninò ſanæ mentis exiſtāt, eatenus tamen ratione vtuntur, vt de ſua ſalute cogitare valeāt, atque adeo ſacramenti virtutem intelligere: eiuſmodi amentes ſpontanei baptizari debent, non tamen inuiti. De dormientibus autem dico, eſſe idē iudicium quod de furioſis, & amentibus, videlicet, quod ſi antea in illis appareat baptiſmi voluntas, baptizandi ſunt, aliàs minimè. Idque non eſt faciendum, niſi in imminenti mortis periculo. Vnde narrat S. Auguſt. 4. lib. Confeſ. de quodā amico ſuo, qui baptizatus eſt neſciens propter periculū mortis. Hæc omnia ex S. Tho. in 4. diſt. 4. q. 3. ar. 1. & 3. p. q. 68. art. 12. & S. Antoni. 3. p. tit. 14. ca. 13. §. 9. & alij Doctor. Atque idem iudicium eſt de ſurdis, & mutis, ſi oſtendāt ſigna, per quæ intelligantur velle baptiſmum ſuſcipere. Prӕterea, quando peccator voluntarius accipit baptiſmum in voluntate peccandi, accipit quidem Sacramentum, & characterem, non autem rem ſacramenti, quæ eſt gratia: veruntamen ſi poſtea pœniteat, conſequitur gratiam, & remiſſionem peccatorum. Quæ quidem prӕrogatiua non datur, niſi ſacramento Baptiſmi, vt ait D. Thom. 3. par.

A quæſt. 69. artic. 9. & 10. & Sot. in 4. diſt. 5. quæſt. 1. articu. 4. & multi alij Doctores.

67. Quæritur, an peccatores ſint baptizandi?

Reſpondetur ex D. Tho. 3. par. quӕſt. 68. art. 4. Quod peccator, qui non complacet in peccato, nec habet propoſitum formale, aut virtuale peccandi, ſed potius aliquam B diſplicentiam peccati, licèt per ſe inſufficientem ad gratiam, eſt baptizandus: quia ad hoc baptiſmus inſtitutus eſt, vt remittat peccata. Hæc eſt prima propoſitio. Secunda eſt: Peccatores, qui habent voluntatem peccandi, vel formaliter, vel virtualiter complacent in peccato, non ſunt baptizandi. Vnde ſequitur ex dictis, quod ſi conſtet, peccatorem, nullo C modo, dolere de peccato, nullatenus eſt baptizandus, quantumcunque petat baptiſmum, & velit baptizari: Si verò baptizetur, mortaliter peccat vterque baptizatus, & baptizans, quia fictus, & indiſpoſitus ad Sacramentum accedit. At ſi quis quærat, an peccatum veniale impediat effectum baptiſmi. Reſpondetur ex D. Thom. in 4. diſtinct. 4. D quæſt. 2. artic. 1. quod non impedit, vt infra etiam repetet de Euchariſtia, & nos ſupra idem diximus: licet Palud. contradicat in 4. diſtin. 4. quæſtio. 5. Sed non probat. Vnde qui eſt actualiter in peccato veniali tantum, eſto actualiter complaceat in illo, poteſt baptizari, quia talis non eſt fictus. Et notandum, ꝙ ſufficit ad baptiſmū attritio ſcita;

Digitized by Google

Quia baptiſmus eſt inſtitutus ad remittenda peccata directè. Ergo ſat eſt, vt non inueniat obicem contrarię voluntatis. Hæc ait Martinus Ledeſmius in eodem art. ſupra citato. Et Sot. in 4. diſt. 5. q. vnica, art. 4. idē affirmat, dicens: Ex his omnibus colligitur prima conditio adulti, qui eſt baptizandus, videlicet, ne obice ſacramento obſiſtat. Atque inde rurſus fit conſequens, vtrumque mortaliter peccare, & ſacrilegium committere, ſcilicet, tam eum, qui cū voluntate peccandi accedit ad baptiſmum imò ad quodcunque accipiendum ſacramentum, quàm eum, qui ſciens taliter quempiam accedere, illi confert. Eſt. n. ſacramenti contaminatio, cum ſit contra eius finem, ſi ſuſcipiatur, & conferatur. Finis enim cuiuſque ſacramenti eſt gratiam conferre, vel augere. Accepto baptiſmo in mortali, ſi poſtea pęniteat, conſequitur gratiam, ut ſupra diximus.

68. *Quæritur, an peccatoribus baptizatis ſint imponenda opera ſatisfactoria?*

RESpondetur in hoc art. 5. pręcedentis quæſt. D. Tho. tria dicit hic Sanctus Doct. Primum eſt, quantum eſt de ſe, nulla ſatisfactio eſt iniungenda, quia aliàs fieret iniuria Chriſto, qui per ſuam paſſionem ſufficienter ſatisfecit pro omnibus peccatis. Quę paſſio ex Chriſti inſtitutione, in baptiſmo, ita applicatur baptizato, ac ſi ipſe pateretur. Sed ſi ipſe pateretur, ſatisfaceret per illam paſſionem, ſine alia iniuncta pœni-A tentia. Ergo non eſt baptizato iniungenda aliqua ſatisfactio, quia aliàs ſignificaretur paſſio Chriſti eſſe inſufficiens ad remiſſionem peccatorum, quoad culpā, & pęnā, quod in lege Euangelica tolerari non poteſt. Nec valet, ſi inferas, ergo idem debet dici de alijs Sacramentis, in quibus etiam applicatur paſſio Chriſti: quia in alijs Sacramentis non applicatur ita efficaciter, ſicut in bapB tiſmo. Et hoc propter priuilegium baptiſmo, & non alijs Sacramentis conceſſum eſt. Secunda propoſitio S. Doct. in ſolutio. ad ſecundum eſt. Neophytus non debet trahi ſtatim per magnas pœnitentias, ſed aſſuefieri per aliqua leuia. Quod eſt aduertendum, ob illos, qui à paganiſmo veniunt ad Chriſtianitatem. Tertia propoſitio eſt. Baptizatus cōpellendus eſt, quod reſtituat, ſi aliC quid debet, vel alicui iniuriam intulit, quia aliàs ſemper in peccato maneret. Non enim ideo ſatisfactio illa imponitur, vt pœnas luat, ſed vt exeat à peccato. Sot. in 4. diſtinct. 5. quæſtio. vnica, articul. 5. hæc dicit: Clareſcit iam ſolutio argumenti primi D. Thom. Quod eſt huiuſmodi, Ad iuſtitiam Dei pertinet, vt nullum delictum impunitum relinquatur, iuxta illud Eccleſiaſt. vlti. CunD cta quæ fiunt adducet Deus in iudicium: Opera autem ſatisfactoria imponuntur pro peccatis commiſſis, ergo ſunt baptizatis imponenda. Reſpondetur, conceſſa maiori, ſed tamen illam ſatisfactionem plenè fecit Chriſtus pro baptizatis, eo, quod vt ait Auguſtin. libro de Baptiſmo paruulorum. Per ipſum incorpo-

corporamur Chriſto, tanquam mem A bra capiti, & ſatisfactio capitis com municatur cæteris membris; ſicuti homo èconuerſo, qui homicidium manu perpetrauit, capite plectitur. Vnde Eſa. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

69. *Quæritur an peccatores ad baptiſmum accedentes, teneantur ſua peccata confiteri.*

B

RESpondetur per tres concluſiones D.Tho. in hoc 6. art. præcedentis quæſt. Et prima eſt. Ante baptiſmum in adultis peccatoribus requiritur, vt ſua peccata recolant, & de eis doleant. Vbi nota, ꝙ non dicit de eis conterantur, ſed doleant, quia ad baptiſmum ſufficit attritio. Secunda concluſio eſt. Ante baptiſmum non requiritur confeſſio ſacramentalis. Et hęc probatur in litera. Tertia concluſio eſt. In baptiſmo Ioannis Matth. 3. quando dicitur, quod confitebātur peccata ſua, intelligitur, ſecundum quandam gloſſam de confeſſione generali, qua in communi dicebant ſe eſſe peccatores, & promittebant, vel proponebant meliora. Sed hic dubitatur, an ſi adult' peccator velit ante baptiſmum peccata ſua confiteri ſacerdoti, illa confeſſio recipienda ſit. Videtur, quod non, quia illa peccata non ſunt materia Confeſſionis. Ergo illa confeſſio recipi non debet. Ad hoc S.Doctor reſpondet in calce huius articuli, & dicit. Confeſſionem illam recipiendam eſſe a ſacerdote, non vt abſoluat, quia illa peccata non ſunt materia abſolutionis, nec vt pœnitenti ſatisfactio aliqua imponatur, ſed ſolum vt inſtruatur, & doceatur, qu id agere debeat contra peccata, & pro vita ſpirituali acquirenda, & conſeruanda. Sufficit, inquam, interna peccatorum attritio, vel dolor. Et ratio eſt, quia cum eiuſmodi confeſſio vocalis fiat miniſtro Chriſti, pertinet ad ſacramentum pœnitentiæ, quod quidem ad baptiſmum non requiritur, cum ipſe baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum, neque eſſet ſacramentum, neque abſolutio conferret gratiam. Et omnia vana eſſent, quoniam ante baptiſmum, vſus clauium Eccleſiæ locum non habet, atque adeò nec abſolutio, nec ſatisfactionis impoſitio. Sed confeſſio interna peccatorum præteritorum, eſt neceſſaria. Sic ait Sotus in 4. diſt. 5. q. vnic. art. 6. Qui ēt dicit, cōfeſſionē illam factam ante baptiſmum, nō cadere ſub ſigillo. Et ideò non eſſet fractor ſigilli, qui reuelaret, tamē profectò eſſet grauiſſimè puniendus, tāquam violator ſacramenti baptiſmi, cuius diſpoſitio erat illa confeſſio.

C

Neque etiam poſt baptiſmum acceptum, debet quis peccata ante perpetrata confiteri: fieret enim iniuria baptiſmo, quaſi illic non eſſent omnia condonata. Et ſi illa ſola confiteretur, recepto baptiſmo, nō eſſet ſacramentaliter abſoluendus.

D

70. *Quæritur an qui baptizat, credens baptizare Ioannem filium Regis, & baptizat Petrum plebeium, ex errore non cognito, Petrus ſit baptizatus. Præterea an nomen impoſi-*

Digitized by Google

poſitum in baptiſmo, poſſit ad libitum à ſe mutari?

RESpódetur primò, quod qui baptizat, ſi intendat ſolum talem baptizare, & non alium, ſi ibi nó eſt, quem ipſe intendit, non eſt baptizatus; ſi autem intédat baptizare eum ibi appoſitum, quicunque ſit ille, eſt baptizatus, vel ſit maſculus, vel fęmina. Sic ait D. Thom. in 4. diſt. 30. q. 1. ar. 1. & Sot. ibidem diſt. 1. q. 5. artic. 8. qui ait, quod miniſter ſemper intédere debet baptizare quem præ manibus habet, vel ſit maſculus, vel fęmina, vt dictum eſt, & ſecus faciẽs, ſacrilegus eſſet, ſuo, ſcilicet, abutens miniſterio.

Quãtum ad nominis mutationẽ, reſpondetur, quod poteſt mutare, vt habetur l. prima ad hoc expreſſa. C. de muta. nomi. Niſi eſſet ſeruus, vel niſi fieret ad fraudandum, vel damnificandum creditores, vel alios, id faceret, de quo loquitur l. falſi. ff. ad leg. Corn. de falſis. Et vtriuſque l. & glo. recepta declarat. Et Bart. in Prohem. ff. veter. §. nos verò, vbi expreſſe ait id poſſe facere quemquam propria auctoritate. Sed melius eſſet auctoritate Epiſcopi facere, & aliorum ſuperiorum, qui gubernant, vt nemo decipi poſſit, & euitaretur periculũ falſi, & præſumptionis falſi, & fraudis, quæ contra ipſum concipi poſſit, ſi inueniretur aliquis contractus, quo ipſe conſtitueretur debitor ante ipſam mutationem, & poſt illam nó poſſet inueniri ob illam mutationem.

Sotus narrat in 4. d. 1. q. 5. arti. 8. accidiſſe Luſitaniæ, quod cuidam iã

A prouecta ætate, qui ſemper fuit fœmina exiſtimatus, prominuerint foras viri membra, quę illucuſque habuerat ventre incluſa: qui ideo iterum fuit baptizatus: propterea hic error fuit ſacrilegus in rebaptizando. Eſſet ſolum illi commutandum per Epiſcopum nomen fœmineum in maſculinum. ſic ait Sotus ibidem.

B 71. *Quæritur an per Baptiſmum omnia deleantur peccata, quoad culpam, & pœnam?*

REſpondet D. Thomas ex duobus articulis, duabus affirmatiuis concluſionibus. Prima. Omne peccatum per baptiſmum tollitur, vt habetur Ezechielis 36. Effundã ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Secunda concluſio. Per

C baptiſmum liberatur homo a reatu totius pœnæ ſibi debitæ pro peccatis, ac ſi ipſe ſufficienter pro omnib⁹ ſatisfeciſſet. Ambroſius enim ſuper illud ad Roman. 11. Sine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Gratia Dei in Baptiſmo non requirit gemitum, &c. Sed omnia gratis condonat. De conſecrat. diſt. 4. can. Sine pœnitentia. Et ratio ſumitur ex

D illo loco Pauli ad Rom. 6. Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul etiam viuemus cũ eo. Ex quo ſequitur, ꝙ per baptiſmum incorporamur morti, & paſſioni Chriſti, ac perinde, ꝙ omni baptizato cõicatur eius paſſio i remediũ, ac ſi ipſe baptizatus, & mortuus eſſet. Paſſio autem Chriſti ſufficiẽs ſatisfactio fuit ꝓ peccatis

catis,non ſolum noſtris, vt habetur 1.Ioann.2. ſed etiam totius mundi: ergo per baptiſmũ, totius pęnæ reatus dimittitur.

Concluſiones iſtæ in primis non ſunt tantum Doct.aſſertiones, verũ & ſanctiones ſacrorum can. quæ ex locis ſacræ paginæ colliguntur: quare illas negare hæreticum eſſet. Sũt enim diffinitæ de conſecrat. diſt.4. can.Multis,vt cano.Per baptiſmus. Qui eſt Auguſt.& can.citato ſine pęnitentia.& can.per aquam.Qui eiuſdem eſt Ambroſij. & can. Vt oſtenderet, qui etiam eſt Auguſt. in Enchiridio, vbi id ipſum eadem probát auctoritate Pauli ad Roman.6. Quam hic affert S.Thom.& can.Regenerante.Quem citat in ſolutione primi. Et eſt prætereà Decretũ Concil. Florent. effectum baptiſmi eſſe remiſſionem omnis culpæ tam originalis,quam actualis, atque omnis pœnæ. In quam ſententiam ſubſcripſit poſtea Trid.Synodus, ſeſſ.4.q.1.& Sot.in 4.diſt.6.q.1. art.1. hæc omnia dicit.

72. *Quæritur in qua ætate baptiſmus conferri debeat, tam de adultis, quam de pueris, & ſi per errorem quis non fuerit baptizatus, quid erit de illo, maximè ſi ordinatus fuerit Sacerdos?*

RESpondetur quantũ ad pueros vſum rationis nó habentes, quĩ primum baptizari debent, propter periculum mortis, ne dãnentur, ſaltem pęna damni. Si autem eſt adultus,& conuertitur ad fidem, non debet ſtatim baptizari, ſed propter reuerentiam Sacramenti differre ali-

A quãtulum, vt prius per Catechiſmũ in his, quæ fidei ſunt inſtruatur. Verumtamen hęc dilatio temporis prætermitti poſſet, ſi adultus iã ſatis eſſet inſtructus in fide: vel ſi mortis periculum immineret, vel ipſe infidelis timeret, ne alij Iudæi, vel pagani ipſum interficerent: Nam ſi hoc ſciret, ſtatim eſt baptizandus. Vt bene notat D.Tho. 3.p.q.68.art.3. Et Silueſt.Baptiſmus,4.§.9.& Sot.4.ſent.
B diſt.5.q.1.ar.3. De puero iterum dicimus, quod non eſt neceſſe eadem natiuitatis die, aut tertia, aut quarta baptizari, ſed quando commodè poteſt in Eccleſia aſportari,& mergi, quod eſt octauo, vt moris eſt, aut decimo, aut duodecimo die. Trium namq; quatuorve dierũ dilatio non affert delictum mortale; ſed diutius id procraſtinãdo parẽtes pueri mortale peccatum fortè incurrerent. Sic
C ait Sot.ibidem, diſt.5.q.1.ar.3. Et ſi quis obijceret, quare ergo Eccleſia duo tantum tẽpora, ſ.Paſcha,& Pentecoſte ſtatuit ad baptizandũ: ait.n. Leo Papa, vt duo tempora illa præfixa ſint ad baptizãdum, ita ut nullos alios dies huic obſeruationi miſceatis. Sic.n.ſcribit vniuerſis Epiſcopis in Sicilia conſtitutis. Vt habetur de conſecr.diſt.4.can.Duo tẽpora præfertur. Ad hoc reſpondet D.Tho.di-
D cens argumentum hoc concludere, non de pueris, qui inſtrui non egẽt, ſed de adultis, qui illa tempora præſtolari deberẽt, niſi periculũ mortis inſtaret, vt cano.citato habetur. Hi, qui. & can.Baptizandi idem ait Papa. Hæc ex D.Thom.3.p.q.68.ar.3. ad 1.& Sot.4.ſent.diſt.5.q.1.ar.3. & Silueſt.baptiſmo.4.§.9.& ſi hæc tem-

Digitized by Google

tempôra tranſgrediátur, peccant, vt ipſe ait eodem loco, eadem q. art. 3. Sed cum caſus iſte nunc non obſeruetur, non videtur eſſe peccatum. In nouo enim orbe, vel alibi, vbi fides primo diuulgatur, eadem lex rigorẽ obtineret, & eorum tranſgreſſio peccat eſſet mortale. Catechiſmus eſt inſtitutus ab Eccleſia ex verbis Chriſti dicentis. Euntes docete omnes gentes: Ecce doctrina: poſtea ſubiungit, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ex D. Tho. 3. p. q. 71. ar. 1. Pueris verò catechiſmus non adhibetur, cum non ſint capaces, ſed per alios prouidetur, vt tẽpore ſuo, cum peruenerint ad cognitionem legis diuinæ, ab eis inſtruantur, & ideo quando baptizantur pro eis reſpondent nomine eorum, Patrini, dicendo. Credo, id eſt, ego patrinus operã dabo, quod iſte credat. Sic ait D. Thom. ibidem art. 1. ad 2. eiuſdem quæſt. 71. & Sylueſt. catechiſmus. §. 2. & Sot. in 4. diſt 6. q. 2. art. 1.

Quantum ad ſecundam Quæſiti particulam, ſcilicet, ſi quis per errorem, vel malitiam miniſtri, vel quauis cauſa quis nõ fuerit baptizatus, ſi puer eſt, ſine vſu rationis ſic decedat, dictum eſt ſupra Quæſito 61. de pueris decedentibus abſque baptiſmo. Si verò ſit adultus credens ſe eſſe baptizatum, & viuit vt Chriſtianus, hic baptiſmo flaminis eſt baptizatus, & moriens ſine mortali peccato ſaluatur. Et ſi iſte ordinetur Sacerdos, & Epiſcopus, & conſecraret, ordinaret, abſolueret. Ait D. Thom. 4. ſenten. diſt. 24. q. 1. art. 2. q. 3. ad 2. quod non baptizatus non poteſt ordinem recipere, nec ſacramenta conficere, nec abſoluere, nec alios ordinare; Sed piè tamen credi poteſt, qđ ſummus ſacerdos ſuppleat, quãtum ad vltimos effectus ſacramentorum, & quod non permitteret hoc ita latere, quod inde Eccleſiæ poſſet imminere periculum. Et ita Silueſter ſequitur verbo, Baptiſmus. 6. §. 3.

73. *Quæritur quid ſit exorciſmus, quo eccleſia in baptiſmo vtitur: et quare illo vtatur?*

RESpondetur, quod exorciſmus eſt abiuratio quędam per ſacra, qua Dæmones expelluntur à corpore obſeſſo ab illis Dęmonibus, vel ne ipſum obſideant. Et ad hoc Eccleſia vtitur illis, quando quis baptizandus eſt. Qui quidem Dęmones in baptizandis habent aliquam poteſtatem, propter peccatum originale, vel etiam actuale in adultis, quia naſcimur filijs iræ, & damnationis. Vnde effectus ipſius exorciſmi, eſt debilitatio poteſtatis Dæmonis, ne tantum poſſit in homine, ſicut prius, & ne baptiſmum, & alia bona in ipſo impediat. Hæc eliciuntur ex D. Tho. 4. ſenten. diſt. 6. q. 2. art. 3. & 3. parte quæſt. 71. ar. 2. & 3. Et S. Antoninus 3. par. tit. 14. c. 13. §. 15. & Silu. verbo, catechiſ. §. 5. & Soto 4. ſenten. diſt. 6. q. 2. art. 2. & 3. & alij. in ſequẽti verò Quæſito explicabimus cæremonialia, quæ in baptiſmo, Eccleſia præcipit obſeruanda, quæ congruenti ſignificatione non carent. Verum ſuper illa verbi D. Thomæ, quando dicit homines vexari, ob originale peccatum, vel actuale, ait Sotus ibidem,

Digitized by Google

dem, Quod licet actualiter, & regulariter, id ob ueniā ob peccata: tamen nihil vetat, quominus aliquando, ob aliquam occultam cauſam, eadē fiat diuinitus permiſſio, vt homo iuſtus vexetur. Nam & Iob permiſit à Satana acriter vexari, ſola excepta anima, quam ei ſeruare iuſſit illæſam.

Poſſet quis quærere, quare illa dicantur, cum pueri eorum non ſint capaces. Dicunt Doctores, quod ſicut mater Eccleſia accommodat pueris baptizandis aliorū pedes, vt veniant ad baptiſmum, & aliorum cor, vt in Deum credant, ita etiam accommodat eis aliorum aures, vt audiant catechiſmum, & accōmodat eis aliorum intellectum, vt per alios inſtruātur. Et ideo eadem ratione ſunt catechizandi, qua ſunt baptizandi.

74. *Quæritur quæ, & quot ſint, & quid ſignificent illæ cęremoniæ ante baptiſmum ab Eccleſia inſtitutæ, & an ſint de præcepto?*

Reſpondetur. Quatuor ante baptiſmum obſeruari debent. ex S. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 16. Primò igitur ante baptiſmum fit exſufflatio ſuper faciem pueri, ad denotandum, quod ſæua poteſtas, id eſt, diabolus ab eo exſufflatur, id eſt, expellitur, vt per pium ſacerdotis miniſterium, malignus ſpiritus fugiēs, Spiritui ſancto cedat, vt Spiritus ſanctus introducatur, ita ait vt ſupra, S. Anton. eodem tit. cap. 12. §. 16. & Silueſt. Baptiſm. 5. §. 4. Vnde D. Auguſt. inquit; P[a]rvuli exſufflantur, vt expellatur ab eis diaboli poteſtas, quæ decipit hominem, ne poſt hæc contendat eos ſubuertere, ſic eum D. Thom. citat 3. par. q. 71. art. 3.

Secundò antequam puer baptizetur, imponitur ſal benedictum in os eius, quia omnis ſermo fidelium debet eſſe ſale conditus. ex S. Tho. in 4. diſt. 6. q. 2. ar. 1. Significat etiam gratiam, & ſapientiā, & pręſeruationē à peccatorum futurorum putredine, ex S. Anton. vbi ſupra.

Tertiò antequam baptizetur, fit eius aurium, & narium, cum ſputo linito, ſignificando ſenſuum ſpiritualium apertionem ſecundum S. Ant. ibidem, & Silueſt. vbi ſupra, idque etiam fit, vt diuinam ſapientiam, & virtutem ſuſcipiant, per quam bonū à malo diſcernāt odorem, & ſanā doctrinam ſeparare valeant à fętore hæreticæ prauitatis, & ad diſcernendū odorem vitæ, & mortis ex S. Thom. 3. par. q. 71. art. 3.

Quartò & vltimo ante baptiſmū, ille, qui eſt baptizandus, inungitur oleo in pectore, & inter ſcapulas in ſignum pugnę contra inimicum: Significat enim tunc Chriſtianum fieri Chriſti athletam, vt Ambro. ait lib 2. de Sacram. c. 2. Pugil. namque, vt in more erat apud ethnicos oleo vngebatur ad conſolidādos neruos, & corroborandas carnes ex S. Tho. in 4. diſt. 6. q. 2. art. 1. & Sot. in 4. diſtin. 3. q. 1. artic. 10. Vel dicendum, quod quia in pectore cor eſt, inungitur homo aduerſus hoſtem, ne deinceps ei immunda, & noxia perſuadere poſſit, Sot. vbi ſupra. Significat ēt Spiritus ſancti gratiam ad excutiendam negligentiam, & torporem, bonamque ſubinde operationem exercēdam, quia fides ſine operibus mor-

tia eſt. In ſcapulis vigor portandi oneris eſt, & baptizatus fortitudinem accipit ad portandum onus Domini. Ex Sot. ibidem diſt. 3. q. 1. art. 10. Et Viguerius de Sacram. baptiſ. verſ. 6. & omnia ſunt de præcepto, licet non de eſſentia, vt inferiùs dicetur.

75. *Quæritur, quæ, & quot obſeruari debeant poſt baptiſmum ex ordinatione Eccleſiæ?*

RESpondetur primo, in vertice à ſacerdote baptizatus chriſmate inungitur, in ſignum quod ſit Chriſti regni particeps, & à Chriſto Chriſtianus deinceps vocatur, vt ait Sot. in 4. diſt. 3 q. 1. art. 10. Vel dicendũ, quod hæc vnctio fit in vertice, ſeu cerebro, quia ſapientis ſenſus in capite reſident, vt Chriſtianus paratus ſit, vt ait Petrus, omni petenti ſe de fide rationẽ reddere, ſignificat etiam characterem Chriſti, quo Chriſtianus à reliquis gentibus dignoſcitur, vexillum militiæ ſuæ eminentiam capitis præferens ſecundum Innoc. de Sacram. Qui etiam inquit, quod ante baptiſmum homo ſolo inungitur oleo, ſed poſt baptiſmum inungitur chriſmate conſecrato, quia chriſma non niſi Chriſtiano cõpetit iam baptizato. Chriſtus namque à chriſmate dicitur, & à Chriſto Chriſtianus, Sot. in 4. diſt. 3. q. 1. art. 10.

Secundò baptizatus induitur alba veſte, quę ſignificat nouitatẽ vitę, vt S. Thom. ait 3. p. q. 71. art. 3. ad 4. Et ſignificat ẽt innocẽtiæ reſtitutionem, ait S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 13. §. 16. Et Silueſt. baptiſ. 5. §. 4. Ad vltimum datur cereus accenſus in manu baptizati, ſignificans doctrinæ veritatem, ex S. Th. ibid. di. 6. q. 2. ar. 1. Vel ſignificat fidei, & morum charitatem, vt ait S. Anton. ibidem, & Silueſ. ibi §. 4. Item ſignificat lumen fidei, cuius ſacramentũ eſt baptiſmus, quod, ſcilicet, lumen vniuerſis Chriſtianæ religionis officij anteferendũ nobis eſt, vt mandatum illud euangelicũ impleamus. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Quam quidẽ lampadem, qui inextinguibilem ſeruauerit, inter ſapientes virgines cum ſponſo cęleſti ad nuptias introibit. ex Sot. ibidem diſt. 3. q. 1. artic. 10.

76. *Quæritur an huiuſmodi ſacramentalia, & ſolennitates, quæ fiunt in baptiſmo, ſint de eſſentia, & neceſſitate ipſius ſacramenti?*

RESpondetur non eſſe de neceſſitate baptiſmi tales ſolennitates, ſed ſunt de neceſſitate præcepti Eccleſię. Atque ideo illas dimittens abſque neceſſitate, id eſt, extra periculũ mortis, vbi non poſſunt ſeruare, vtique peccaret mortaliter, vt ait D. Thom. 3. p. q. 66. art. 10. & q. 71. art. 3. ad 3 & Nauar. c. 22. §. 7. & Sot. in 4. diſt. 3. q. 1. art. 9. & 10. & diſt. 4. q. 1. art. 3. & diſt. 5. q. 2. art. 3. ad 3. Hęc præcipit Sãcta Synodus Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. in genere can. 13. cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolenni ſacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos,

Digitized by Google

ſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Paſtorem Eccleſiarum mutari poſſe, anathema ſit. Verum puero baptizato ſecretè ob aliquam opportunitatem, tamen poſtea à Parocho ſolẽnes illæ cæremoniæ, & benedictiones Eccleſiæ ſunt adhibendæ. Et eſt cõmunis opinio videlicet quod quando ob periculum vitæ puer baptizatur in priuato, poſtea ceſſante periculo debent huiuſmodi ſolẽnitates ſuppleri, vt S.Tho. ait 3.par.q.71. art.3.ad 3.& ſumma Sacram.de Baptiſ.§.37. & Sot.4. ſenten. diſtin. 3. quæſt.1.ar.9.& diſt.5.quæſt.2.ar.3. ad 3.& ſi accidat quod curatus credens iam puerum eſſe baptizatum dixerit ſolenniter omnia illa, quæ cõcomitantur baptiſmum ſine immiſſione tamen, an poſtea ſciens illum non fuiſſe baptizatum, debeat baptizare ſine ſolennitatibus prædictis. Reſpondeo minimè fieri debet, ſed debet de nouo ſolẽniter baptizare, quia ſolennitates non ſunt de eſſentia baptiſmi, vt rectè ſentit ſumma Sacramen. de Baptiſ.§.36. & Sot.4. ſenten.diſtinct.3.quæſt.1.artic.9. & S. Antonin.3. parte, titu. 13. cap. 14. §. 12.

77. *Quæritur an in baptiſmo de neceſſitate requiratur aliquis qui baptizatum leuet de ſacro fonte?*

RESpondet de more eſſe, vt aliqs in baptiſmo baptizatũ de ſacro fonte leuet, quaſi in ſuam inſtructionem, & tutelam ſuſcipiat. Et ratio id dictat. Sicut enim in carnali generatione paruulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo, ita in ſpirituali generatione, quæ fit per baptiſmũ, requiritur aliquis qui fungatur vice nutricis, & pedagogi informando, & inſtruẽdo eũ quaſi nouitiũ ĩ fide, de his, quæ pertinent ad fidem, & vitam Chriſtianam, vt ait D.Tho.3.p. q.67.art.7.& S.Anton.3.p.tit.14.c. 13.§.14.& Sot.4.ſent.diſt.4.q.1.ar. 5. Verumtamen dicimus de neceſſitate non requiri in baptiſmo aliquẽ leuantem, id eſt patrinum, ſed eſt de bene eſſe. Quare in neceſſitate vnicus poteſt ſolitariè baptizare, vt ait S.Tho.3.p.q.67.ar.7.ad 2.& Sot.4. ſen.diſt.4.ar.5. Ille autem qui aliquẽ in baptiſmo ſuſcipit de ſacro fonte tenetur ad habendam curam illius, ſi modo neceſſitas imminet, puta ſi baptizatus nullum haberet parentem, vel aliũ, qui eum poſſit inſtruere, ſicut ſi eſſet apud infideles. Sed ſi baptizatus nutritur apud fideles, poteſt excuſari ſuſceptor, quod à parentibus, vel alijs inſtruatur, vt ait D.Thom.3.par.quæſt.67.artic.8.& Sot. in 4. diſt.4.quæſt.1.art.5. ad 3. Omnes fideles admittuntur ad ſuſcipiendum baptizandum, non autem infideles, vt fuit declaratum in Conc. Moguntino. Neque pater, aut mater niſi in extrema neceſſitate, vbi alius haberi non poteſt, vt ibidem ait S.Thom. Nec etiam Religioſi poſſunt eſſe ſuſceptores in baptiſmo, tamen ſi tenent, ſunt compatres. De conſecrat. diſtinct. 4. c. de catechi. & Silueſt.baptiſ.5.& §.5. & Sot.in 4. diſtinct.4. quæſt.1. articu.5. Et ſi huiuſmodi Religioſi ſint ſuſceptores, videtur Sotus

ſentire

Digitized by Google

ſentire quod peccet mortaliter, quia Monachus, vt nomen eius ſonat, debet eſſe incluſus, & huiuſmodi commercijs nõ ſe immiſcere audeat. Cõcil. Trid. ſtatuit, vt vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummũ vnus, & vna baptizatum de baptiſmo ſuſcipiãt: inter quos ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrẽ tantum cognatio ſpiritualis contrahatur. ſeſſ. 24. de reformatione Matrimonij c. 2. Etſi alij vltra prędictos ſe ingerant ad ſuſcipiendum, cognationem ſpiritualem nullo pacto, contrahent. Parochus autem, ſi alios admittat, puniendus eſt arbitrio Ordinarij. Ibidem eadem ſeſſione.

78. *Quæritur quæ ſit materia Baptiſmi.*

RESpondetur aquam naturalem, & puram, & ſimplicem eſſe propriam materiam baptiſmi, & hæc ſola eſt de neceſſitate baptiſmi. Dicitur materia remota ipſius baptiſmi, ſed materia proxima, & propinqua eſt ipſa exterior ablutio. Et habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 7. de bap. cano. 2. Et D. Thom. 3. p. q. 66. ar. 3. & 4. Sylueſt. Bapt. 2. §. 1. & Sot. in 4. diſ. 3. q. 1. art. 3. Et eſt ita neceſſaria, quia ſine aqua, & ſine illius lotione nemo ſaluari poteſt, vt habetur Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit, &c. Quã aquã Dominus inſtituit, quia habet proportionem ad effectum ſpiritualem ipſius baptiſmi, cum ipſa mundet, Et quia etiam eſt communior materia, quam omnes facile poſſunt ha-

A bere. Sic ait D. Thom. in 4. diſt. 3. q. 1. ar. 3. & Sotus ibidem diſt. 3. q. 1. articul. 3. & alij Doctores. Diximus aquam naturalem debere eſſe, & nõ artificialem, puta roſaceam, vel aliã per lambicum extractam, vel vrinã, aut ſputum, glaciem, niuem, grandinem, & huiuſmodi, nec etiam aquã lachrymarũ, vel ſudorem, vel herbarum ſuccum, vel alchimice extractã. De his omnibus nulla extat dubitã-

B di ratio. Si verò ex niue, vel grandine, vel gelu reſoluatur, tũc poteſt ex illa fieri baptiſmus: ita de vapore, & rore eleuato à terra, dum ad iuſtam conſiderationẽ aquę peruenerit, eſt eadem ratio, vt poſſit ex ea quis baptizari, cum habeant rationem veræ aquæ, quia poſſunt abluere, non autem dum manent congelatæ. Hæc D. Thom. 3. par. quæſt. 66. artic. 4. & 4. ſent. Sotus diſt. 3. queſt. 1. artic. 4.

C Et ſi in aquam aliquid parui vini immittatur, non mutans conditionem aquæ, cũ illa baptiſmus fieri poteſt, ne mutet ſpeciem, ſi ſit amara, vel turbida, aut calida, ſufficit enim, ſi ſit mixta cum aliquo liquore, vt non amittat ſpeciem verę aquæ, ſiue ſit terreſtris, aut maris, ſtagni, fluminis, fontis, putei, ſiue cœleſtis, vt pluuialis, ſiue, vt diximus, reſoluta ex niuibus, &c. Neque ſi ſit ſulphurea, vel

D ſit lixiuium, vel aqua ex luto expreſſa, & huiuſmodi, quæ omnes ſunt veræ aquæ, vt elicitur ex S. Thom. 3. p. quæſt. 66. artic. 4. Diximus in lixiuio fieri poſſe baptiſmum, ſed aduertendum, quod tantum poſſet commiſceri cineris in aqua, tãtumque exuſtionis fieri, vt lixinium, alia ſit ſpecies, quam aqua, & ſic non poteſt fieri baptiſmus

ptiſmus

Digitized by Google

ptiſmus, vt ait Sotus ibidem d. 3. q. 1. ar. 4. De brodio dico, ſi multũ ſpiſſum ſit, non poſſet ex illo fieri baptiſmus, ſed ſi ſit ratum in ea poteſt fieri baptiſmus, vel ſit carnium, vel piſcium, & huiuſmodi.

79. *Quæritur quid ſit agendum cũ puer ſit in periculo mortis, et aqua non adeſt ad baptizandũ, nec vas ad hauriendum aquam ex puteo.*

RESpondetur ex Soto in 4. diſt. 3. quæſt. 1. artic. 8. quod poſſet aliquod linteum fune appenſum in aqua intingi, & ſic illo ſuper puerum excolando baptizare, vel in caniſtro puerum ponere, immergendo deinde in aqua, & eleuare, & verbis vti, cum intentione baptizandi, ſicut ſolitum eſt. Non enim eſt neceſſe baptizantem immediatè puerum tangere. Sic ibidem ait Sot. Etſi id fieri non poſſit, nullo modo puer proijciendus eſt in flumen, vel puteum. Et qui aliter dixerunt, errauerunt, qa eo modo puer nõ eſt baptizatus, & ſi viuat, baptizãdus eſt, & ille proijciẽs mortaliter peccat, & ſi puer ſic moritur, ille, qui proiecit, eſt irregularis. Ita etiam ait S. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 12. & Sotus ibidem diſ. 4. quæſt. 1. artic. 8. Imò potius puer ſine baptiſmo mori permittendus eſt, quam cum vel certo, vel multo probabili periculo mortis illum baptizare. Et ſi quis obijciat, cum vita ſpiritualis præferenda ſit temporali, vt certum eſt. Et illi puero, nulla, niſi p baptiſmum, patet ſalutis via, reſpondetur tamen, his non obſtantibus, proculdubio in nullo caſu, vllus eſt

A cum tali periculo mortis, baptizandus, vt baptiſm⁹ ſit ei cauſa, vel mortis, vel multæ eius accelerationis, præſertim quandiu ſpes eius vitæ durat: quare in his multa opus eſt prudentia: ſed cenſendum eſt de illo, ac ſi nulla eſſet aquæ copia, vt benè ait Sotus in 4. ibid. vt ſuprà. Et ſi quis in tali caſu, vt ſupra diximus, puer inueniretur, vt non poſſet aliter quam p funem baptizari, in flumẽ, vel in puteum, magis eſt differendus baptiſ-
B mus, quam illum ſic ſuſpendere, qa ſi morietur, ſuſpendens eſt homicida, & irregularis, vt ibi Sotus notat. Et ſi nulla ſpes pueri vitæ, timetur tamen ex baptizatione acceleratio mortis, quid agendum? Mortis. n. anticipatio genus quoddam occiſionis iudicatur, ſi baptizatione huiuſmodi per multum temporis accelera-
C tur mors, tunc qui baptizat, homicidium committit: quando verò minima eſſet acceleratio, non cenſetur homicidium, quia minimum pro nihilo reputatur. Et ideo quando puer ob periculum mortis, mergi nõ poteſt in aquam, tunc ſatis eſt, vt infans, tenuiſſimis guttis aſpergatur. Quæ quidem aſperſio non poteſt mortem accelerare, vt ait Sotus ibidem. q. 1. d. 3. art. 8. Et ſi ſacerdos dũ aliquem puerum in fontem baptiſ-
D mi mergit, caſu, e manibus eius in aquam elaberetur, & moreretur: ſi ſacerdos omni culpa careret, non peccaret, nec irregularis efficeretur, & puer eſſet baptizatus, ſi cum forma verborum aquam puer attingeret, vt ibidem Sotus notat.

80. *Quæritur quomodo baptiſmus per aquam fiat, immerſione, vel aſperſione, vel effuſione, & vna, vel trina ſit facienda?*

RE ſpondetur, quocunque iſtorũ fiat, baptiſmus eſt, obſeruata forma verborum: veruntamen modum ſacerdos tenere debet ſolenniter baptizãdo, quo Matricis Eccleſię ritus vtitur, niſi ex rationabili cauſa mutetur, ob periculum baptizandi. Hęc D. Tho. 3. par. q. 66. art. 7. & 8 & Sotus in 4. d. 3. q. 1. art. 7. & 8. quando verò ſine cauſa non obſeruatur ſolitus vſus, ſi ſine ſcandalo fiat, non videtur mortale. D. Tho. verò dicit grauiter peccare, non autem dicit mortaliter, ſed cum cauſa, fortè nulla culpa erit, vt Sotus habet ibidem, art. 8. & Caiet. idem ſentit, dum quis domi baptizatur. 3. p. ibidẽ. De trina merſione, vel una facienda, nõ eſt de eſſentia, grauiter tamẽ peccaret qs nõ obſeruãdo ritũ ſuæ Eccleſiæ, licet baptiſmus eſſet, alijs concurrentibus. Tamen, vt diximus, in neceſſitate ob vitę periculum quomodocunque fiat non peccatur, vt ſi intendebat trinam merſionem, ſed videns mori puerum, complet per vnam tantum merſionem. D. Thom. ibidem ar. 8. & Sotus idem ſentit ibidem. Dicit etiam, quod erit verum ſacramentũ: ſed ſi intendebat omnino trinã immerſionem, & non prius expreſſit totam formam, & illo interim puer moriatur, ſine baptiſmo recedit, & perit. Sic tenet Caiet. ibidem art. 8. & Sotus etiam ibidem vt ſupra, & ſumma ſacram. Baptiſm. §. 18. Verba D.

A Thom. ſic intelligunt ut ſi verbi, vt gratia, cum miniſter baptizat intendẽs trinam immerſionem, & ad prolationem nominis Patris faciat primam immerſionem, & ad prolationem nominis Filij, faciat ſecundam immerſionem, & ad prolationem nominis Spiritus ſancti, faciat vltimam immerſionem: tunc baptiſmus non perficitur, niſi in vltima immerſione, quia ibi tota forma baptiſmi completur, B & hoc volunt verba ſancti Doct. quando dicit, quod ſi trina intendatur immerſio, baptiſmus non perficitur, niſi in extrema. Si autẽ miniſter intendat quidem trinam immerſionem, & tamẽ in vnica immerſione totam formam baptiſmi proferat, tunc illa vnica immerſio ſortitur rationem totius, ex hoc, quod in ea finitur prolatio formæ, & non oportet expectare alteram, vel tertiã C immerſionẽ, quia in ipſa prima perfectum eſt ſacramentum baptiſmi. Peccat tamen miniſter intẽdens trinam immerſionem, & poſtea præueniens ſecundam, aut tertiam immerſionem, prolatione uerborum integra, tãquam omittens aliquam immerſionem prius intentam. Hæc ex Caiet. 3. par. quæſt. 66. artic. 8. & Sotus in 4. diſtinct. 3. quæſt. prima, articulo octauo. D

81. *Quæritur an ſit neceſſe totũ corpus baptizandi immergere, vel lauare, vel aſpergere?*

RE ſpondetur, quando totum corpus aqua non poteſt perfundi, propter aquæ paucitatem, uel propter

pter

pter aliquam aliam cauſam, tunc o-portet caput perfundere, cũ ſit pars principalis corporis, in quo omnes ſenſus vigent. Et capite aſperſo, in totum corpus aſperſio reputatur. S. Thom. 3.p.q.66.ar.7.ad 3.& Sotus ibidem, d.3.q.1.ar.7.in 4.ſenten. De alijs verò membris non eſt idem iudiciũ, ſicut de capite, ideò ſi aliquod aliud membrum particulare baptizaretur, rebaptizandus eſſet cum conditione: ſi non es baptizatus. Ita inquit D.Thom. 3.p.q.68.ar.11.ad 4. & Sotus ibidem diſt.5. quæſt.1.ar.11.& Silueſ.baptiſm.4.§.2.& ſumma ſacram.de bap.§.31.& ſi quis aſpergat, vel abluat magnam corporis partem, excepto capite, ſecũdum opinionem Soti, eſſet verum ſacramentum, licet miniſter peccaret, ſi abſq; neceſſitate id faceret. Si quis autem conſultò id faceret, baptizando tantum brachium, vel tibiam tãtum poſſet ſcandalum dare, vt mortaliter delinqueret. Nõ autem tantum importat neceſſitatem, quin etiam, ſi præter caput, bona pars corporis intingatur, ſit integrum ſacramentum. Hęc ille in 4.d.3.q.1.artic.7. Si vera ſunt, quæ hic Sotus dicit, ſatis eſſe videretur, ſi digitũ, vel manus, vel pedes aſpergeret. Reſpondetur, quod quantum ad culpam res attinet, quãto minor pars ĩtingeretur, maior eſſet culpa: ſed quantum ad neceſſitatem ſacramenti, quandoq; eſſet certum, vt ſi totum pectus, aut ſcapulæ infunderẽtur, aliquãdo verò dubiũ eſſet. Vnde ſi ſolus digitus intingeretur, profectò non eſſet res certa, ſed eſſet ſacramentum iterandũ ſub conditione, vt dictum eſt. Hęc Sotus vbi ſupra. Et ultra dicit, tantum aquæ eſſet neceſſarium, quæ ſufficiat, vt homo dicatur ablui. Si autem tam exiles eſſent, tanque paucæ guttę, ut revera non cenſeretur ablutio, non eſſet ſacramentum, & aliquãdo etiam maneret res dubia, & eſſet ſub conditione iterandum. Hęc ille loco citato. Si autem capilli capitis aqua perfundantur, poſſet credi quod eſſet baptiſmus, quia capilli ſuo modo partes ſunt capitis, ſed ſecurius incedendo eſſet rebaptizandus ſub conditione. Hæc Sot. vbi ſupra. Quando autem aſperſio fieret ſuper veſtes, nullam corporis partem attingendo, non eſt baptiſmus. Ait enim D.Thom. quod de neceſſitate baptiſmi eſſet, vt corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur, 3 p. quæſtio.68. articul.11. ergo ſi aqua non abluit corpus non erit verus baptiſmus.

82. *Quęritur quæ ſit forma baptiſmi, quam Eccleſia obſeruat?*

RESpondetur veram formã hanc eſſe: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Verum illa verba: Ego, & Amen, non ſunt de eſſentia Sacramenti, ſed de neceſſitate præcepti, vt ſine eis, baptiſmus teneret. Diuus Thomas 3.par.quæſtio.66. artic.5. & Sotus in 4. diſtinction. 3. quæſtione prima, articulo quinto. Græci autem dicunt: Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Per quam formam, baptiſmus valet,

etiam ſi nos ea vteremur, ſed nos ea vtentes peccaremus mortaliter, noſtram relinquendo. Hoc in Concil. Florent. no ſancitum fuit, ſub Eugenio IV. Verum hęc noſtra forma, qua Eccleſia Romana vtitur, melior, & perfectior eſt. D. Thom. ibi ſupra art. 5. ad primum. & ſumma Sacram. de bapt. §. 16. & Sotus ibi. arti. 5. & D. Tho. ibi. q. 1. art. 2. & q. 2. ad primũ. Et alij Doctores tenent, quod ſi quiſpiam Latinorum apud nos Græcorũ forma vteretur, ſecluſo ſcandalo, in ſecreto, fortaſſe, non eſſet grauius, quam veniale. Et idem dicitur de Græco baptizante in forma Latinorum. Præterea vnuſquiſq; baptizans debet ſua lingua proferre verba ſecũdum veram formam, vel Hebræã, vel Græcam, vel Latinam, vel Vulgarem, vel Hiſpanam, & quamcumq; aliam, dummodo remaneant principalia ſignificata. Et tandem omnes Doctores dicunt quod vnuſquiſque debeat formam baptiſmi proferre in ea lingua, in qua melius poteſt proferre, ſiue in Latino, ſiue in Vulgari ſermone. Vnde fœminæ, & alij idiotæ baptizantes vulgari idiomatæ, melius faciunt, quam ſi ſermone Latino baptizarent, nam melius ſciunt pronuntiare verba vulgaria, ſeu materna, quàm Latina. Hæc omnia ex diuerſis authoribus, præcipuè ex Sancto Thoma 3. par. quæſt. 60. art. 7. ad primum. & Caietanus ibi, in corpore, & Sotus in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 5. & diſtin. 3. quæſt. 1. artic. 5.

A 83. *Quæritur an ablutio, quæ fit in baptiſmo, debeat fieri ſimul cum prolatione verborum?*

RESpondetur. de neceſſitate baptiſmi eſt, quod forma verborũ comitetur ablutionem corporis, & è conuerſo, idq; non intelligitur punctualiter, ita quod ſit neceſſe, vt vtrũque ſimul incipiat, & ſimul terminetur, & è contra ablutio ante incipiat, quam verborum prolatio finiatur. Debet fieri quanto magis poſſit ſimul, & illa duo ita fiant, vt videantur pertinere ad vnum actum, & ſic ſatis eſt, quod materia, & forma ſint ſimul eo modo, quo aliqua dicuntur eſſe ſimul apud homines. Sylueſt. baptiſ. 5. §. 3. & ſumma Sacram. de baptiſ. §. 38. Et ſi aliquando acciderit, quod baptizans dixerit totam formã verborum, & poſtea ſtatim aſpergat baptizandum, eſt nihilominus baptizatus, vt benè ſentit ſumma Sacr. de baptiſ. §. 38. Veruntamen ſi multum temporis intercederet inter verba & ablutionem, non eſſet baptiſmus: & ideo mutus baptizare non poteſt, quia non valet verba proferre. Præterea ſi in baptizando, poſt nominationem Patris, moreretur puer, aut ſubiũctionẽ Filij, & Spiritus ſancti, piè credẽdum eſt, quod Deus ſuppleret, & talis deberet in ſacro ſepeliri: ſi autem antequam omnia verba complerẽtur, baptiſmus impediretur, ita vt complere non poſſet, puer iterum eſſet baptizandus cum conditione, ſi non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris, &c. ita ait D. Tho. in 4. diſtinct. 3. q. 1. art. 2. qõ. 3. ad 4. & Syluest. baptiſ. 1. §. 5. Dicunt etiã

Doctores

Digitized by Google

Doctores, quod quando omiſſio perſonarũ, omittitur ex intentione, tũc ſacramentum vitiatur, & nullus eſt baptiſmus, ſecus autem eſt, quando ex neceſſitate fit, puta quia ex infirmitate vel morte pueri, vel miniſtri, fit omiſſio, ſic ait Syluest. vbi ſupra. His tamen non obſtantibus, dico, quod ſi is, qui baptizatur eſt adultus habens vſum rationis, & conſentiat in baptiſmum, licet ex malitia baptizantis, aliquid in baptiſmo omittatur, de quo non conſtet ipſi baptizato, erit verè baptizatus baptiſmo flaminis, & ſi tunc moreretur, ſaluaretur, ſi in gratia decederet, ſecus autẽ de pueris videtur non habentibus vſum rationis: nõ enim in eis poteſt contritio ſuppplere defectum baptiſmi flaminis, ſicut in adultis.

84. *Quæritur an qui baptizat alteraret verba in mutatione, vel additione, vel minutione, deſtrueret, ita quod non eſſet baptiſmus.*

RESpondetur. licet ſupra de alteratione formę, quædam adnotauerimus, tamẽ vt plenius in hac re tam graui, quis doceatur, alia notanda addere intendimus. Et in primis dicimus repetendo, quod ſi per huiuſmodi alterationem formæ, tollitur verus ſenſus formæ baptiſmi, nullum eſt ſacramentum. Et idem eſt, ſi miniſter in illa alteratione verborum, intenderet introducere aliũ ritum, qui non ſit ab Eccleſia receptus. Si autem intentio miniſtri ſit recta, & illa alteratio verborum non tollat quod eſt de eſſentia formæ, licet peccet, tamen perficit ſacramentum. Ita ait D. Tho. 3. par. quæſt. 60. art. 7. & 8. Et exemplo proponam. Si quis dimitteret illud ꝓnomen, Ego, vel, Amen, non tolleret formã ſacramenti, ſed grauiter peccaret, vt ſupra diximus, ſecundum omnium aſſertionem. Quando verò omittitur aliquod eſſentiale ipſius formę, nõ perficitur ſacramentum, vt ſi omitteretur, Patris, vel Filij, vel Spiritus ſancti, vel illud verbum, baptizo, vel illud pronomen, te, vel illam particulam, in, vel, nomine, tunc baptiſmus, vt diximus, non teneret, quia quælibet particula iſtarum eſt de eſſentia ſacramẽti, vt ex diuerſis authoribus, & præcipuè ex S. Thom. 3. par. q. 60. art. 8. & q. 66. art. 5. ad ſecundum. & art. 6. in corpore. Et Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. 1. art. 5. & Syluest. bapt. 1. §. 3. & ſum. Sacram. de bapt. §. 14. & 16. Hoc totum intelligitur, quando fit ex malitia, & intentione, ſed ſi ex infirmitate, vel incuria, vel alio accidenti, aliquid eorum omitteretur, piè credendum eſſet Chriſtum ſupplere. Atque idem eſſet, ſi vna litera ſubtraheretur. V. g. dicendo: in nomine Patri, & huiuſmodi. vt notat Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 1. art. 8. Idẽ iudicium fit, quando ſubtraheretur illa particula, &, quæ eſt copulatiua, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, Filij, Spiritus ſancti, non teneret ſacramentum, cum illa copulatiua ſit de eſſentia formæ. Quando vero loco illius copulatiuæ, poneretur hæc dictio, que, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, Filijq;, Spirituſque ſancti, &c. teneret ſacramentum, quia hæc dictio, que, tantum valet, quantum hæc copulatiua, &c.

Digitized by Google

Quia ſupra diximus ex quodã Doctore, quod ſi illa particula, In, dimittatur, non erit baptiſmus. Contrariũ dicit famoſus Doctor Sylue. verbo, Baptiſmus. 1. q. 5. Hæc ſunt eius verba. Quod ſi ex prædicta forma eſſentiali ſubtraxit, incurritur peccatũ. dicit S. Th. & nihil fit. Erit aũt baptizatus, ſi omittatur In, qđ non eſt de forma, quantum ad neceſſitatẽ ſacramẽti, ſed ex inſtitutione Eccleſiæ, vt expreſſio perſonæ baptizantis. Dicit ẽt quod ſi expreſſa vna perſona, baptizãdus moriatur, creditur ſuppleri inuiſibiliter. Et ſic dñt intelligendũ eſſe verbroſij dicẽtis: Quod ſi fides totius Trinitatis corde teneatur, & vna tm̃ perſona ſit nominata, plenum eſt ſacr̃m. Pet. ẽt, & Sum. Confeſ. tit. 24. q. 11. quãtum ad ſubſtantialia diſtinguunt, vt recitat Supplem. Quia ſi dimiſſio eorũ fit ex voluntate vitiat baptiſmũ: ſi verò eſt ex neceſſitate, piè creditur, qđ ſuppleat ſummus ſacerdos: Vt ſi moriatur puer ante formæ perfectionẽ. Vnde ſepeliendus eſt in cęmeterio, ſi moriatur talis: Si aũt vixerit, rõne dubij, eſt ſub conditione rebaptizandus. Hęc ille, qui intendit tãgere duos caſus, in quorũ vno, moriat̃ puer ante formę cõplementũ, & ſepelit̃ in cęmeterio: In alio verò, moriatur, aut impedit̃ ſacerdos, & puer conditionaliter rebaptizat̃. Hęc ſunt formalia verba Syluestri ꝓbati Doc.

85. *Quæritur de additione ad formã baptiſmi, quæ tolleret, & quæ non tolleret eſſentiam ſacramenti?*

RESpondetur ſiue additio fiat in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, dũmodo nõ tollat legitimũ ſen- A ſum, ꝑficitur verè ſacr̃m. Vt ſi dicat. Ego te baptizo in noĩe Patris oĩpotẽtis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritus ſancti paracliti, &c. vel ſi in fine addat, B. Virgo te adiuuet. Vel ſi diceret: Ego te baptizo in noĩe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & B. Mariæ Virginis. Si inuocatio B. Mariæ adiũgeretur tanq̃ auxiliatricis, nõ tanquã conferentis gratiã, eſſet ſacr̃m. Non autẽ eſſet ſacr̃m, ſi intenderet ipſam B cõferre gratiam ſacr̃alem per baptiſmum. Et idẽ dicendũ, ſi miniſter dicat: Ego ſacerdos baptizo te Petrũ, nihil obſtat. Hmõi additiones legitimũ ſenſum non excludunt, cũ nõ fiant tanquã partes formæ baptiſmi, ideo perfectũ eſt ſacr̃m. Si verò tanq̃ partes formæ ponerentur, vel eſſent corruptiuæ veri ſenſus, aut ipſe miniſter opponeret illas, vt nouum ritũ, & nouam formam baptizandi indu- C ceret, ſacr̃m nullũ eſſet. V.g. Si quis diceret: Ego te baptizo in noĩe Patris maioris, & Filij minoris, &c. intendens errorẽ Arrianũ confirmare, vel diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & B. Marię. Et intenderet B. Virginẽ concurrere ad formam baptiſmi, vt ſupra diximus, non eſt ſacr̃m. Imò eſſet peſtilens error, ex S. Tho. 3. par. q. 60. ar. 8. Pręterea, ſi per mutationẽ D verborũ non tolleretur debitus ſenſus, non auferet eius veritatẽ, vt ſupra diximus. V.g. ſi dicat: Ego te abluo, pro, baptizo, vel, ego te lauo, vel, tingo. Similiter ſi baptizaret per effuſionẽ, vel aſperſionẽ, & diceret: Ego te aqua infundo, vel, te aqua aſpergo, erit verus baptiſmus, nam licet vti verbis, loco verbi, baptizo, exprimẽ-

tibus

Digitized by Google

tibus eūdem actum,& effectum. Et ſimiliter,ſi baptizans diceret: Tu baptizaris à me in nomine Patris, &c. eſſet verum ſacramentum. Idem eſſet,ſi diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & nomine Spiritus ſancti. Diximus ſupra,ſi quis baptizat,dicendo:Nos,loco pronominis,ego;& vos,pro te. Si hoc fieret cauſa honoris, erit verus baptiſmus: ſed ſi plures perſonas intenderet,non eſſet baptiſmus: ſi autem diceret: Ego te mundo à peccato originali; vel, Ego te mitto in aquam,vel balneum, non eſſet ſacramentum; Neque ſi dicat:In nominibus Patris, & Filij, &c. Neque eſſet baptiſmus,ſi diceret:Ego te baptizo in nomine Trinitatis. Neq; ſi dicat, In nomine genitoris,& geniti,& paracliti,ſeu procedentis ab vtroq;. Licet in hoc Caietanus contrariam opinionem teneat, quod eſt contra omnes, S.Thom.3.p.q.66.ar.5.& Sot. in 4.diſ.1.q.1.ar.8.& diſt.3.q.1.ar. 5. Silueſt. bapt.1.§.4. & ſumma ſacram.de bapt.§.14.Et ſi quæratur,quare baptiſmus teneat,dicēdo: Ego te abluo in nomine Patris,& Filij,&c. Non autem ſi dicat: Ego te balneo, vel, Ego te mundo? Reſpondetur, quia baptiſmus mundat à peccatis, non quomodocūque,ſed per formā abſolutionis,quę ideo explicāda eſt. Mundare autem, aut balneare, non dicit ſimpliciter lotionem, per modum ablutionis, ideo baptiſmus nō tenet,vt Sotus ait in 4.diſtin.1.q.1. ar.8.& d.3.q.1.ar.5.Et ſi quis baptizaret,dicendo: In nomine Patris,& Chriſti,& Spiritus ſancti, verū eſſet baptiſma,ſi per Chriſtum intēderet

A filium Dei: ſi autem diceret Chriſti, inquantum hominis, volens cū tali ratione æquare Trinitati, baptiſmū vitiaret. Nam Chriſtus,quatenus homo,nō infundit gratiam,propria auctoritate.i.increata, ſicut in quātum Deus. Si autem quis poſt tria nomina Trinitatis,adderet,& Chriſti,intelligens per ſuā humanitatē inſtrumentaliter infundere gratiā baptiſmi, verum perficeret ſacramentum. B Sotus in 4.d.3.q.1.ar.5.

86. *Quæritur, an verus baptiſmus eſſet,ſi quis baptizaret in nomine Chriſti,vel Ieſu Chriſti?*

Reſpondetur negatiuè. Cū oporteat exprimere oēs perſonas ſanctę Trinitatis. Et ſi in primitiua Eccleſia aliqn̄ talis baptiſmus fuit verus baptiſmus, ex ſpeciali Chriſti reuelatione,qui virtutē ſuā non alligauit ſacramentis. C Hoc fiebat tunc tēporis,quia nomen Chriſti Iudęis,& gentibus odioſum erat, honorabile per hoc redderetur, ꝙ ad eius inuocationē,Spiritus ſāctus dabatur. Sic S.Th.3.p.q.66.ar.6. & S.Bonau.4. ſent.d.3.q.3. Sylu.Bapt.1.§.4.idēq; ſentit Sotus, qui ēt addit, qđ nunq̄ Apoſtoli ſolemnē formā Euangelij baptizantes prætermiſerint,& putat morē illū Apoſtolicum baptizādi in D noīe Ieſu, cā baptiſmi Ioānis fuiſſe introductū, fuerant.n. Hebręi,& Samaritani, atq; alij circumiacētes,ſic ad illud baptiſma affecti, vt multi forſan,illo baptiſmo tīcti remanerēt baptizati baptiſmo Chriſti, atq; alij nō baptizati peterēt baptiſmū Ioannis baptizari. Et iō admonebāt eos, quos baptizabant,nō baptizare alio

Digitized by Google

baptiſmate, quã Domini Ieſu, non quod dicerent. Baptizo te in nomine Ieſu, quaſi illa eſſet forma, ſed qđ admonebant eos, baptizare baptiſmate Ieſu, & in nomine, & in poteſtate eius: ſed tamen ſub illa forma. In nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Hæc ille 4. ſent. diſ. 3. q. 1. art. 6. Hæc eius reſponſio eſt ſubtilis, & ſuſtentabilis. Sed illa D. Thomæ eſt communior, ſ. hoc fecerint Apoſtoli ex ſpeciali reuelatione Spiritus ſancti: Etiam & nunc Eccleſia facere poſſet, ſi ſpeciale præceptum à Spiritu ſancto haberet, non autem propria auctoritate. Multi Doctores tenent baptiſmum in nomine Chriſti valere, ſed opinio D. Thom. eſt verior, & ſecurior, cuius opinionis neruus, ex Chriſti verbo, ſuum habet robur, cum dixerit. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Vnde apertè colligitur niſi ipſe Chriſtus reuelet contrarium, non poſſe aliter fieri.

87. *Quæritur, quid ſi verba ipſius formæ baptiſmi tranſponantur, puta ſi baptizans diceret: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ego te baptizo.*

RESpondetur, quod iſta tranſpoſitio non mutat ſignificationẽ, & integritatem verborum, ideo baptiſmus tenet, qa licet ordo hic verborum non ſeruetur, tamen non propter hoc tollitur verus ſenſus, & verborum integritas: & idẽ eſſet, ſi qs diceret. Te ego baptizo, &c. Vel ſi diceret: Te in nomine Patris baptizo, & Filij, & Spiritus ſancti. Imò, quãuis dicat, in nomine Filij, & Patris,

A & Spiritus ſancti ego te baptizo. Dummodo errorẽ non intendat inducere, quod Filius ſit principium Patris, ſacramentum eſt perfectum, quamuis huiuſmodi trãſpoſitio verborum non ſit abſque aliqua culpa. Quando verò huiuſmodi tranſpoſitio veritatem tollit, & integritatem ipſorum, tunc nullum eſt ſacramentum: Vt ſi qs dicat: Ego baptizo in nomine te Patris, & Filij, & Spiritus
B ſancti. Vel dicat: Ego te baptizo in noie triſpa, & huiuſmodi, ſic tranſmutãdo litteras, nihil efficeret, quia in his tranſpoſitionibus tollitur verus ſenſus, & integritas uerborum. Hæc S. Thom. 3. par. q. 60. artic. 8. in corp. & ad 3. & Sot. in 4. diſt. 1. q. 1. ar. 8. & Sylueſt. baptiſ. 1. §. 5. Quando autem forma baptiſmi ſit cum interruptione verborum, ſi ſit tam parua, quod non diſcontinuet, ſeu inter
C cipiat intentionem baptizantis, vtique verum erit ſacramentum; vt ſi quis, poſtquam dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris: diceret miniſtro, Porrige aquam, vel quid ſimile, aut propter tuſſim, ſiue aliud accidens, paruam morulam faceret, & poſtea reliqua verba apponeret, dicendo, & Filij, & Spiritus ſancti: nõ vitiaretur forma ſacramẽti, quia nõ
D tolleretur vnitas ipſius formæ. Si autem interruptio eſſet tanta, vt intentionem baptizantis interciperet, tolleret quidem ſacramenti veritatem. Vt ſi quis poſtquam dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris: tantam faceret pauſam, vt ſubſequentia verba non connecterentur, cum prioribus in vnam orationem: tunc non eſſet ſacramentum, vt ſi longam fabulam

bulam interponeret. Hæc omnia S. Thom. in 4. diſt. 3. q. 1. ar. 2. & 3. p. q. 60. ar. 8. ad 3. & Ricar. ibidem diſtin. 3. ar. 2. q. 3. S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 13. §. 3. & Sylueſt. baptiſ. 1. §. 5. & Sot. ibidem diſt. 1. q. 1. ar. 8.

A

88. *Quæritur ſi baptizans corruptè proferat uerba baptiſmi, an uerum Sacramentum perficiat.*

B

RESpódetur, ſi hoc ex malitia, & induſtria faciat, non videtur intendere facere, quod Eccleſia facit, & conſequenter non videtur baptizare; vt ſi quis intendens nouum ritum baptizãdi introducere, diceret. Ego te baptizo in nomine patrias, & filias, & ſpiritua ſancta, non eſſet ſacramentum. Si autem hoc non ex induſtria, aut malitia, ſed ex ignorãtia, vel ex barbutie faciat, & tamen corruptio verborũ ſit talis, quod auferat locutionis ſenſum, vt cum corruptio ipſa ſit in prĩcipio dictionis: puta ſi baptizans diceret: Ego te baptizo in nomine Matris, & Filij, &c. non eſſet ſacramentum, etiam quod ex errore, ignorantia, aut linguæ defectu hoc fieret. ſed ſi baptizans corruptè non ex induſtria, aut malitia, ſed vel errore, vel lapſu, vel barbutie linguæ, & corruptio ſit talis, quod non auferat, ſeu mutet ſenſum locutionis, erit verum ſacramentum. Et hoc eſt maximum ſignum, quod ſenſus non mutetur, ſi corruptio nõ fiat in principio, ſed in fine dictionis, dicens: Ego te baptizo in nomine patria, & filia, & ſpiritua ſancta, &c. eſt verus baptiſmus, quia per talem corruptionem nõ tollitur verus ſenſus, nec ſic baptizans, per hoc, intendit nouum ritum baptiſmi inducere, ſed ex ignorãtia, vel defectu linguę, ſic corrupta verba profert: tamen ille, qui neſcit, vel non poteſt ad plenum verba proferre, debet abſtinere, niſi in neceſſitate. Hæc omnia ex D. Thoma 3. pat. q. 60. ar. 3. ad 3. & Sylue. baptiſ. §. 5. & Sotus in 4. diſt. 1. q. 1. ar. 7. Et ſi baptizans intendit quidem facere, quod Eccleſia facit, ſed ſuo arbitrio, vult vti mala grammatica, dicendo: Ego te baptizo in nomine patrias, & filias, & ſpiritua ſancta, crediderim verè confici ſacramentum, licet illa mutatio culpa nõ careret. ſecus autem eſſet, ſi id faceret, vt errorem induceret, dicendo filia, ac ſi Deus habeat filiam fęminã, tunc nihil faceret, cum nõ ſeruet intentionem Eccleſiæ. Sot. in 4. diſt. 1. q. 1. ar. 8. Præterea, ſi quis diceret, vt ſupra dictum eſt, In nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus ſancti, &c. eſſet baptiſmus, quia non ideo aſſerit eſſe plura nomina, ſicut ſi diceret; In noĩbus Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Vlterius ſi diceret: In nomine hoc quod eſt Pater, & in nomine, qđ eſt Filius, & in nomine, quod eſt Spiritus ſancti, non baptizaret. Sed bene baptizaret, ſi diceret: In noĩe Dei Patris, & in nomine Dei Filij, &c. Vt bene ſentit Sot. in 4. diſ. 3. q. 1. ar. 5. ſi qs aũt diceret, Ego te baptizo in virtute Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, non eſſet baptiſmus, ait Innocentius in ca. 1. de Baptiſ. quia virtus non dicit totum, quod nomen, & forſan vt Sotus inquit, verum Innocentius dicit. Nam etſi D. Tho. vim huius, quod eſt no-

C

D

men, per id, quod eſt virtus, exprimat, tamen cum nomen ſuo ambitu, & fidem ſonet, & virtutem, & auctoritatem, &c. Nefas eſſet, aliquod illorum, loco huius, quod eſt nomē, ſubrogare, immo prætérquam quod eſſet crimen, nequaquam eſſet tutum illud exiſtimare ſacramentum, immo deberet ſub conditione iterari. Hæc Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. 1. artic. 5.

89. *Quæritur quid ſit faciendum, quando puer ſit inuentus in aliquo loco, & ſciri non poſſit, an ſit baptizatus?*

Reſpondetur, ſi in eo non appareant ſigna, quod fuerit baptizatus, puta ſi ſcripta nulla videantur in eius collo, vel alibi, vt ſit baptizatus, tunc poterit baptizari ſub conditione: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Et idem dicendum eſt de alijs paruulis, hoſpitali, vel alio loco expoſitis. Si verò aliqua ſigna appareãt, quod ſit baptizatus, non eſt baptizandus, nec etiam ſub conditione, niſi res ſit dubia. Si autem pueri haberent talem ætatem, per quam poſſent iudicari, quod eſſent baptizati, puta ſi eſſent nati ante tres, vel quatuor menſes, aut plures, tunc nullo modo eſſent baptizandi, quia ætas eſt ſufficiens teſtimonium ſuſcepti baptiſmi inter Chriſtianos, niſi ex aliquo inditio ſuſpitio vehemens oriretur illos eſſe infidelium. Hęc ex diuerſis authoribus excerpta deſcripſimus, præcipuè D. Thom. 3. p. qó. 66. artic. 9. & Sot. in 4. d. 3. q. 1. ar. 9. & Silu. baptiſ. 4. §. 7.

A & Nauar. c. 27. num. 246. Et quãdo puer domi eſt baptizatus, puta à vetula, vel alio, ſi conſtat puerum verè eſſe baptizatum, non eſt baptizandus, neq; etiam ſub conditione, ſub peccato mortali, & ſub pœna irregularitatis incurrenda, quia hæc forma baptizandi ſub conditione, ſolum in illis permittitur, vt ait Canó, de quibus dubium eſt, an fuerint baptizati. Et ita ſentiunt omnes, præcipuè B S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 9. & Sotus in 4. d. 3. q. 1. ar. 9. Silueſ. baptiſm. 4. §. 7. Nauarr. ait. Si quis baptizet ſub conditione, domi baptizatum, bona fide credit eum non incurrere irregularitatem, quia ſic baptizans non intẽdit iterare baptiſmum, & actus agẽtis non operatur vltra intentionem eius. Hęc ille, vbi ſupra, ſed prima opinio eſt verior. Nam irregularitatem quis incurrit, etiam contra ſuam C intentionem. Et ſi quęratur quale ſit dubium illud, vt poſſit licitè baptiſmus conditionalis fieri, ſine peccato, & ſine nota irregulbritatis. Reſpondeo, quod præmiſſa ſolerti indagine, neutri parti poſſet aſſentiri, tunc ſub cõditione puer põt baptizari. Si verò aſſenſus ſit probabilis partis affirmatiuè, & nullus negatiuè, tũc nec cum conditione licet baptizari. v. g. D ſi vnus teſtis, vel homo, vel vetula dicat eſſe baptizatum, non eſt baptizãdus, etiam ſub conditione. Et quando res dubia eſt, an infans domi fuerit baptizatus, nec ne, ſacerdos baptizat iterum eum ſine conditione, ſine dubio, irregularis efficitur, immo, vt dictum eſt, etiam irregularis efficitur, ſi ſub conditione baptizat eum, quem credit, aut credere debet domi

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe baptizatum, vt bene Sotus ait in 4.diſt.3.q.1.ar.9.& ſumma ſacra. de baptiſ.§.35.Debet Parochus diligenter inquirere,an puer ſit baptizatus, & ſi compererit, quod ſic,nullo modo debet eum baptizare,ſi autem cõſtet oppoſitũ debet eũ baptizare,ſi aũt ſit verè dubiũ, vt diximus,debet ſub conditione eum baptizare,vt eccleſia determinauit,c.2.de baptiſ.Et ideo peſſima abuſio eſt in quibuſdã partibus, baptizare ſub conditione eos, qui iam in aliquo periculo fuerunt domi baptizati per mulierculas,vel alios,modo qui baptizauerũt ſciuerint formam baptiſmi:& qui aliter faciunt, immane ſacrilegium committunt.

90. *Quæritur,quomodo ſit baptizandum monſtrum, puta habens duo capita, vel duo pectora,& huiuſmodi?*

RESpondetur, de hoc certiſſima regula eſt, quæ fallere non poteſt, quod vbi conſtiterit, vnicũ eſſe ſuppoſitum, ſimplici forma baptizandum eſt,vbi verò fuerint duo, geminandus eſt baptiſmus. Et tunc clarè apparet, quod duo ſint ſuppoſita, quando ſunt duę animæ,vt puta, cum in monſtro ſunt duo capita, & duo corpora,id eſt, duo pectora, tunc ſigillatim, vnus poſt alium,baptizandus eſt.Si autem non apparet clarè, quod ſint duæ animæ, tunc ſi non poſſit diſcerni, primò baptizetur vnus determinatè, id eſt, hic, vel hic, & non vagè, poſtea baptizetur alius ſub conditione, dicens, ſi non es baptizatus ego te baptizo. Hæc omnia ex Sanct.Tho. in Quo- A libet. relatum per Syluestr. bapt.3. §.10.Et Tabien.bapt.6.§.14.Sed ipſe nunquam locum inuenire potui, vbi S.Thom.hæc diceret, licet opinio ſit ſecura, & vera, quam etiam ſequuntur ſupra nominati. Et Sotus in 4.diſt.3. quæſt.1.artic.9. Sed ſi in monſtro ſit vnum quidem caput, poſtea verò ex vmbilico alter humuncio naſcatur ab humeris integer.Hoc monſtrum videtur eſſe vnũ B ſuppoſitum,&non duo,& ſicut vnũ baptizari debet, tametſi poſſit ille pendulus ante alterum mori,lęſionẽ enim illius totus ſentit. Et ita ſentit Sotus in 4. diſtinctio.tertia, quæſt. prima, articulo nono. Sed ſi monſtrum naſceretur non habens hominis effigiem, ſed belluæ, quod videtur mihi ĩpoſſibile, vt mulier aliud, quam hominem concipere poſſit,cũ ſemen humanum longè diuerſum C a quouis alio ſemine, & non ſit veroſimile, quod mulier ex alio, quàm humano ſemine concipere poſſit, & ex conſequenti, quod ex ipſa non niſi habens humanæ naturę effigiem naſci poſſit. Sed quicquid ſit, dico, quod dato per impoſſibile, quod mulier mõſtrum pareret,non habens humanam effigiẽ, ſed dæmonis, vel animalis cuiuſque,non eſſet baptizãdum. Nam vt D S.Thom.inquit,3.p.q.68.artic.12. ad 2.& in 4.diſtinct.9. quæſt.1. art. 2.quæſtiuncula 3.ad 2. bruta baptizari non poſſunt. Præterea qui fidem negauit apud infideles, cum ad pœnitentiam redierit, baptizari non debet, vt quidam dixerũt,ſed malè. Vnde in Concilio Tridentino habetur. Si quis dixerit verum, &

ritè

rite collatum baptiſmũ iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidẽ Chriſti negauerit, cũ ad pœnitentiam cõuertitur, anathema ſit, ſeſſ.7.de baptiſmo, can.11. immo baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, ſi reſurgat, non rebaptizatur, nec recõfirmatur, nec reordinatur, vt S. Thom. ait ſuper epiſtolas ad Roman.7. lectione prima.

91. *Quæritur quis ſit uerus miniſter baptiſmi?*

RESpõdetur. Proprius miniſter baptiſmi eſt ſacerdos ex ſancto Thom. 3.par q.67.ar.2.ad 3. & Sotus in 4.d.4.q.1.art.1.& 2 & Sylu. Baptiſ.3.§.1.ſed non omnis ſacerdos eſt proprius miniſter, ſed tantum parochialis, nec alius debet ſine neceſſitate baptizare, niſi vices eius gerẽdo, vel Epiſcopi. Qui quidem Epiſcopus proprius eſt ſacerdos, & poteſt baptizare per excellentiam, ſi velit, ex ſancto Thoma, vbi ſupra articulo quarto ad ſecundum, & Sotus ibidem articulo primo. Et proprius ſacerdos non poteſt indifferẽter quoſcunque baptizare, ſed tantum ſibi ſubditos, niſi in neceſſitate, vt ait Sotus ibidem. Et ſi ſacerdos non parochialis aliquem baptizet ſine licentia, vel extra caſum neceſſitatis, peccat mortaliter. Et eſt vniuerſalis, quod quicunque, ſiue religioſus, ſiue quis ſacerdos in aliena Eccleſia ſacramentum aliquod miniſtrat, ſine licentia Epiſcopi, vel parochi, peccat mortaliter. Cano. interdicimus, decima ſexta, quęſtione prima. Quin verò qui id præſu- A munt facere, ſi ſunt religioſi, ſunt excommunicati, Baptiſmus tamen tenet. Sotus ibidem articulo tertio, & Caietanus in excomm. capite 64. & Syluester Baptiſm. 3.§.1. Et talis non proprius extra neceſſitatem baptizans, efficitur irregularis, & ſine licentia, ca.1.de cler. non ord. ſed ſanctus Ant. ait, nõ effici irregularis, quia non eſt expreſſum in iure, 3.par.tit.14.ca.13.§.4. Et ita ſen- B tit etiam Sylu. Baptiſ.3.§.1.& ita videtur tenendum, quia pęnæ nõ ſunt ampliandæ. In articulo verò neceſſitatis, vt ſupra dictum eſt, poteſt, & dẽt quilibet homo baptizare ſciens, & poteſt dicere verba, quæ faciunt formam baptiſmi, etiam mulier, etiã infidelis, hæreticus excommunicatus, vel præciſus, modò intendant facere, quod facit Eccleſia, & ab his baptizatum non oportet ipſum ite- C rare. Veruntamen hic ordo eſt ſeruandus, quod præſente ſacerdote, non debet baptizare non ſacerdos, & præſente diacono, non diaconus, & pręſente ſubdiacono, non ſubdiaconus, nec præſente clerico, non clericus, & præſente maſculo, non fœmina, & præſente fidele, non infidelis: & ſi ſecus fiat, mortaliter peccatur. Et hæc intelligenda ſunt, quando ille, cui incumbit, baptizare vult, D ſcit, & poteſt baptizare, aliàs ſuccedens debet ſupplere ſcdm ordinem dictum. Et ſciendum, quod fungens officio obſtetricis peccat, vt quidã aiunt, mortaliter, ſi debitã baptizãdi formã ignorat, vt bene notat Nauar. & Petrus de Pal. Itẽ quilibet baptizans, licet non debeat baptizare niſi in articulo neceſſitatis, licet peccet mor-

mortaliter, tamen baptiſmus tenet. A S.Thom. 3.par.q.67.art.1,2.3.4.& 5. ſumma Sacramentorum de bapt. §.27. & Sotus ibidem q.1. art.2. & 3.Caiet tamen dicit, quod qui extra articulum neceſſitatis baptizat, cum non ſit ſacerdos, & hoc facit non ex contemptu, ſed quia credit ſe benè facere, non peccat mortaliter. 3. par. q.67.art.4. Et ad hunc ſenſum intelligenda eſt ſententia omnium Doctorum ſupra allegatorum. B videlicet peccare mortaliter eum, qui præſumit baptizare, cum non ſit ſacerdos: non autem mortaliter peccare, ſi abſque præſumptione, & credens ſe benè facere baptizet, ſed & qui non eſt ſacerdos, & temerè extra articulum neceſſitatis baptizat, efficitur irregularis, vt dicunt ferè omnes ſupra allegati Doctores. In articulo autem neceſſitatis puta mortis, an poſſit qs baptizare cum ſolemnitatibus? C dico poſſe: ſolemnitates enim quæ fiũt in baptiſmo nullus ſiue in articulo neceſſitatis, ſiue extra illum, debet facere, niſi ſit proprius ſacerdos, vel Epiſcopus, vel de licentia eorum, aut ex priuilegio particulari. Et ſecus faciẽtes mortaliter peccãt, & ſi eſt laicus, efficitur irregularis. Vnde Sotus ſic inquit: Laicum ſolemniter baptizare, ſiue in neceſſitate, ſiue extra, ſem- D per eſt mortale ſacrilegiũ: Eſt enim vſurpatio ſacerdotalis muneris: Immò eiuſmodi baptizato fieret irregularis, vt habetur de cleric. non ordin. c.ſi quis. Hæc ille ibidem q.1. art.3. Item ſi proprius ſacerdos ſit excommunicatus, vel hæreticus, & huiuſmodi, poteſt quis ab alio baptiſmum accipere. Sed quando ſacerdos proprius non eſt excommunicatus, vel hæreticus, & huiuſmodi, eſt tamen peccator, tunc non licet ab alio baptiſmum recipere, niſi in articulo neceſſitatis, vt dictum eſt: Et qui reciperent baptiſmum ab excommunicato notorio, ſiue nominatim, vel ab hæretico, aut ſuſpenſo, peccaret mortaliter, licet baptiſmus teneret, niſi in articulo neceſſitatis, quia tunc licet a quouis baptiſmum ſuſcipere, ſi non adſit alius, qui legitimè poſſit baptizare, vt ſupra dictũ eſt à S.Th. & Pet.de Pal. & S.Anton. 3.par.tit. 14.c.13.§.5.& Sylu. baptiſ.3.§.1.

91. *Quæritur an proprio ſacerdoti nolenti baptizare ſine pecunia, poſſit ei dari ipſa pecunia?*

RESpondetur. In tali caſu, licet baptiſmum à quouis alio recipere potius, quam pecuniam pro baptiſmo ſoluere. Et ſi baptizandus eſt adultus, ſufficit votum habere baptizandi cum baptiſmum flaminis ſortiatur, nec vllo modo pecuniam dare debet, imò potius eligere mortẽ. Si verò baptizandus ſit puer, tũc potius debet ipſe, qui defert puerum, baptizare, ſi alium clericum non habeat, quam pecuniam dare pro baptiſmo. Poteſt tamen in tali caſu, aquam ab ipſo ſacerdote pro baptiſmo emere, ſi aliter habere non poteſt, quia aqua non eſt ſacramentum. Hæc Sanctus Thom. in 4. diſtinct. 5. q.2. art.2. & S.Anton. 2.par. titu. 1. c.5.§.16.& tit.14.cap.13.§.5. & Sotus de Iuſtitia, & iure lib.9. quæſt.6. & Syluest. baptiſ.3.§.8. Si aqua ipſa eſſet benedicta, ſiue iam ſanctificata, licet

Digitized by Google

licet eam emere à ſacerdote nolente A aliter baptizare, vt S. Tho. ait, & alij ſupra in locis præallegatis. Sed S. Anton. negat de aqua fontium baptiſmalium poſſe emi, quia eſſet ſimonia 2. par. tit. 1. c. 5. §. 16. Sed prima opinio eſt verior. Et ſi caſus adeſſet vt ille, qui defert puerum, ſi ineptus eſſet ad baptizandum, neſciens formam baptiſmi, vel aliud habeat impedimẽtum, & nullus alius adſit, qui poſſit baptizare, & periculum ſit in mora, & ſacerdos noluit baptizare ſine pecunia, omnes dicunt, quod ſi ſit adultus, ſufficit ei baptiſmus flaminis, vt ſupra dictũ eſt, ſed ſi ſit puer non habens vſum rationis, & nõ potens, niſi per baptiſmum aquæ ſaluari, aliqui dicũt, quod in tali caſu extremę neceſſitatis, licet dare pecuniã pro ſacramento baptiſmi, non pro pretio ſacramenti, ſed ad redimendã vexationem, & propulſandam iniuriam, & ad euitãdam damnationem pueri: Ita tenet Caie. 2. 2. q. 100. art. 2. & Pan. in cap. Cum in eccleſia. extra de ſimon. Et quidam alij vt recitat Ricardus in 4. diſt. 25. art. 3. q. 1. Idem affirmat Sotus dicẽs, quod in ſumma ſicut dare pretium pro ſacramento extra extremam neceſſitatem non liceret, ſic extrema neceſſitas id efficit licitum. Hæc ille de Iuſtitia, & iure lib. 9. quæſt. 6. Alij autem tenent partem negatiuam, dicentes q̃d non ſunt facienda mala, vt veniãt bona. Hanc opinionem tenet Petrus de Tarant. & Pet de Pal. in 4. diſt. 5. ar. 3. & S. Anton. 2. par. tit. 1. c. 5. §. 16. & Tabien. Simonia. §. 29. Qui aiunt potius puerum ſine baptiſmo mori, quam pecunia emere baptiſmũ, ſed prima opinio, mihi magis placet. Nam ſicut mutuatio ſub fęnore, quæ intrinſecè mala eſt, & etiam acceptio ſine neceſſitate, eſt intrinſecè malũ: fit tamen licita in extrema, & graui neceſſitate, ita etiam extrema neceſſitas in ſpiritualibus excuſat, ne pretium offerens conſentire in alterius ſimoniam videatur, atque adeo ne efficiatur eius particeps. Vt benè notat Sotus in præallegato libro. Videtur B prima opinio eſſe contra D. Thom. qui dicit. Qui baptiſmum deſideraret, & immineret mortis periculum, nec ſacerdos eum vellet ſine pretio baptizare, & non poſſet alium habere recurſum, nullo modo deberet pretium pro baptiſmo dare, ſed potius abſque baptiſmo decedere. Hæc ille 2. 2. q. 100. art. 2. ad 1. Ad hoc dico, quod hæc opinio non eſt contra doctrinam Sancti Doctoris, cum ip- C ſe non ponat hunc caſum, non enim dubitandi rationem hucuſque perſtrinxit, ſed tantum mentionem fecit de adulto in articulo extremæ neceſſitatis poſito, non autem de puero, qui vſum rationis habere non poteſt, vt benè notant Caiet. & Sotus in præallegatis locis. Non eſt igitur par ratio de adulto, & puero: Nam infans patitur iniuſtũ, ſi nõ baptizetur, perdit enim aditũ æternę vitæ ſi- D bi debitum à ſacerdote per actum baptiſmi: Adultus verò non perdit illum, quia patet ei aditus per baptiſmum flaminis, id eſt per contritionem, & per baptiſmum in voto, quãuis ille auarus ſacerdos nolens baptizare, inferat, quantum in ſe eſt, vtrique iniuſtum, quia tenetur, & infantem, & adultum baptizare. Et ideo

habens

Digitized by Google

habens curam infantis, ſi non poteſt baptizare, puta quia eſt mutus, vel huiuſmodi; licitè pecuniam dat auaro, non vt baptizet, ſed vt auferat obicem prohibentem ipſum baptizare, ſ. auaritiam illam vt impeditiuũ baptiſmi, vt bene Caiet. notat, & Sotus locis prȩallegatis.

93. *Quæritur, an adultus, aliquo caſu, dare poſſit pecuniam pro recipiendo baptiſmo, & an ſeipſum baptizare poſſit: & an ſit neceſſaria intentio recipiendi baptiſmum, & in conferente?*

RESpondetur, nullo caſu, adultꝗ licet pecuniã dare pro recipiendo baptimo. Similiter nullus ſeipsũ baptizare poteſt, & ſi fiat, nihil eſt. Et licet Innoc. III. dixerit de illo Iudæo, qui ſe baptizauerat, iuiſſe ad cęlum: Hoc intelligitur, nõ propter baptiſmum, quem non recepit, ſed magis ꝓ deuotione, & fide, qua baptiſmo flaminis baptizatus fuit, in ſua ſimplicitate.

Quantum ad illud tertium, an intentio requiratur in adulto expreſſa ad recipiendũ baptiſmum. Dico affirmatiuè, quod omninò requiritur, & etiam in cõferente requiritur, de neceſſitate. Et licet variæ ſint opiniones, vt ait Sot. in 4. d. 5. q. vnica, ar. 7. tamen nulla eſt ſuſtẽtabilis, niſi quã hic D. Th. concludit. 3. p. q. 68. ar. 7. dicit. n. quod ſecundum ritum eccleſiæ, baptizandi profitentur ſe petere ab eccleſia baptiſmũ, per quod profitentur ſuam intentionem de ſuſceptione ſacramẽti. Præterea ait, ſecundum Auguſtinum in habentẽ vſum

A liberi arbitrij, requiritur voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua eum intendat vitæ nouitatem, cuius principiũ eſt ipſa ſuſceptio ſacramenti: & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, ſiue intentio ſuſcipiendi ſacramentum. Et in reſpõſione ad ſecundum ait, quod ſi in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum, eſſet rebaptizandus: ſi tamen hoc non

B conſtaret, eſſet dicendum. Si non es baptizatus, ego te baptizo. Et gloſſæ Canoniſtarũ, quæ aliter dicunt, ſunt reprobandę, vt ait Sotus ibidẽ, quia ſunt contra textum, ſuper quo gloſſant. Secundò ibi dicit, qui cõſentit, vt baptizetur; & intendit baptiſmũ accipere, licet timore, & metu id faciat, tenet baptiſmus, quamuis gratiam non conſequatur. Vltimò dicit, quod Caiet. errat dicens, inten-

C tionem in baptizato non eſſe per ſe neceſſariam, ſed ſolum per accidens in adulto ad tollendam contrariam voluntatem renitentem ſacramento. Vnde ſi fortè contingeret, vt homo neuter ad baptiſmum accederet. Hoc eſt, nec conſentiens, nec diſſentiens, ſed negatiuè ſe habens, ille verè reciperet ſacramentum. Hoc eſt falſum, & contra expreſsè verba Di

D ui Thomæ ſupra citata. Et D. Auguſtinus tanquam per ſe neceſſarium admonet, vt adultus per ſe baptiſmum petat, dicens ſe velle baptizari, ſuam explicando intentionem, & voluntatem. Ita ſcribit Sotus ibidem, vt ſupra citatus.

94. Quæ-

Digitized by Google

94. Quæritur, an vnum plures ſimul baptizare poſſit?

RESpondetur dicendo, quod plures baptizare vnum, poteſt multipli. contingere; primò, quod quilibet illorum dicat. Ego te baptizo in nomine patris, &c. ita vt quilibet ſingulariter exprimeret ſuam intentionem baptizando eundem, quod poſſet contingere, quando contentiosè duo vellent aliquem baptizare, & tunc qui prius proferet verba, daret ſacramentum baptiſmi, alius verò nihil faceret, licet iure ipſi incumberet. Et ſi verba pronunciare præſumeret, eſſet puniendus tamquam rebaptizator. Si autẽ ſimul verba proferrent, & immergerent, vel aſpergerent, eſſet baptizatus, licet peccarẽt, non ſeruando ritum Eccleſiæ, nec tamen puniendi tanquam rebaptizantes. Si autem ſinguli dicant. Nos baptizamus te in nomine patris, &c. Non erit baptizatus, quia ex tali forma. Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quod plures conueniant ad vnum baptiſmum cõferendum, quod eſt contra rationem miniſterij. Homo enim non baptizat, niſi vt miniſter Chriſti, & vices eius gerẽs. Vnde ſicut vnus eſt Chriſtus, ita oportet vnum eſſe miniſtrũ, qui Chriſtum repræſentat, & ideo contraria intentio videtur excludere baptiſmi ſacramentum, vt ait D.Tho. in 4.d 6.q.2.ar.1. & 3.p.q.67.ar.6. & Sotus ibidem in 4.d.4.q.1.ar.4. & Summa ſacr. de bapt.§.16. Quidam autem dicũt, quod ſi plures baptizãt vnum, & quilibet dicat. Nos te baptizamus, &c. eſt verus baptiſ-

A mus, quia dicunt, Nos, non mutant ſenſum, ſed modum, qui eſt traditus ab Eccleſia, & dum dicunt, Nos, intendunt, ego, & iſte te baptizamus, & hanc opinionem ſequi videntur Palud. in 4.d.3.q.2. & idem videtur tenere Caiet.3.p.q.67.ar.7. Sed opinio prima eſt melior, & ſecurior, propter rationes ſupradictas. Secundo modo duo poſſent baptizare vnum, & ſimul concurrere tanquam par-

B tiales miniſtri, vt cum in ſacramẽto, duo ſint actus, aquã, ſcilicet, applicare, & verba proferre, neuter totũ faciat, ſed alter mergat, alter verò verba proferat, vt ſi muto puerũ mergẽte, alter verba proferret, tunc ſacramentum eſſet nullum. Nam ipſa verba formæ oſtẽdunt, quod ab eodem fieri debet immerſio, & verborum pronunciatio, & in hoc conueniunt omnes, pręcipuè ſupra allegati in eiſ-

C dẽ locis. Et D.Tho.3.p.q.66.ar.5. ad 4. & Sanct. Antoni.3.par. tit.14. cap.13.§.7.

95. Quæritur, an vnus plures ſimul baptizare poſſit?

RESpondetur affirmatiuè, vt Doctores aſſerunt fieri poſſe pro-

D pter magnam neceſſitatem; tunc. n. miniſter baptizans, & dicens: Ego vos baptizo in nomine Patris, &c. verè baptizat, nec propter hoc mutatur forma quoad ſignificatũ. Vos enim ſignificat, te, & te, & ita factũ eſt tempore Apoſtolorum, propter maximam multitudinem baptizandorum. Sed ceſſante neceſſitate, ſi quis plures ſimul baptizaret, peccaret quidem, ſed baptiſmus teneret

ex

ex ſancto Thoma 3. par. quæſt. 66. ar A tic. 5. ad 4. & q. 67. ar. 6 ad 2. & Sotus in 4. diſt. 4. quæſt. 1. artic. 4. & Sil ueſt. bapt. 3. §. 9. Et ſi quis obijceret dicẽs, quod ſi duo baptizent vnum, quilibet ipſorum poſſit dicere: Nos baptizamus te. Nã ſupra diximus, ꝙ ſi quis diceret: Nos baptizamus te in noĩe patris, &c. ſacramentũ tenere, ergo ſacramentum tenet, ſi plures baptizantes dicant; Nos baptiza mus, &c. Dico quod non eſt par ra- B tio de vno, & de pluribus; nam cum plures baptizãtes vnum dicunt, nos, per illud, nos, exprimitur intentio, ꝙ plures conueniant ad vnum baptiſmum, quod eſt contra rationem miniſterij, vt ſupra dictum eſt. Quando autem vna ſingularis perſona dicit: Nos baptizamus te, &c. & intendit ſignificare plures baptizãtes, ſed hoc dicit ſecundum modum, quo magni viri vtuntur, ob grauitatem, ideò ve C rè baptizat, & ideò non eſt par ratio de vtroque. Vnde in primo caſu non tenet, in ſecundo verò tenet baptiſmus, niſi ille, qui diceret, nos, intenderet plures baptizantes, quia tunc peccaret, & nihil efficeret, vt ait D. Thom. in 4. diſt. 3. quæſt. 1. ar. 2. Sed de hoc dictum eſt ſupra. Præterea ſi miniſter accipit pecuniam à baptizato ſponte ei oblatam, licitè recipitur. Vnde ſicut ſupra dictum eſt, pecu- D nię iuſtè accipiuntur, tanquam ſtipẽdia, per conſuetudinem approbatã, & nõ eſt peccatum, neque ſimonia, ſi tamen intentio eius non ſit emendi, vel vendendi ſacramẽtum, ſed intentio referatur ad ſolam conſuetudinis obſeruãtiam, & præcipuè, quã do quis voluntariè ſoluit, & quando pro ſuſtẽtatione miniſtri, aliquid datur, iuſtè accipitur. Si autem intentio eſſet peruerſa de emptione, & venditione de ſpiritualibus, tũc eſſet ſimonia, & peccatum mortale, præcipuè ſi exigantur contra conſuetudinem, vt aliàs diximus in materia de ſimonia, in primo libro noſtro impreſſo. Hæc S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 2. & 3. Dixim⁹ ibidem multa alia circa hãc materiam, quæ quidem non ſpectat ad hunc locum, ideo nunc miſſa facimus.

96. *Quæritur quis ſit effectus huius Sacramenti baptiſmatis?*

RESpondetur, quod magnus, & multiplex eſt baptiſmatis effectus. Et in primis, per baptiſmũ tollitur omne peccatum, vt habetur in Concilio Tridentino, ſic dicẽte. Per baptiſmum enim Chriſtum induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes. Seſſ. 14. cap. 2. ſanctus Thomas, 3. p. q. 69. ar. 1. dicit, Baptiſmus delet originalem, & actualem culpã mortalem, & quantum eſt de ſe etiã venialem, quæ diſponit ad priuationem gratiæ: quamuis quandoq; culpa venialis remaneat poſt baptiſmũ, mortali remota, propter indiſpoſitionem accipientis baptiſmum. Hæc ille. Et S. Ant. 2. p. tit. 14. cap. 13. & Sotus in 4. d. 6. quæſt. 1. art. 1. & Silueſ. baptiſ. 6. §. 1. & ſumma ſacram. de bapt. §. 19. Item per baptiſmum liberatur homo à reatu totius pœnæ debitæ pro peccatis, ac ſi ipſe ſufficiẽter ſatisfeciſſet pro omnibus peccatis

Digitized by Google

tis, ac ſi ipſe ſufficienter ſatisfeciſſet pro omnibus peccatis, vt in Cõcilio Tridentino, ſeſſ. 6. c. 14. & S. Thom. 3. par. quæſt. 69. ar. 2. & ſum. ſacram. de baptiſ. §. 1. & alii Doctores. Item baptiſmus confert homini gratiã, & virtutes, vt ait D. Auguſt. lib. de baptiſmo paruulorum, ſic dicens: Ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto incorporẽtur, vt membra eius capiti, ſed a capite Chriſto in omnia membra eius gratiæ, & virtutis plenitudo deriuatur, ſecũdum illud Ioann. 3. De plenitudine eius omnes accepimus, & vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Ergo per baptiſmum homo conſequitur gratiam, & virtutes. Puer quidem quoad habitum, adultus verò etiam quoad vſum, niſi ſit fictus, vt bene ait Diuus Thomas, 3. p. q. 69. ar. 4. & 6. & Sotus in 4. d. 6. q. 1. ar. 3. & 4. Inſuper per baptiſmum homini aperitur ianua paradiſi. Nã aperire ianuam regni cœleſtis eſt amouere impedimẽtum, quo quis impeditur ad introeũdum cœleſte regnum. Hoc autem impedimentum eſt culpa, & reatus pœnæ, quod totum tollitur per baptiſmum, & fit apertio regni cœleſtis. S. Thom. 3. p. q. 69. ar. 7. & Sotus in 4. d 6. q. 1. ar. 5. & Siueſt. baptiſ. 6. §. 1. Et tandem, vt vnica ſentẽtia, baptiſmi effectus abſoluam, dico, ꝙ effectus eius eſt character in aĩa adſcribens populo Dei, & dans viam, & ianuam, & poteſtatem ad omnia ſuſcipienda ſacramẽta, ac per ipſum diminuitur fomes, id eſt, inclinatio ad malum, & mens illuminatur, præcipuè quãtum ad ea, quæ ſunt fidei. Vt bene notat S. Anton. 3. p. tit. 14. A cap. 13. & Silueſt. Baptiſ. 6. §. 1. & ſi per Baptiſmum omnis culpa tollitur, & omnis pœna, & aperitur paradiſi ianua: Ergo ſi quis poſt baptiſmum moreretur, nullo crimine admiſſo, ſtatim euolaret ad cœlum.

97. *Quæritur, an baptiſmus omnibus baptizatis æqualem effectum conferat?*

B Reſpondetur, quod in Baptiſmo duplex eſt effectus, vnus per ſe, ad quem eſt inſtitutus, qui eſt gratia, & virtus, & remiſſio peccatorum, atque pœnarum, per quem effectũ homo regeneratur in ſpiritualem vitã, & iſte effectus æqualiter confertur ꝑ baptiſmum pueris, quia æqualiter ſe habent ad baptiſmum, ſed non ęqualiter confertur in adultis, quia nõ ęqualiter ſe habent ad baptiſmum, C quidam enim cum maiori, quidã cũ minori deuotione ad baptiſmum accedunt, & ideo quidam minus, quidã plus de gratia nouitatis accipiũt. S. Thom. 3 par. q. 69. ar. 8. & ſumma ſacram. de baptiſm. §. 2 1. & Silueſter baptiſ. 6. §. 4. & Sot. in 4. d. 6. q. 1. artic. 6. & denique ſententia hæc Diui Thomæ eſt omnium Doctorum vniuerſalis. Alexand. Alenſ. Bonau. Richar. & aliorum. Et quidem quantũ D ad remiſſionem culpæ, ambigere nemo poteſt, quin, vt ait Damaſcenus, æqualis ſit in omnibus baptiſmi effectus, quia cum vnum peccatum mortale, aut originale ſine omnibus remitti nequeat, fit, vt cuicunque baptizato, non opponenti obicem, omnia ſimpliciter remittantur. Veruntamen de gratia, & dubium apud aliquos

quos. Quidam.n.tenet, ꝙ gratia nō æqualiter omnibus per baptiſmum cōferatur, ſiue ſint paruuli, ſiue adulti. Et hanc opinionē ſequitur Caiet. 3.p.q.64.ar.1. Ipſe Caiet. & Gabriel, & quidā alij tenere vñr, ꝙ licet rōne ſacramēti detur determinata gratia, tñ ratione deuotionis miniſtrorum, vt quia vnus eſt prędeſtinatus ad maiorem gratiā, q̃ alius, eſt maior baptiſmi effectus in vno, q̃ in alio, ſiue ſit puer, ſiue adultus, ſed hęc opinio refellit, & impugnatur tanq̃ falſa, & cōtra S.Th. ab ipſo Sot. in 4.d. 6.q.1.ar.6. Et iō dico ſecūdū cōiorem opinionē, quę eſt D.Tho. ꝙ ſemper rōnē ſacramenti dat̃ ęqualis gratia pueris per baptiſmū: licet adultis non ſic. Non.n. nego de adulto, quia maior gratia p baptiſmū detur vni, q̃ alteri, quia eſt maior diſpoſitio in vno, q̃ in altero, ꝙ ſupra diximus. Quo verò ad ſecundum effectū baptiſmi, q eſt effectus accidentarius, ad quem baptiſmus non eſt ordinatus, ſiue inſtitutus, ſeu diuina virtus miraculosè ī baptiſmo operat̃, vt aliqñ ſt lex peccati in aliquibus extinguatur, vt in ſanctificatis, & præſeruatis à peccatis. Dicunt Doct. quod non æqualiter oībus huiuſmodi effectus confertur baptizatis, etiam ſi cum ęquali deuotione ad baptiſmum accedant, ſed diſpenſantur tales effectus ſecūdū ordinē diuinæ prouidentię, & hoc intelligitur tā de adultis q̃ de pueris. ex S.Tho. 3. par. q.68.ar.8. & Sot. & alijs ſupra nominatis.

98. *Quæritur, an per Baptiſmum homo liberetur ab omni pęna debita pro peccato, ita etiam liberetur ab alijs pęnis, quæ debentur in foro exteriori, puta ſi quis infidelis homicidiū, furtum, & huiuſmodi commiſiſſet, ad baptiſmum veniens liber ſit à pœna delicti commiſſi?*

A

Reſpondetur negatiuè, quia licet per baptiſmum homo liberetur à pęna peccati quoad Deū, remanet tñ obligatus adhuc quoad homines, quos iuſtum eſt ędificari de pęna, ſicut ſcādalizati ſunt de culpa. Piè tñ Princeps talibus, qui ad fidē veniūt poſſet pęnam indulgere, ſed de iure nemo per baptiſmum à pęna, quę debetur in foro exteriori liberatur. Vñ baptiſmus non tollit ſuſpendium à fure, vel homicida, & huiuſmodi. Ex quo ſequitur, quod quis accuſari poſſit in iudicio de his, quæ ante baptiſmū fecit, vt ait D.Th. 3.p.q.69. ar.2. ad 3. & S.Anto. 3.p.tit.14.c.13. Baptiſmus non tollit oēm irregularitatē, pcipuè q naſcitur ex bigamia: Vnde infidelis, ſi eſt bigamus, id eſt, ſi habuit duas vxores, vel habuit vxorem nō virginem, & huiuſmodi: etſi baptizetur non pp hoc diſpenſatur à tali irregularitate, vt ait D.Th. in 4.diſt.27.q.3.ar.2. & Sot. ibidem eadem q. & art. & Silu. baptiſ.6.§.2. Nec tollit irregularitatē prouenientem ex defectu natalium. Vnde ſpurius infidelis, qui ex illegitimo toro natus eſt ſuſcipiens baptiſmum, ſine diſpenſatione, ad ordines, vel dignitates nō poteſt promoueri, & ita tenent omnes præcipuè Silueſt. vbi ſupra. Baptiſmus etiam ſecundum veriorem opinionem tollit omnem irregularitatem, quæ prouenit ex homicidio tam licito, quam illici-

B

C

D

Digitized by Google

illicito, tã q̃ cũ peccato cõtracta eſt, quã quæ ſine peccato, & ex cõſequẽti tollit oẽm irregularitatem, quæ ẽt ex mutilatione prouenit: ideoq; poſt baptiſmum, ſtatimquis liber eſt ab oĩ irregularitate homicidij, & mutilationis, abſq; alia noua diſpenſatione, & ita ſentiunt omnes Doct. & ita ẽt Eccleſia tenet Sil. bap. 6. §. 1. Et q̃uis Rich. contradicat, communis tamẽ, vt diximus, opinio tenet, ꝙ ab irregularitate cuiuſcunq; homicidij baptiſmus liberet. Et facit ꝓ iſta opinione, d. l. ſi quis poſtremus. & ſequitur ipſam gloſ. d. c. ſi quis viduam. Concordat etiam Innoc. extra eodem tit. in glo. ſuper c. Presbyterum, vt ſumma confeſ. lib. 2. titu. 1. q. 21. notat.

99. *Quæritur an baptiſmus liberet hoĩem a conditione ſeruili, ita ꝙ ſeruus poſt baptiſmum ſit liber a ſeruitute corporali; ſicut liber eſt à ſeruitute peccati: & an Angelus baptizare poſſit?*

RESpondetur negatiuè dicẽdo ꝙ non conſequitur, ſi hõ liberetur a ſeruili cõditione peccati, liberetur etiam à ſeruitute hoĩs; vinculum. n. quo in baptiſmo quis ligatur, cõpatitur vinculum ſeruitutis, & ideò non abſoluit ab illo. & hęc eſt oĩum ſnĩa, pręcipuè S. Tho. in 2. d. 44. q. 2. ar. 2. ad 2. & 3. & in 4. d. 39. ar. 4. ad 1. Liberat itẽ baptiſmus ab oĩ infamia, q̃ peccatũ ſequitur ſub ratione peccati. Silueſ. baptiſ. 6. §. 2. Non aũt baptiſmus liberat à ſolutione, & reſtitutione malè ablatorũ, cũ teneant baptizati exire a peccato, & neminem lędere, iõ iniungendũ eſt eis vt reſtituant ſm D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 5. ad 3. & nõ ſolũ tenentur ad reſtitutionẽ, ſed ad

A ſatisfaciẽdũ quodcunq; debitũ. Nec baptizatis imponẽda ſunt ſatisfactoria, quia iniuriam facerent paſſioni, & morti Chriſti, quaſi ipſa non eſſet ſufficiẽs ad plenariã ſatisfactionẽ ꝓ peccatis, quod eſt falſũ, & abſurdũ, vt ſupra diximus in alio Quæſ. Gratia Dei in Baptiſmo non requirit gemitũ, neq; plãctũ, vel ẽt op⁹ aliquod, ſed ſolã fidẽ. Hæc oĩa ex Tho. ibidẽ, q. 68. ar. 5. & 6. & q. 69 ar. 2. & Sotus

B in 4. d. 5. q. 1. ar. 5. Tandẽ dicimus, ꝙ diſpenſatio ſacri nõ eſt conceſſa niſi hominibus, & ideo ſi dæmõ in figura hoĩs apparens baptizaret, nõ eſſet ratum habendũ, cum. n. ſit ſpiritus mẽdacij. Nec quicunq; angelus poteſt conferre hoc ſacrm, niſi Deus vellet, Angelũ poſſe baptizare, q̃a Deus virtutem ſuam non alligauit Eccleſiæ miniſtris, quia ẽt angelis poſſet virtutẽ tribuere miniſtrandi in ſacris. Et

C quia angeli boni ſunt nuntij veritatis, ſi aliquod ſacrãle miniſteriũ a bonis angelis perficeretur, eſſet ratum habendũ: quia deberet conſtare hoc fieri voluntate diuina: & ſic, ſi angelus bonus baptizaret, baptiſmus eſſet ratus habendus, non autem ſi dæmõ baptizaret. Hæc ex S. Tho. 3. p. q. 64. ar. 7. & Silueſ. baptiſ. 3. §. 3. Dicimus ẽt, ꝙ cęcus poteſt baptizare, modo ipſe immergat, vel aſpergat, vel tingat

D baptizandum aqua, & verba formæ, rectè proferat, non autẽ mutus, cum nõ poſſit proferre formæ verba. Sot. in 4. d. 1. q. 5. ar. 8. in d. 3. q. 1. ar. 5.

100. *Quæritur an in baptiſmo fiat uerum votum?*

RESpondetur, quod licet aliqui dicant ibi eſſe votum ad obſeruan-

dam

Digitized by Google

dam legem Euangelicam. Caiet. verò contrariam partem tenet, dicens, quod qui in baptiſmo ꝓmittit Chriſtianè viuere, non propterea eſt propriè votum. Ex quo fit, vt Chriſtianus, quando fornicatur, non peccet duplex peccatum, ſcilicet contra præceptum, & contra votum: ſed tantũ committit vnum, quãuis ſit grauius, quàm ſi infidelis committeret, propter notitiam veritatis ex fide, quam habet, & propter ſacramenta, quibus eſt imbutus, quibus peccando contumeliam facit, vt ait D. Tho. ſupra q. 10. artic. 3. ad 3. probat autem Caiet. iſtam ſuam ſentẽtiam, quę procul dubio eſt vera. Primò, quia in verbis, quæ dicit baptizandus, nec implicitè, nec explicitè continetur votum. Verba enim baptizandi ſunt. Abrenũtio, volo, & credo, in quibus nulla promiſſio continetur. Nam neque qui abrenuntiat diabolo, neque qui vult fieri Chriſtianus, neque qui credit, promittit explicitè aliquid, neque implicitè. Item ſi in baptiſmo cõtineretur votum id eſſet, vel ratione ſtatuti Eccleſiaſtici, vt in ſuſceptione ordinis continetur votum continentię, vel ratione ipſius rei, ſcilicet, aſſumptionis ſtatus, & profeſſionis fidei, quaſi hoc habeat vim voti. Sed neutrum horum poteſt dici. Non primũ: nullibi enim inuenitur tale præceptum Eccleſiæ, vt moueat aliquid qui baptizatur. Quin potius id videtur eſſe contra eius intentionẽ, quæ laqueos in ſacramentis neceſſitatis multiplicare non vult. Vnde in ſacramento pœnitentiæ, in quo pœnitens renuntiat operibus diaboli, per contritionem, & confeſſionem, non

A vult, vt promittat ſe emendaturum, quaſi ſit votum, ſed proponat nõ amplius peccaturum. Imò confeſſarijs inhibet, ne huiuſmodi vota expoſcãt à pœnitentibus, hac ſola ratione, ne illis laquei multiplicentur, quibus irretiantur. Et ſimiliter accedentes ad ſacramentum baptiſmi, non inducit ad aliquid vouendum, ne poſtea trãſgredientes Dei legem, duplici peccato maculentur, nempe tranſgreſſionis

B præcepti, & voti. Quod autẽ nec etiam ratione aſſumptionis ſtatus, & profeſſionis fidei contineatur votum in baptiſmo, probatur. Nam ad profeſſionem fidei, ſatis eſt illã corde, & ore profiteri, cum propoſito mutandi vitam, ſine vllo voto, eo vel maximè, quod cum vouere ſit opus cõſilij, & baptizari ſit opus præcepti, nõ poteſt fieri, quod vnum in altero cõtineatur ex natura rei. Et ſi quis con

C tra iſtam ſentẽtiam obijciat D. Tho. hic ad primum dicentem, quod ſub voto baptizatorum cadit abrenũciare, &c. Quibus verbis inſinuare videtur in baptiſmo contineri votum. Reſpõdeo quod D. Thom. non affirmat in baptiſmo contineri votum. Sed ſuppoſito eſſe votum ex Magiſtro ſent. in 4. d. 38. declarat modũ, quo abrenunciare pompis, Diaboli,

D & fidem Chriſti ſeruare, comprehẽdantur ſub voto baptizatorum. Si quando autem inuenitur aliquis ſanctorum aſſerens in baptiſmo eſſe votum, intelligendus erit loqui de voto impropriè dicto, id eſt de propoſito mutandi vitam, vel quod voluit explicare ritum, quo fortaſſe ſuo tempore baptiſmus conferebatur. Et per hoc patet ſolutio ad illud

cōferebat. Et per hoc patet ſolutio, ad illud contrarium in principio poſitum. Hæc ſcribit Petrus de Arragona ſuper Diuum Thomam .2.2. quæſtione 88. articulo ſecundo, & idem affirmat ille peritus Doct. Frāciſcus à Victoria Ordinis Prædicatorum, dicens, quod Eccleſia non intendit obligare eos denuò; ſed vt acceptent ea, ad quæ Chriſtiani tenentur.

101. *Quæritur, an ſacerdos in mortali exiſtens baptizando ſine ſolemnitate, in caſu neceſſitatis, mortaliter peccet. Et ſimiliter Parochus in mortali exiſtẽs, an mortaliter peccet, ſi aliquos iungat in Matrimonio?*

Reſpondetur, quod ſacerdos in mortali exiſtens, & arctatus repentina neceſſitate, baptizans puerulum iam agonizantem, & ſtatim moriturum, non peccat mortaliter, cum caſus non permittat ſolemnitatem exorciſmorum. At ſi ſolemniter miniſtraret in mortali, mortaliter peccaret, ſecundum D. Thom. in 4. ſent. d. 5. Et ratio eſt, quia tunc baptizat in caſu, quo etiam laicus, deficiente ſacerdote, poſſet, & deberet baptizare, quãuis id ſit contra quoſdam aſſerentes laicum in neceſſitate vrgenti, vbi non adeſt ſacerdos, in mortali baptizantem, nouum committere peccatum mortale. Diſſona à veritate eſt horum ſententia. Nam ibi D. Thom. dicit peccare miniſtrũ exiſtentem in mortali, ſi ſolemniter, vel ſine neceſſitate baptizet. Ergo non ſolemniter, & in neceſſitate baptizare non peccat, immo dicit Ludouicus Lopez in ſuo inſtructorio, 1. parte, cap. 10. Quod certè, etiam ſi occurrant illis peccata mortalia, cum ex officio non competat eis baptizare, ratione ſacramenti Baptiſmi a ſe tunc conferendi, ad contritionem non tenentur.

A

Quãtum autem ad Curatum, qui intereſt matrimonio de præſenti contrahendo, dicimus, quod ſi coniungat in matrimonio, & impertiendo benedictiones exiſtens in mortali, non incurrit nouum peccatum mortale. Et ratio eſt, quia miniſter huius ſacramenti matrimonij non eſt de iure diuino inſtitutus, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ. Vnde ante Concilium Triden. erat verum matrimonium, & ſacramentum, etiam ſine tali miniſtro. Si verò ſacerdos iure diuino ſacramenti matrimonij neceſſarius fuiſſet miniſter, forte in mortali adminiſtrans, mortaliter peccaret, ſed quia, vt dictum eſt, ex ſtatuto eccleſiæ coniungere matrimonio, & benedictionem impertire cõtrahentibus ſibi competit, ſequitur citra crimen mortale, poſſit ibi ſua munera exercere, etiam ſi ſit in mortali. Sic ſcribit, vt ſupra citauimus, præfatus Lopez ibidem.

B

C

D 102. *Quæritur, an qui natus eſt ſurdus, & mutus inter infideles, qui nunc conuertuntur in Indiarum nouo Orbe, qui iam adultus euaſit, ſi baptiſmum petit, videns alios baptizari, an ſit conferendus?*

Reſpondetur, quod iſta quæſtio eſt valde dubia. Nã aliqui Thomiſtæ

miſtæ,quibus ad manus hic caſus euenit in regionibus Indiarum nō au ſ ſunt tali conferre baptiſmum. Pro parte negatiua hæ rationes vrgere videntur. Prima,quia cum ad baptiſmum in adultis requiratur diſpoſitio fidei abſolutè, & cōtritionis, aut attritionis, ſi baptizandus mortalis peccati eſt conſcius, iſte,qui mutus, & ſurdus à natiuitate fuit: Vnde iuxta præceptum Domini: Ite docete omnes gentes,baptizantes eos,edoceri non potuit,vt baptizaretur fide explicita, & implicita videtur carere;eſt ergo indiſpoſitus ad recipiendum baptiſmum.Hæc ratio videtur potiſſima vt non ſit vllo pacto baptiſmo admittendus.

Item demus,quod poſſibile,& veriſimile eſt furatum fuiſſe, vel cum vxore aliena coiſſe,quę acta mala eſſe etiam, nemine docente exterius, lumen naturale, quod ſignatum eſt ſuper nos ei dictat. Quorum peccatorum contritione, aut dolore videtur carere, quia de neceſſitate doloris ad baptiſmum neceſſarij edoceri nequit. Ergo ne indiſpoſito, & in peccato complacenti detur baptiſmus,non eſt ad baptiſmum recipiendus,ne ſacrilega ſit receptio.

Sed in contrariū hę quoque præmunt rōnes. Prima,quia non eſt in via aliquis relinquendus, dū viator eſt extra ſtatum ſalutis. Negare aūt huic petēti baptiſmum, vr̄ illū tanq̄ ſine ſpe remedij reliquere, ergo &c. Item pręſumendum eſt talē ſurdum à natiuitate,& elinguē,ſi cum ſignis petit baptiſmum, à Deo, de quo D. Ioann.ait:Qđ illuminat oēm hoiem venientem in hunc mundū, fuiſſe il

A luminatū de fide ſupranaturali,ſaltē implicita,& de dolore neceſſario,qa Deus nō deficit in neceſſarijs. Et cōfirmatur ex D.Augu.lib.1.de adult. coniug.c.vlt. vbi catechumenos retinētes adulterina conſortia:ſi deſperati,& intra ſe pęnitentes iacuerint, neq; pro ſe rn̄dere potuerint,qa amiſerūt vſum linguę, alio modo,baptizādos inquit huiuſmodi puto, ergo ſimili rōne huiuſmodi mutos, & ſur

B dos à natiuitate,ſi ſigna cōtritionis, tundendo pectus,vel aliter oſtenderent baptizandos eſſe cenſeret.

Sed quia hæ rōnes pro parte affirmatiua ſolutiones planas habent,& quia rōnes pro parte negatiua,vrgētiores ſunt: ſi qs velit huiuſmodi baptizare ſurdū, & mutū,me auctore, non faciet,ſed expectabit iudiciū ſaltē Epi,qui cū doctis ſibi adiunctis pſonis,inueſtigare curet,an talis ex vi

C uacitate iudicij,ex inſpiratione Dei, vel exteriorib.religionis Chriſtianę exercitijs, & ſacris à ſe viſis dari, apprehenderit ꝓ ſalute aīæ talia ſuſcipi remedia,diuinaque eſſe,&ab vno Deo cęli,& terrę īſtituta, ſi ex ſignis exterioribus ſe intelligere ſignificauerit, ſimulq; fidem de Deo ſe habere,doloremq; de peccatis: Tūc his p̄habitis, ſi baptizaretur nō damnare

D auſim, aliàs affirmatiuè relinquens, negatiuam citius amplecterer. Hæc idem præfatus Lopez.p.1.c.12.

103. *Quæritur,quid ſit obſeruandum in baptiſmo ſecundum Concil.Triden. vt quis cognationem ſpiritualem contrahat?*

RESpōdetur, circa decretū illud Conc.hoc eſt obſeruādū,vt qui

Digitized by Google

verè cognationem ſpiritualem velit contrahere, debet ſuſcipere baptizatum de ſacro fonte, vel ſecundo modo, eum tangere ſuſcipiendo. Ibi.n. dicitur quod parochus ſciſcitetur quem, vel quos elegerit, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant: & debet illos docere, quod cõtrahunt cognationem ſpiritualem, in quo ſignificatur quod debent illum ſuſcipere de ſacro fonte. Quod verò debeant tangere ſuſcipiendo, conſtat ex eo, quod ſubditur dicendo: Quod ſi alij vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant, in quo inſinuatur, quod tangendo contrahitur in deſignatis per parochum. Et hoc determinatum eſt per ſacram congregationem Cardinalium, qui habent auctoritatem interpretandi ſacrum Conc. Cui propoſitum fuit dubium ex parte Epiſcopi Abulenſis, quod quidem eſt huiuſmodi. Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Domine ſacrum Concil. Trid. c. 2. de Reformat. matrim. ſeſſ. 23. diſponit, quod in ſacramento baptiſmi poſſit interuenire vnus, qui ſuſcipiat infantem de baptiſmo, vel ad ſummum duo. In epiſcopatu Abulenſi adeſt conſuetudo, quod commater, vulgariter dicta Matrina, non tangit infantem, donec compater, poſtquam infans eſt baptizatus, & infuſa ſuper eũ aqua baptiſmi, ponit infantem in manibus commatris, ita quod dicta commater nõ tangit baptizatum, (donec (vt prefertur) infans eſt leuatus à fonte baptiſmali. Dubitatur nunc, ſi attentis præmiſſis, dicta cõmater contrahat cognationẽ ſpiritualem, cum

A infante, & illius parẽtibus ex ſupra geſtis, & aſſiſtentia in dicto actu vti commater nominata ad ipſum effectum, & ne deſuper dubitari contingat, ſupplicatur ſacrę congregationi pro declaratione diffinitionis huiuſmodi. Cõgregatio Conc. cenſuit, mulierem, quæ aſſiſtit tantum, & nõ tangit infantem, non contrahere cognationem ſpiritualem, & hanc declarationem, vt iacet, ego proprijs oculis

B vidi. Petrus à Ledeſma ſuper D.Th. in addit. 3. p. q. 56. ar. 3.

104. *Quæritur, an per Procuratorẽ in baptiſmo poſſit quis contrahere cognationem ſpiritualem, vt multi faciunt?*

RESpondetur negatiuè. & licet olim hic vſus erat inter principes, & magnates, qui mittebant pro

C ſe ſuſceptores infantis abſentis, qui baptizabatur, & habebãtur tanquã ſpirituales cognati. Nunc verò poſt Concil. Triden. declaratur, quod ille vſus erat magis abuſus. In quã re Silueſt. verb. Matrimonium, 8. quęſt. 7. §. 14. multa dicit, & adducit multos Doct. pro vtraque parte: Nihilominus concluſio ſit, Principes, & Magnates non contrahunt cognationẽ ſpiritualem, ſed Procuratores qui in-

D fantem ſuſcipiunt. Ratio huius concluſionis eſt, quia neceſſaria eſt actio realis tangendi, quę quidẽ actio non reperitur in mittentibus, ſed in procuratoribus: ergo ſolum procuratores contrahunt illam, ſi pro ſe intendunt. Nam ex tenore Conc. & declaratione Cardinalium conſtat, quod debent puerũ ſuſcipere de ſacro fonte:

Digitized by Google

te: ſed ſolũ procuratores hoc faciũt, ergo ſolum illi contrahunt illam cognationem ſpiritualem, dummodo adſit in eis voluntas cõtrahendi pro ſe hanc cognationẽ, quia ſi deſit voluntas propria, non contrahunt.

Aduertendum eſt, quod non baptizatus non poteſt aliquem leuare de ſacro fonte, cum non ſit mẽbrum Eccl. cuius typum gerit in baptiſmo ſuſcipiens, nec poteſt contrahere aliquam cognationem ſpiritualem. Vnde ſi infidelis aliquem baptizet, nõ contrahit cognationem ſpiritualem.

Si autem fidelis baptizat filiũ infidelis patris, quidam dicunt, vt eſt Silueſt. quod baptizans cõtrahit cognationem ſpiritualem cũ patre infideli ipſius baptizati. & ſic tenet idẽ gloſ. in c. 1. 30. q. 1. Nihilominus tamen ſit concluſio, quod non contrahit cognationem ſpiritualem cũ patre infideli. Sic tenet Sot. & expreſsè docet, quam ſententiam multi alij tenent. Nam non eſt aliquis textus pro contraria ſententia. Hæc præfatus Petrus Ledeſma ſuper D. Tho. in addi. 3. p. q. 56. ar. 3.

105. *Quæritur, an vſus matrimonij ſit licitus ante benedictionem?*

VIdetur enim quod non. Tũ quia fit contra ſtatutum, ac conſuetudinem Eccl. vt patet 30. q. 5. in pluribus can. Tum quia quum ſine cauſa rationabili hoc fit, non euaditur contemptus, quem conſtat cõſtituere peccatum mortale.

Reſpondetur. Ad hoc dicitur, qđ licet quibuſdã viſum fuerit diſtringendum de reddente, aut petente A debitũ: & ſimiliter de loco, vbi eſt, vel non eſt conſuetudo huiuſmodi benedictionis: & ſimiliter de cauſa, an ſit rationabilis, vel non: Mihi autem videtur, ſimpliciter, & abſolutè dicendum, quod huiuſmodi actus non eſt peccatum mortale. Et ratio eſt: quia nullum apparet in iure præceptum obligans ad mortale, immo expreſsè in fine can. Noſtrates, enumeratis concurrentibus ad nuptias, B ſubditur, quod hæc omnia non ſeruare, non eſt peccatum. Conſuetudo quoque nõ obligat ad mortale plus quam ſtatutum, & tanto minus hęc conſuetudo obligat, quanto alicubi (vt in Germania) nobiles nocte precedente benedictionem, conſumant matrimonium: alicubi verò (vt in Italia) pœna appoſita ab Eccleſia maritis conſummantibus matrimoniũ, ante benedictionem tam leuis eſt, vt C teſtetur minimum, aut nullum eſſe peccatum. Ex parte verò benedictionis quum nulla fiat ſibi iniuria (quoniam nec contemnitur, ſed ſuſcipitur, etiam conſummato matrimonio) nec admiſcetur propterea aliquod falſum, ſeu mendacium, quoniam nulla fit de virginitate ibi mentio, nulla habetur ratio mortalis peccati. Non obſtat ſi dicatur, D quod can. præſupponunt virginitatem in benedicendis ſaltem in ſponſa: vt patet ibidem cap. ſponſus. Quoniam hoc de congruitate, & ſecundum communiter accidentia intelligitur: vt patet ex hoc, quod puella corrupta ante coniugium ſecretè ab alio nihilominus licitè nũptialem benedictionem ſuſcipit. Ex parte demum finis ipſius benedi-

Digitized by Google

ctionis idem apparet: Quoniam ad duo ordinatur, ſcilicet, ad ſolemnem traductionem vxoris, quam conſtat, propterea non omitti: & ad diuinam obtinendam benedictionem ipſorũ coniugum, quę etiam non omittitur. Ex quibus omnibus poteſt formari talis ratio. Actus coniugij ante benedictionem, &c. quum non ſit illicitus, niſi, quia præuenit benedictionẽ ante debitam, non plus habet illiciti, quam ex iniuria, vel legis, ſeu conſuetudinis inhibẽtis, vel benedictionis ipſius, ſeu eius finis contrahat, ſed ex nullo horum contrahit rationem peccati mortalis, vt declaratum eſt: ergo non eſt peccatum mortale. A veniali autem peccato non excuſari matrimonij conſummationem ex parte tam petentis quam reddentis, ex eo patet, quod ordo ipſe ſtatutus lege, vel conſuetudine non ſeruatur, dum ante benedictionem fiat, quod poſt benedictionem agendum eſt.

Ad primum autem in oppoſitum, dicitur, quod hoc argumẽtum nihil valet, ſtatutum, ſeu cõſuetudo Eccleſiæ non ſeruatur, ergo eſt peccatum mortale, plus enim exigitur ad peccãdum mortaliter, quam violare ſtatutum, ſeu conſuetudinem Eccl. quoniam nec omne ſtatutum, nec omnis cõſuetudo Eccl. obligat ad mortale.

Ad ſecũdum dicitur, falſum eſſe, quod vbi deeſt rationabilis cauſa violandi, ſeu non ſeruandi ſtatutum, & conſuetudinem Eccl. ibi eſt contemptus: ſtat enim quod ex infirmitate, ſeu concupiſcentia veniali fiat tranſgreſſio, & ſic communiter videtur accidere huiuſmodi caſibus. Et propterea, quia communiter ex contemptu non ſit, cõmuniter non eſt peccatum mortale. Hæc Caiet. in Opuſculis Tomo primo tractatu 13. q. 1.

106. *Quæritur de blaſphemia quam ſit graue peccatum?*

RESpondet D. Thom. 2. 2. q. 13. Cum blaſphemia opponatur cõfeſſioni fidei, ideo habet in ſe grauitatẽ infidelitatis, & aggrauatur peccatum, ſi superueniat deteſtatio volũtatis, & adhuc magis, ſi prorumpat in verba. Vnde cũ infidelitas ſit maximum peccatum, ſecundum ſuum genus, conſequens eſt, quod blaſphemia ſit maximũ peccatũ. Hæc ergo cũ ſit directè contra Deũ, prępõderat homicidio, ideo magis qs peccat blaſphemando Deum, quam ſi hominẽ occidat, imò ſi cunctos occideret homines. Quapropter omnes Angelorum, atq; hominum linguæ non valent explicare; quam ſit graue, quam horrendũ, & immane ſcelus hoc peccatum blaſphemiæ: quam inexcuſabile ſit hoc peccatum ex eo probatur cum nullus alliciat carnalis appetitus, nec auaritiæ ſitis vlla cõmoueat, nulla deniq; inſtiget aſtrorũ influentia. Omnia alia peccata ſæuiſſimè puniuntur, vel exilio, vel mutilatione membrorum, vel ſuſpendio, & huiuſmodi atrociſſimis pęnis, ſola blaſphemãtium lingua impunè peccat. Deteriores Iudæis ſumus, qui in lege veteri blaſphemabat nomen Dñi, lapidibus opprimebatur ab vniuerſo populo. Quæ pęna ab omnipotẽti Deo impoſita eſt. Quo tpe nondum Deus talis, ac tanta conceſſerat hominibus dona. Nunc autem noſtri amore alle-

Digitized by Google

ctus, ſumpta noſtra mortali carne, & cuius ſanguine, ac morte redempti, blaſphemijs paſſim à nobis inhonoratur, nec qui blaſphemat pœnā, ſed qui repræhendit periculum ſubit. Iuſtinianus, vltimo ſupplicio blaſphemos damnari cēſuit. Quid enim magis nefarium, quid naturę ipſi magis aduerſum, quam, vt creatura in ſuū inuehatur Creatorem; Quid à brutis ipſis alienius, quorum nullum, quātuis innata feritate vigeat, ſuum offendit benefactorem; nec in non offendendo ſolum ſe gratū oſtendere credit, niſi defendat, opportunitate conceſſa, ac membris ferè omnibus ſui corporis ſe debitorē fateri conetur, cumq; lingua id fari non dederit natura, eadem ſaltem benefactoris pedes lambendo fatetur. Mos etiā erat Iudæis, ſi blaſphemiam audiebant ſcindere veſtes. Patet ergo ex ſupradictis, & multis, quę adduci poterāt, blaſphemiā iuri Naturæ, Diuino, Canonico, ac Ciuili, oīno repugnare.

107. *Quęritur quid ſit blaſphemia, an ſemper ſit peccatum mortale, & an diuidatur in diuerſas ſpecies?*

RESpondetur. Blaſphemia cōſiſtit in attribuēdo Deo aliquid, quod nō cōuenit, vel negando aliquid, qđ ei cōuenit, vel attribuendo creaturæ, quod ſoli Deo conuenit: Vel Deo, aut Sanctis iniuriā irrogādo, dicēdo. Maledictus ſit, &c. vel nominando membra pudenda Dei, & Sanctorū cum indignatione. Sic etiam irrogatur iniuria, vel remouendo à Sāctis, quod dicit Deus eis ineſſe, vel attribuendo eis, quod dicit non eſſe. Hęc enim redundant in Deū, qui in Sanctis ſuis eſt glorioſus. Vel dicēdo; ſic A veniat Deo, inprecando Deo malū, quaſi ſit ipſe eis ſubijcibilis. Ex D. Th. 2. 2. q. 13. & Caiet. ibidem, & in ſum. verbo, Blaſphe. & Sil. eodē verbo. Et vt dictū eſt in pręcedēti Quæſito, eſt peccatū mortaliſſimum, mille mortibus dignū. Et grauius eſt cōtra Deum, quā Sāctos. Nec quis, ſi ſit mentis compos, blaſphemādo à mortali excuſatur, niſi qñ inaduertenter, B ex lapſu linguæ fiat, non aduertendo ſenſum verborum, qđ ſi aduertiſſet, nō protuliſſet. Eſt. n. tm̄ blaſphemia materialis. Ideo neque paſſio extranea, neq; conſuetudo tales a mortali excuſat, ſcđm Caie. vbi ſupra. Qui ibidē dicit, qđ dicere, ad corpus, vel ſanguinem Dei, ſiue iurando, ſiue reſonando in rixa, nō eſt blaſphemia: ex quo Deus factus eſt homo, qui habet carnem, & ſanguinē, nec eſt mortale C peccatum, niſi dicatur per modū iniuriantis, vel mendaciter aſſumatur.

Species blaſphemiæ ſcđm D. Th. ibidem, ſunt duæ tm̄, licet alij aliter dicant. Vna eſt qñ Deo attribuitur, qđ nō conuenit, puta Deum eſſe iniuſtum, & hmōi; vel negando qđ ei cōuenit, puta Deū nō curare de noſtris. Altera ſpecies eſt attribuere creaturæ quod ſoli Deo conuenit, puta qđ D Diabolus ſit oīpotens, aut quod fatū regit oīa. Vltra ea, quæ dicta ſunt, eſt aduertendum, quod ex duplici cauſa eſt, quod homo non conſideret blaſphemiā eſſe blaſphemiā. Primò ex ſubita paſſione, quod quidem, vt ſupra declaratū eſt, fortè nō eſſet mortale. Secūdò ex cōſuetudine cōcomitāte quodā propriæ ſalutis contemptu, vel lata negligētia, qua nō curat

homo

homo cauere peccata, & hoc dubito mortale, ſaltem præſumptiuè, quia lata culpa æquiparatur dolo in iure. Vltra D. Thomam, & Caietanum, vide Syluest. verbo, Blaſphem.

108. *Quæritur an peccatum blaſphemiæ ſit remiſſibile, & quæ pœnæ ei debentur, qui hoc grauiſſimum peccatum committit?*

Reſpondetur omne peccatum eſſe remiſſibile, per pœnitentiam, & miſericordiam Dei, præcipuè quæ fiunt ex ignorantia, vel fragilitate. Quædam dicuntur irremiſſibilia, quia fiunt ex malitia, vel quia excludunt pœnitentiam, vt eſt finalis impœnitentia, quæ remitti non poteſt. Igitur blaſphemia dicitur irremiſſibilis, ſi fiat vehementi paſſione, vel deceptione, vel infirmitate, & huiuſmodi. Et ſic intellige illud Matth. 12. Omne peccatum, & blaſphemia remittitur, ſcilicet, ſi fiat iſto modo. Dicitur verò irremiſſibilis, ſi fiat cum certa malitia, non quia remitti non poſſit, ſed quia non habet cauſam motiuam ad remiſſionem. Et ſic intellige ibidem, quando dicitur. Spiritus autem blaſphemiæ non remittitur. Quia impœnitens non ſaluabitur, cum non ſit dignus abſolutione, per quam gratia Dei recuperatur amiſſa.

Præterea blaſphemia aliquãdo eſt cum hæreſi, aliquando ſine hæreſi. Quando quis aſſentit intellectu his, quæ corde, vel ore dicit, eſt hæreticus, & blaſphemus: vt ſi dicens Deum improuidum, ita aſſentit, cũ intellectu, hæreticus inquã eſt, & in A cenſuram incidit hæreticorum, quæ reſeruatur in cœna Domini. Si verò nõ ita credit, nec aſſentit, vt dicit, non enim idem eſt credere, & dicere, etiam corde, tunc credere, tũc eſt tãtum blaſphemia. Quamuis autem blaſphemia ſit ſine hæreſi, eſt tamen horrendum peccatum, adeò, vt Dominus dixerit eſſe irremiſſibile, non qđ nõ remittatur, ſed quia vix, aut nimis eſt indignum, vt remittatur. B Propterea eſt blaſphemis ſeuera pœnitentia impoſita, cap. ſtatuimus. de Maleficijs. quæ tripliciter fit. Prima vt ſeptem diebus Dominicis maneat in foribus Templi, dum ſolemnia celebrantur, & ſeptima Dominica abſque pallio, & calciamẽtis, & cum corrigia in collo. Secunda, vt ſeptem diebus Veneris ieiunet in pane, & aqua, & non intret in Eccleſiam. Tertia, vt alat tres paupe- C res ſingulis illis diebus, vel ſi non poteſt, ſaltem duos, vel vnum, & ſi id non poſſit in aliam pœnitentiam cõmutetur. Et vlterius ſoluat quadraginta ſolidos, vel triginta, vel quot poterit ſecũdum eius conditionem. Vbi vides rigorem iuris oſtendere grauitatem peccati. Et ſi nolit facere talem pœnitentiam, interdicatur ei ingreſſus Eccleſiæ, & in obitu eius careat Eccleſiaſtica ſepultura. Hæc D ibi dicuntur. Caueant ergo confeſſarij, ne leuiter tranſeant audientes à pœnitentibus tam grauiſſimum ſcelus, imò tenentur duram pœnitentiã imponere, dummodo fieri poſſit, vt in futurum magis caueant à tãto peccato, præcipuè ſi ad hoc ſoliti ſint.

109. Quæ-

109. *Quæritur quæ ſint bona illa, quæ filij viuentibus parentibus diſtribuere poſſint ad proprium libitum, & quomodo intelligantur bona caſtrenſia; & quaſi caſtrentia, aduentitia, & profe-ctitia?*

A

RESpondetur primò, quod quàdo filius nondum emancipatus cum pecunia patris, vel bonis paternis negotiando, eſt aliquid lucratus, poſſet quis quærere, an poſt obitum patris iſtud lucrum ſibi vendicando poſſit retinere, an ad aceruũ partitionis teneatur illud afferre. Sed antequam his reſpõdeamus, ſupponere debemus, quatuor eſſe bonorum genera, aut peculiorum, quæ filij, viuẽtibus parentibus, habere poſſunt, ſcilicet, caſtrenſia, quaſi caſtrẽſia, aduentitia, & profectitia. Declaremus horum ſingula, vt concluſiones clarius intelligantur, quæ plures ſunt.

Caſtrenſe peculium illud appellatur, quod filius in bello acquirit, & de hoc poteſt diſponere filius pro libito ſuo.

Quaſi caſtrenſe verò peculium dicitur, quod filius familias acquirit in aliquo officio publico, puta Medici, Aduocati, Notarij, aut Magiſtri artiũ liberalium, requiſitum, aut acquiſitũ ex officio, pro quo ex publico ſalariũ accipitur, vel ex donatione acquiritur alicuius Principis, vel aliorũ. Et quod clerici ſuo officio clericali, aut ſuis beneficijs percipiunt. Hæc omnia ſimilia bona clericorum, iure cõmuni ſunt caſtrenſia.

Peculium aduentitium eſt peculium filij familias non caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, quod aliunde acquiritur ex induſtria, vel euentu, vel donatione facta non intuitu patris, & in iſto aduentitio, filiusfamilias acquirit dominium, ſiue proprietatem, quam non tenetur communicare cũ fratribus.

Peculium denique profectitium, eſt peculium filij familias habitum à patre, aut eius cauſa, aut de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens. & in his tam proprietas, quam vſusfructus eſt patris. Hæc eſt breuis illorum verborũ declaratio. His ergo pręmiſſis p ſequẽs quæſitum ad alia dubia reſpõſio quęri poterit. Hæc præfatus Lopez ibidẽ c.21.2.partis.

B

110. *Quæritur modò, an talis filius, qui bonis paternis aliquid lucratus eſt poſt obitum patris, illud ſit commune alijs filijs?*

C

RESpondetur pro prima concluſione. Filius ſub poteſtate patris conſtitutus, qui ſuo labore, aut induſtria, ex bonis paternis; aut in eiſdẽ acquirit, tantum plus, quàm cæteri fratres debet habere de bonis paternis, inquanto plus, quàm illi, in eis quærẽdis laborauit ſua induſtria ad augenda bona, aut certè tantũ, quãtum mercedis ſolui deberet alij extraneo, qui tãtundem laboraret, aut potius dimidium eorum, quæ de bonis, & pecunia, etiam clandeſtinè accepta à patre, per ſuã induſtriam lucratur. Hæc eſt Nauarri, cap. 17. num 143. contra Silueſt. colligitur ex doctrina Bartoli, & aliorum Doctorũ. At hæc concluſio ſecundum Nauar.

D

In-

intelligenda venit eſſe vera, accedentibus duabus limitationibus. Prima eſt, quod filius ſuſtentare non teneatur, quando habet vnde alatur. Altera eſt, ſi proteſtatus ſit tacitè, vel expreſsè ſe eo animo ſeruire, vt pater ob ſuam operam, & laborem, conferat ei tantum, quantum extraneo cõferre deberet, ſi ei ipſe filius non inſeruiret, igitur his duabus concurrẽtib⁹ cõditionibus, huiuſmodi filius, vltra ſuam legitimam, tantum plus, quàm eius fratres, poteſt accipere, & ei donare, quantum ob ſimilia merita, alicui extraneo dare deberet, ita quod non computetur ei in ſua legitima, iuxta merita. Bart. in l. 1. §. Caſtr. Adijciuntur hæ duę conditiones. prima, ſi ad patris ſuſtentationem talia bona, labore filij, parta fuere neceſſaria, nihil eſt, quod filius exigat, cum patrem alere teneatur. Si autem id tacitè proteſtat' eſt, nihil eſt, quod filius poſſit licitè a fratribus, poſt obitum patris exigere, cum proprietate, & gratia paterna, cenſeatur illam induſtriam adhibuiſſe gratis, & labores ſubijſſe. Hãc ait Nauar. rem eſſe quotidianam, & parum ab alijs reſolutam, ideo viſum ſibi fuiſſe eam loco citato declarare. Hæc idem Lopez ibidem cap. 21. ſecundæ partis.

111. *Quæritur an filius ille, pro quo pater plus expendit, quàm cum alijs teneatur huiuſmodi exceſſiuos ſumptus, quos ſecum pater fecit, in ſortem ſuæ legitimæ computare?*

Reſpondetur, ſi pater propria manu ſuomet arbitrio ſumptibus A proprijs nutriebat filium in luxu, & in excedẽte ſtatu, emẽdo illi equos, & phaleras pretioſas equorum, cultioraque, quàm par erat, ornamenta, nulla tunc aſtringitur obligatione filius ad hos exceſſiuos ſumptus ſecũ iam factos à patre in ſuę legitimę ſortem computare. Hæc concluſio eſt Nauarri. Et eſt ratio. Quia huiuſmodi diſtractio ſubſtantiæ, in tales ſumptus, quos pater propria fecit manu; B nam fuit propriè donatio facta filio de aliquibus bonis ſibi ſeruandis. Ergo nõ tenetur eos in ſua legitima cõputare. Et patet, quia ſi pater prodiga ſua manu tales exceſſiuos ſumptus in vita feciſſet cũ extraneis, extranei, vt videtur, nõ tenerentur has impenſas in ſuam gratiam gratis collatas eius hæredibus reſtituere: ergo neq; iſte filius, cum quo pater propria manu exceſſiuè expendit, illum C exceſſum non tenebitur fratribus co hæredibus reſtituere.

Si iſte filius tẽpore diuiſionis hęreditatis paternę habeat illa pretioſa vt equos, veſtes valde pretioſas, tenetur talia bona adducere ad cumulũ partitionis, qa poſt mortẽ patris omnia ſunt communia, niſi pater aliter diſpoſuerit, dum viueret, & non conſtat patrem illa bona voluiſſe donare.

D Vltimò dicitur, quod filius nõ tenetur in cumulum adducere ea, quę remunerationis cauſa pater illi donauit, ob eius laborem, & induſtriã, qua ſubſtantiam paternam adauxit, quam contuliſſet ſic inſeruienti extraneo. Multa alia ibi ſcripta ſunt ad legem ciuilem pertinentia, quę hic noluimus referre, breuitati ſemper atten-

attendentes, præſertim, quæ propriè ad confeſſarium iure non attinent. Hæc pauca ſcribere voluimus, vt cõfeſſarius aliquatenus attingat in hac materia eſſe conſulendum legis peritos, quorum eſt huiuſmodi materias alios docere. Hæc ex ipſo Lopez ibidem c. 21. ſecundæ par.

112. *Quæritur, an filius non emancipatus teneatur ad cumulum aliorum fratrum conferre quicquid pater ei contulit, poſt mortem patris?*

RESpõdetur ex Nauar. c. 27. nu. 156. in Man. quod libri, & aliæ res, quas pro ſtudio recepit, ſi tẽpore mortis patris non erat ad Doctoratus gradum promotus, vel ſacris initiatus, vel inſtitutus aduocatus, tenetur in cõmuni poſſidere; nam ſi tempore donationis librorum erat iam Doctor, vel aduocatus acquiruntur ei, quaſi Caſtrenſe, nec poterit ſic donatum reuocari, quaſi donatio ſit in continenti valida; vnde non cõmunicabũtur. Pręterea ſi filius familias pecuniam datam à patre pro emendis libris conſumpſit cum meretricibus, vel ludẽdo, vel huiuſmodi, poſt mortem patris cõputabitur ei in ſuã partem. Præterea, ſi filius inceperit de mãdato patris, viuente patre, ſtudere, patre mortuo ſi ſtudium cõplere voluerit, vel Doctorari, faciet de ſuo, niſi pater aliter ordinauerit, ſic ait Bart. & quandò ab extraneis ſibi quicquam donatũ fuerit intuitu patris, in cõi ponitur, ſi aũt intuitu ſui, ipſe eſt dñs; addendum eſt, qđ licet fratres teneantur pro ſua parte debita honeſta, quæ ſuperſtite patre ſtudendo ſuus frater in ſtudio cõtraxit, poſt obitum tñ patris ſi in ſtudio velit perſeuerare ſua legitima id faciet tm. Pręterea qđ pater expendit in filiorum, vel filiarum nuptijs, talis filius, vel filia in ſuę legitimę ſorte tenetur computare, cũ id animo repetendi fecerit pater, ſecus ſi id feciſſet cũ aĩo non repetendi, ſed donandi. Quod ſi de animo, quo tales expẽſas fecerit, ambigitur, tunc hoc ſtãte dubio ſcđm leges aĩo non repetẽdi eas feciſſe pręſumitur. Similiter mulier, quod accepit tpe nuptiarum, vt ſunt veſtes, ornamẽta, iocalia, torques aureos, & huiuſmodi computanda veniunt in legitima ſibi debita a patre, niſi pater in ſuo teſtamento ſignificauerit illa filiæ donaſſe, neq; veſtes lugubres, quia vxoris ſunt: Item qđ cõſanguinei mariti ipſi offerant pertinet ad eum, & ad vxorem, quę conſanguinei vxoris ei dãt. De donatione verò inter virũ, & vxorem, & inter patrẽ, & filium non emancipatũ, an valida ſit, necne, qa hęc materia lõgior eſt, hic eã tractare noluimus, eò maximè, quia pertinet ad ciuilẽ legẽ, ſed ſi ſummariè optes videre, legas hic noſtrũ Lopez in 2. par. eius Inſtructor. c. 22. Hęc omnia ipſe Lopez elicit à Bartolo, Silueſtr. Nauarro, & ibidem loca notat.

113. *Quæritur de his, quæ ſunt in bulla cęna Domini contenta, an per capitulum in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. quod incipit: Liceat Epiſcopis; poſſit epiſcopus in occultis abſoluere, & diſpenſare, vt ibi facultas datur?*

REſpondemus, qđ licet Epiſcopi hodie ex prædicto decreto Cõc. Trid.

Digitized by Google

Trid. poſſint abſoluere ab omni excommunicatione, & ab omnibus caſibus occultis, etiam Sedi Apoſt. reſeruatis, in foro tamen conſcientiæ tantum. Nō tamen poſſunt vllo modo abſoluere à caſibus contentis in Bulla cęnę Domini propter magnas obſtantias, quas ponit dicta bulla in fine. Vnde id, quod ſupra recitauimus, videlicet, quod epiſcopi in hęreſis crimine poſſint per ſeipſos, nō autem per vicarios abſoluere. Non habet amplius locum propter dictā Bullam cęnæ: & ratio eſt, quia dicta bulla non ſolum eſt pagina excōmunicationis, & extenſionis, ſed etiam reuocationis, & innouationis, prout ibi in calce ipſius, Papa inſinuat. At in dicta bulla ſit mentio de reuocatione cuiuſuis Concilij generalis, quoad illos proceſſus ibi contentos, igitur vigore Cōc. Trid. epiſcopi nō poſſūt ab huiuſmodi abſoluere, quę in dicta bulla continentur, prout ēt annotauit Frāciſcus à Toledo Theologus ſacræ pœnitentiariæ. Ex quibus verbis quāuis regulares, per ſua priuilegia, puta Sixti IV. & Iulij II. obtinuerint ſe poſſę abſolui à ſuis ſuperioribus ab omnibus caſibus etiā contentis in bulla cęnæ Domini, & hoc perpetuò, exceptis quatuor, vel quinque caſibus. Et item, quod per dictam bullam nunquam intelligatur reuocatum tale priuilegium: tamen nunc, re vera, non poſſunt ex vi huiuſmodi priuilegiorum abſolui à caſibus in dicta bulla contentis. Nā ſi per dictam bullam prout Pius V. & Gregor. XIII. declarauit, & Franciſcus à Toledo prę fatus ſcribendo ſenſit priuilegiū cōceſſum epiſcopis

A ſeſſ. prædicta Conc. Trid. quantū ad id, quod concernit bullā in cęna Domini, per eandem bullā reuocatum eſt: Multo magis præfatum priuilegium regularium erit reuocatū, cum ibi Papa magis alia priuilegia reuocari intendat, quam in Conc. Trid. expreſsè contenta: vt quidam Doct. bene notat. Non eſt dubitandum, quod ſi per dictam bullam reuocatum eſt priuilegium epiſcoporum, B fortiori ratione reuocatum eſt etiam priuilegium regularium. Nam ſi de quo minus videtur ineſſe & ineſt, ergo, de quo magis; ſed quid ſi aliquis regularium protetuiat, dicendo per bullam cęnæ non eſſe reuocata ſua priuilegia, cum in eis cautum ſit, qđ non intelligantur reuocata, niſi de eis de verbo ad verbum fiat mētio. Dicimus quod huiuſmodi clauſula non obſtat, quin intelligantur eorū C priuilegia derogata quoad ea, quę in dicta bulla cęnæ continentur. Nam præcedēs Papa non poteſt ligare manus ſequentis, ergo cum ſequens Papa illa reuocauerit in bulla cœnæ, dicens, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs, etiam ſi de verbo ad verbum debeat de illis fieri mentio: Iā derogata intelliguntur: & ita Silu. verb. Priuil. §. 10. Qđ ſi quis dicat, ſua priuilegia non eſſe derogata D per dicta verba Pontificis, errat: De hac re fuit ēt olim dubitatum apud eoſdē regulares, vt licet videre in cōpēdio priuilegiorū Fratrū Minorū, verb. Abſolutio, quoad Fratres, § 9. Et fuit determinatū, ꝙ priuilegia ſuper hoc aliàs ipſis Regularib. cōceſſa nō tenerent, quo ad caſus cōtētos in bulla cęnę. Vñ collector ipſorū priuilegio-

legiorũ cõſuluit, q debere Superiores Ordinũ quotãnis accedere ad Papã, & facultatẽ obtinere; vt poſſent, ſuos ſubditos ab his caſib. abſoluere. Verũtñ Regulares diſpẽſari poſſunt per ſuos ſuperiores, ſi irregularitatẽ contraxerint celebrando, cum eſſent excommunicati, vel interdicti, vel ſuſpenſi ex eorum priuilegijs, excepto ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario, vel mutilatione membrorum, vel bigamia. Hæc omnia ſcribit Franciſcus à Toledo Cardinalis.

114. *Quæritur circa Bullam Cœnæ Domini quomodo intelligatur, quæ in pluribus quæſitis, ob eius nimiam prolixitatem diuidenda eſt?*

SEd antequam ad ſingulos caſus accedamus, tria ſunt explicanda. Primò agendum eſt, de materia eius Bullæ: Secundò de antiquitate: Tertiò de qualitate excommunicationũ. Quoad primum: Hæc Bulla duo cõtinet. Primò quaſdam excõmunicationes particulares latas in quibuſdã caſibus ſpecialibus, quorum aliqui iam erant ſub excommunicatione in iure: Aliqui nullam habebãt excommunicationem, ſed de nouo prohibentur ſub excommunicatione. Secundò continet reſeruationem excõmunicationum, fit enim in hac bulla reſeruatio abſolutionis à quacunque excõmunicatione harum Sedi Apoſtolicæ. Vnde nota, eſſe differentiam inter excommunicationem reſeruatam Papæ, & excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini. Sunt enim multæ excommunicationes reſeruatæ

A Pontifici à iure, ſed non in cœna Domini. Verum eſt, quod omnis excommunicatio, quæ eſt in cœna Domini, eſt papalis; Hinc eſt quod quando in Iubilæis conceditur facultas abſoluẽdi ab excommunicatione, exceptis his, quæ ſunt in cœna Domini, per huiuſmodi conceſſionem, poteſt cõfeſſarius abſoluere à quacunque Papali excommunicatione à iure. Quoad ſecundum, non videtur valde antiqua Bulla iſta. Videtur autem
B incepiſſe tempore Martini Quinti in Cõcil. Conſtan. 1420. Quoad tertium, nota quod duplex eſt genus excommunicationis, videlicet à iure, & ab homine. A iure eſt, quæ continetur à canone, vel ſtatuto aliquo Eccleſiaſtico, cuiuſmodi ſunt in Concilijs, & decretis, &c. Ab homine eſt, quæ à Iudice per aliquam ſententiam fertur. Eſt autem differentia inter huiuſ
C modi excommunicationes, quia excommunicatio à iure manet, etiam mortuo cõditore. Quæ autem ab homine, perit, mortuo illo, qui fulminauit illam, vel depoſito ab officio. Si iſtæ excommunicationes Bullæ Cœnæ Domini ſint à iure, ligant etiam ſede vacante, quia manet mortuo cõditore. Si verò ſunt ab homine, ſede vacante non ligant. Soto lib. 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. tenet eſſe ab homi
D ne. Idem Nauar. cap. 27. num. 54. & ita eſt, non ligat eos, qui ſede vacante incidunt, ſed qui ante inciderunt manent ligati. Et qui ſede vacante peccat, vel nullam incurrit, vel excõmunicationem à iure. Præterea excõmunicationes à iure non renouantur, iſtæ autem ſingulis annis renouãtur, & immutantur, ergo non videntur

tur eſſe à iure. Quamuis Nauar. cap. 27. num. 74. dicat, quod Bulla Cęnæ Domini Greg. XIII. ſit de iure, quia ille voluit non finiri morte ſua.

115. *Quęritur circa primam excommunicationem in Bulla cęna Domini, quot genera perſonarum comprehendat: & quæ neceſſaria ſint, vt quis iuſtè hæreticus dicatur?*

RESpondetur, quod prima excommunicatio fulminatur cõtra decem genera perſonarum, Hæreticos, Sciſmaticos, Hęreticis credentes, ipſorũ receptatores, & fautores, & defenſores, libros hæreticorum ſcienter quomodolibet legentes, in domibus ſuis retinentes, imprimentes, defendentes quolibet colore, vel ingenio quauis cauſa publicè, vel occultè. Hoc ſuppoſito, explicandum eſt qui ſint hæretici, ſciſmatici, &c. Sed prius hoc eſt, aduertẽdum, quod duo ſunt neceſſaria, vt homo dicatur hæreticus, ſuppoſito qđ ſit baptizatus. Primum eſt vt habeat errorẽ contra fidem Catholicam, id eſt, diſſentiat ijs, quæ fides docet, vel non aſſentiat, ijſdem, vel aſſentiat contrarijs. Secundum eſt pertinacia; eſt autem pertinacia, quando homo affirmat, id quod ſcit eſſe contra Eccleſiam, vel contra ſcripturam, vel contra concilium, vel cõtra principium fidei, & adhuc perſeuerat. Vnde qui ex ignorantia tenet aliquid contra fidem, licet peccet mortaliter, quãdo ignorantia eſt craſſa, tamen non cenſetur hæreticus, nec excommunicatus, licet Soto in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. teneat contrarium. Non ſolum autẽ

A eſt hæreticus, qui errat pertinaciter, ſe etiam qui dubitat pertinaciter cõtra fidem. Ille verò dubitat pertinaciter, qui cũ ſciat aliquid eſſe ab Eccleſia diffinitum adhuc deliberato animo dubitat, iſte talis cenſetur hæreticus. c. 1. de Hæreticis. Vbi dicitur. Dubius in fide, infidelis eſt, & c. 1. de ſumma Trini. cenſetur hæreticus, qui dubitat animam eſſe immortalem, & eſſe formam corporis. Nota

B quod hæreticus ſe habet dupliciter. Vno modo interius non explicãdo quicquam exterius: Alio modo interius, & exterius ſimul.

116. *Quæritur de Hæretics, qui interius tantum ſunt hæretici, vel exterius ſimul quomodo intelligatur?*

RESpondetur ſuppoſitis, quæ in præcedenti quæſito dicta ſunt,

C dicendum eſt per concluſiones.

Prima hæc eſt, quod hęretici tantum interius non incurrunt excommunicationem, ideo poſſunt abſolui à quocunque confeſſario. Ita tenet cõis ſnia, & S. Thom. 2. 2. q. 91. ar. 4. vbi dicit, quod non poteſt Eccleſia circa actus purè internos aliquid pręcipere, vel punire. Quod in particu-

D lari de Hæretico tenet S. Anton. 3. p. tit. 25. c. 4. & Caiet. verbo, hæreſis, & multi alij.

Secũda cõcluſio, poteſt eſſe quod in foro interiori non incurrit excõmunicationem hæreticus exterior tãtum, ſine hęreſi interiori. Hæc concluſio eſt contra Caieta. 2. 2. q. 94. ar. 1. qui tenet contrarium, ſed concluſio eſt vera, & tenenda. Ita S. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 5. Tabien. verbo, Hæreſis,

Digitized by Google

hæreſis, nu. 2. & Silueſ. ver. hæreſis, A 1. §. 9. v. g. ſit homo, qui metu aliquod fecit actum hæreticum, ſed interius eſt Catholicus, poteſt eſſe, quod iſte non ſit excommunicatus apud Deũ, quamuis in foro exteriori cenſebitur hæreticus, & excommunicatus.

Tertia concluſio. Hæretici, qui verè ſunt hæretici, & aliquo exteriori ſigno hæreſim manifeſtarunt, etiam occulto, & ſecretiſſimo ſunt excommunicati. Hæc concluſio eſt Caieta. B verbo, hæreſis. Silue. ver. excommu. 7. gloſ. 24. q. 1. cano. Acatius. 1. Paludan. in 4. d. 13. q. 3. v. g. ſi quis exprimat ſcripto ſuam hæreſim, & ſtatim rumpat cartam: vel ſi exprimat verbo, vel omiſſione alicuius exterioris, quod debet facere, & ex errore omittit, quamuis ſit occultiſſimum, incurrit excommunicationẽ, quia eſt verè hęreticus, & canon ligat hæreticos quoſcunque ligare poteſt, ſed hos po C teſt ligare Eccleſia, ergo ligat. Nam mentales hæreticos non poteſt, vt dictum eſt ex Diuo Thoma. Probatur minor, quia Eccleſia habet poteſtatem ſuper actus exteriores, etiam occultos. Vnde homicida etiam occultiſſimus eſt irregularis. Notandum eſt hic, quod licet excommunicentur hæretici, & aliquorum ſectæ exprimantur, non tamen ob id ſunt nominatim excommunicati, quouſque D ab Eccleſia declarentur tales, & propterea non tenentur eos vitare, quãuis maximè debemus vitare hæreticos, propter periculum peruerſionis, cum probabiliter imminet, quia ſermo eorum ſerpit, vt cancer.

117. *Quæritur circa ſecundum genus perſonarum, quæ in hac prima excommunicatione Bullæ continentur, videlicet Schiſmaticorum, qui ſint iſti?*

Reſpondetur. Schiſmatici dicuntur à ſchiſmate. Schiſma eſt peccatum contra charitatem, & eſt ſeparatio rebellis ab Eccleſiæ capite. Duo requiruntur neceſſaria ad peccatum ſchiſmatis.

Primò vt ſeparetur homo à Vicario Chriſti Summo Pontifice per inobedientiam, quia non vult illi parere.

Secundò, vt ſit cum rebellione, id eſt, non recognoſcendo eum pro paſtore, & capite. Hæc duo faciunt ſchiſmaticum. Multi enim nolunt obedire, ſed tamen recognoſcunt illum. Schiſma aliquando eſt cum hæreſi coniunctum, aliquando ſine illa. Tunc eſt cum hæreſi, quando homo non vult recognoſcere Pontificem pro Vicario Chriſti, & ita credit. Quando autem non vult recognoſcere ex animi paſſione, eſt purum ſchiſma ſine hæreſi. Verum eſt, quod ferè ſemper ſchiſmatici ſunt hęretici: Nam hæreſis eſt pallium ſchiſmatis, ſed nihilominus ſchiſmatici ſunt excommunicati in iſto caſu, licet non ſint hæretici, ſed tantum quando exterius exprimunt ſuum ſchiſma, vel verbis, vel factis, vel aliquo ſigno exteriori. Iſti ſchiſmatici in alijs Bullis antecedentibus non continebantur, ſed ad præſens, ſemper continentur.

Digitized by Google

118. *Quæritur de alijs quibuſdam generibus perſonarum in Bulla cōtentis: videlicet, credentes hęreticis, defendentes, et fauentes: quomodo intelligatur?*

A Reſpondetur primò quantū ad eis credentes. Siluef. Hęreſis. 1. §. 7. ait, quod hi ſunt, qui errorem expreſsè, & explicitè non habent, ſed implicitè. Ponit exemplum Palud. 4. ſent. diſtin. 3. q. 3 Cum quis dicit, velle mori in fide Gulielmi habētis multos errores, quorū ipſe nullum ſcit in particulari, qui quidē Gulielmus eſt hæreticus. Vnde ſic inter Catholicos, ruſtici implicitè tenent fidem, credētes, quod credit Eccleſia. Credentes hæreticorum excommunicati ſunt, quando errorem implicitum exterius exprimunt, vt dicētes. Caluinum fuiſſe virum bonū, ſe velle mori in fide illius. Et Caiet. in ſummula, in excommunic 45. hęc verba ait: Quod credētes hæreticorum vocantur, qui illis hæreticis ita adhærent, vt quamuis neſciant quid illi credant: Deliberato tamen cōſenſu credunt, quod illi hęretici credunt, ſeu docent quantumcunque contrarium teneat, & doceat Eccleſia. Ita quod non inhæreant illis, ſalua Eccleſiæ doctrina: ſed plus credunt illis, quam Apoſt. Sedis diffinitioni, circa ea, quæ ſunt fidei.

B Qui autem ſint hæreticorum defenſores explicat Arch. in c. quicunque, de hęret. in 6. & Silueſt. verbo, Hæreſis, 1. §. 10. & ſunt qui viribus, aut potentia defendunt hæreticos, ne veniant in manus Iudicum inueſtigandi, capiendi, & examinandi. Sunt etiam aduocati, qui patrociniū prçſtant eis, cū ſciant eſſe hęreticos, & hoc in cauſa hęreſis, quia in alijs cauſis poſſunt. Iudex autem, Aduocatus, Procurator, Notarius, & teſtes iſti defendentes, & cum licentia Inquiſitoris, benè faciunt.

Similiter fautores eorum hęreticorum qui ſint, explicant Arch. Silueſt. & Palud. ibi vt ſupra fauent omiſſione, qui Iudices ſunt, & ex officio ad eos pertinet, & ad hoc ſunt negligentes, non cōprehendendo, non incarcerando, cum poſſint. Et qui ex officio, vel iuramento tenentur accuſare hęreticos, & nō accuſant, etiam ſi ſint hoīes priuati, & ſic incidunt iſti in hunc canonem. Alij verò qui ſolum ex charitate tenentur, non incidunt, ſed peccant. Fautores hæreticorum etiam ſunt qui fauent verbis, vel factis in cauſa hęreſis. Verbis. Vt ſi dicūt: Iſti iniuſtè ſunt condemnati. Inquiſitores non benè procedunt contra iſtos, &c. Factis autem fauēt, vt ſi miniſtrēt eis alimoniam, vel pecuniam, vel arma, quibus ipſi iuuentur ad ſuam liberationem.

C

119. *Quæritur quantum ad receptatores hæreticorum, quomodo intelligatur, vt quis acceptando, in hunc canonem Bullæ incidat?*

D Reſpōdetur, quod receptatores, qui in domibus ſuis, vel in alio loco recipiunt hæreticos, vt occultent eos, ne veniant in manibus iudicum. ita habet Arch. Silueſt. vt ſupra, non autem quando recipiunt cauſa hoſpitij. Ita etiam Caiet. verbo, Excommunicatio. c. 1. ait: Receptatores, fautores, defenſores eſſe il-

los,

los,qui defendunt hæreticos formaliter,vt hereticos, l.2.de Receptatoribus, in ff.habet,conſanguineos,& affines occultantes latronem nō eſſe abſoluendos, ſed verè puniendos. Vide quomodo dicuntur receptatores, etiamſi non receptant propter furtum, qui conſanguineus non recipit furem,quia fur eſt, ſed quia cōſanguineus: quia tamē illa receptio eſt in fauorem furti,& eius occultationem, cenſetur receptator, ſic in pręſenti. Et quamuis receptator apud Grammaticos intelligatur qui frequenter recipit,tamen in canone non ita ſumitur,ſed ſatis eſt,ſi ſemel recipiatur. Sed colligitur in Didaco Perez, illum receptatorem dici, qui frequenter hæreticum recipit. Veruntamen nos primus credimus,videlicet, quod ſufficiat ſemel receptaſſe. Quidam verò Doctor ex Nauar.& ex Perez elicit,cum multis alijs, quod ſi quis parentem, filium, & vxorem occultet, vel faueat,vt fugiat, ne comprehendatur ab Inquiſitore, licèt aliquando peccet, non videtur incurrere hanc excōmunicationē, quia hic reputatur vna perſona ſecum.

120. *Quæritur de his, qui libros hæreticorum legunt, tenent, imprimunt, ſeu defendentes quomodo omnia hęc in iſta Bulla intelligantur?*

RESpondetur in primis vnū verbum, & hoc eſt, eſſe neceſſariū in legentibus libros hæreticorum ad incurrendam iſtam ecommunicationem, ſicut in fautoribus, nempe, vt ſcienter id faciant, id eſt, vt ſciant libros eſſe hęreticorum, & nihilominus ipſos legant.

Libri verò hæreticorum ſunt in duplici differentia, quidā continent hereſes, quidam doctrinam extraneam. Rurſus,quidā legunt ex profeſſo, quidam verò vnam vel alteram lineam. Rurſus quidam propter hereſim,vt ſciant: alij propter alias rationes. Iſti excommunicantur, & hoc ſignificat, quando dicitur, quomodolibet legentes. Hic tamen aduertendum eſt aliud eſſe legere libros hęreticorum, aliud libros prohibitos legere.Multi enim ſunt prohibiti,qui non ſunt hęreticorum, & qui legunt libros hęreticorum, ſunt excommunicati hac excommunicatione.Legentes verò libros prohibitos,qui non ſunt hęreticorum, licet mortaliter peccent,quia contra præceptum in indice, vel Catalogo expreſſum, non tamen ſunt excommunicati hac excōmunicatione.Quando tamen libri prohibiti ſunt propter aliquos errores,vel errorum ſuſpitionem, legentes eos, excommunicati ſunt alia excommunicatione, licet eorum auctores non ſint heretici,vt patet in Indice. Reliqua perſonarum genera non indigent expoſitione, ſcilicet, libros hæreticorum in domibus ſuis retinentes, imprimentes,eos quomodolibet defendentes, ſi hoc fiat ſcienter, ſunt excommunicati, & ideo defendentes libros hęreticorum, ne ab Inquiſitoribus capiantur, & comburantur, ſunt excommunicati, ut ſupra diximus de defenſoribus hęreticorum. Similiter qui verbis eos laudant affirmando non eſſe comburendos,

& ſimilia. D. Martinus Alfonſus Vitualtus in ſua ſumma ait illum, qui legerit parum, id eſt, vnam pagellã talis libri damnati non eſſe excommunicatum propter paruitatem rei. Cui aſſertioni fortè non ſubſcribere mus, quia in vna pagella multa contineri poſſunt, vt quis ſubuertetur. Placet referre hoc loco quæ Nauar. dicit ſuper hanc Bullam in Cœna Domini. Ait enim quod hęretici tantum mentales, vt aliàs diximus, non incurrunt hanc cenſuram, neque aliam à iure humano latam; quales tamen non ſunt ij, qui hæreſim prompſerunt verbo, vel ſcripto, vel nutu, & ſigno verbis ęquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiente prompſerint, quia ſufficit ſua natura, eſſe probabile, licet cõtingat probari nõ poſſe ad hoc, vt includatur, ſub poteſtate, & iuriſdictione humana, & pęnis eius. Præterea dico, quod in foro interiori non ſufficit hæreſis exterior ſine mẽtali. Pręterea dico, quod qui habet, vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiam deſumpta ad verbum ex libris eorum, non incurrit hanc excommunicationem, quia non ſunt libri hæreticorum, etiam ſi principaliter legeret illos ad ſciendum dicta, & rationes eorum. Sicut etiam non incideret audiendo eadem verba per alium. Neque eadem ratione qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum, licet iſte incidere poſſet in cenſuram indicis librorum Pij Tertij. Hęc ille.

A 121. *Quæritur de excommunicatione Bullæ in pyratas, quæ requirantur, vt incidant in cenſuram hanc, & qui propriè pyratæ appellantur?*

Reſpondetur, quod in hac excõmunicatione ſecunda cõprehenduntur Pyratæ, Curſarij, & Latrunculi marini, illi pręſertim, qui a Monte Argentario, vſque ad Terracinam diſcurrunt deprędantes, mutilãtes, B interficientes, ſuis bonis ſpoliantes, eos, qui nauigant. Similiter excommunicãtur qui hos receptant, aut eis auxilium, aut fauorem præſtant.

Circa hoc nomen, Pyratæ, multi diuerſa dicunt, ſed breuibus dico, cũ hoc Auctore, quod puto ſub nomine latrunculorum, Pyratæ etiã comprehendantur. Vnde quicunque deprędãtur in mari, bello non indicto, comprehenduntur ſub iſta excom- C municatione, ſiue in verbo, Pyrata, ſiue in verbo latrunculus. Nec admitto quod ait Silueſt. Idem eſſe pyratam, & latrunculum. Nam latrunculi dicuntur quicunque deprędantur in mari, bello nõ indicto, ſiue id contra vnam nationem, ſiue multas. Et optimè Caieta. ait, verbo, excommunicatio, cap. 18. Omne genus latrunculorum comprehendi in iſto canone. Vnde quãuis pyrata, qui in D mari verſatur, ingrediatur flumen aliquod, & ibi deprędetur, cenſetur latrunculus maritimus, & eſt excommunicatus, ſicut deprędãtes in ſolis fluminibus. Cætera de receptatoribus, auxilium dãtibus, vel fauorem, intelligenda ſunt verba dicta in prima excõicatione, & ablatum eſt verbum: Conſiliũ: q̃d antea ponebatur,

quia

Digitized by Google

quia comprehenditur ſub auxilio. Notandum quod Pyratæ nõ ſtatim ac mare incipiunt diſcurrere, incurrunt hanc excommunicationem, vt bene ait Caiet. verbo, Excommunic. c. 18. Sed eſt neceſſaria vna harum trium actionum, ſ. deprędari, mutilare, interficere, vel expoliare, cum primum, aut vel ſemel aliquid horũ faciunt, excommunicati ſunt. Et procedunt hęc, de ſpoliantibus Chriſtianos, non infideles.

122. *Quæritur de quarta excommunicatione bullę, circa imponentes noua pedagia in terris ſuis, & prohibita exigentes: quid ſint iſta pedagia, & qui imponant?*

Reſpondetur ex Gl. c. ſuper quibuſdam. De verb. ſignif. Et ex Doctoribus. Pedagium vocatur tributum, quod accipitur pro inuectis mercibus, & pro viri tranſitu, quando pontes eriguntur, & vię aptãtur, ad differentiam guidagij, quod ducatu, vięque ſecuritate ſoluitur, quãuis pedagium etiam extendatur abſoluté vt comprehendat gabellas, & guidagia, & quodcunque tributum impoſitum in mercimonijs, & ſic ſumitur in pręſenti, l. pro quauis gabella impoſita pro inuectione merciũ, venditione, vel emptione rerum, vel tranſitu, vel ducatu, vel alia quacunque cauſa. Pedagia triplici ex cauſa iniuſta eſſe poſſunt: vno modo intelligi poſſunt ratione perſonarũ, quibus imponũtur. Non enim licet perſonis Eccleſiaſticis tributa imponere, ſine licentia Pontificis: & impoſita abſq; licentia, dicuntur iniuſta, A vt habetur cap. Clericis, de immuni. Eccle. in ſexto. Imponentes ergo huiuſmodi tributa perſonis Eccleſiaſticis, ſine auctoritate Sedis Apoſtolicę, licet nõ incurrãt hanc excõicationem, incurrũt tamen aliam inferius contentam, vt ibi dicetur. Secundò, ſunt iniuſta ex parte cauſæ, vt ſi cauſa ſit iniuſta, inſufficiens, vel nulla, & modus, ac menſura non ſeruetur. Imponentes autem huiuſmodi gabellas non excommunicãtur in hac B excommunicatione, quamuis exiſtimauerint contrarium Ang. & Tab. verbo, pedag. Dicentes excommunicari hac excommunicatione qui iniuſtas gabellas imponunt ex parte cauſę, ſed decipiuntur, non enim excommunicantur qui iniuſtas gabellas imponunt ex parte cauſę, ſed qui nouas. Tertiò ſunt iniuſta ex parte perſonę imponentis, non enim licet C quibuſcunque imponere ſuis terris noua pedagia, aut gabellas: illi ergo qui non habentes hanc auctoritaté imponendi gabellas, imponunt etiam iuſtas gabellas, ex parte cauſæ exommunicantur hac excommunicatione.

123. *Quæritur, qui ſint illi, quibus inſit auctoritas imponendi gabellas?*

D Reſpondetur, tria genera perſonarum poſſe imponere gabellas, vt habetur in capit. ſuper quibuſdam, de verborum ſignif. & cap. innouamus, de cenſib. Primo Imperator, vt habetur in l. vectigalia, ff. de pub. Sedò Reges non tm̃ Romanorũ, ſed quicunq; Rex, vt hẽt Inn.

Digitized by Google

cap. ſuper quib. Tertiò, Concil. gen. A
& à fortiori Papa in terris ſuis. Quar
tò, conſuetudo antiqua, de qua non
extat hominum memoria. Probat pe
dagia eſſe licita. Probatur per cap. ci
tata. Et etiam ciuitates Italiæ, & ſi-
miles, quę habent mixtum imperiũ,
poſſe imponere noua pedagia, vt Ve
neti, Genueſes, Dux Flore. &c. Ciui
tates verò, quæ non habent imperiũ
ſed ſunt ſine principe, non poſſunt.
Iſta habentur cap. vectigalia noua. B
Hinc eſt, q᷑ Duces, Comites, Mar-
chiones, Barones, & Domini, qui nõ
habent imperium, ſed ſub alterius
ſunt iuriſdictione, ſine licẽtia Sedis
Apoſtolicæ, aut Imperialis, aut Re-
gis imponentes vectigalia, aut peda
gia, ſunt excommunicati excommu
nicatione iſta. Augere aũt antiquas
gabellas; ſine licentia, incidunt ſe-
cundum Silueſt. verbo, Gabella, 3. §.
7. Ratio eſt, quia illic virtualis eſt in C
ſtitutio nouæ gabellæ. Eſt quidem
augumẽtum precedẽtis, ſed tota ga-
bella eſt noua, quoniam ex alteratio
ne, & augumento, nouum tributum
reſultat, & eſt ibi noua impoſitio.

Præterea exigere huiuſmodi ga-
bellas prohibitas à ſponte ſoluenti-
bus, excõmunicantur iſti exactores,
cùm ſine auctoritate impoſitæ ſunt.
Vnde in ſecũda parte huius excom-
municationis dicit; & prohibita exi D
gunt. Ex his ergo verbis clarè patet,
quod incidunt, licet illi ſoluentes
ſpõte ſoluãt. Sed valde eſt notandũ,
quod eſt diſcrimen inter clericos, &
ſæculares. Exigentes enim has ga-
bellas iniunctas à ſæcularibus ſpon-
te ſoluentibus, non ſunt excommu-
nicati, ita habet Silueſt. verb. excom
municat. 7. §. 54. Exigentes autem à
clericis, etiam ſponte dantibus, ſunt
excommunicati; quãdo gabellę ſunt
ſine auctoritate Pontificis poſitę, vt
expreſsè habetur in alia excommu-
nicatione inferius.

124. *Quæritur in quarta excommu. Bullæ, quæ contineantur, & quæ dicantur propriè literæ Apoſtolicæ. Et quare dicitur in hac excommunic. extendi cap. ad falſariorum, de crim. falſ. cum omnibus pœnis ibi contentis?*

RESpondetur, quod hæc quarta
excom. fertur cõtra quatuor gene
ra perſonarum: primò contra fal-
ſarios literarum Apoſtolicarum. Se-
cundò contra falſarios ſupplicatio-
num, gratiam, vel iuſtitiam concer-
nentium ſignatarum, per Romanũ
Pontificem, aut Vicecancellarium,
aut gerentes vices illorum. Tertiò,
contra ſignãtes eaſdem ſupplicatio
nes, nomine Pontificis Romani, vel
Vicecancellarij, vel gerentis locum
ipſorum. Quartò, contra falſificãtes,
vel mutãtes ſupplicationes, per Ro-
manum Pontificem ſignatas, & da-
tas ſine licentia ipſius, vel eius data-
rij. Ad primum dico, literas Apoſto-
licas eſſe illas, quæ nomine ſummi
Pontificis expediuntur, ſicut Bullæ
Plũbatæ, & Breuia Apoſtolica. Vn-
de inquit Palud. in 4. diſt. 18. q. 2. ar.
3. Non ſunt literæ Apoſtolicæ, literę
pœnitentiariæ, quia expediuntur no
mine pęnitentiarij. Rurſus Legati
Apoſtolici literę non cenſentur lite-
rę Apoſtolicę, & conſequenter neq;
Nuntij Apoſtolici, & multo minus
alicuius prælatorũ, vel Epiſcoporũ,

quia non expediuntur nomine Sum- A mi Pontificis, ſed nomine aliorum. Vnde has literas falſificantes nō incurrunt hanc excommunicationem. Ad ſecundum pro ſolutione nota in d.c. excommunicari primo falſificantes per ſe, vel per alios literas Apoſtolicas. Secundo vtentes literis Apoſtolicis falſis ſcienter, intellige, ſi Laici ſint, vt optimè ibi Panor. inquit contra Hoſtien. Tertiò impetrantes literas falſas, etiam ſi Laici ſint: ſed non B cenſentur impetrantes literas falſas, qui impetrant literas per falſi ſuggeſtionem, vel ſupprimendo veritatē, vt notat Sylueſt. verb. excom. 7. §. 9. Quia tales literæ in ſe verę ſunt, vt à Pontifice conceduntur, immò nec cēſentur impetrantes literas falſas, qui ſub nomine alieno impetrant pro ſe literas. Nam in his caſibus literæ nō dicuntur falſæ, ſed illi cenſentur, qui alijs obtinēt literas falſificatas, poſt- C quam emiſſæ ſunt de manu Pontificis. Hij ergo ipſo facto excommunicantur ibi. Vltimò excommunicantur defenſores, & fautores falſariorum. Illa tamen excommunicatio nō eſt reſeruata, ſed ab ordinario pōt abſolui. Rurſus apponitur pœna. Nam ſi Clerici ſunt, & per alios falſificāt, priuandi ſunt omnibus beneficijs: ſi per ſe falſificauerint, vltra priuatio- D nem, ſunt degradandi, & tradendi brachio ſeculari, vt pęnis afficiantur legitimis. Excommunicatio ergo hęc Bullæ Cœnæ Domini eſt ſtrictior illis, in quantum non comprehendit vtentes, nec impetrantes, nec fautores, vel defenſores falſariorum, nec falſificantes per alios. Eſt tamen ex alia parte latior, in quantum recip.

illud c. Ad falſariorum comprehendit tantum falſarios literarum Apoſtolicarum. Hæc verò excommunicatio comprehendit etiam falſarios ſupplicationum, & ſignātes eaſdem nomine Pontificis. Hæc omnia genera falſariorum priuanda ſunt beneficijs, ſicut falſificantes literas Apoſtolicas. Ideo enim dicitur extendi cap. ad falſar. cū omnibus pœnis contentis in eo.

125. Quæritur an incidant in hāc excommunicationem Bullæ, qui in literis Apoſt. corrigunt vnam litteram, vel errorem in grammatica, vel addunt, vel minuunt aliquid ſenſum non mutantē?

Reſpondetur variam opinionem eſſe inter Doct. Relictis verò diſputationibus, opinioni Riccardi 4. dist. 18. q. 3. art. 12. & S. Anton. p. 2. titu. 24. caſu 16. & aliorum, videtur eſſe adhærendum. Nempè huiuſmodi correctorem non eſſe excommunicatum, niſi mutet ſenſum, ita vt ex inualidis, literæ fiant inualidæ, vel ex validis validiores: & ita tenendum eſt. Ratio eſt. Quia modo in Bulla Cœnæ, immò multis iam annis retro non eſt poſitum illud verbum. Excommunicamus eos, qui mutant punctum, aut litteram, ſicut olim ponebatur, proptereà tunc dabatur illa facultas Summo Pœnitentiario, & tunc erat verior prior ſententia, modo verò non ponitur illud verbum. Sed fortè dices. Sunt etiam falſarij. Reſpondetur. Nequaquam, quia tunc etiam mutantes punctum in ſupplicationibus, inciderent in

excommunicationem, quod omnes negant, & tamen ſi falſarij eſſent, inciderent. Secundo probatur in cap. ex conſcientia, de Crimine falſi, vbi habetur, quod per raſuram Bullæ in non ſuſpecto, non cenſetur falſa: ergo nec cenſetur falſarius qui literam radit, ſenſu non mutato. Et qui contradicunt, intelligendi ſunt quando ſenſus mutatur ex illa correctione.

Poſſet quis hic quærere, an habentes literas Apoſtolicas falſas, & illis non vtentes, incurrant hanc excommunicat. Reſpondetur, quod nec incurrit hanc, nec aliam, ſi tamen intra viginti dies, poſtquam ſciuerint eas eſſe falſas non lacerauerint, vel reſignauerint, ſunt excommunicandi per Ordinarium, & ſemel excommunicati non poſſunt abſolui, niſi à Papa. Ita habetur cap. Durante, de Crimine falſi. In quo cap. excommunicati ipſo iure, qui literas Apoſtolicas accipiunt ab alio, quam à manibus Papæ, vel Officialium, & Bullatorum, niſi ſint Magnates, qui per internuntium poſſunt accipere quod de exiſtentibus in curia intelligunt. Ioan. Andr. & Doctor. Sed iam non eſt in vſu hæc excommunicatio, vt ibi notat gl. & Panormita. niſi vbi periculum falſitatis timeretur.

A 126. *Quæritur circa quintam excommunicationem Bullæ declaratio, & explicatio multorum dubiorum, inde naſcentium, quæ ſigillatim proponentur?*

HÆc quinta excommunicatio diuiditur in duas partes. In prima excommunicantur tria genera perſonarum. Primò deferentes ad Turcas, & Saracenos, vel quoſcunque Chriſtiani nominis inimicos, equos, arma, armorum materiam, vt ferrum, filum ferri, ſtannum, chalibem, & alia metallorum genera, inſtrumenta bellica, lignamina, funes, materiam funium, aliaque prohibita, quibus infideles prædicti Chriſtianos impugnant. Secundo faciendo certiores huiuſmodi inimicos de rebus, ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ pertinentibus in perniciem, & damnum Chriſtianorum. Tertiò conſilium præſtantes eiſdem in eandem perniciem. In ſecunda parte, reuocantur omnes conceſſiones, & priuilegia Principibus, vel priuatis, ſuper hoc à Sede Apoſtolica conceſſa.

Pro explicatione eſt primum dubium, circa illud verbum. Deferentes arma. An vendentes tantum ſine eo, quod deferant ad terras infidelium comprehendantur in iſto canone, ſicut qui in terris Chriſtianorum venderent ferrum, equos, & reliqua prohibita. Reſpondeo cum Caietan. verbo, excommunicatio, ca 20. quod non. Quia cum hæc materia ſit pœnalis, verba ſunt intelligenda in ſua propria ſignificatione, & præcipuè, & non ampliando.

pliando. Deferre autem dicit motum ad locum, neque eſt idem quod vendere.

Secundum dubium eſt, an qui in vna terra infidelium exiſtens deffert, & ad aliam terram eorundem, cenſetur deferens. Syluest. verbo, excommunicatio. 7. §. 65. reſpondet negatiuè, quia iſte propriè non dicitur deferre ad infideles cum maneat inter illos, & allegant ipſe Syluest. & alij Doctor. declarationem Grego. Noni in extrauagan- ti quod poſtulaſtis. Qui ita declarauit, quam Tabien. dicit eſſe renouatam quantum ad excommunicationem, non quantum ad declarationem.

Tertium dubium eſt, an qui mandat deferre huiuſmodi prohibita dicuntur deferentes. Ita vt incurrant hanc excommunicationem, Syluest. verbo, excommunicat. 7. §. 24. Dicit cum Panor. generaliter, quod cum aliquis actus prohibetur ſub excommunicatione, comprehenditur, & mandans fieri talem actum: & poteſt probari, quia in illo ca. Mulieres. reſpondet Papa in can. Si quis ſuadente diabolo. Comprehendi etiam mandantes percuti, quia qui mandat fieri facere dicitur. His tamen obſtantibus, contrarium eſt tenendum cum Caietan. verbo, excommunicat. quia mandans licet ſit faciens innterpretatiuè, non tamen formaliter: & licet primum ſufficiat ad rationem peccati, non tamen ad rationem pœnæ. Quia in lege pœnali, verba in formali ſignificatione ſunt intelligenda. Non obſtat cap. dicto, quia ibi Pa- A pa declarauit, qui habet authoritatem interpretandi: Ibi autem eſt ampliandа tantum interpretaito, vbi facta eſt, non in alijs caſibus: Nam ſi mandans ſuperincluderetur in faciente non eſſet neceſſarium exprimere in Bulla, & tamen mandans, aliquando exprimitur, aliquando non.

B 127. *Quæritur an Hæretici comprehendantur in hac cenſura. Et quid per arma intelligatur, & quæ dicantur liguamina?*

Reſpondetur ſecundum quoſdam hæretici non comprehenduntur. Quia non dicuntur Chriſtiani nominis inimici. Vnde in Bulla Gregorij XIII. non nominantur hæretici, ſed in Bulla Sixti V. nominantur tanquam inimici.

C Ad tertium dubium reſpondetur cum Syluеſ. verbo, excomm. 7. §. 59. & communi opinione intelligi tā offenſiua, quam defenſiua. Vt ſunt galeas, gladios, fuſtes, & lapides, dicūtque Doct. ea dici arma, quæ principaliter, & verè inſtituta ſunt ad prælіandum, offendendo, vel defendendo. Vnde cultri ad ſcindendum panem, vel ad ſcindendos calamos, nō ſunt D arma, vt etiam dicit Panormita. cap. Clerici, de vita & honeſt. cleric. Nec alia inſtrumenta in vſum agriculturæ. Poſſunt tamen ſecundum prædictos auctores hæc cenſeri arma ex intentione vtētis. Nā ſi aliqui vellent his vti ad prælіādum, tunc dicerentur armat, ēt cultelli, & alia huiuſmodi, & qui ea deferent ad infideles in hac cenſura includerentur. E con-

tra verò in alijs armis, etiam ſi deſit vtendi intentio ad præliandum cum illis, quæ ea deferret ad infideles incurrit hanc excommunicationem, vt notant Ioann. And. & Pan. c. ita quorundam.

Ad ſextum videlicet, quæ dicãtur lignamina. Simili modo cum Silueſ. reſpondetur ibidem §. 19. intelliguntur ligna, ex quibus poſſunt triremes, naues, vel aliæ machinæ ad impugnandum fieri, & non alia ligna ad comburendum, vel in alios vſus extra bellum, vt patet ex verbo Bullæ, vbi dicitur. Quibus Chriſtianos impugnant. Nauarr. ſupra c. ita quorundam, notab. 7. num. 14. dicit, comprehendi etiam ſub hoc nomine ipſas triremes, & naues iam factas. Quod mihi placet, licet Caieta. verbo excommunicatio, c. 20. ſolam materiam intelligat, quia latius hic ſumitur, quam in dicto cap. vbi dicitur, lignamina galearum, hic verò ſine addito dicitur, lignamina, vt comprehendat materiam, & quæcunque ex ea fiunt. Nauar. ait c. 27. nu. 63. §. 6. prohibitum eſſe, deferre aurum, & argentum in ipſa materia, vel in materia, & moneta ſigillata, & etiam fiſtulas, & tubas. Atque ét Chriſtianis prohibentur deferre merces apud Barbaras nationes, & infideles, non tantum tempore belli, ſed etiam tempore induciarum. Martinus Viualdus ait, deferentem, vel mittentem extra tempus guerræ pannos lineos, vel laneos, quibus vela fieri nequeunt, non incidunt.

A 128. *Quæritur, quid ſignificent illa verba Bullæ, quando dicit: Et alia prohibita?*

Reſpondetur pro ſolutione, & dico tria eſſe genera prohibitorũ in iure. Quædã prohibentur abſolutè omni tempore, & omni modo. v. g. Deferre prohibita, vt arma, vt inſtrumenta bellica. Alia vero tantum tẽpore belli, vt mercimonia, victualia, B & alia huiuſmodi. c. qđ olim, de Iud. Alia prohibẽtur omni tempore, ſed non omni loco, quia deferre hæc in Alexandriam, Aegyptum, & terram Soldani, nullo tempore licet, vt habetur in Extrau. Multa, de Iudæis. Secundò nota, tempus treguę reputari pro tempore belli, vt habetur in c. ſignificauit, de Iud. tempus tamẽ extra actuale bellum, & induciarum, non reputatur tempus belli, omnia C hæc tria genera comprehendi ſub illis verbis. Alia prohibita. Silueſt. verbo, excomm. 7. §. 60. dicit cum Caiet. verbo, excommun. cap. 20. tantũ ea, quæ pertinent ad bellum ibi intelligi, & ego credo, quia illud relatiuũ, Alia, refertur ad antecedentia, in quibus continentur tantum prohibita ad præliandum pertinentia. Item verbum ſequens: Quibus Chriſtianos impugnant, ad idem determinatur: D Nam mercimonijs, aut victualibus, non dicuntur impugnare, licet tempore belli miniſtrentur.

Vltimum dubium eſt illud, An, q deferunt iſta ad infideles, non vt impugnent Chriſtianos, ſed alios infideles, incurrant hãc excommunicationem. Reſpondetur, ſi iſta, quæ deferunt, permaneãt, vt poſſint poſtea impu-

impugnare Chriſtianos, abſque du-A bio incidunt in hunc canonem. Si verò ea, quæ deferunt, veriſimiliter conſumuntur, talia deferre, non eſt prohibitum. Quãtum ad illud, quod cõcernit reuelare infidelib' res Chriſtianorum, ſi vergit in damnum, & perniciem Chriſtianorum, ſine dubio incidunt in hanc cenſuram, & idem dicitur de conſilio, aliàs nequaquam inciderent, ſi pro alijs negocijs, quę non attinent ad Rempubl. B Chriſtianam. Hæc ſunt, quæ attinent ad 1. partem huius 5. excommunicationis.

129. *Quæritur circa ſecundam partẽ huius quintæ excommunicationis Bullæ, an priuilegia conceſſa contra hanc bullam teneant, & an decreta antiqua Pontificum ſint cõcernentia quæ in hac Bulla continentur?*

C

RESpondetur in hac ſecunda parte huius quintæ excommunicationis omnia priuilegia, quæ fuerint conceſſa, vt quis poſſit talia prohibita ad infideles deferre, Papa in totũ derogat, & annullat. Quantum ad ſecundam partem Quæſiti, dico, quod quatuor maximè ſunt, inter alia Põtificum decreta in iure ſimilia huic excommunicationi Bullæ Cœnæ. D Primum eſt Alex. cap. ita quorundã, de iudicijs, vbi excommunicat tria perſonarum genera. Primò deferentes ſaracenis arma, ferrum, lignamina galearum. Secundò gerentes gubernationem, & regimen in galeris, & in piraticis nauibus. Tertiò ſubminiſtrantes neceſſaria ad impugnãdos Chriſtianos, eiſdem ſaracenis.

Per ſaracenos autem intelligere oportet omnes qui ſequuntur ſectam Mahumetanam. Hic comprehendũtur, tempore belli, victualia deferentes quæ in bulla Cœnæ Domini non continentur. Et ſimile eſt de dantibus, vel mutuãtibus pecunias eis ad impugnandum Chriſtianos. Primũ verò genus perſonarum continetur in Bulla Cęnę: Et etiam. Secundum, ſub illo verbo: Cõſilium præſtantes. Eſt tamen ſtrictius ex alia parte. Primò, quia Bulla Cœnæ, præter ſaracenos ad quoſuis Chriſtiani nominis inimicos extenditur. Secundò, quia complectitur curam gubernationis gerentes, non tantum in galeis, & nauibus pyraticis, ſed omnium infidelium contra Chriſtianos, licet pyratę non ſint. Tertiò complectitur deferentes non tantum arma, & ferrũ, ſed etiam ſtamnum, plumbum, & alia metalla armorum materiam, & equis etiam tempore pacis, quæ illic non includuntur, niſi prout neceſſaria ſunt illis ſaracenis ad bellandũ contra Chriſtianos. Quartò complectitur certiores facientes infideles de rebus pertinentibus ad Chriſtianos, quæ non comprehenduntur in iure.

130. *Quæritur de reliquis tribus decretis diuerſorum Pontificum, quid cõtineant?*

RESpondetur primò. Clemens III. cap. quod olim, de Iudęis, excommunicat habentes commercia cum ſaracenis tempore belli, & qui vel per ſe, vel per alios aliqua rerum ſubſidia, vel conſilia impenderint, etiam tempore treguæ. Tertium decretum

cretum eſt Innoc. III. cap. ad liberandum, de Iudæ. vbi excommunicantur omnes, quos Alexander excõmunicauit, & inſuperaddit vendentes galeas, vel naues, & qui machinas, auxilium, vel conſilium præſtãt ſarracenis in diſpendium terræ ſanctæ, & nõ eſt reſeruata, & apponitur inter alias pœnas, vt ij non abſoluantur, niſi totum quod habuerunt ex damnato cõmercio, & tantundem de ſuo reddant in fauorem terrę ſanctæ. In Bulla cœnæ non continentur ij, niſi ſimul deferant ad ipſos. Nec continentur vendentes galeas, & naues, reliqui verò continentur: & licet hic canon procedat tantum cum ſit in diſpendium terræ ſanctæ, tamẽ abſolutè ſunt excommunicati per c. Ita quorundam, de Iudæis. Quia miniſtrant ſarracenis neceſſaria: & licet illi nõ indigeant, tñ de ſe ſunt neceſſaria. Quartum decretũ eſt Clemẽtis V. in Extrauag. multa, de Iudęis, vbi excommunicat deferẽtes equos, arma, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, & alia loca Sarracenorum terræ Aegypti, & mittẽtes hęc, vel portantes, vel de portubus eorũ, vt eis deferantur, extrahentes, vel extrahi permittentes, vel talia agentibus quomodolibet fauorem, vel auxilium præſtantes. Hæc reſeruata eſt Papæ, vbi patet multos excommunicari, qui in Bulla cœnæ non continẽtur; & econtra in Bulla non tantum ad ſarracenos, ſed ad infideles alios iſta prohibentur deferri. Ibidem cõtinentur certiores facientes tempore pacis, & pro redemptione captiuorum arma deferentes, quod olim

A licebat in c. ſignificauit, de Iudæis ſecundum aliquos, vt refert Silueſt. ex. communic. 7 §. 61. ſed ego contrariũ cenſeo cum gloſ. illius cap. Quod eſt intelligendum de alijs mercibus extra arma, ferrum, &c.

141. *Quęritur quibus priuilegijs Papa derogat in hac excommunicatione ſupradicta, & an peccent, & ſint excommunicati remigantes in infideliũ*
B *triremibus contra Chriſtianos?*

RESpondetur ex Tabiena, verbo, excomm. 6. nume. 5. qui refert duo priuilegia Genuenſibus conceſſa. Primum à Sixto 4. viuæ vocis oraculo, vt poſſint exercere commercia cum Turcis, & ſarracenis, & deferre quaſcunque merces, præter arma, etiam tempore belli.

Secundum fuit à Iulio II. vt poſ-
C ſent deferre quædam genera metallorum, ſcilicet, plumbum, ſtannum, electrum, ſiue auricalcum. Et Silueſt. verbo, excommunic. 7. §. 58. refert, Venetos habere priuilegium ꝓ mercib. deferẽdis, extra arma, ferrũ, &c. Et licet dubitet de hoc priuilegio, tamen Conradus quęſt. 51. affirmat. Poſſunt alij alia habere priuilegia, de quibus certus non ſum. Sed Papa
D non derogat in hac Bulla Cœnæ priuilegia deferẽdi merces extra arma, ferrum, &c. & exercere commercia, non derogatur in Bulla Cœnæ, cum non fiat mentio de deferentibus talia, vt diximus, ſed derogat alia priuilegia de deferendis armis, & alijs in ea prohibitis.

Ad alterum dubium, magis difficile, de his, qui remigant in infideliũ

tri-

Digitized by Google

triremibus, contra Chriſtianos, an peccent,& ſint excommunicati. Nauar. ſuper c.ita quorundam, de Iud. tria dicit. Primo peccare mortaliter. Secundò, non contineri in hac Bulla Cœnæ, neque hãc excommunicatio nem incurrere. Tertiò, quod incurrunt excommunicationẽ iuris, quia neceſſaria miniſtrant, & auxiliũ dãt ad impugnandum Chriſtianos. Ego ſemper de hoc dubius extiti, ſemper inclino in eandem ſententiam, quia non licet auxilium dare alicui volẽti alium occidere iniuſtè ex metu mor tis. Ergo peccant remigantes cõtra Chriſtianos in perniciem ipſorum, licet id faciant ad ſaluandam vitam, atque adeò non licebit eis metu mor tis auxilium dare infidelibus volenti bus occidere Chriſtianos, capere, aut furari eorum bona. In hoc enim caſu loquimur. Sunt & aliæ rationes, quibus nunc ſuperſedeo.

Ludouicus Molina in lib.de iuſt. 1.tom.c.115.partem affirmatiuã tenet in 2.cõcluſ.cuius verba sũt hæc. Metu mortis, aut notabilis alterius detrimenti, fas eſt remigare in triremibus infideliũ, reliquaq; præſtare, quę commemorata ſunt. Probatur, quoniam licet ea omnia pręcipiãtur, & ordinentur ab infidelibus ad malum finem, & peccatum mortale. In ſe tamen mala non ſunt, vt remigare verſus Chriſtianos, aſportare ſarcinas, & arma, admouere ſcalas, conſtruere propugnacula, &c. Sed ſunt ex ſe indifferẽtia. Et quamuis à Chriſtianis captiuis accommodatè fiãt ad finem infidelium, non tamen fiunt ab eis, pp eum finem, ſed ad euadendam propriam mortem, & notabile proprium detrimentum, qui ſunt fines optimi: facere aũt, quod ex ſe nõ eſt malũ, & propter optimum finem, ſanè malum non eſt, ſed bonũ, eſtò, qui id ita efficit, videat inde euẽturum malum alijs ex alterius nequitia, & prauitate, præſertim cum charitatis ordine fas ſit præponere vitã

propriam alioram vitæ: & cum is, qui id ita efficit, videat non defuturum alium, qui idem efficiat, eſto, ipſe, id B non faciat, atque adeò vitandum nõ eſſe damnum proximi. Hæc ſunt verba illius, quibus nunquam ſubſcriberem. Sed magis aſſertioni Nauar. adhærerem, quæ aſſertio magis eſſet ſecundum ordinem naturalis iuris. Nauarr.n.vltra illum locum citatum ẽt in Man.c.27. nu.63. ait nullatenus huiuſmodi remigãtes excuſari a mortali peccato, nec poſſe ipſos abſolui, neque iuſtè communicare, antequã C firmiter proponant ſe nunquam ita remigaturos, etiamſi ob id mortẽ appetere oporteat. Quia facere contra iuſtitiam, vt eſt occidere hoĩem iniuſtè, & aliena rapere extra extremam neceſſitatem, eſt mortale peccatum, quod non licet facere pro vita cõſeruanda. Et quando dicit, quod remigare eſt opus indifferens. Reſpondetur, verum eſſe in communi loquendo, ſed applicato ad particulare, non D erit indifferẽs, ſed aut bonus, aut malus, vt ait D.Tho. ſicut & nos aliàs diximus. Igitur, quando remigatur ad occidendum, ille actus eſt particularis, & mortalis, & licet illuc mens nõ tendat, opus tamen tendit.

132. Quæ-

Digitized by Google

132. *Quæritur in ſexta excommunicatione huius Bullæ quot perſonæ, & quæ in eam incidant?*

Reſpondetur quinq; genera perſonarum incidere. Primò impedičtes victualia deferẽtes, vel alia neceſſaria ad vſum Rom. curię. Secũdò inuadentes eoſdẽ. Tertiò perturbantes ne deferantur. Quarto, eos, qui hoc faciunt, vel defendũt talia faciẽtes. Et extenditur excõicatio ad oẽs, licet Pontificali, Regali, vel Reginali dignitate, vel alia quauis Eccleſiaſtica, vel ſeculari præfulgeant. Circa quartum genus perſonarum Caieta. ver. excom. c. 19. & Nauar. c. 27. nu. 64. putant vbi dicitur (faciũt) ſupplẽdum eſſe, infinitum, fieri, & tunc eſſent quinq; genera perſonarum. Sed mihi non placet hęc opinio, quia nũquam eſt tale verbum poſitum a prima Bulla Martini V. vſq; ad vltimã, & tamen, ſi eſſet defectus, credibile eſt, ꝙ aliquãdo fuiſſet emẽdatus, maximè poſt aduertẽtiã Caiet. cum etiã in alijs locis Bullæ dicatur (qui fieri faciunt) & cũ ſit materia pœnalis, nõ debet ampliari. Itẽ nos interfuimus in conſultatione cũ ſummo Pęnitentiario ſuper hanc Bullã. Et cum ad hunc locũ peruenimus, cum iuriſdoctis ibi aſſtãtib. fuit reiecta hęc Caie. opinio, vel additio. Verbum ergo (faciunt) repetitio eſt præcedẽtiũ, & ſignificat excõicari, non tm̃ prædicta facientes, ſed eos ẽt defendẽtes.

Secũdò nota ex Caiet. ibi, ꝙ cũ qs ſuis terris conſulens, impedit hęc victualia, nõ incidit in hãc cenſurã, qa nõ vult per ſe impedire, ſed ſibi cõſulere, idq; honeſta cauſa, vt ſi ciues ꝓprij paterentur defectũ notabilẽ in victualibus, non eſt contra Bullã, ſi dñs tunc prohibet, ne extrahant, vel ſi exiſtente peſte in curia Rom. prohibet, ne quis eat Romã, volẽs reuerti, afficiat peſte continẽs. quidã verò alius Doct. ait, ꝙ non ſolũ incidit in hãc cẽſurã, qui ꝓhibet deferri frumẽtum, vinum, oleum, animalia viua & mortua, ſed etiam alias merces, vt fructus, linum, ligna, papirum, & huiuſmodi, quæ comprehendũtur in illis verbis, ſeu alia ad vſum Curiæ neceſſaria.

133. *Quæritur circa ſeptimã excom. quomodo quædam uerba intelligãtur? Ibidem enim dicitur, quod excommunicatur, qui uenientes ad Sedẽ Apoſ. uel ab ea recedentes, uel in Curia Romana morantes, rapiunt, ſpoliant, detinẽt, uel ex propoſito deliberato mutilare, uerberare, interficere præſumũt, & qui talia fieri faciunt, & mandant. quomodo intelligitur illud: Venientes ad Sedem Apoſt.*

Reſpondetur eos intelligi, qui ratione Summi Pontif. veniunt, & nõ qui rõne ſtationis, vel indulgẽtiarum, &c. Sed habentes negociũ, prætenſionem, gratiam, vel quid aliud, mediante, vel interueniente Papa, ſiue ſit Romæ, vel alibi. Secundò dubitatur, qui ſint morantes in Curia Roma. Reſpondet Caiet. verb. excommunic. c. 14. intelligi curiales ipſos vulgò dictos, qui ratione Pontificiæ Curiæ in Roma ſunt, ſiue mediatè, ſiue immediatè Pontifici ſeruiãt, ſiue ſint cum Cardinalibus ſiue Epiſcopis, qui Curię adſunt. Vnde Romani ciues, & alij alijs de cauſis Romæ exiſtentes, propter quas ibi adeſ-

adeſſent, licet curia Pontificis alibi moraretur, non dicuntur morantes in Curia. Tertiò dubitatur quid ſit illud ex propoſito deliberato mutilare,&c. Reſpondet Caiet.ibi. Non omne homicidium, quod eſt peccatum mortale,dici in præſenti ex propoſito deliberato, ſed commiſſum ex præmeditato,& animo pacato conceptum, id eſt, extra rixam,& flagrans delictum, & idem dicũt de mutilatione. Et aduertant confeſſarij, quod ſunt excommunicati verberantes ex tali propoſito mutilantes, & occidentes Curiales,&c. & veniẽtes,ac recedẽtes à Sede Apoſt. Quartum dubium eſt an illa tria verba Rapere, Spoliare, Detinere, eodem modo ſe habeant, reſpectu morantium in Curia,& aliorum. Reſpondet Caietan.ibi, quod non. Quia reſpectu venientium, vel recedentium à Sede Apoſt. ſufficit aliquid horum facere ad incurrendam cenſuram, ſed reſpectu morantium, requiritur, vt fiat auctoritate vſurpata, tanquam ſi eſſet Iudex, aut poteſtatem habens. Vt ſi Orator Regis comprehẽdit aliquem Romæ, vt caſtigaret, vel mitteret aliquò caſtigandum, quod videntur ſignificare verba, quando dicitur: Excõmunicemus illos, qui Iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam non habentes, morantes in Curia, temeritate propria rapiunt, ſpoliant, detinent,&c. Quæ ſententia eſt probabilis: & licet non placeat Nauar.c.27. num.65. mihi tamen placet, quia in materia pœnali, vt ipſa expoſitio reſtringens eſt ampliãda, cum ſit commoda: illa verò verba: Mutilare, Verberare, Interficere. Requirunt propoſitum deliberatum reſpectu veniẽtium recedentium, & morantium. Sed illa tria, nempe, rapere, ſpoliare,& detinere. Non requirunt auctoritatis vſurpationem, niſi reſpectu morantium in Curia.

134. *Quæritur de octaua excommunicatione quid contineat, & quomodo intelligatur?*

RESpondetur, quod hæc excommunicatio comprehendit mutilantes, verberantes, interficientes, capientes, incarcerantes,& detinẽtes Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos. Similiter aliquid horum mandantes. Vbi nota non comprehendi hic Cardinales, qui non ſunt Epiſcopi, ſed eſt alia excommunicatio in fauorem illorum, c. Fœlicis, de Pœnitentia. Secundo nota, Epiſcopos debere eſſe conſecratos ad incurendã hãc cẽſuram Nam quamuis electus, & confirmatus ſit Epiſcopus, niſi ſit conſecratus, non incurritur hæc cenſura. Sed alia Papalis. 17.q.4. can. Siquis ſuadente.& Caietan. verbo excõmunicatio c.12.

Aduerte etiam in iure eſſe latam excommunicationem Papalem contra omnes hos, vt habetur Clem. Siquis ſuadente, de Pœnis. Quæ quidẽ cõprehendit omnes hos, & alios plures, qui in Bulla Cœnæ continentur. Excommunicantur enim Epiſcoporum percuſſores. Sub quo verbo, intelligũtur mutilatores,& verberatores, nam ſi etiam percutiunt. Excommunicantur etiam interfectores, ſimiliter captores: ſub quo verbo intelligũtur incarceratores, & detinẽtes.

Excom-

Digitized by Google

Excommunicantur etiam bandientes Epiſcopos, & hi non ſunt in Bulla cœnæ excommunicati. Similiter excommunicantur qui hæc mandãt, vel ſunt ſocij, vel dant conſilium, vel ratificant, vel dant fauorem, vel ſciẽtes receptant illos. Similiter excommunicantur Poteſtates, Rectores, Conſiliarij, Conſules, Baliui, Scabini, Aduocati, Officiales quocumque nomine vocentur, qui in aliquo horum culpabiles extiterint. Omnes hi in Bulla Cœnæ non continentur. Vnde Clemẽtina eſt multo amplior in hac parte, quam ſit Bulla cœnæ. Aliæ autem pœnæ ibi ponuntur, de quibus aliàs dicendum eſt.

135. *Quæritur in nona excommunicatione, quæ contineat, & quomodo intelligatur?*

Reſpondetur, quod hęc excõmunicatio multa cõprehendit perſonarum genera, & tres partes continet principales. In prima continentur quinque excommunicationes; prima complectitur quatuor perſonarum genera, nempe verberantes, mutilantes, interficientes, & bonis ſpoliantes per ſe, vel per alium, aliquas ex his ſex perſonis, ſcilicet recurrentes ad Romanam curiam ſuper negotijs, & cauſis proprijs, vel proſequentes in curia eaſdem cauſas, vel eorum ſolicitatores, & aduocatos, vel procuratores, vel auditores, aut iudices, ſuper eiſdẽ cauſis, vel negotijs deputatos, ſiue perſonæ lęſę ſint eccleſiaſtici, ſiue ſeculares; limitantur tamen hæ quatuor actiones, propter quas excommunicatio fer-

A tur, quando occaſione, & intuitu cauſarum, vel negotiorum fiunt. Dices fortè, ſupra ſunt excommunicati, qui morantes in curia verberant, mutilant, &c. Sed hi modo numerati ſunt in hac excõmunicatione poſſunt eſſe ſimul morãtes in curia. Ergo tales incurrũt duas excommunicationes? Reſpondetur ita eſſe, quia propter varia poteſt quis multis ligari excõmunicationibus, vt habetur 3.q.4. B can. Engeltrudam. Vnde hi duabus egent abſolutionibus, vel vna complectente duas, reſpectu duarum excommunicationum, quas incurrunt. Secunda excommunicatio complectitur quinque genera perſonarum, nempe, prohibentes ne literę Apoſtolicæ, etiam in forma Breuis, gratiam, vel iuſtitiam cõcernentes, etiã monitoria, citationes, executoriales, executioni mandentur, ſine eorum C beneplacito, & examine. Secundò capientes notarios, executores, ſubexecutores prædictarum litterarum, citationum, monitoriarum, executorialium. Tertiò eoſdem incarcerantes. Quartò detinẽtes. Quintò capi, detineri, incarcerari facientes. Et intelligitur ratione dictarum ratione literarum, vel citationum, &c. puta ne denuntient, vel quid aliud faciunt. Sed eſt dubiũ an prædicta, facientes D excuſentur, quando id facerent in vtilitatem reipublicæ propriæ. Reſpondetur hanc excuſationem nullius eſſe momenti, quicquid ipſi dicant eſſe in detrimentum Reipublicæ, quia non licet ipſius propria authoritate ſummo paſtori reſiſtere, niſi, quando ipſe ſe tyrannicè gereret, & contra iuſtitiam vellet eos opprimere,

Digitized by Google

primere, quod non eſt in præſentia, ſi enim ipſi proponerent Papæ difficultates, & ſuæ Reipublicæ detrimentum, excuſationem haberent, quod tamen non faciunt, nec damna ſunt iſta maxima, vt iactantur, ſed maiora ſunt ſcandala, quæ ſequuntur ex eorum inobedientia.

136. Quæritur de tertia excommunicatione contenta in hac nona principali in Bulla Cœnæ, quot genera perſonarum contineat, & eius declaratione?

RESpondetur, duo genera perſonarum continere. Primò. Inhibentes ne aliqui pareant mandatis, aut literis Apoſtolicis, gratiam, vel iuſtitiam concernentibus, aut legatorum Sedis Apoſtolicæ, aut nuntiorum ipſius, vel iudicium Delegatorum ipſorum, eorum rebus iudicatis, decretis, proceſſibus, & executorialibus, donec ipſi conſentiat per ſuas literas exequutoriales, quas vocant, & aliàs, nuncupatorias, certo ſolutò pretio. Secundò. Inhibentes, ne tabelliones, vt notarij ſuper huiuſmodi literarum, vel proceſſuum executione, aliqua inſtrumenta conficiant, vel confecta parti, cuius intereſt, tradant ſine ipſorum etiam beneplacito. Quarta excommunicatio huius nonæ principalis continet tria genera perſonarum, nempè directè, vel indirectè prohibentes, ſtatuentes, mandantes, ſub quibuſuis pœnis, quibuſcunque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne accedant ad Romanam Curiam, pro quibuſcun-

A que negocijs gerendis, vel gratijs impetrandis, vel ne à dicta ſede gratiam impetrent, vel ne impetratis vtantur. Quinta verò excommunicatio comprehendit omnes pertinaciter ſe ſubtrahentes ab obedientia Summi Pōtificis, vel quomodolibet recedere præſumentes. Vbi nota non hic includi ſchiſmaticos, in prima excommunicatione Bullæ cōtentos, Nam illi habent inobedientiam cum
B rebellione, vt dictum eſt; ſed hi ſunt tantum inobedientes Romano Pontifici, cum pertinacia, id eſt cognoſcēdo eſſe mandatum eius, & nolendo obedire.

137. Quæritur circa hāc partem principalem, quæ eſt tertia huius nonæ excommunicationis Bullæ Cœnæ, quot excommunicationes contineat, & eorum
C *ſenſum?*

RESpondetur, eam cōtinere duas excommunicationes, & prima eſt, quæ ligat omnes, qui ſuo officio, vel ad inſtantiam quorumcunque perſonas eccleſiaſticas, capitula, conuentus, vel collegia eccleſiaſticorum quorumcunque coram, ſed ad eorum tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium, vel parla-
D mentum, præter communis iuris diſpenſationem, vt infra declaratur, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quouis ficto colore.

Secunda ligātur qui hactenus fecerunt, ordinauerunt, vel publicauerunt, vel in poſterum facient, & ordinabunt, vel publicabunt

Digitized by Google

ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, vel quæuis alia decreta, in genere, vel in ſpecie, qualis cauſa, vel quo iis quæſito colore, etiam prætextu literarum Apoſtolicarum vſu non receptarum, vel reuocatarum, quibus decretis, ordinationibus, &c. libertas Eccleſiæ tollitur, vel in aliquo læditur, vel deprimitur, vel aliàs quouis modo reſtringitur, vel quibuſuis Sedis Apoſtolicæ iuribus quomodolibet tacitè, vel expreſsè iudicatur. Nunc dico circa hanc primam excommunicationem tres præcipuè eſſe caſus, in quibus iudex ſæcularis iudicare poteſt perſonas Eccleſiaſticas. Primò quando traduntur per iudices Eccleſiaſticos brachio ſæculari, vt habetur in capit. cum non ab homine, De iudicijs. Secundo in cauſa ciuili, de licentia Epiſcopi proprij, vt habetur capit. 7. de foro competenti. Ita habet Silueſter, verbo, Iudex, primo, §. 4. Tertius eſt per viam reconuentionis, vt habetur 3. quæſtio. 8. cano. 1. quod eodem modo intelligitur in cauſa ciuili, vt ait ibidem idem Silueſter.

138. *Quæritur circa aliam partem huius nonæ excommunicationis Bullæ quæ contineat, & eius intelligentiæ?*

RESpondetur quinque particulas continere. In prima excommunicantur tria genera perſonarum, nempe vſurpantes, ſurripientes, ſequeſtrantes ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, iuriſdictiones, fructus, redditus, prouentus ad Eccle-A ſiaſticas perſonas, ratione monaſteriorum, eccleſiarum, vel aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorū, ab ipſis obtentorum pertinentes.

Et nota ex Caietano, verbo, Excommunicatio, cap. 27. quod vt hæc excommunicatio incurratur vſurpando, ſubripiendo, & ſequeſtrando.

Primò requiritur, vt ſint bona pertinentia ratione beneficiorum, &c. quia ſi perſonæ Eccleſiaſticæ habent alia bona aliunde prouenientia, propter eorum vſurpationem non incurritur. B

Secundo requiritur, vt ſint bona pertinentia ad ipſas perſonas Eccleſiaſticas ratione beneficiorū, &c. Vnde cum beneficia vacant, & ad nullam perſonam adhuc pertinent, licet per vſurpationem eorum peccatum fiat, & reſtitutioni obnoxium, ſicut eſt præcedens, non tamen incurritur hæc excommunicatio. C

Tertio requiritur, vt vſurpatio, vel ſubreptio ſit cum quadam appropriatione, quaſi ad ipſum vſurpantem, vel ſubripientem pertineret: Quod intelligit Caietan. cum dicit: Subripere bona eccleſiæ, vt ſunt eccleſiæ. Vnde non ligantur hac cenſura fures, quia id non faciunt ſibi appropriantes, quaſi ad ſuum Ius pertinerent. D

Quartò requiritur, vt ſit ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ.

Digitized by Google

139. Quæritur in ſecunda particula ſupradicti quæſiti, quot genera perſonarum excommunicantur, & eorum declaratio?

RESpondetur, tria genera perſonarum excommunicantur, ſcilicet, imponentes perſonis Eccleſiaſticis, & earum monaſteriorum; eccleſiarum, vel beneficiorum bonis, fructibus, redditibus, & prouentibus abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtol. collectas, decimas, tallias, prȩſtatias, & alia onera, & exiſtentes varijs, & exquiſitis modis, hæc eadem, & accipientes etiam à ſpontè dantibus. Vbi nota non tantum excommunicari imponentes, exigentes aliquid ex prȩdictis, vel accipientes ex bonis beneficiorum eccleſiarum, & monaſteriorum, ſed etiam quando hæc imponuntur ipſis perſonis Eccleſiaſticis, licet beneficia non habeant, vel alia bona habeât, niſi quando perſonȩ eccleſiaſticæ negociationibus ſecularibus ſe immiſceant. Tunc enim licet illis imponere gabellas, ſicut ſecularibus ſuper tali negociatione, vt notat Siluester, verbo, Gabella 3. §. 11. Vnde non eſt audiendus, Nauar. capit. 27. nume. 68. qui putat hanc excommunicationem tantum comprehendere imponentes, exiſtentes, accipientes, &c. onera ſuper bonis beneficiorum, quia in Bulla vtrumque ponitur. In iure antiquo, cap. Non minus, extra de immunita. Eccleſ. excommunicati ſunt ſunt imponentes hȩc onera perſonis Eccleſiaſticis ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, niſi propter vtilitatem, vel neceſſitatem com-A munem, quando bona ſecularium ad id non ſuppetunt. Quæ excômunicatio non fuit reſeruata. Poſtea verò in Concilio Lateranenſ. vt habetur in c. Aduerſus, extra eod. tit. fuit ablata hæc exceptio ſub Innocentio IIII. Poſtea Bonif. VIII. in cap. clerici, de immunit. Eccleſiæ, in 6. reſeruauit ſibi excommunicationem, & extendit ad accipientes quocunque modo, etiam à donantibus. Et vniuer-B ſitatem talia facientem ſuppoſuit interdicto, & extendit excommunicationem ad ipſas perſonas quouis modo, etiam ſpontè ſoluentes onera prȩdicta. Poſtea Benedictus XI. in extrauaganti, Quod olim, de immunitate Eccleſ. reuocauit hoc vltimum decretum. Quod hoc, ne habeat locum in accipientibus à ſpontè dantibus. Poſtea Clemens V. in Clementinis, cap. Quoniam, de immnnita. Eccleſ. C reuocauit vtrumque decretum, & voluit obſeruari illa capita ex Concilio allegata, ſcilicet, Non minus. Et aduerſus. His omnibus ſucceſſit Bulla excommunicans etiam ſpontè accipientes à ſpontè dantibus, & quod amplius eſt, innouat omnia decreta, & Côcilia generalia, etiam canonem ſuper his. Vnde decretum Bonifacij hoc locum habere videtur, ac ſi eſſet in Cœna. D

140. Quæritur quæ contineat tertia particula huius nonæ excomm. & quo modo intelligatur?

RESpondetur, quod in hac tertia particula, omnia prædicta in his tribus partibus huius nonæ excommunic. extenduntur ad per ſe, & per

alios directè, vel indirectè, aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes, palàm, vel occultè ſuffragium, vel votum dantes: Vbi valde nota hanc extenſionem cadere ſu per omnia à principio huius nonæ excom. dicta, vt notat Silueſt. verbo, excommu. 7. §. 70. & Tabien. eodem verb. 6. nu. 12. & propterea ſub vno contextu copulatiuè legitur.

In quarta particula extenduntur omnes hę excom. ad omnia perſonarum genera cuiuſcunque conditionis, ſtatus, & præeminentiæ, vt patet in littera.

In quinta particula innouantur canones antiqui ſuper hæc dicta, cum interdicto, de quo diximus ſuprà, & cum alijs pœnis in eis contentis. Sed nota non innouari decretum Bonifac. quantum ad hoc, quod ipſi clerici ſoluentes ſunt excommunicati: Sed quantum ad ipſos imponentes: vel accipientes, vel exigentes, quia non innouantur canones, niſi quantum ad prædicta, in hac excommun. in qua non comprehenduntur ſoluentes, nec ſpontè, nec alio modo. Dum hæc legeremus, publicata eſt Bulla Pij V. in qua multa ſunt addita, & aliqua mutata. Primò addita eſt in ſecundo loco poſt primam excom. alia excom. contra appellantes ad futurum Concilium, vt ſequitur in hác decimam excommunicationem proximè deſcribendam.

141. *Quæritur in hac decima excom. Bullæ, quid contineatur, & eius intellectus?*

RESpondetur continere tria genera perſonarum, nempe appel- A lantes ad futurum Concilium, à mandatis, ordinationibus, & ſententijs Papæ. Secundò dantes conſilium ad hoc. Tertiò dantes auxilium ad hoc, vel fauorem, vt fiat appellatio cuiuſcunque ſtatus perſonæ. Similiter ſiue ſint perſonæ, ſiue capitula, ſiue collegia, ſiue vniuerſitates. Circa hanc excommunicationem tria notanda ſunt. Primò ponuntur duo verba, ſcilicet, excommu- B nicamus, & interdicimus. Primum verbum refertur ad perſonas. Secundum ad collegia, vniuerſitates, & capitula appellantia, vel quę dant auxilium, vel conſilium, quia hæc non poſſunt excommunicari, vt habetur cap. Romana, de ſentent. excommunicatio. in ſexto. Ob id interdicuntur. Secundo nota hanc excommunicationem contra eadem tria genera perſonarum eſſe anti- C quam latam à Pio Secundo, & confirmata à Iulio Secundo, cuius extrauagantis meminit Caietanus, verbo, Excommunicatio, capit. 25. Licet tunc non erat reſeruata, & modo hic reſeruatur, occaſione quarundam Monacharum in Hiſpania, quæ tempore præſenti appellarunt ad Concilium. Tertio nota ex eodem Caietano, non incurrere hanc excommunicationem, dan- D tem conſilium, vel auxilium, niſi de facto ſequatur appellatio, quia ſunt actiones acceſſoriæ, & non inducunt pœnam, niſi ſequatur principalis, circa octauam excommunicationem etiam eſt facta additio, quia extenditur ad mutilantes, percutientes, interficientes, incarcerantes, detinentes, capti-

Digitized by Google

captiuantes Cardinales non Epiſco A poſ, quod ante non erat, & ad Nuntios, & Legatos Apoſtol. etiam non Epiſcopos, nec Cardinales. Item cõprehendit non tantum mandantes, vt prius, ſed etiam dantes cõſilium, vel auxilium, & addita eſt excommunicatio contra eijcientes Nuncios, vel Legatos prædictos à terris ſuis. Hoc autem etiam erat illud ſub eadem cenſura prohibitum in Extrauag. Super gentes, Ioannis XXII. Licet in hac extrauag. latior fuerit excommunicatio, quam contra impedientes Nuntios, vel Legatos, quominus exequerentur ſuum officiũ. Plus autẽ eſt impedire, q̃ eijcere. Prędicta verò Iuris excommunicatio non eſt reſeruata, & additur in ea noua pęna, quia Regna integra, Ciuitates, & loca, ipſo facto ſunt interdicta, quamdiu in eadem pertinacia durauerint. Circa nonam excom. quia excommu C nicantur in prima parte, prohibẽtes, ne recurſus fiat pro negotijs gerẽdis, vel gratijs impetrantibus ad Sedem Apoſt. additur etiam pro literis impetrandis, & excommunicantur de nouo, q talcs literas apud ſe, vel Notarium, vel alias perſonas detinent contra abuſum quorundam has literas detinentiũ, & accipientium à partibus, ac nolentium dare, ne eis vtantur, & augentium moras, donec illi D abſque literis recedant.

Sunt, & alia mutata, atque minuta addita, ſed non magni momenti, vt ex ipſa Bulla apparebit. Illud etiã verbũ, contra recedentes ab obedientia Romani Pontificis, eſt mutatum, & poſitum in prima omnium excommunicationum. Habemus ergo iam decem excom. cum hac, quam diximus additam eſſe in 2. loco in Bulla Pij Quinti.

142. *Quæritur quid contineat excommunicatio vndecima Bullæ, & declaratio eius?*

RESpondetur, quod vndecima excom. addita eſt nunc de nouo ad maiorem expreſſionẽ, & declaratio- B nem Rom. Pon. contra duodecim genera perſonarum, quæ in aliquam ex quatuor actionibus ſe intromittunt. Hæ perſonæ ſunt, Magiſtratus, Senatores, Pręſidẽtes, Auditores, Iudices, quocunque nomine nuncupati, Cancellarij, Vicecancellarij, Notarij, Scribę, executores, & ſubexecutores. Omnes quomodolibet ſe intromittentes in quatuor actionibus excommunicantur. Actiones ſunt quatuor, in cauſa criminali contra perſonas Eccleſiaſticas, capere, proceſſare, ſententiã facere, vel exequi. Et reuocantur omnia priuilegia etiam à Sede Apoſtol. conceſſa Regibus, Ducibus, Principibus, Reipublicis, Monarchis, Ciuitatibus, alijſq; potẽtatibus quouis noĩe nominentur. Satis hæc ſunt clara. Vtinã Principes Chriſtiani aperiant oculos ad vidẽdũ, & aures ad audiendũ. Non enim iam excuſationẽ, vel ſubterfugium habere poſſunt.

In hac materia hæc ſcribit Martinus Alphon. Viualdus in ſua ſumma dicens: Quod licet iure antiquo, quilibet prima tantum initiatus tonſura, clericus dicebatur; Vt ex cap. cum contingat, de ætate, & qualitate. Hodie tamen priuilegio clericorum, nõ gaudebit, niſi habitum deferat clericalem,

Digitized by Google

calem, & tonſuram, & ex mandato A Epiſcopi alicui adſcriptus ſit Eccleſiæ, vt ex Concil. Trident. ſeſſio. 23. cap. 6. patet. Et Sixtus V. ſtrictiſſimam edidit Bullam ſuper eadem materia, cum pœnis valde auſteris omnibus eam tranſgredientibus.

Et multi Doctores idem affirmant. In Hiſpania enim clericus, niſi ſit ſacris initiatus, non gaudet priuilegio fori, ſi per quatuor menſes, ante delictum non ferebat habi- B tum, & tonſuram. Et nota, quod licet in materia fauorabili, appellatione clericorum; etiam tantum prima tonſura initiati comprehendantur, in materia tamen odioſa, tantum in ſacris ordinibus conſtitutos eſſe intelligendos, vt affirmant omnes Doctores. Et in materia fauorabili, non tantum intelligitur religioſus cuiuſcumque ordinis profeſſus, ſed etiam quilibet nouitius, vel nouitia monialis, Ac etiam omnes illi, qui tertij ordinis Sancti Dominici, vel Sancti Franciſci. Nauarrus cap. 27. numer. 79. Contra Caietanum, verbo, Excommunicatio. cap. 10. Vnde ſi miniſter iuſtitiæ laicus, vt talis percutiat clericum leuiter, & etiam ſi detineat, & comprehendat illum, eſt ad Papam mittendus. Intelligendum tamen eſt, quando cauſa erat capitalis, id eſt quando clericus ob crimen eſſet puniendus capite, vel mutilatione, ſecus in ciuilibus. Si officialis detineat fugientem, vt ſoluat debitum alteri, vel præſentet prælato, vel ſi comprehendat in flagranti delicto, niſi excedat in modo comprehendendi. Nauarrus vt ſupra, numero 85. & 86. hæc verba dicit: Si quis inueniens clericum colloquentem cum matre, vxore, filia, vel ſorore detinuerit illum, tantum per viginti horas, vel etiam percuſſerit, licet peccet percutiens, vel occidens illum inuentum in flagranti delicto, non tamen incurrit excommunicationem, ſecundum communem ſententiam, ſed ſi ex deliberatione; & cum interuallo temporis occidat, incurrit excommunicationem. Præterea, ſi clericus occidat alium, & Iudex ſæcularis faciat informationẽ contra illum, quia aliàs recederent illi, qui poſſunt eſſe teſtes oculati. Si ſequeſtret eius bona, vt Prælato tradat, ne fugitiuus ſecum ferat, non videtur incurrere excommunicationem, quia hæc ſunt medium neceſſarium ad finem licitæ comprehenſionis, ita multi Docto- C rum aſſeuerant.

142. *Quæritur, quæ contineat excommunica. duodecima, & eius intelligentia?*

RESpondetur ipſam comprehendere tredecim genera perſonarum, propter aliquam, ex octo actionibus, ſiue per ſe, ſiue per alium D fiant, nempe, cancellarios, vicecancellarios, conſiliatos ordinarios, vel extraordinarios, Præſidentes cancellariorum, parlamentorum, conſiliorum. Procuratores generales eorumdem, & Imperatorum, Regum, &c. Iudices ordinarios, & delegatos, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Commendatarios,

rios, Vicarios, Officiales. Primò qui auocant cauſas beneficiales, vel decimales, vel ſpirituales, vel annexas ſpiritualibus, ab Auditoribus, Commiſſariis Apoſtolicis, alijſve Iudicibus Eccleſiaſticis, licet id fiet prętextu exemptionum, gratiarum, & aliarum literarum Apoſtolicarum. Secũdò, qui auctoritate laicali impediunt executiones monitoriarum, inhibitionum, ſequeſtrationum, exequutorialium, & aliarum literarum Apoſt. tam gratiam, quam iuſtitiam concernentium a Papa, vel Camerario, vel à prȩſidẽtibus Cameræ, Auditoribus, Cõmiſſarijs, alijſve Iudicib' Apoſtolicis, in eiſdem cauſis emanatarum. Tertiò qui authoritate laicali impediunt illarum curſum, & audiẽtiam, perſonas, capitula, collegia, Conuentus, cauſas ipſas exequi volentes. Quarto, qui ſe eiſdem, vt iudices intromittunt. Quinto qui cõpellunt, vel ordinant partes actrices ad reuocandum, vel faciendum reuocare prædictas citationes, monitoria, &c. Sextò qui compellunt, vel ordinant eaſdem partes ad faciendũ abſolui eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt a pœnis, & cenſuris in eis contentis.

Septimò, qui quomodolibet impediunt executionem literarum Apoſtolicarum, vel exequutorialium. Octauò, qui ad prædictum ſuum fauorem, conſilium vel aſſenſum prȩſtãt. Remouentur autem duo prætextus. Primus violentiæ prohibendȩ perſonis, & ſubditis ſuis, qui meritò excluditur, quia debent recurrere ad Sedem Apoſtolicam, pro remedio, & non faciunt. Secundus, quia ſo-

A lent comparere per procuratorem, vel fiſcalem coram iudice Eccleſiaſtico deputato ad executionem literarum, & dicere ſe ſupplicare ad Sedem Apoſtolicam de prædicta executione, & cũ hoc accipiũt literas, & nunquam ſupplicationem coram Papa exequuntur. Excluditur hic prȩtextus, niſi prædictam ſupplicationem legitimè proſequuntur. Qui prætextus ſecundus de nouo eſt in B hac bulla adiunctus.

143. *Quæritur circa tertiam decimã excommunicationem Bullæ, quid contineat, & eius intellectus?*

RESpondetur hanc excommunicationem eſſe cõtra nouem perſonarum genera: ſex principalia, & C tria vltima acceſſoria, ſcilicet mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, detinentes, & depredantes Romipetas, id eſt, accedentes ad Vrbem deuotionis, vel peregrinationis cauſa: in ea morantes, vel ab ea recedentes, & qui illis auxilium, conſilium, vel fauorem dant. Caieta. verbo, Excommunicatio, capite decimo tertio, benè notat. Intelligit etiam, non exiſtente Romæ Se- D de Apoſtolica, quia eſt in fauorem viſitantium limina Apoſtolorum, & olim etiam erat contra talia facientes, contra peregrinos in terram ſanctam, vt refert Tabien. verbo, Excommunicatio, 6. in fine. Additur ex Doctore Martino Alfonſo Viualdo in ſua Sũma, ſic dicente, quod licet Caietanus dicat,

Digitized by Google

132. *Quæritur in ſexta excommunicatione huius Bullæ quot perſonæ, & quæ in eam incidant?*

RESpondetur quinq; genera perſonarum incidere. Primò impedientes victualia deferẽtes, vel alia neceſſaria ad vſum Rom. curię. Secũdò inuadentes eoſdẽ. Tertiò perturbantes ne deferantur. Quarto, eos, qui hoc faciunt, vel defendũt talia faciẽtes. Et extenditur excõicatio ad oẽs, licet Pontificali, Regali, vel Reginali dignitate, vel alia quauis Eccleſiaſtica, vel ſeculari præfulgeant. Circa quartum genus perſonarum Caieta. ver. excom. c. 19. & Nauar. c. 27. nu. 64. putant vbi dicitur (faciũt) ſupplẽdum eſſe, infinitum, fieri, & tunc eſſent quinq; genera perſonarum. Sed mihi non placet hęc opinio, quia nũquam eſt tale verbum poſitum a prima Bulla Martini V. vſq; ad vltimã, & tamen, ſi eſſet defectus, credibile eſt, ꝙ aliquãdo fuiſſet emẽdatus, maximè poſt aduertẽtiã Caiet. cum etiã in alijs locis Bullæ dicatur (qui fieri faciunt) & cũ ſit materia pœnalis, nõ debet ampliari. Itẽ nos interfuimus in conſultatione cũ ſummo Pęnitentiario ſuper hanc Bullã. Et cum ad hunc locũ peruenimus, cum iuriſdoctis ibi aſſtãtib. fuit reiecta hęc Caiet. opinio, vel additio. Verbum ergo (faciunt) repetitio eſt præcedẽtiũ, & ſignificat excõicari, non tm̃ prædicta facientes, ſed eos ẽt defendẽtes.

Secũdò nota ex Caiet. ibi, ꝙ cũ qs ſuis terris conſulens, impedit hęc victualia, nõ incidit in hãc cenſurã, qa nõ vult per ſe impedire, ſed ſibi cõſulere, idq; honeſta cauſa, vt ſi ciues ꝓ- A prij paterentur defectũ notabilẽ in victualibus, non eſt contra Bullã, ſi dñs tunc prohibet, ne extrahant, vel, ſi exiſtente peſte in curia Rom. prohibet, ne quis eat Romã, volẽs reuerti, afficiat peſte continẽs. quidã verò alius Doct. ait, ꝙ non ſolũ incidit in hãc cẽſurã, qui ꝓhibet deferri frumẽtum, vinum, oleum, animalia viua & mortua, ſed etiam alias merces, vt fructus, linum, ligna, papirum, & huiuſ- B modi, quæ comprehendũtur in illis verbis, ſeu alia ad vſum Curiæ neceſſaria.

133. *Quæritur circa ſeptimã excom. quomodo quædam uerba intelligãtur? Ibidem enim dicitur, quod excommunicatur, qui uenientes ad Sedẽ Apoſ. uel ab ea recedentes, uel in Curia Romana morantes, rapiunt, ſpoliant, detinẽt, uel ex propoſito deliberato mutilare, uerberare, interficere præſumũt, & qui ta- C lia fieri faciunt, & mandant. quomodo intelligitur illud: Venientes ad Sedem Apoſt.*

RESpondetur eos intelligi, qui ratione Summi Pontif. veniunt, & nõ qui rõne ſtationis, vel indulgẽtiarum, &c. Sed habentes negociũ, prætenſionem, gratiam, vel quid aliud, mediante, vel interueniente Papa, ſiue ſit Romæ, vel alibi. Secundò dubitatur, qui ſint morantes in Cu- D ria Roma. Reſpondet Caiet. verb. excommunic. c. 14. intelligi curiales ipſos vulgò dictos, qui ratione Pontificiæ Curiæ in Roma ſunt, ſiue mediatè, ſiue immediatè Pontifici ſeruiãt, ſiue ſint cum Cardinalibus, ſiue Epiſcopis, qui Curię adſunt. Vnde Romani ciues, & alij alijs de cauſis Romæ exiſtentes, propter quas ibi adeſ-

Digitized by Google

adeſſent, licet curia Pontificis alibi moraretur, non dicuntur morantes in Curia. Tertiò dubitatur quid ſit illud ex propoſito deliberato mutilare,&c. Reſpondet Caiet. ibi. Non omne homicidium, quod eſt peccatum mortale, dici in præſenti ex propoſito deliberato, ſed commiſſum ex pręmeditato, & animo pacato conceptum, id eſt, extra rixam, & flagrans delictum, & idem dicũt de mutilatione. Et aduertant confeſſarij, quod ſunt excommunicati verberantes ex tali propoſito mutilantes, & occidentes Curiales, &c. & veniẽtes, ac recedẽtes à Sede Apoſt. Quartum dubium eſt an illa tria verba Rapere, Spoliare, Detinere, eodem modo ſe habeant, reſpectu morantium in Curia, & aliorum. Reſpondet Caietan. ibi quod non. Quia reſpectu venientium, vel recedentium à Sede Apoſt. ſufficit aliquid horum facere ad incurrendam cenſuram, ſed reſpectu morantium, requiritur, vt fiat auctoritate vſurpata, tanquam ſi eſſet Iudex, aut poteſtatem habens. Vt ſi Orator Regis compręhẽdit aliquem Romæ, vt caſtigaret, vel mitteret aliquò caſtigandum, quod videntur ſignificarę verba, quando dicitur: Excõmunicemus illos, qui Iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam non habentes, morantes in Curia, temeritate propria rapiunt, ſpoliant, detinent, &c. Quæ ſententia eſt probabilis: & licet non placeat Nauar. c. 27. num. 65. mihi tamen placet, quia in materia pœnali, vt ipſa expoſitio reſtringens eſt ampliãda, cum ſit commoda: illa verò verba: Mutilare, Verberare, Interficere. Requirunt propoſitum deliberatum reſpectu veniẽtium recedentium, & morantium. Sed illa tria, nempe, rapere, ſpoliare, & detinere. Non requirunt auctoritatis vſurpationem, niſi reſpectu morantium in Curia.

134. *Quæritur de octaua excommunicatione quid contineat, & quomodo intelligatur?*

RESpondetur, quod hæc excommunicatio comprehendit mutilantes, verberantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinẽtes Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos. Similiter aliquid horum mandantes. Vbi nota non comprehendi hic Cardinales, qui non ſunt Epiſcopi, ſed eſt alia excommunicatio in fauorem illorum, c. Fęlicis, de Pœnitentia. Secundo nota, Epiſcopos debere eſſe conſecratos ad incurendã hẽc cẽſuram Nam quamuis electus, & confirmatus ſit Epiſcopus, niſi ſit conſecratus, non incurritur hæc cenſura. Sed alia Papalis. 17. q. 4. can. Siquis ſuadente. & Caietan. verbo excõmunicatio c. 12.

Aduerte etiam in iure eſſe latam excommunicationem Papalem contra omnes hos, vt habetur Clem. Siquis ſuadente, de Pœnis. Quæ quidẽ cõprehendit omnes hos, & alios plures, qui in Bulla Cœnæ continentur. Excommunicantur enim Epiſcoporum percuſſores. Sub quo verbo, intelligũtur mutilatores, & verberatores, nam ſi etiam percutiunt. Excommunicantur etiam interfectores, ſimiliter captores: ſub quo verbo intelligũtur incarceratores, & detinẽtes.

Excom-

Excommunicantur etiam bandientes Epiſcopos, & hi non ſunt in Bulla cœnæ excommunicati. Similiter excommunicantur qui hæc mandāt, vel ſunt ſocij, vel dant conſilium, vel ratificant, vel dant fauorem, vel ſciētes receptant illos. Similiter excommunicantur Poteſtates, Rectores, Conſiliarij, Conſules, Baliui, Scabini, Aduocati, Officiales quocumque nomine vocentur, qui in aliquo horum culpabiles extiterint. Omnes hi in Bulla Cœnæ non continentur. Vnde Clemētina eſt multo amplior in hac parte, quam ſit Bulla cœnæ. Aliæ autem pœnæ ibi ponuntur, de quibus aliàs dicendum eſt.

135. *Quæritur in nona excommunicatione, quæ contineat, & quomodo intelligatur?*

RESpondetur, quod hęc excōmunicatio multa cōprehendit perſonarum genera, & tres partes continet principales. In prima continentur quinque excommunicationes; prima complectitur quatuor perſonarum genera, nempe verberantes, mutilantes, interficientes, & bonis ſpoliantes per ſe, vel per alium, aliquas ex his ſex perſonis, ſcilicet recurrentes ad Romanam curiam ſuper negotijs, & cauſis proprijs, vel proſequentes in curia eaſdem cauſas, vel eorum ſolicitatores, & aduocatos, vel procuratores, vel auditores, aut iudices, ſuper eiſdē cauſis, vel negotijs deputatos, ſiue perſonæ læſę ſint eccleſiaſtici, ſiue ſeculares; limitantur tamen hæ quatuor actiones, propter quas excommunicatio fertur, quando occaſione, & intuitu cauſarum, vel negotiorum fiunt. Dices fortè, ſupra ſunt excommunicati, qui morantes in curia verberant, mutilant, &c. Sed hi modo numerati ſunt in hac excōmunicatione poſſunt eſſe ſimul morātes in curia. Ergo tales incurrūt duas excommunicationes? Reſpondetur ita eſſe, quia propter varia poteſt quis multis ligari excōmunicationibus, vt habetur 3. q. 4. can. Engeltrudam. Vnde hi duabus egent abſolutionibus, vel vna complectente duas, reſpectu duarum excommunicationum, quas incurrunt. Secunda excommunicatio complectitur quinque genera perſonarum, nempe, prohibentes ne literę Apoſtolicæ, etiam in forma Breuis, gratiam, vel iuſtitiam cōcernentes, etiā monitoria, citationes, executoriales, executioni mandentur, ſine eorum beneplacito, & examine. Secundò capientes notarios, executores, ſubexecutores prædictarum litterarum, citationum, monitoriarum, executorialium. Tertiò eoſdem incarcerantes. Quartò detinētes. Quintò capi, detineri, incarcerari facientes. Et intelligitur ratione dictarum ratione literarum, vel citationum, &c. puta ne denuntient, vel quid aliud faciunt. Sed eſt dubiū an prædicta, facientes excuſentur, quando id facerent in vtilitatem reipublicæ propriæ. Reſpondetur hanc excuſationem nullius eſſe momenti, quicquid ipſi dicant eſſe in detrimentum Reipublicæ, quia non licet ipſius propria authoritate ſummo paſtori reſiſtere, niſi, quando ipſe ſe tyrannicè gereret, & contra iuſtitiam vellet eos opprimere,

Digitized by Google

primere, quod non eſt in præſentia, ſi enim ipſi proponerent Papę difficultates, & ſuę Reipublicę detrimentum, excuſationem haberent, quod tamen non faciunt, nec damna ſunt iſta maxima, vt iactantur, ſed maiora ſunt ſcandala, quæ ſequuntur ex eorum inobedientia.

136. *Quæritur de tertia excommunicatione contenta in hac nona principali in Bulla Cœnæ, quot genera perſonarum contineat, & eius declaratione?*

RESpondetur, duo genera perſonarum continere. Primò. Inhibentes ne aliqui pareant mandatis, aut literis Apoſtolicis, gratiam, vel iuſtitiam concernentibus, aut legatorum Sedis Apoſtolicæ, aut nuntiorum ipſius, vel iudicium Delegatorum ipſorum, eorum rebus iudicatis, decretis, proceſſibus, & executorialibus, donec ipſi conſentiat per ſuas literas exequutoriales, quas vocant, & aliàs, nuncupatorias, certo ſolutò pretio. Secundò. Inhibentes, ne tabelliones, vt notarij ſuper huiuſmodi literarum, vel proceſſuum executione, aliqua inſtrumenta conficiant, vel confecta parti, cuius intereſt, tradant ſine ipſorum etiam beneplacito. Quarta excommunicatio huius nonę principalis continet tria genera perſonarum, nempè directè, vel indirectè prohibentes, ſtatuentes, mandantes, ſub quibuſuis pęnis, quibuſcunque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne accedant ad Romanam Curiam, pro quibuſcunA que negocijs gerendis, vel gratijs impetrandis, vel ne à dicta ſede gratiam impetrent, vel ne impetratis vtantur. Quinta verò excommunicatio comprehendit omnes pertinaciter ſe ſubtrahentes ab obedientia Summi Pōtificis, vel quomodolibet recedere prçſumentes. Vbi nota non hic includi ſchiſmaticos, in prima excommunicatione Bullæ cōtentos, Nam illi habent inobedientiam cum B rebellione, vt dictum eſt; ſed hi ſunt tantum inobedientes Romano Pontifici, cum pertinacia, id eſt cognoſcēdo eſſe mandatum eius, & nolendo obedire.

137. *Quæritur circa hāc partem principalem, quæ eſt tertia huius nonæ excommunicationis Bullæ Cœnæ, quot excommunicationes contineat, & eorum C ſenſum?*

RESpondetur eam cōtinere duas excommunicationes, & prima eſt, quæ ligat omnes, qui ſuo officio, vel ad inſtantiam quorumcunque perſonas eccleſiaſticas, capitula, conuentus, vel collegia eccleſiaſticorum quorumcunque coram, ſed ad eorum tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium, vel parlamentum, D præter communis iuris diſpenſationem, vt infra declaratur, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quouis ficto colore.

Secunda ligātur qui hactenus fecerunt, ordinauerunt, vel publicauerunt, vel in poſterum facient, & ordinabunt, vel publicabunt

ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, vel quæuis alia decreta, in genere, vel in ſpecie, quauis cauſa, vel quo iis quæſito colore, etiam prætextu literarum Apoſtolicarum vſu non receptarum, vel reuocatarum, quibus decretis, ordinationibus, &c. libertas Eccleſiæ tollitur, vel in aliquo læditur, vel deprimitur, vel alias quouis modo reſtringitur, vel quibuſuis Sedis Apoſtolicæ iuribus quomodolibet tacitè, vel expreſsè iudicatur. Nunc dico circa hanc primam excommunicationem tres præcipuè eſſe caſus, in quibus iudex ſæcularis iudicare poteſt perſonas Eccleſiaſticas. Primò quando traduntur per iudices Eccleſiaſticos brachio ſæculari, vt habetur in capit. cum non ab homine, De iudicijs. Secundo in cauſa ciuili, de licentia Epiſcopi proprij, vt habetur capit. 7. de foro competenti. Ita habet Silueſter, verbo, Iudex, primo, §. 4. Tertius eſt per viam reconuentionis, vt habetur 3. quæſtio. 8. cano. 1. quod eodem modo intelligitur in cauſa ciuili, vt ait ibidem idem Silueſter.

138. *Quæritur circa aliam partem huius nonæ excommunicationis Bullæ quæ contineat, & eius intelligentia?*

Reſpondetur quinque particulas continere. In prima excommunicantur tria genera perſonarum, nempe vſurpantes, ſurripientes, ſequeſtrantes ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, iuriſdictiones, fructus, redditus, prouentus ad Eccle- A ſiaſticas perſonas, ratione monaſteriorum, eccleſiarum, vel aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorũ, ab ipſis obtentorum pertinentes.

Et nota ex Caietano, verbo, Excommunicatio, cap. 27. quod vt hæc excommunicatio incurratur vſurpando, ſubripiendo, & ſequeſtrando.

Primò requiritur, vt ſint bona pertinentia ratione beneficio- B rum, &c. quia ſi perſonæ Eccleſiaſticæ habent alia bona aliunde prouenientia, propter eorum vſurpationem non incurritur.

Secundo requiritur, vt ſint bona pertinentia ad ipſas perſonas Eccleſiaſticas ratione beneficiorũ, &c. Vnde cum beneficia vacant, & ad nullam perſonam adhuc pertinent, licet per vſurpationem eorum peccatum fiat, & reſtitutioni obno- C xium, ſicut eſt præcedens, non tamen incurritur hæc excommunicatio.

Tertio requiritur, vt vſurpatio, vel ſubreptio ſit cum quadam appropriatione, quaſi ad ipſum vſurpantem, vel ſubripientem pertineret: Quod intelligit Caietan. cum dicit: Subripere bona eccleſiæ, vt ſunt eccleſiæ. Vnde non ligantur hac cenſura fures, quia id non faciunt ſibi ap- D propriantes, quaſi ad ſuum Ius pertinerent.

Quartò requiritur, vt ſit ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ.

139. Quæ-

Digitized by Google

139. Quæritur in ſecunda particula ſupradicti quæſiti, quot genera perſonarum excommunicantur, & eorum declaratio?

RESpondetur, tria genera perſonarum excommunicantur, ſcilicet, imponentes perſonis Eccleſiaſticis, & earum monaſteriorum; eccleſiarum, vel beneficiorum bonis, fructibus, redditibus, & prouentibus abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtol. collectas, decimas, tallias, preſtātias, & alia onera, & exiſtentes varijs, & exquiſitis modis, hæc eadem, & accipientes etiam à ſpontè dantibus. Vbi nota non tantum excommunicati imponentes, exigentes aliquid ex prędictis, vel accipientes ex bonis beneficiorum eccleſiarum, & monaſteriorum, ſed etiam quando hæc imponuntur ipſis perſonis Eccleſiaſticis, licet beneficia non habeant, vel alia bona habeāt, niſi quando perſonę eccleſiaſticæ negociationibus ſecularibus ſe immiſceant. Tunc enim licet illis imponere gabellas, ſicut ſecularibus ſuper tali negociatione, vt notat Silueſter, verbo, Gabella 3. §. 11. Vnde non eſt audiendus, Nauar. capit. 27. nume. 68. qui putat hanc excommunicationem tantum comprehendere imponentes, exiſtentes, accipientes, &c. onera ſuper bonis beneficiorum, quia in Bulla vtrumque ponitur. In iure antiquo, cap. Non minus, extra de immunita. Eccleſ. excommunicati ſunt ſunt imponentes hęc onera perſonis Eccleſiaſticis ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, niſi propter vtilitatem, vel neceſſitatem communem, quando bona ſecularium ad id non ſuppetunt. Quæ excōmunicatio non fuit reſeruata. Poſtea verò in Concilio Lateranenſ. vt habetur in c. Aduerſus, extra eod. tit. fuit ablata hæc exceptio ſub Innocentio IIII. Poſtea Bonif. VIII. in cap. clerici, de immunit. Eccleſiæ, in 6. reſeruauit ſibi excommunicationem, & extendit ad accipientes quocunque modo, etiam à donantibus. Et vniuerſitatem talia facientem ſuppoſuit interdicto, & extendit excommunicationem ad ipſas perſonas quouis modo, etiam ſpontè ſoluentes onera prędicta. Poſtea Benedictus XI. in extrauaganti, Quod olim, de immunitate Eccleſ. reuocauit hoc vltimum decretum. Quod hoc, ne habeat locum in accipientibus à ſpontè dantibus. Poſtea Clemens V. in Clementinis, cap. Quoniam, de immunita. Eccleſ. reuocauit vtrumque decretum, & voluit obſeruari illa capita ex Concilio allegata, ſcilicet, Non minus. Et aduerſus. His omnibus ſucceſſit Bulla excommunicans etiam ſpontè accipientes à ſpontè dantibus, & quod amplius eſt, innouat omnia decreta, & Cōcilia generalia, etiam canonem ſuper his. Vnde decretum Bonifacij hoc locum habere videtur, ac ſi eſſet in Cœna.

140. Quæritur quæ contineat tertia particula huius nonæ excomm. & quomodo intelligatur?

RESpondetur, quod in hac tertia particula, omnia prædicta in his tribus partibus huius nonæ excommunic. extenduntur ad per ſe, & per

alios directè, vel indirectè, aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes, palàm, vel occultè ſuffragium, vel votum dantes: Vbi valde nota hanc extenſionem cadere ſuper omnia à principio huius nonæ excom.dicta, vt notat Silueſt. verbo, excommu.7.§.70. & Tabien.eodem verb.6.nu.12. & propterea ſub vno contextu copulatiuè legitur.

In quarta particula extenduntur omnes hę excom.ad omnia perſonarum genera cuiuſcunque conditionis, ſtatus, & præeminentiæ, vt patet in littera.

In quinta particula innouantur canones antiqui ſuper hæc dicta, cum interdicto, de quo diximus ſuprà, & cum alijs pœnis in eis contentis. Sed nota non innouari decretum Boniſac.quantum ad hoc, quod ipſi clerici ſoluentes ſunt excommunicati: Sed quantum ad ipſos imponentes: vel accipientes, vel exigentes, quia non innouantur canones, niſi quantum ad prædicta, in hac excommun. in qua non comprehenduntur ſoluentes, nec ſponte, nec alio modo. Dum hæc legeremus, publicata eſt Bulla Pij V. in qua multa ſunt addita, & aliqua mutata. Primò addita eſt in ſecundo loco poſt primam excom. alia excom. contra appellantes ad futurum Concilium, vt ſequitur in hac decimam excommunicationem proximè deſcribendam.

141. *Quæritur in hac decima excom. Bullæ, quid contineatur, & eius intellectus?*

RESpondetur continere tria genera perſonarum, nempe appel- A lantes ad futurum Concilium, à mandatis, ordinationibus, & ſententijs Papæ. Secundò dantes conſilium ad hoc. Tertiò dantes auxilium ad hoc, vel fauorem, vt fiat appellatio cuiuſcunque ſtatus perſonæ. Similiter ſiue ſint perſonæ, ſiue capitula, ſiue collegia, ſiue vniuerſitates. Circa hanc excommunicationem tria notanda ſunt. Primò ponuntur duo verba, ſcilicet, excommu- B nicamus, & interdicimus. Primum verbum refertur ad perſonas. Secundum ad collegia, vniuerſitates, & capitula appellantia, vel quę dant auxilium, vel conſilium, quia hæc non poſſunt excommunicari, vt habetur cap.Romana, de ſentent. excommunicatio.in ſexto. Ob id interdicuntur. Secundò nota hanc excommunicationem contra eadem tria genera perſonarum eſſe anti- C quam latam à Pio Secundo, & confirmata à Iulio Secundo, cuius extrauagantis meminit Caietanus, verbo, Excommunicatio, capit.2 5. Licet tunc non erat reſeruata, & modò hic reſeruatur, occaſione quarundam Monacharum in Hiſpania, quæ tempore præſenti appellarunt ad Concilium. Tertiò nota ex eodem Caietano, non incurrere hanc excommunicationem, dan- D tem conſilium, vel auxilium, niſi de facto ſequatur appellatio, quia ſunt actiones acceſſoriæ, & non inducunt pœnam, niſi ſequatur principalis, circa octauam excommunicationem etiam eſt facta additio, quia extenditur ad mutilantes, percutientes, interficientes, incarcerantes, detinentes,

capti-

Digitized by Google

captiuantes Cardinales non Epiſcopos, quod ante non erat, & ad Nuntios, & Legatos Apoſtol. etiam non Epiſcopos, nec Cardinales. Item cõprehendit non tantum mandantes, vt prius, ſed etiam dantes cõſilium, vel auxilium, & addita eſt excommunicatio contra eijcientes Nuncios, vel Legatos prædictos à terris ſuis. Hoc autem etiam erat illud ſub eadem cenſura prohibitum in Extrauag. Super gentes, Ioannis XXII. Licet in hac extrauag. latior fuerit excommunicatio, quam contra impedientes Nuntios, vel Legatos, quominus exequerentur ſuum officiũ. Plus autẽ eſt impedire, q̃ eijcere. Prędicta verò Iuris excommunicatio non eſt reſeruata, & additur in ea noua pęna, quia Regna integra, Ciuitates, & loca, ipſo facto ſunt interdicta, quamdiu in eadem pertinacia durauerint. Circa nonam excom. quia excommunicantur in prima parte, prohibẽtes, ne recurſus fiat pro negotijs gerẽdis, vel gratijs impetrantibus ad Sedem Apoſt. additur etiam pro literis impetrandis, & excommunicantur de nouo, q talcs literas apud ſe, vel Notarium, vel alias perſonas detinent contra abuſum quorundam has literas detinentiũ, & accipientium à partibus, ac nolentium dare, ne eis vtantur, & augentium moras, donec illi abſque literis recedant.

Sunt, & alia mutata, atque minuta addita, ſed non magni momenti, vt ex ipſa Bulla apparebit. Illud etiã verbũ, contra recedentes ab obedientia Romani Pontificis, eſt mutatum, & poſitum in prima omnium excommunicationum. Habemus ergo iam decem excom. cum hac, quam diximus additam eſſe in 2. loco in Bulla Pij Quinti.

142. *Quæritur quid contineat excommunicatio vndecima Bullæ, & declaratio eius?*

Reſpondetur, quod vndecima excom. addita eſt nunc de nouo ad maiorem expreſſionẽ, & declarationem Rom. Pon. contra duodecim genera perſonarum, quæ in aliquam ex quatuor actionibus ſe intromittunt. Hæ perſonæ ſunt, Magiſtratus, Senatores, Pręſidẽtes, Auditores, Iudices, quocunque nomine nuncupati, Cancellarij, Viceeancellarij, Notarij, Scribę, executores, & ſubexecutores. Omnes quomodolibet ſe intromittentes in quatuor actionibus excommunicantur. Actiones ſunt quatuor, in cauſa criminali contra perſonas Eccleſiaſticas, capere, proceſſare, ſententiã facere, vel exequi. Et reuocantur omnia priuilegia etiam à Sede Apoſtol. conceſſa Regibus, Ducibus, Principibus, Reipublicis, Monarchis, Ciuitatibus, alijſq; potẽtatibus quouis noĩe nominentur. Satis hæc ſunt clara. Vtinã Principes Chriſtiani aperiant oculos ad vidẽdũ, & aures ad audiendũ. Non enim iam excuſationẽ, vel ſubterfugium habere poſſunt.

In hac materia hæc ſcribit Martinus Alphon. Viualdus in ſua ſumma dicens: Quod licet iure antiquo, quilibet prima tantum initiatus tonſura, clericus dicebatur; Vt ex cap. cum contingat, de ætate, & qualitate. Hodie tamen priuilegio clericorum, nõ gaudebit, niſi habitum deferat clericalem,

calem, & tonſuram, & ex mandato Epiſcopi alicui adſcriptus ſit Eccleſiæ, vt ex Concil. Trident. ſeſſio. 23. cap. 6. patet. Et Sixtus V. ſtrictiſſimam edidit Bullam ſuper eadem materia, cum pœnis valde auſteris omnibus eam tranſgredientibus.

Et multi Doctores idem affirmant. In Hiſpania enim clericus, niſi ſit ſacris initiatus, non gaudet priuilegio fori, ſi per quatuor menſes, ante delictum non ferebat habitum, & tonſuram. Et nota, quod licet in materia fauorabili, appellatione clericorum; etiam tantum prima tonſura initiati comprehendantur, in materia tamen odioſa, tantum in ſacris ordinibus conſtitutos eſſe intelligendos, vt affirmant omnes Doctores. Et in materia fauorabili, non tantum intelligitur religioſus cuiuſcumque ordinis profeſſus, ſed etiam quilibet nouitius, vel nouitia monialis, Ac etiam omnes illi, qui tertij ordinis Sancti Dominici, vel Sancti Franciſci. Nauarrus cap. 27. numer. 79. Contra Caietanum, verbo, Excommunicatio. cap. 10. Vnde ſi miniſter iuſtitiæ laicus, vt talis percutiat clericum leuiter, & etiam ſi detineat, & comprehendat illum, eſt ad Papam mittendus. Intelligendum tamen eſt, quando cauſa erat capitalis, id eſt quando clericus ob crimen eſſet puniendus capite, vel mutilatione, ſecus in ciuilibus. Si officialis detineat fugientem, vt ſoluat debitum alteri, vel præſentet prælato, vel ſi comprehendat in flagranti delicto, niſi excedat in modo comprehendendi. Nauarrus vt ſupra, numero 85. & 86. hæc verba dicit: Si quis inueniens clericum colloquentem cum matre, vxore, filia, vel ſorore detinuerit illum, tantum per viginti horas, vel etiam percuſſerit, licet peccet percutiens, vel occidens illum inuentum in flagranti delicto, non tamen incurrit excommunicationem, ſecundum communem ſententiam, ſed ſi ex deliberatione, & cum interuallo temporis occidat, incurrit excommunicationem. Præterea, ſi clericus occidat alium, & Iudex ſæcularis faciat informationẽ contra illum, quia aliàs recederent illi, qui poſſunt eſſe teſtes oculati. Si ſequeſtret eius bona, vt Prælato tradat, ne fugitiuus ſecum ferat, non videtur incurrere excommunicationem, quia hæc ſunt medium neceſſarium ad finem licitæ comprehenſionis, ita multi Doctorum aſſeuerant.

142. *Quæritur, quæ contineat excommunica. duodecima, & eius intelligentia?*

RESpondetur ipſam comprehendere tredecim genera perſonarum, propter aliquam, ex octo actionibus, ſiue per ſe, ſiue per alium fiant, nempe, cancellarios, vicecancellarios, conſiliaros ordinarios, vel extraordinarios, Præſidentes cancellariorum, parlamentorum, conſiliorum. Procuratores generales eorumdem, & Imperatorum, Regum, &c. Iudices ordinarios, & delegatos, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Commendatarios,

tarios, Vicarios, Officiales. Primò qui auocant cauſas beneficiales, vel decimales, vel ſpirituales, vel annexas ſpiritualibus, ab Auditoribus, Commiſſariis Apoſtolicis, alijsve Iudicibus Eccleſiaſticis, licet id fiet prętextu exemptionum, gratiarum, & aliarum literarum Apoſtolicarum. Secũdò, qui auctoritate laicali impediunt executiones monitoriarum, inhibitionum, ſequeſtrationum, exequutorialium, & aliarum literarum Apoſt. tam gratiam, quam iuſtitiam concernentium a Papa, vel Camerario, vel à prędĩctibus Cameræ, Auditoribus, Cõmiſſarijs, alijſve Iudicib' Apoſtolicis, in eiſdem cauſis emanatarum. Tertiò qui authoritate laicali impediunt illarum curſum, & audiẽtiam, perſonas, capitula, collegia, Conuentus, cauſas ipſas exequi volentes. Quarto, qui ſe eiſdem, vt iudices intromittunt. Quinto qui cõpellunt, vel ordinant partes actrices ad reuocandum, vel faciendum reuocare prædictas citationes, monitoria, &c. Sextò qui compellunt, vel ordinant eaſdem partes ad faciendũ abſolui eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt a pœnis, & cenſuris in eis contentis.

Septimò, qui quomodolibet impediunt executionem literarum Apoſtolicarum, vel exequutorialium. Octauò, qui ad prædictum ſuum fauorem, conſilium vel aſſenſum pręſtãt. Remouentur autem duo prætextus. Primus violentiæ prohibendę perſonis, & ſubditis ſuis, qui meritò excluditur, quia debent recurrere ad Sedem Apoſtolicam, pro remedio, & non faciunt. Secundus, quia ſo- A lent comparere per procuratorem, vel fiſcalem coram iudice Eccleſiaſtico deputato ad executionem literarum, & dicere ſe ſupplicare ad Sedem Apoſtolicam de prædicta executione, & cũ hoc accipiũt literas, & nunquam ſupplicationem coram Papa exequuntur. Excluditur hic prętextus, niſi prædictam ſupplicationem legitimè proſequuntur. Qui prætextus ſecundus de nouo eſt in B hac bulla adiunctus.

143. *Quæritur circa tertiam decimã excommunicationem Bullæ, quid contineat, & eius intellectus?*

RESpondetur hanc excommunicationem eſſe cõtra nouem perſonarum genera: ſex principalia, & C tria vltima acceſſoria, ſcilicet mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, detinentes, & depredantes Romipetas, id eſt, accedentes ad Vrbem deuotionis, vel peregrinationis cauſa: in ea morantes, vel ab ea recedentes, & qui illis auxilium, conſilium, vel fauorem dant. Caieta. verbo, Excommunicatio, capite decimo tertio, benè notat. Intelligit etiam, non exiſtente Romæ Sede D Apoſtolica, quia eſt in fauorem viſitantium limina Apoſtolorum, & olim etiam erat contra talia facientes, contra peregrinos in terram ſanctam, vt refert Tabien. verbo, Excommunicatio, 6. in fine. Additur ex Doctore Martino Alfonſo Viualdo in ſua Summa, ſic dicente, quod licet Caietanus dicat,

delicet, vſurpantes, perturbantes, retinentes, varijs modis vexare præſumentes ſupremam iuriſdictionem in prędictis illis locis Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ competentem.

In tertia parte duæ excommunicationes extenduntur ad adhærentes, fautores, defenſores illorum, & conſilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes, in vltima parte excommunicantur illi, qui ſede vacante, & alio quouis tempore, abſtulerunt a ſacro Palatio uaſa aurea, argentea, ueſtimenta, ſupellectilia cuiuſque generis, libros, ſcripturas, alia bona, & dictorum detentores, & quicunque, ad quorum manus bona ipſa quouis titulo, & quauis cauſa ſcienter peruenerint, & illi in quorum manibus ad pręſens exiſtunt. In Bulla præcedenti, etiam excommunicantur rapientes bona de naufragijs, & a raptoribus accipientes, ſed iam hoc eſt tráſpoſitum ad tertiam excommunicationem. Poſt has excommunicationes, Papa declarat, & proteſtatur tria. Primò abſolutionem ſolemnem die Iouis Cœnæ faciendam, vel aliàs etiam faciēdam ſolemniter aliquem ex prędictis omnibus excommunicatis non compręhēdere, neque eis ſuffragari, niſi prius a prædictis cum uero propoſito ſimilia non committendi deſtiterint.

Secundò idem proteſtatur contra eos, qui ſtatuta, pragmaticas, &c. fecerunt contra libertatem Eccleſiæ, niſi prius illa reuocauerint, & de ſuis archiuis, vel locis capitularibus, & A libris deleuerint, & de reuocatione Papam certiorem fecerint. Sed nota quod Pada in die cœnę, nec aliàs, abſoluit etiam iſta facientes, ſed dicit, quod ſi fortè fuerit aliqua ſolemnis, & generalis abſolutio facta, hęc non comprehendit, niſi cum dictis conditionibus.

Tertio reuocat priuilegia omnia per non obſtantia, vbi etiam reſeruat ſibi abſolutionem omnium B prędictorum, niſi in articulo mortis, cum pręcepto, vt etiam tunc non fiat, niſi prius facta ſatisfactione, vel pręſtita cautione de ſtando mandatis Papę, & reuocat omnia priuilegia, quibus abſolutio ab alio, quàm a Papa ipſo, extra dictum articulum poterit exhiberi, reuocatque inter alia Concilia generalia. Ex quo habet Concilium Tridētinum, ſeſſione vigeſimaquar- C ta, cap. ſexto, eſſe reuocatum, vbi facultas dabatur Epiſcopis, vt per ſe, vel per ſuos vicarios abſoluerit ab omnibus caſibus Papę reſeruatis occultis, etiam ab hęreſi; tamen per ſe tantum, non per alium: totum hic reuocatur.

145. *Quæritur circa excommun. Bullæ decimamquintam, et vltimam, quid* D *contineat, & eius expoſitio?*

RESpōdetur quod hæc vltima excommunicatio eſt contra pręſumentes abſoluere aliquem ex prædictis, & interdicuntur etiam ab officio lectionis, prædicationis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audiendi confeſſiones, & aliæ pęnæ infligendę

Digitized by Google

dæ promittuntur, & ipſa abſolutio irritatur.

Vltima excommunicatio eſt reſeruata, ſicut aliæ. Olim enim in Bulla Pauli Primi, in hac excommunicatione ponebatur noua reſeruatio. Excommunicabat enim abſoluentes, & addebat, vt iſti à nullo, niſi à Romano Pont. poſſent abſolui, quæ verba modo non ſunt, vt refert Felynus in cap. Paſtor. de offic. iud. ordin. §. præterea. num. 9. Ratio dubij eſt, quia ſicut ſupra diximus, hæc Bulla eſt ab homine, & vt habetur in dicto c. excommunicatio ab homine, ab eodē fulminante, vt ſuperiore abſolui tantum poteſt. Nauar. cap. 27. num. 74. dicit non eſſe reſeruatam, quia eſt generalis, nec eſt lata contra perſonam particularem, & determinatam. Talis autem excommunicatio aſſimilatur excommunicationi à iure, quæ ſi non eſt reſeruata expreſsè, cenſetur non reſeruata. Citat Imo. cap. Grauæ de præb. qui de tali excommunicatione generali ita ſentit. Fed. tamē loco citato, nu. 4. citans Imo. in hanc ſenten. dicit eſſe ſingularem opinionem; communem eſſe verò in contrarium, nempe tam generalem, quā particularem excommunicationem ab homine, ab eodem, vel ſuperiore abſoluēdā eſſe. Quod videtur probabilius: quia eſt communis ſententia, & quia oppoſita non probatur. Item quia cap. nuper, de ſentent. excommun. in ſola excommun. à iure dicitur, quod ſi non ponitur reſeruatio expreſsè, cenſetur non reſeruata. Vnde præſens excommunicatio reſeruata eſt, immò puto eſſe in Cœna Dñi, quia eodem proceſſu Bullę continetur. Et quod ſit reſeruata, tenet Sylu. verbo, excommun. 7. §. 26. Caiet. verbo, Excommunicatio, c. 27. Tabien. verbo, excommunicatio. 6. in fine.

In reſidua parte Bullæ tria alia cō tinentur. Primo præceptum Papæ in virtute ſanctę Obed. quo obligat ſub mortali ſingulos Patriarcas, Epiſcopos, omnes curam animarum habentes, omnes confeſſarios, tam regulares, quàm laicos, vt hanc Bullam habeant, & attentè ſtudeant, & diligenter legere. Secundò Epiſcopis præcipit, vt faciant eam in ſuis diœceſibus publicari, & ſaltem ſemel in anno in Eccleſijs cathedralibus legere. Tertio declarat hanc Bullam habere vigorem, donec promulgetur alia, ſiue per eundem Pontificem, ſiue per ſucceſſorem. Vnde iuxta hoc, non ceſſat in ſede vacante. Atque hæc notanda ſunt circa hanc Bullam, Author candelabri ſatis peritus ait in expoſitione huius Bullę. vt quis incurrat hanc cenſuram, oportet vt præſumptuosè, & contra Papæ voluntatem, velit abſoluere, ita quod talis pręſumptio ſit peccatum mortale. Si verò ignorantia, obliuione, aut inconſideratione ductus abſoluat, non illam incurrit. citat Nauar. cap. 27. num. 73. in cap. Accepta, & Caiet. in ſum. verbo, excommun. cap. 58. & 81.

146. *Bulla S. D. N. D. Sixti Diuina prouidētia Papæ V. de Habitu, & Tonſura per Clericos, ſeu Milites beneficia, vel etiam Penſiones obtinentes, deferendis?*

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei ad perpetuam rei memoriā.

Primò,

Primò, Cum ſacroſanctã Dei Eccleſiam, quã ſaluator noſter ſuo precioſiſſimo ſanguine acquiſiuit, ſponſam ſibi elegerit, & nobis, licèt indignis, cuſtodiendam tradidit eidem ſine ruga, ſeu macula, atque in omnibus ſuis membris placentem conſeruare debemus, vt in ea omnia ordinata, ſingula diſtincta, cuncta interius, exteriuſque pietatem & deuotionem ſedolentia inueniantur, & vt ineffabilibus circumamicta varietatibus ſpecioſa in oculis ſuis appareat, quãtum fauente Deo valemus, idipſum munus exequi decreuimus.

Secundò, Quare animaduertẽtes, quod qui in ſortem Domini ad eiuſdem Eccleſię decus, & ornamentum ſunt vocati, & ex eo Clerici nomen conſequuti, quique cenſu Eccleſiaſtico viuunt, ſingulari aliquo ſigno à reliquo populo diſtingui debent, ne cui eorum iure dici poſſint: quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem, & ad hoc ipſum ſollicitudinis noſtræ obtutus dirigentes, ne ſanguis eorũ de manu noſtra requiratur; cum ingenti cordis noſtri dolore inuenimus complures ſupradicta Domini ſententia iuſtè redarguendos: Nam eorum plerique Clerici, honore neglecto, in veſtibus laicalibus incedentes, eo ſe mirifico indignos priuilegio reddiderunt.

Tertiò, Quapropter licet ſacris Canonibus, Concilijs generalibus, & Apoſt. conſtitutionibus, certus circa eorum, qui Clericali charactere inſigniendi ſunt, habitum, & ætatem, & alias qualitates ſit præſcriptus modus, & contra Clericos in habitu clericali, & tonſura non inſidentes, impoſita pœna, nempè, vt gratijs, immunitatibus, & alijs priuilegijs clericalibus minimè gaudeant, tamen, cum, incuria temporum, & forſan dormiẽtibus paſtoribus, inimicus homo lethifera trãſgreſſionis zizania ſuperſeminarit. Nos propterea his, & alijs rationibus de cauſis adducti, nequis nimia, ſiue paſtorũ, ſiue temporũ indulgentia, & impunitate, ſiue oſcitantia, cũ Religionis dedecore, nominis

B Dei contemptu, & proprię ſalutis diſpendio de cætero abutatur.

Quartò, Hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione pręcipimus, & mãdamus omnibus, & quibuſcunq; Clericis, non ſolum in ſacris, ſed etiam in alijs minoribus ordinibus conſtitutis, & Clericali tantum tonſura inſignitis, & nedum beneficia Eccleſiaſtica qualiacunque etiam ſimplicia, nunc, & pro tempore obtinentibus,

C & in illis, vel ad ea, ius habentibus, verum etiam penſiones ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, ac prouẽtibus quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Conuentualium menſarum, nec non & Monaſteriorum, Præpoſiturarũ, Prępoſitatuum, Prioratuum, Pręceptoriarum, Hoſpitalium, Canonicatuum, Præbendarum, Dignitatum, Perſonarũ, Ad-

D miniſtrantium, Officiorum, & Beneficiorum quorumcunque Eccleſiarũ Secularium, & quorumuis ordinum Regularium, ſeu illarum diſtributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis, & obuentionibus vniuerſis ſibi reſeruatas, aut fructus ipſos prædiave, aut bona Eccleſiaſtica loco pẽſionum ſibi aſſignatos, vel aſſignata

Digitized by Google

ex quacunque conceſſione, ſeu diſpo A
ſitione Apoſt. pręcipientibus, etiam
coniugatis, præſertim ſi ijdem Cleri-
ci coniugati iuxta cõſtitutionem pię
memorię Bonifac. Papę VIII. pręde-
ceſſoris noſtri in Conc. Trid. innouã
tam priuilegijs Clericalibus vti ve-
lint tam in Roma. Curia degẽtibus,
quam extra eam vbilibet gentium,
& locorum conſtitutis, vt ipſi, & eo-
rum quilibet quantumuis exempti
exiſtant, & quouis priuilegio, vel im
munitate gaudeant, quacunque di-
latione, aut tergiuerſione poſtpoſi-
ta, debeant omninò, qui in vrbe pręr-
ſentes fuerint iuxta 15. dies, qui ve-
rò citra Montes intra quatuor men-
ſes, qui denique vltra montes conſti
tuti ſunt intra octo menſes à die pu-
blicationis pręſentium literarum in
Romana Curia facienda tonſuram,
& habitum Clericalem, veſtes, ſcili-
cet talares, aut milites infra dicendis, C
quibus penſiones, aut fructus, aliave
bona Eccleſiaſtica reſeruata ſunt, ſuę
militię conuenientem quacunq; re-
mota excuſatione aſſumere, & iugi-
ter deferre. In futurum autem non
niſi actu Clericis in habitu clericali,
& tonſura, & militibus infra dicen-
dis in militari incedentibus ſuę mili
tię propria, aut alia quęcunque Ec-
cleſiaſtica, etiam ſimplicia beneficia D
reſpectiuè conferantur, aut commen
dentur, aut penſiones, fructuſve, aut
bona Eccleſiaſtica reſeruẽtur. Alio-
quin ipſos, & ipſorum quẽlibet qui
quoad geſtandum habitum clerica-
lem, & militarem; ſupradictum la-
pſo huiuſmodi tempore eorum vni-
cuique, vt ſupradictum eſt, pręfixo
noſtris huiuſmodi pręcepto, & man
dato nunc, & in poſterum perpetuis
futuris temporibus cum effectu non
obediuerint; pręter alias pęnas con-
tra eos inflictas, etiam quibuſcunq;
dignitatibus, adminiſtrantibus, offi-
cijs, Canonicatibus, & prębendis, ac
beneficijs etiam ſimplicibus pręſti-
monijs per eorum quẽlibet in titulũ,
commendam, vel alias pro tempore
obtentis, nec non pẽſionibus, & fru-
ctibus, ac prędijs, boniſque Eccleſia-
B ſticis huiuſmodi quocunque modo
eis reſeruatis, vel reſeruandis, omni-
que iure ſibi in eis, vel ad ea quomo-
dolibet competenti, harum ſerie ex
certa noſtra ſcientia déque Apoſtol.
poteſtatis plenitudine priuamus, ac
ſine vlla alia monitione, citatione, Iu-
dicis decreto, aut miniſterio, ipſo fa-
cto priuatos declaramus, ac tam be-
neficia ipſa per priuationem huiuſ-
modi vacare, & liberè alijs conferri
poſſe, quam etiam penſiones ceſſare,
extinctas eſſe, & fore, ac fructuum,
vel aliarum rerum reſeruationes ceſ-
ſare, & quemquam vlterius ad alio-
rum ſolutionem minimè teneri, &
ob non ſolutionem cenſuras, & pœ-
nas aliquas incurrere non poſſe, nec
debere decernimus, ipſaſque digni-
tates, perſonatus, adminiſtrationes,
officia, necnon canonicatus, & pręr-
bendas, & beneficia ſic pro tempore
vacantia collationi, prouiſioni, & di
ſpoſitioni noſtrę, & Roma. Pont. pro
tempore exiſtentis perpetuò reſerua
mus, ſtatuẽtes ſic in pręmiſſis vniuer
ſis, & ſingulis per quoſcũq; Iudices,
& Cõmiſſarios, et cauſarum Palatij
Apoſt. Auditores, & Sanctę Romanę
Eccleſię Cardinales, ſublata eis, &
eorum cuilibet quauis aliter iudica-
di, &

di, & interpratandi facultate in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere, decernentes caſſum, irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter contigerit attentari.

Quinto, Cæterum milites quarũuis militiarum ſub regula aliqua approbata canonicè inſtitutarum, vel alios Roma. Curiæ officiales, qui nõ vti Clerici, ſed potius tanquam milites iuxta priuilegia, & diſpenſationes Apoſtolicæ eis in genere, vel in ſpecie, per nos, aut prædeceſſores noſtros nominatim conceſſa, & ſub felicis recordationis Pij Quinti prędeceſſoris noſtri conſtitutione, quæ incipit: Sacroſanctum: Huiuſmodi Priuilegiorum forſan reuocatoria minimè comprehenſa, beneficia militiæ quam profeſſi ſunt Regularia obtinent, ſeu penſiones, ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, prouentibus Eccleſ. etiam prædictarum Eccleſiarum, & beneficiorum ſecularium, aut fructus ipſos ſibi reſeruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipient in futurum, ſiue clericali charactere inſigniti ſint, ſiue non ſint, qui veri Clerici ſunt, etiam ſi ab initio tempore reſeruationis pẽſionum, ſeu fructuum huiuſmodi regularem habitum nõ ſuſceperint, nec milites officiorum Romanæ Curiæ aſcripti fuerint, ſed poſt factas eorum cuique reſeruationes ante, vel poſt publicationem pręſentis conſtitutionis, milites effecti extiterint, ſub præcepto, & mandato præfatis de habitu, & tonſura ſub clericali deferendis, nolumus comprehendi, ſed A his permittimus, vt regulari habitu militiæ, quam profeſſi ſunt conuenienti, vel ſi ipſi milites Roma. Curiæ Officiales fuerint, qui penſiones, aut fructus, aliave prædia, aut bona Eccleſ. ex diſpenſatione, ſeu priuilegio Apoſtolico percipiant, habitu militari ſupraſcripto abſque alicuius cenſuræ, vel pœnæ Eccleſiaſticæ incurſu, licitè vti valeant, & nihilominus tam B beneficia ſuæ militiæ, regularia retineant, quam etiam penſiones ſuper Eccleſiarum, & beneficiorum prædictorum etiam ſecularium fructibus, ſeu bona, vel fructus præfatos ſibi pro tempore reſeruatos percipiant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtol. nec non conſuetudinibus etiam longiſſimo immemorabili tempore obſeruatis, quæ abuſus, & corruptelæ C potius cenſendæ ſunt, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis quorumcunque tenorum exiſtant, quę omnia nolumus cuipiam aduerſus præmiſſa in aliquo ſuffragari.

Sextò, Mandamus verò vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis, ac locorum Ordinariis, D vt in ſuis quiſque Eccleſijs, Ciuitatibus, & Diœceſibus curent præſentes literas, earumque exempla publicari, & inuiolatè obſeruari. Et ne quis præſentium literarum ignorantia ſe valeat excuſari, iubemus illas ad Valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateran. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie

Campi

Campi Flore, & in Cancellaria Apoſtol. affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa relinqui, & deinde in eadem Cancellaria Apoſtolica in libro quinterno appellato, inter cæteras conſtitutiones perpetuas perſcribi, & regiſtrari. Decernentes publicationem in Baſilica præfatis, & in acie Campi Floræ faciendam, poſt lapſum temporis ſuperius præfixi vnumquemque arctare, & afficere, perinde ac ſi ipſæ præſentes literæ ſingulis perſonis præfatis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Volumus quoque earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis Notarij publici manu ſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, plenam, & indubitatam fidem in iudicio, & extra, adhiberi, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtentæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum pręcepti mandatorum, priuationis decretorum, reſeruationis, ſtatuti, voluntatum, permiſſionis, & iuſſionis īpigere, vel & auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apoſtoli eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romę apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicę 1588. quinto Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

147. *Expoſitio ſuperioris Bullæ Sixti Quinti de habitu, & tonſura à Clericis deferendis; per R. D. Martinum Viualdum, quæ omnia S. R. Eccleſia correctioni ſuppoſuit.*

A Secundò, In primis nota hanc conſtitutioné tantū duas perſonarum ſpecies comprehendere. Scilicet, milites beneficia, vel penſiones habentes, & quoſcunque clericos etiam in prima tonſura eadem habentes, vt ex tituli inſcriptione, & alijs multis locis Bullæ patet.

Tertiò, Nota ex numero ſecundo ibi. (quique cenſu eccleſiaſtico viuunt) huius conſtitutionis intentionem eſſe, beneficiatos illos corrigere, atque componere, qui nullo modo eccleſię miniſtri, ſed potius Chriſti, & eius pauperum inimici videbantur, quorum officium erat, non modeſtè incedere, nec redditibus ſuorum beneficiorum Chriſti pauperibus ſubuenire, ſed per vicos, & plateas, vt alia taceam diſcurrētes Chriſti patrimonium, luxurioſè viuendo conſumere. De quibus beneficiatis, vide optimè tractatum Nauarri de redditibus eccleſiaſticis per totū, quos vno verbo optimè S. D. N. Sixtus V. reprehendit, dum dicit. Inuenimus complures redarguendos.

Quartò, Nota eodem numero ſecūdo ibi (eo ſe minifico indignos priuilegio reddiderunt) ante hanc Bullam per Cōcil. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 6. priuato eſſe priuilegio fori, clericos primæ tonſuræ, qui habitum clericalem non portabant.

Quintò, Nota ex numero tertio ibi (licet ſacris canonibus) multa fuiſſe olim ſtatūta de vita, & moribus, & honęſtate clericorum, quorum principaliora, vltra integros tractus, de hoc editos, quos longum eſſet recenſere; tractantur in titulo de vita, & hon. cler. in Decret.

Sextò,

Sextò, Nota ex eodem numero tertio ibi (de cętero, & numer. 4 ibi. Nunc.) Hanc conſtitutionem tantũ de illis, qui deinceps inobedientes fuerint loqui, nõ autem de omnibus exceſſibus præteritis, licet aliqua in eis interuenerint, vel multa peccata mortalia, vel reſtitutiones ob officiũ diuinum malè, vel nunquam recitaturum, quod eſt notandum ad conſcientias quietandas, atque inquietas ſedandas.

Septimò, Nota ex numero quarto ibi (præcipimus, & mandamus) quod quamuis grauiſſima fuerit inter Doctores certatio de intelligentia verbi. Præcipimus: An inducat peccatum mortale, vel veniale tantum, vt optimè, & latè tradit Nauarr. cap. 23. num. 50. & num 53. patet clariſſimè verbum hoc: Præcipimus: & mandamus: inducere peccatum mortale, niſi aliqua excuſet cauſa, vel minima quantitas.

Octauò, Nota ex eodem numero quarto ibi. (omnibus, & quibuſcunque clericis) Per hanc conclauſulam, in ſua generalitate, & particularitate eſſe obuiatum iuri, & Doctorum doctrinę, qua clerici aliqui in generali clericorum appellatione in materia odioſa, non cõprehenduntur. In hac autem, omnes, vult Summus Pontifex comprehendi, videlicet, omnes in ſacris conſtitutos, etiã in minoribus, & prima tonſura habentes beneficium quodcumque, pẽſionem, &c. Vnde patet clericos in minoribus, non habentes beneficium ſub hac clauſula, non comprehendi ratione illius coniunctionis, & nedum poſitæ poſt illa verba; & clericali tãtum tonſura inſignitis, comprehendit etiam quoſcunq; clericos exemptos, aliqui ſupradictorum habentes, vbique degentes.

Nonò, Nota ex numero quinto, ibi. (tonſuram, & habitum clericalem.) In hac cõſtitutione nihil innouari, ſed iam olim pręcepta, nũc ſub nouis pęnis pręcipi. Pręcipitur enim tonſura decens deferri, & merito qui dem: cum ipſa raſura, atque corona, quę in regale ſignum clericis datur, ab aliquibus, ita paruipenditur, vt raro ipſam aperire faciant, & quando illam ſibi aperire faciunt, ita eſt minima, vt magis in improperium, quam in clericalis dignitatis decus, & ornamentum conuertatur. Quapropter vniuerſos, & ſingulos Reuerendiſſimos Epiſcopos humiliter precamur, atque coram Domino obteſtamur, vt quamuis Sixtus V. hic tonſurę, menſuram non aſſignauerit, vnuſquiſque in ſua Diœceſi illam deſignet, prout deſignata eſt per totam Hiſpaniam; Deſcribitur enim forma rotonda tonſurę ſacerdotibus tanquam vna hoſtia ad celebrandũ, & paulo minor cęteris ordinibus ſacris.

Circa quam tõſuram Nota, quòd quamuis in ſacris canonibus, per tonſuram, intelligebatur ſummitatẽ capitis per modum coronæ radere, & inferius tondere, ita vt aures videantur, vt S. Tho. & Panor. & alij probant, & Sylu. verbo clericus, 2. nu. 2. & alij. Hodie tamen communiter pro raſura, aperire, vel radere coronam intelligitur, de qua tõſura clericali iura can. loquuntur diuerſimodè. In aliquibus enim dicitur raſura,

in

A in alijs dicitur corona. De veſtibus autem clericalibus, quæ apertæ ſunt indecenter, nec honori congruent clericali, aliquæ ſunt antiquæ prohibitiones.

Secundò peccant mortaliter quicũque portant veſtem partitam, aut tabarrum, ſi habet beneficium, etiã ſi ſolum haberet primam tonſuram, aut ſi non habet beneficium, tamẽ tales veſtes portat cum tonſura clericali, aliàs non.

Tertiò peccat mortaliter, qui viridibus, vel rubeis veſtibus vtitur, ſecundum Panormit. in cap. clerici officia. Et idem videtur dicendum de veſte lingulata, & quacunque alia notabiliter irreligioſa, aut ſcandaloſa, vel pretioſa, niſi ſit pretioſa ad ſe cõformandum his, quibus conuiuit, ne vileſcat.

Cum ergo veſtes clericis monſtrauimus prohibitas, ſupereſt, vt dicamus, quas hæc Bulla requirat, & præcipiat ſub illis verbis: Veſtes talares: quod quidem per ſequentes aſſertiones patebit. Nulla in hac Bulla fit mẽtio de pileo. Ideo vnuſquiſque poterit vti illo, quo clerici illius regionis, vel prouinciæ vtuntur, dummodo in Eccleſia non illo vtantur. Secunda aſſertio. Quamuis talaris veſtis in rigore, illam veſtem ſignificet, quę totum hominem vſque ad pedes tegit, & cooperit, aliquando tamen leges interpretandæ ſunt per Eccleſiam, id eſt, per moderationem quandam rationabilem, quæ interpretatio, vel rigoris iuris mitigatio licita eſt, iuxta intentionem præſumptam legislatoris, de quo vide Sot. de iuſt. & iur. q 7. ar. 3. Et S. Thomas cum Caietano 1. p. q. 97. ar. 3. & 2. 2. q. 60. art. 5. Tertia aſſertio. Talares ergo veſtes iudicabimus clericis decentes, nec nimis longas, nec nimis breues, & raſuram faciendam eſſe ſecundum conſuetudinem approbatam in barba. Et licet color niger ſit honeſtior in veſte, tamen non videtur mortale, ſi alterius honeſti coloris eſſet, propter paupertatem, intus tamẽ, vt calligę. Et cum iter ſit, non eſt neceſſe B talares veſtes portare, pœnas verò huius Bullæ ſtatim tranſacto tempore prefixo omnes ligare, & in vtroque foro quorumcunque poſſeſſione beneficiorum eſſe priuatos, & dominio, ita quod deinceps fructus non faciãt ſuos, & qui ſecus fecerit, reſtitutionẽ eorundem fructuum facere tenebitur. Vltimò notatur, quod qui non vt clericus, habet penſionem aliquã, quæ in præmium ſuorum factorum C fuit aſſignata, non tenetur recitare horas Beatę Virginis, vt ibi in Bulla Pij V. dicitur, nec portare habitum, & tonſuram, vt hic declaratur. Si autem talis penſio data fuiſſet tanquã titulus Eccleſiaſticus, uel beneficiũ, tunc ad vtrumque tenetur, ut hic patet.

C.

D 148. *Quæritur quid ſit character, & in quot Sacramentis imprimatur?*

Reſpondetur ex communi doctrina Theologorũ, præcipuè D. Tho. & Diui Bonauenturæ; Eſt quędam ſpiritualis qualitas ſiue habitus indelebilis in mente, ſiue intelle-

ctu

Digitized by Google

ctu animæ noſtræ, quæ, vel qui eſt potentia actiua, vel paſſiua exercendi opera illius naturæ, in quàm quis per gratiã eleuatur, ſicut calor eſt potentia, qua quis poteſt calefacere: & mollities eſt potentia, qua cera poteſt figurari. Datur autem character ad quatuor, ſcilicet ad ſignificandum, ad diſponendum, ad aſſimilandum, & ad diſtinguendum: Quia cum ſit ſignum ſacramentale; ſiue ſacramentum, & res ſignificat gratiam gratum facientem: Nec ſolum ſignificat, ſed diſponit ad eam, quia vſus ſacramentorum nouę legis, non eſt tantum in ſignificando, ſed etiam in diſponendo, ſiue efficiendo quod figurant. Et quia diſponit ad gratiam, habet aliquam ſimilitudinem cum gratia, quædam participata ſimilitudo naturæ: & conſequenter configurat omnes, vel aſſimilat Deo. Et conſequenter etiam inter ſe aſſimilationes Dei. Et etiam conſequenter diſtinguit ab his, qui non ſunt de grege Dominico. Imprimitur autem ſolum in tribus ſacramentis, ſcilicet in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine. Quia vt dicit Diuus Thomas, per hæc tria ſolum mancipatur homo ad aliquod ſacramentum exercendum actiuè, vel paſſiuè. Quia per baptiſmum poteſt quis ſacramenta ſuſcipere, ad quod ordinatur quodammodo etiam Confirmatio: Per ordinem verò poteſt quis ſacramenta conferre. Hæc ex S. Tho. 3. p. q. 63. & Silu. verb. character.

A 149. *Quæritur circa carcerem, an quilibet incarcerare poſſit, propria auctoritate, & alia quædam in eadem materia?*

Reſpondetur primò, quòd quilibet poteſt ſe facere includi in arcto carcere ad pœnitentiam peragendam. Alium autem incarcerare licet ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 65. ſolum ordine iuſtitiæ, ſcilicet ad pœnã, vel cautelam mali vitandi, & hoc per iudicẽ
B ſolum: quia licet cuilibet competat alium detinere ad horam ab aliquo illicito ſtatim perpetrando, ſicut ne ſe præcipitet, vel alium percutiat, tamen ſimpliciter alium includere, vel ligare, ad eum pertinet, qui habet vniuerſaliter diſponere de actibus, & vita alterius, vt ſunt iudices, & huiuſmodi.

Secundò, Incarcerans aliquem iniuſtè, tenetur ad reſtitutionẽ de omni
C damno, & etiam de iniuria, vt multi iudices faciunt, q pro leui, imò leuiſſima cauſa innocentes incarcerant, eos inquam, qui nulla culpa inficiuntur, & grauant eos ad ſoluendas multas pecunias, & quia innocentes tandem probant omninò fuiſſe, nihilominus nõ reficiunt, vllo modo, damna, quæ iniuſtè intulerũt, & ſic tenentur omnino reſtituere, aliàs, vt ait Auguſtin. Non remittitur peccatum, niſi reſti-
D tuatur ablatum. Et quicunque priuatus homo aliquem incarcerauerit, etiam pro manifeſto crimine, capite punitur de iure ciuili, imò committit crimen læſæ maieſtatis, & vltimo ſupplicio punitur, quiſquis habet carcerem ad aliquem detinendum, ſecundum leges, quas notat Silueſt. verbo, Carcer.

Tertiò, Cedens bonis pro debito, incarcerari non poteſt, immo nõ poteſt quis per pactum carceri ſe obligare pro debito, renunciando beneficio ceſſionis bonorum: quia eſt cõtra bonos mores, niſi in duobus caſibus. Primò, ſi alienauit omnia ſua bona in fraudẽ creditorum. Secundò, ſi debitor tempore, quo contraxit, ſciebat ſe non ſoluendo eſſe. Nam in his duobus caſibus, non dabitur ſibi ceſſionis beneficiũ bonorum ſuorum: quod intelligo verum, etiam in conſcientia poſſe fieri ad pœnam, quia fuit in culpa.

Quartò, Vtrum valeãt contractus geſti per incarceratum. Ad hoc reſpõdetur cum diſtinctione per has concluſiones. Prima, qui captiuus eſt apud hoſtes, cum libertatem perdiderit, nec teſtari poteſt, nec aliquem actum facere, vt homo liber. Secũda, Detentus in priuato carcere iniuſtè, ſiue in carcere iniurioſo, puta à latronibus, vel tyranno, ſi quid agit cum detentore, poſt modum poteſt allegare metum, & facere actum reſcindi. Cum alio verò ab ipſo detentore cõtrahere poteſt, niſi ad hoc detineat*ur*: poteſt etiam in carcere facere teſtamentum. Tertia, Detentus in carcere publico iuſtè, ſi eſt damnatus pœna capitali, non poteſt aliquid agere tanquã liber, quia eſt effectus ſeruus pœnæ, & bona ſua veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato, ac etiam ad pias cauſas diſponere non poteſt. Si verò non eſt dãnatus ad pœnam capitis, ſed eſt detentus in carcere, contrahere poteſt, & alios act*us* agere. Quarta, Obſes propriè, vt qui datur pro ſecuritate ab hoſtibus, cum perdat li- A bertatem, nõ poteſt aliquid diſponere vt liber, nec teſtari. Secus de obſide impropriè, vt ſi vna ciuitas datur alteri ciuitati obſes, vel vnus nobilis alteri: quia non perdunt libertatem, nec poſſunt ſic dari, vt ſint obſides propriè. Quinta, & vltima, Matrimonium contractum in carcere tenet. Poſſet hic quæri, an qui iurauit redire ad carcerem, teneatur cum periculo vitæ redite. Vel vtrum damnatus B fugere poſſit de carcere. Vide ſolutionem in primo libro noſtro impreſſo Quæſito 27. Hæc ex D. Tho. & Silu. locis ſupra citatis.

150. *Quæritur de caſu fortuito quid ſit, & circa eum quædam declaranda dubia ſunt?*

RESpondetur, quod caſus fortuitus eſt inopinatæ rei euẽtus, cui C prouideri nõ poteſt, vt ruina domus pp terremotum, vel fulgur, & nulli imputandus, ſicut etiam furtum cõputatur, quandoque inter caſus fortuitos, vt quando fit a perſona, à qua nec diligentiſſimus præcauiſſet, ut ſi ab vxore fiat, vel filio, ſecus ſi a famulo, ſic aiunt leges, vt citat Silueſ. verbo, Caſus fortuitus.

Primò quæritur, vtrum furtũ ſit caſus fortuitus. Reſpondetur, ſi per D violentiã quid ſubtrahitur, eſt caſus fortuitus, niſi fuerit quis in culpa, vt ſi trãſeat per loca periculoſa. Si verò clãdeſtinè fiat, tunc ſi ab ea perſona, a qua diligentiſſimus præcauiſſet, puta à vili famulo, non eſt caſus fortuitus, aliàs aũt ſic. In trib*us* caſibus quis tenetur de caſu fortuito. Primò, quãdo præceſſit culpa. Puta commodaui tibi

tibi equum, vt ires Fulgineum, & tu iuiſti Spoletum, & incidiſti in latrones. Secundò, quando præceſſit mora, puta, non reddidiſti, quando debuiſti, & fortuitò perijt. Et in conſciẽtia hoc verum eſt. Niſi eodem modo apud dominum res fuerit peritura, idque iudicio prudentum determinabitur: quia tunc nõ teneris, niſi de damno illato ex hoc, quod tempore debito non reſtituiſti.

Tertiò, quando pactum interceſſit, vt teneatur de caſu fortuito, quod limita niſi adueniat ex culpa eius, cui promiſit: quia ſic non tenetur.

Præterea quæritur an ex pacto generali inito, quo quis paciſcitur ſe teneri de omni caſu, nullo expreſſo, an inquam teneatur de caſu fortuito.

De hoc variæ ſunt opiniones, aliqui dicunt, quod non tenetur, ſi nullus caſus fortuitus fuit expreſſus: ne quis ſub inuolutione verborum, renuntiaret ei iuri, cui non eſſet in ſpecie renuntiaturus, & hoc placet Pan. & infallenter eſt verum in conſcientia, niſi in caſibus, in quibus ſpecialiter fuiſſet renuntiaturus. Si verò aliqui caſus fortuiti fuerunt ſpecialiter enumerati, & ſecuta fuit clauſula generalis, puta, vt de omnibus alijs, videtur teneri ſub illa clauſula generali, ſi veniunt caſus conſimiles expreſſis, non autem maiores: quia generalis clauſula in odioſis non comprehendit maiora expreſſis: ſecus de nõ odioſis, ſicut in conſtitutione Procuratoris, in qua expreſſis aliquibus requirentibus ſpeciale mandatum, & ſubdita clauſula generali, veniunt caſus maiores expreſſis.

Quarto, vtrum dicta generalis re- A nuntiatio caſuum, ſic iuramento firmetur, vt teneat, ſiue obliget. Reſpõdetur, ꝙ iuramentum non obligat vltra conſenſum iurantis, ille aũt non videtur cõſenſiſſe dictis caſibus non expreſſis. Et hoc credo eſſe verum in caſibus, in quibus ſpecialiter nõ conſenſiſſet: ſecus autem in illis, in quibus ſpecialiter cõſenſiſſet, ſi fuiſſent expreſſi. Quintò, ſi alicui tradatur res æſtimata, & appretiata, vtrum ea B pereunte caſu fortuito, ſibi pereat? Dicunt aliqui Doctores, quod ſi loquamur in contractu, cuius naturę non repugnat, quod dominium trãſferatur: tunc æſtimatio facit emptionem: & ſic æſtimatio facit omne periculum, & commodum eſſe recipiẽtis. Exẽplum, vt cũ mulier dedit viro rem æſtimatã, vel cum quis æſtimatam rem tradit, ita ꝙ ęſtimatio reddatur non res. Si verò ſumus in contra C ctu, de cuius natura eſt, vt ſolũ pro parte dominium transferatur, & pro parte non, ſicut eſt in ſocietate. Sic ſi æſtimatio fiat in accipientẽ, trãſit ſolũ periculũ partis. Si aũt ſumus in contractu, cuius naturę repugnat dominij translatio, vt in locato, & huiuſmodi, ſic æſtimatio non facit emptionẽ trãſire periculũ caſus magis, q̃ teneat ex natura contractus. Dico, D quod æſtimatio tunc operatur ſolũ, vt ſciatur precium, ſi deterioraretur, vel perderetur recipientis vitio. Et ſic releuatur dominus ab onere probandi verum pretium rei. Si autẽ res æſtimata daretur cum pacto, quod aut res, aut æſtimatio redderetur: ſic facit tranſire periculum peremptionis, ſed non deteriorationis. Hæc Silueſt. vt ſuprà.

151. *Quæritur an qui cedit bonis, licitè alimenta retinere poſſit?*

Reſpondetur in hac quæſtione, Doctores non omnino conueniunt. Nauar. ca. 17. numero 86. ait, quod in foro exteriori excuſabitur tantum, ſi de acquirendis ſolum retineat, quæ ſibi neceſſaria ſunt ad victum, vel etiam acquiſitis, ſed in foro conſcientiæ nõ excuſabitur, niſi quatenus neceſſitas eum ſine ceſſione excuſaret; quia lex ciuilis in foro conſcientię non poteſt concedere retentionem alieni contra ius diuinum, vel naturale. Aliorum tamen opinio contrarium ſuſtinet, hoc non eſſe cõtra ius diuinum, quia res publica eſt, quæ per ſuas leges concedit hoc priuilegium bonorũ ſuorum ceſſorib. ſed reſpublica aliquo modo habet facultatem ſupra bona temporalia, vt pro vtilitate communi aliquid parũ iſtis miſerabilibus poſſit applicare. Ideo dicendum: Si qui ceſſuri ſunt bonis, iniquis vijs, per fraudes, vel technas, talia bona extorſere potiri non poſſunt beneficio legis, neq; retinere ſibi neceſſaria ad ſuſtentationem: cuiuſmodi ſunt negociatores quidam, qui a pluribus mutuò accipientes ingentem ſummam pecunię corradunt, quo æſtimationem locupletum, & potentium aucupentur in populo, & interim indulgent genio ex alieno, pompaticè viuentes, cumque excoxerint ſubſtantiam, ad ſacra ſe recipiunt, inde quæritantes compoſitionem cum partibus, & remiſſionem alicuius partis, quibus talis remiſſio non valet, quia vi extorta eſt, vel fraude, ſicut ſecundum Sotum, nec remiſſio obtenta ab illis, qui falſis cauſis, vel precibus mentiuntur coram creditoribus ad obtinendam eam excuſantes, quod nõ ſuppetit ſibi vnde ſint ſoluendo, vel quod decepti fuerint in pretio, vel in ſubſtantia, vel qualitate mercis, mentientes, quod non erat in tam bona, nec tantæ menſuræ, aut ponderis, neque tale genus raptorum in Republica venit ſuſtinendum, ſed potius longè eliminandum. Hæc Lopez cap. 119. primę partis in ſuo Inſtructorio.

152. *Quæritur pro ſecũda parte Quęſiti præcedentis, de eo, qui contraxit debitum iuſtè abſque fraude cedens bonis, poſſit ſibi aliquid retinere ad propriam vitam neceſſarium?*

Reſpondetur: Qui bona fide negociantes, infortunijs quibuſdam, atque infauſtis ſucceſſibus, in pauperiem prolapſi ſunt, licitè in conſcientia poſſunt potiri beneficio legis, dum cedunt bonis, ne carceribus mancipentur, ita ut poſſint retinere ſibi aliquid pro victu diei, vel menſis, vel anni, & ne patiantur grauem neceſſitatem. Vnde ſine mala conſcientia, inde ſecundum exigentiam decentiæ perſonæ ex bonis poſtea a ſe partis ſe alere poſſunt. Nam id lex ſignificauit, dum prohibet huiuſmodi bona poſtea parta, ne venalitati exponantur. Quæ quidem leges, & in conſcientia videntur excuſare, quia tum reſpiciunt communem vtilitatem, tum etiam credito-

creditorum, quia ſi iſti ex neceſſario ſibi retinendo victu, & inſtrumentis artis, ſeu ſui officii omnino nudarentur, manerent omnino, ſicut auiculę denudatę omnibus plumis, quę prorſus ad quærendum ſibi victum volare non poſſunt, ita nec iſtis ſupereſſet remedium perueniendi, ſeu conuolādi iterum ad pinguiorem fortunam, ad quam ſi peruenerint, illis non ſuffragatur lex, quin teneantur tunc reſiduum ſoluere. Nam l. Cum filij, C. qui bonis. ſtatuitur, vt ſi quid pinguius eis poſtea acceſſerit, hoc iterū vſq; ad modum debiti poteſt poſtea à creditoribus legitimo modo auelli. Idem. ff. eod. tit. ſancitur. Et hæc nō minus in vtilitatem creditorum videtur vergere, quā ſi ſimul, & ſemel illo modico reſiduo pro ſuo victu neceſſario expoliari ſine ſpe reſpirandi ad pinguiorem futuram, vbi poſſent integrè ſoluere, relinquentur. Vnde benè ait Nauar. quod licet lucrū ceſſans nō excuſet debitorē ab ſtatim reſtituendo, benè tamen carentia inſtrumentorum artis, quibus ſibi debitor victum parat, eum excuſat ab ſtatim reſtituendo, quia ea vendere nō debet, ut reſtituat. Ita Nauar. ſed tamen duæ prædictæ concluſiones huius præſentis Quæſiti, & pręcedentis ſunt Soti, & Cordubę, quibus aſſentitur frater Ioſephus, licet nō apponat diſtinctionem, & ideo confuſè loquitur. Et quia ſecūdū Adr. Gabr. & Silueſtr. hæ leges iuſtæ ſunt, quia reſpubl. facultate pollet ſanciēdi pro bono communi ſuper bonis ſubditorum, quibus legibus ſubditi conſentiunt, vel ſaltem conſentire tenētur. Ideo iſte ceſſor bonorum, quod virtute harum legum retinet contra ius diuinum, vel naturale, non retinet. Hæc Lopez in ſuo inſtruct. c. 119. 1. partis.

153. *Quæritur an celebrans in peccato veniali, amittat fructum ipſius ſacramenti, & de quocunq; opere bono, in charitate facto, ſimiliter fructum amittat?*

Videtur ſecundum Caiet. omnino amittere, quia ille actus, licet nō ſit mortalis. v. g. ſi ſit ob paruam vanam gloriā, tamen eſt actus potius demeritorius, quam meritorius, ait ille, ergo fructū perdit.

Reſpondet D. Tho. 3. p. q. 80. art. 8. & Sot ibidē in 4. dicens, ꝙ per ueniale peccatū nō impeditur effectus huius ſacramenti. Ait. n. Aug. ſuper illud Ioan. 6. Patres veſtri manducauerūt manna, &c. Panē cęleſtem ſpiritualiter manducate, innocētiam ad altare portate; peccata etſi quotidiana, non ſint mortifera. Ex quo patet, ꝙ venialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, ſpiritualem māducationē non impediūt. Sed ſpiritualiter manducantes effectum huius ſacramēti percipiunt. Ergo peccata venialia nō impediunt effectum huius ſacramenti. Conſiderandum eſt, quod peccata venialia dupliciter accipi poſſunt. Vno modo prout ſunt præterita: Alio modo prout ſunt actu exercita. Primo quidem modo, peccata venialia commiſſa nullo modo impediūt effectū huius ſacr̄i: pōt. n. contingere, ꝙ aliquis poſt multa peccata venialia cōmiſſa, deuotè accedat ad hoc ſacr̄m, & plenariè huius ſacr̄i conſequatur effectū. Secundo aūt modo, peccata venialia non ex toto īpediūt

Huius Sacramẽti effectum, ſed in parte dictum eſt, quod effectus huius ſacramenti non ſolum eſt adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis, quę quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc ſacramentum, per peccata venialia mente diſtractus: Non autem tollitur augumentum habitualis gratiæ, vel charitatis. Et per hęc reſpondetur ad argumentum ex Caietano.

154. *Quæritur, ſi celebrans recordetur ſe non eſſe ieiunum, vel eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, & interdictum, vel aliquo crimine irretitum, quid agendum?*

RESpondetur, ſi de hoc recordetur ante conſecrationem, tutius eſt, vt ceſſet a miſſa, niſi graue ſcandalum timeatur: ſi autem poſt conſecrationem recordetur, procedat, & perficiat, non obſtante, quod non ſit ieiunus, quia pręceptum de perfectione Sacramenti maius eſt, quam præceptum, vt a ieiunis ſumatur. Idẽ dicitur, ſi recordetur de aliquo mortali non confeſſo, ſi ibi tunc non poſſit confiteri, procuret habere contritionem cum intentione confitendi poſt celebrationem exactam. Diuus Thomas 3. parte, quęſtione 83. articulo ſexto, ad ſecundum. & ſanctus Antoninus tertia parte, titulo 13. capite ſexto, §. 11. Silueſter Eiularis, §. 9. & Sotus in 4. diſtinctione 13. quæſtione ſecunda, articulo 6.

A 155. *Quęritur, an ſacerdos, antequam celebret, quicquam agere debeat, ne impræparatus accedens iudicium ſibimã ducet, & bibat?*

RESpondetur, ſi in quocunq; negocio agendo prius mens excogitat, quid ſit opus, vt illud rectè fiat, multò magis in hoc fieri debeat, cum nihil eo dignius agi poſſit, per quod totam noſtram operamur ſalu-

B tem. Prærequiritur ergo debita, ac ſufficiens pręparatio ſacerdotis, qua ita efficiatur diſpoſitus, & idoneus, vt dignè ad celebrandum accedere poſſit. Vnde ſcriptum eſt Eccleſiaſt. cap. 18. Ante orationem præpara animam tuam. Huiuſmodi pręparatio conſiſtit in mundificationem, & adornationem, quæ pręrequirunt debitam ſui ipſius probationem, id eſt, diligentem conſcientię ſuę examina-

C tionem, vt ait Apoſtolus: Probet autem ſe ipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, ad Corin. cap. 11.

Et ſi quid inueniat contra immũditiam conſciẽtię, toto corde doleat, cum firmiſſimo propoſito emendandi vitam, præhabita prius confeſſione, & tanta diligentia in hoc requiritur, quantam quis faceret in magno, & arduo negocio, pro magna, & ar-

D dua re lucranda, aut graui incommodo vitando, iuxta poſſibilitatem humanę fragilitatis. Idq; non faciendo, indignè ad iſtius ſacramenti celebrationem, & ſumptionem accedit, & ita Dominici corporis reus iudicabitur. Non requiritur de hoc euidens certitudo, cum illa abſque diuina reuelatione haberi nõ poſſit, ſed exigi-

tur

Digitized by Google

tur ſolum certitudo moralis, ut fit in agilibus humanis ex probabilibus coniecturis, ut ſatis ſe probatum cre dat. Diuus Ambroſius conſiderãs di gnitatem tanti ſacramẽti ſic aiebat. Quanta cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerentia, & tremore, quanta corporis caſtitate, & animi puritate iſtud diuinum, & cœleſte Myſterium eſt celebrãdum Domine, vbi caro tua in veritate ſumitur; vbi ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ſumma imis, humana diuinis iunguntur, vbi adeſt ſanctorum præſentia Angelorum, vbi tu es ſacerdos, & ſacrificium mirabiliter, & ineffabiliter. Tandem cum ſumma deuotione accedendum eſt ad tantum Sacramentum. Quæ autem ſit iſta deuotio, habetur in primo noſtro libro impreſſo, Quæſito 245. ex Diuo Thoma pulcherrima declaratio de deuotione. Vide ibi.

156. *Quæritur quam pœnam incurrunt celebrantes, qui ſunt ſuſpenſi ab executione ordinum, vel interdicti, vel excommunicati, & huiuſmodi?*

RESpondetur primò, quod omnes iſti fiunt irregulares. Secũdò, quod ſemper mortaliter peccant, vt ait Sotus ex D. Tho. 4. ſent. d. 25. q. 1. ar. 3. & Si ueſt. verbo Irregularitas, & verbo, Suſpenſio. Et ſimiliter, vt alibi diximus in primo noſtro libro, exercendo aliquem actum alicuius ordinis, ſicut celebrãdo Miſſam, dico quemcunque actum exerceant certo ordini deputatum, & ſolemniter, puta cantare epiſtolam, vel Euan

A gelium cum apparatu ſolitorũ manipulo, ſtola, dalmatica, & huiuſmodi. Secus autem eſt cantare, vel dicere epiſtolam, vel Euangelium ſine apparatu, vt diximus in his omnibus, nulla pœna incurritur, & ſimiliter, ſi dicunt orationem in choro ex officio, & capitulum incurrunt in eandem pœnam, & in peccatum mortale, & idem eſt, ſi ſint Prælati, aut Domini, & faciant coram ſe aliquem ce-
B lebrare, ſiue ille talis ſit ligatus eadẽ cenſura, ſiue nõ efficitur irregularis, & ſimiliter efficitur irregularis prælatus, etiam quod non ſit ligatus aliqua cenſura, ſi coram ſe faciat celebrare aliquem tali cenſura ligatum, vt ait Nauarrus in Manuali, cap. 27. numero 244. iuncta gloſſa ſingul. in Clementina ſecunda, de priuilegijs, verbo, celebrare. In minoribus verò ordinibus conſtituti non incurrunt
C tales pœnas, vt ait Tabien. verbo, Irregularitas. 4. §. 1. quia ca. ſi quis Epiſcopus, non loquitur de eis, & pœnæ ſint reſtringendæ, & non ampliãdæ. Idque intelligitur de maiori excommunicatione, non de minori, cũ dicitur, quod excommunicatus celebrando, vel exercendo aliquid certo ſuo ordini deputatum, efficitur irregularis. Nam excommunicatus mi-
D nori, ſi celebrat, aut exerceat ſolemniter, vt dictum eſt, non efficitur propter hoc irregularis, licet grauiter peccet, vt ait ſanctus Anto. 3. par. tit. 25. cap. 2. §. 1. & Sotus 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. & Nauar. cap. 27. num. 241. & 244.

Digitized by Google

157. *Quæritur ſi quis ignoret ſe eſſe excommunicatum, & celebret, vel aliquem actum ſolenniter faciat alicui ordini deputatum, an incurrat prædictas pœnas, & peccet, vt in præcedēti Quæſito?*

RESpondeo, & dico, q ſi ignorantia ſit probabilis, ſeu inuincibilis excuſat ab excõicatione, & per conſequens nõ efficitur irregularis, neque vllam incurrit pęnam, neque peccatum. Sed ſi ignorantia ſit craſſa, vel culpabilis, non excuſabitur ab excommunicatione, & irregularitate, & peccato. Et ita ſentiunt omnes præcipuè S. Anto. 3. p. tit. 24. cap. 76. & Sot. in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 2. & Nauar. c. 27. num. 241. & 244. Imò verò ignorātia inuincibilis, vt dictū eſt, excuſat ab omnibus pęnis, & etiā à peccato, vt bene notat S. Tho. 1. 2. q. 19. art. 6. & q. 74. ar. 1. ad ſecundū. Nunc dicendum de ignorantia, quāuis aliàs locuti fuerimus in primo noſtro lib. tamen ad præſens iterum de ea dicimus, quod ignorantia inuincibilis eſt, quā quis non poteſt, vel non tenetur vincere, puta quādo quis aliquid ſcire non poteſt, vel ex groſſitie intellectus, vel ex maxima difficultate, vel quia rectè conſulentē non habet, vel quia illud ſcire non tenetur. Hæc ignorantia peccatum non habet. Propoſitio hæc eſt expreſſa in iure, cap. Si verò, de ſent. excom. vbi habetur, quod qui percuſſit Clericum, quem ignorabat eſſe Clericum anathemate non læditur, & ita ſentiunt omnes pręcipuè Sot. 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 2. & elicitur etiam ex S. Tho. vbi ſupra. Ignorantia verò eſt duplex. Ignorantia iuris, & ignorantia

A facti, & de vtraque intelligitur, quod excuſare poteſt aliquem à ſententia excõmunicationis, & per conſequēs ab irregularitate. Vnde quādiu quis excommunicatione à Iudice lata inuincibiliter ignorauit, etiam ſi contra id, quod prohibuit, faciat, cenſuram non incurrit. Vt fur occultus, dum cenſura excommunicationis in eum, qui furtum fecit, niſi reſtituerit, fulminata eſt, quamdiu inuincibili-

B ter ignorat, vinculo illo non ligatur. Et ita qui ſtatutum Iudicum ordinariorum inuincibiliter ignorat, quāuis contrafecerit, nulla irretitur cenſura. tex. eſt expreſſus in c. Vt animarum, de conſtit. in 6. Si igitur inuincibilis ignorantia ſtatuti excuſat, fortiori ratione excuſabit illa, quæ eſt mandati, aut ſententiæ Iudicis. Hæc ex Soto 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 2.

C 158. *Quæritur quando dicitur, quod excommunicatus ſi celebrat ſit irregularis, an de omni excommunicato etiā occulto intelligatur?*

REſpondetur intelligi de omni excommunicato, tam occulto, quàm publico, ita ait S. Ant. 3. p. tit. 25. c. 2. & 3. & Sotus in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Et valdè notandum eſt, quod

D nunc dicimus, ſcilicet; Si parochus, vel ſuperior Prælatus occultè excommunicatus ex neceſſitate officij, miniſtret ſacramenta, ſi non ſunt in mora petendi abſolutionē, & habeant contritionem, & non poſſint aliter facere, quin ex neceſſitate, miniſtrent ſacramenta ſubditis illa petentibus, nō peccant, nec irregulares fiunt. puta communicando, baptizando, confir

man-

mandō, ſeu eorum confeſſiones audiendo, vel ſacramētum ordinis, aut extremæ vnctionis conferendo, vel in matrimonium coniungendo, non peccant, nec aliquid pœnæ incurrūt. Si autem non adſint tales neceſſitates, incurrūt eaſdem pęnas, & mortaliter peccant. Et ita ſentit expreſsè Sotus vbi ſupra. Et ratio eſt, quia illud Conc. Conſtantienſe illam indulgentiam contulit in fauorem aliorū; non autem in fauorem ipſius excommunicati, nec in aliquod ſubleuamē illius. Ita idem Sotus ibidē diſt. 22. q. 1. ar. 4. & vltra dicit expreſsè, quod excommunicati maiori excommunicatione, in vniuerſum cuiuſcunq; generis tenentur ſe ſubtrahere à communione aliorum in rebus diuinis, præterquā in collatione ſacramentorum, in quibus alij opus habent eorum officia. Ex quibus verbis elicitur, quod non ſic excuſantur celebrando, quia ſubditi ab alijs poſſunt audire vbilibet, ſed non eſt ita de ſacramentis, quę nō niſi à ſuis proprijs Parochis, & Ordinarijs recipere poſſunt. Sed ſi caſus daretur, vt die feſto ibi non eſſet alius ſacerdos, vt poſſet celebrare, tunc peccaret, ſi eſſet contritus, vt ſupra diximus, non celebrādo, nec incurreret pœnam irregularitatis, idque intelligitur ſi non haberet copiam confeſſarij, vt poſſit abſolui. Adhuc dicitur, quod qui eſt irregularis, celebrando, non incurrit aliā irregularitatē, vt benè notat Nauar. c. 27. nu. 194. Diſpenſatio verò ſuper irregulari, qui in excommunicatione cele braiut, vel in ſuſpenſione, vel interdicto, ad Summum Pontificem ſpectat, vt aiunt omnes Doctores, & ſi ſint occulti huiuſmodi irregulares, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. autoritas datur Epiſcopis, vt ſuper his, diſpenſare poſſint in ſibi ſubditos, in ſua diœceſi. verba illius ca. Conc. Triden. ſcripta ſunt in primo lib. noſtro impreſſo, ſed vt facilius menti deſigantur, iterum hic deſcribimus, ſic enim dicunt. Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum diſpēſare, & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquētes quoſcunq; ſibi ſubditos in diœceſi ſua, pro ſe ipſos, aut Vicarium, ad id ſpecialiter deputandū, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pęnitentia ſalutari, idem & in hęreſis crimine in eodem foro conſcientiæ, eis tantum, non eorum Vicarijs ſit permiſſum.

Et notandum quod excommunicatus minori excommunicatione, ſi celebret, nō ſit irregularis. c. ſi celebret, de cleric. excom. ſic tenet D. Toletus in ſua ſumma.

159. *Quæritur, an qui beneficium obtinuit, hac conditione, vt quotidie celebret, teneatur beneficiatus, per ſe ipſum omni die celebrare?*

RESpondetur ſecundū Doctores illam conditionē eſſe iniuſtā, vt potè quę daret materiā peccandi, ſed interpretari debet, vt quanto frequētius poterit, ſalua ſua honeſtate, & debita reuerentia ad ſacrm, & deuotione; & ita intelligendū eſt de quocūq; beneficiato. Et ita dicit Pan. c. conſu-

de

de celebr.miſſ. & in cap.ſignificatũ, de præben.& Silueſt.Miſſa, 1.§.7.Sic igitur obſeruandum eſt, vt quotidie ibi celebretur, ſiue per ſe, ſiue per alium, vt ait Silueſt.verb.Miſſa, §.vltimo. Quælibet eccleſia collegiata, & etiam conuentus tenentur celebrare in qualibet hebdomada vnã miſſam de mortuis, & quotidie collegialiter vnam miſſam, vel de Feria, vel de Sãctis, vel de mortuis. Atq; etiam ſunt celebrandæ miſſæ priuatæ, pro quibus eleemoſynæ ſunt receptæ, ne defraudentur illi, qui eleemoſynas largiti ſunt. Et ſi numerus miſſarum dicendarum ſit valde magnus, & ſacerdotes pauci, reſpectu earum, Concil. Trident. dat facultatem Epiſcopis, ac Præfectis ſacerdotum, vt ſtatuant quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque eccleſiarum vtilitatem viderint expedire: ita tamen, vt eorũ ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute, ea ad pios vſus reliquerunt, ſeſſ. 25.c.4. Propterea in cap. noſtro Generali Bononiæ celebrato, ann. 1564. in Conuentu noſtro Ord. Prædicatorum, Patres noſtri, vt ipſi Concil. prædicto parerent, iuſſerunt oĩbus Prioribus, & alijs præſidentibus noſtrorum Conuentuum, in virtute Spiritus ſancti, vt infra menſem, à notitia præſentium, maior Prælatus, cum tribus patribus, qui à conſilijs ſolent eſſe in conuentu, omnes miſſas, quæ defunctorum teſtamentis relictæ, & à conuentu fuerint receptæ, vt perpetuò, vel ſingulis, vel aliquibus diebus determinatè dicerẽtur, in numerum redigant, & ex alia parte, ſummam ſtipendij, ſiue eleemoſinæ, quæ pro

A qualibet miſſa inſtituta fuit. Deinde ratione habita ſtipendij ſuſtentationis, quod nunc iuxta morem cuiuſcunque Patriæ, pro vna miſſa dignũ, communi æſtimatione cenſetur, ex illis omnibus, certum aliquem miſſarum numerum in poſterum dicendarum ſtatuãt, quem inuiolabiliter prædicti Conuentus fratres poſſint implere, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, vt quoad fieri poſſit, æqua

B ſit æſtimatio, cum ad eximendos fratrum noſtrorum ſcrupulos, hoc remedium maximè neceſſarium ad obſeruandum fuerit. Et nihilominus in quotidianis capitulis, & alijs ſuffragijs, quæ extra fieri ſolent, defunctis, qui talia ſacrificia petierunt, coram diuina miſericordia, ſubueniatur.

160. *Quæritur circa clericos diſpenſantes prouentus Eccleſiaſticos pro de-*

C *centia ſuæ ſuſtentationis, quomodo iſta decentia intelligatur, ne peccent?*

Reſpondetur, quamuis de hac materia latè tractauerimus in primo libro noſtro impreſſo. q.33. tamen quædam particularia, non ita diſtinctè fuerunt expreſſa, vt modo dicturi ſumus. Et primò dicimus, ſecũdum Cordubam, quod ſub decentia ſuſtentationis comprehenduntur &

D recreationes, & amicabilia conuiuia, moderata tamen, & donationes moderatæ, gratia gratitudinis, nõ quidẽ paraſitis, ſed alijs perſonis rationabiliter exhibitæ, ſecũdum qualitatem, & conditionem gradus, & dignitatis, vel ſtatus ſui, & regionis, vbi tales clerici cõmorantur: non ad pompam, & voluptatem, quia plura requirit

Digitized by Google

rit Archidiaconus, quàm ſimplex beneficiatus, & plura Epiſcopus, vt ſic debitè, & honorabiliter, & amicabiliter vitam degant. In quibus omnibus modicus exceſſus non vitiat, niſi fortè venialiter: Notabilis exceſſus mortalis eſt, ſecũdum D. Aug. d. 25. c. vnum horarium. Concordat Caiet. Adrian. & communiter omnes Doctores. Caieta. inquam, 2. 2. quæſtio. 100. art. 3. & q. 185. art. 7. Videtur tamen eſſe contra Sotum de Iuſti. & iure, q. 4. art. 4. libro 10. Vbi non obligans Epiſcopum ad erogandum omnia ſuperfluentia ad ſuum ſtatum in pias cauſas, vel pauperes, affirmat, quod ſi 20 aut eo plura Epiſcopus habet ducatorum millia; ſi quartam partem in pauperes, aut pios vſus erogauerit, ab omnibus cẽſebitur ſuo debito feciſſe ſatis. Vnde infert, qđ licet non poſſit Epiſcopus largiri cõſanguineis, vnde locupletè creat primogenitorum iura, ſed benè quatenus illi ſtatũ mutare poſſint, vt abſq; neceſſitate deinceps vitam ducant. Hæc Ludou. Lopez, c. 142. 1. par.

161. *Quæritur, ſi clericus alicui fideicommiſſario concredit bona ſua, vt ipſe ea tradat filio ſuo illegitimo. An mortaliter peccet, & teneat illa datio?*

Reſpondetur, nullatenus tenere ea bona filio clerici dare, etiam ſi pollicitus fuerit id facere, neque retinere poteſt, & mortaliter peccat ea accipiendo, & filius reſtituere tenetur, quia huiuſmodi fideicommiſſio, & illorum bonorum traditio, & illorum per filium clerici acquiſitio eſt contra legem humanam iuſtam in re

A graui inhabilitantem huiuſmodi filiũ clerici ad bona paterna recipienda, & retinenda. & hanc concluſionẽ ſtatuit Sot. ibi ſupra citatus, de Iuſti. & iure, lib. 4. q. 5. art. 1. ergo non poteſt talis cõmiſſio, neque traditio bonorum, neque intentio fieri.

Secunda concluſio. Tuta conſcientia, clericus bona ſua amico relinquere poteſt, non ſub conditione, vt ea reddat filio, ſed abſolutè, dum ſcilicet, B amicus ſub illa conditione nõ recipiat loco filij, ſed tanquam ſua ſibi verè, & abſolutè donata, etiam ſi clericus fiduciam certam conceperit, quod amicus traditurus ſit ea filio, & illi aliàs non relinqueret: Patet, quia licet lex filium illegitimum clerici ad illa bona paterna acquirenda, & retinẽda inhabilem fecerit; tamen illum amicum incapacem donationis illorum bonorum abſolutè ſibi C facta lex non reddit: Quare tali donatione priuari non valet. Imò per filiũ condemnari non poteſt, niſi probetur præſumptio, ſcilicet, quod ideò receperit, vt redderet filio clerici.

Sed quid tũc talis amicus donatarius abſolutus, & ſine conditione de illis bonis poterit facere? Huius rei gratia ſit tertia cõcluſio. Amicus clerici in caſu prædictæ concluſionis, poteſt ea bona ſibi donata tuta conD ſcientia retinere, & poteſt licitè tanquam propria bona ſua, & non clerici iam ea donare, ſi vult filio clerici, & in conſcientia talis donatio tenebit. Secus eſt, ſi vt ſupra diximus, ſibi donatio facta nõ eſt abſolutè, ſed ſub conditione, vt ea bona redderentur clerici filio. Quia tunc neque donatio facta amico tenuit, neq; ipſe amicus

Digitized by Google

micus retinere ea bona tunc poteſt, neque verò ipſe filio clerici ea tradere poteſt. Hæc cõcluſio patet, quia iam in caſu iſtius tertiæ cõcluſionis, neque fit contra legem, nec contra eius intentionem, quia ille amicus nõ iam illi tradit bona patris, id eſt clerici, ſed ſua, neque filius accipit bona paterna, ſed bona amici patris, quæ iam per donationem abſolutam facta fuerant ſua. Hæc prefatus Lopez vbi ſupra, c. 19. ſecundę par.

Sed hic addendum eſt, ſi amicus clerici receperit illa bona, vt filio clerici tradat, quid faciet de illis bonis, cum illi filio non poſſit dare? Sot. arbitratur, ante condemnationem cen ſenda eſſe attinere ſuccedenti ab inteſtato, at ſi nullus eſt in pios vſus eroganda ſunt.

162. *Quæritur, quid incurrat clericus beneficiatus, ſi homicidium ſecretum committat, & quibus priuetur?*

RESpondetur primò, quod irregularitatem incurrit, per quodcunque homicidium, ſed ſi clericum occidat etiam excommunicationem incurrit, & inhabilis redditur ad miniſtrandum ordines ſuſceptos, & ſuſcipiendos, & diſpenſanda, & ſuſcipienda ſacramenta: Atque incapax eſt ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, & impotens ad ea conferenda, ratione excommunicationis incurſæ.

Si autem occidit ſeculare, vbi non fertur excommunicatio, etiam ſi ſit publicum, vltra mortale peccatum, fit irregularis, vt nõ poſſit Sacramenta miniſtrare. Verum non ipſo facto priuatus eſt beneficio ante poſſeſſo, niſi ſententia præceſſerit, quamuis curã animarum annexam habeat, Quia ſecundum Nauar. nulla irregularitas inducit priuationem beneficij iã quęſiti ipſo facto, quæ videtur eſſe ſententia Innoc. c. cum noſtris, de conceſſ. præb. communiter recepti. Licet omnis irregularitas pręcedens collationem, ipſam ſubſequutam annullet ipſo iure. Et licet aliàs collatio facta criminoſo irrito crimine non inducente irregularitatem valida ſit, ſed facta criminoſo, implicato crimine eam inducente, non valet. Et hæc eſt verior reſolutio illius arduæ quæſtionis controuerſę à multis: An collatio facta criminoſo valeat. Sed quis poſſit diſpenſare cum homicida voluntario. Nauar. cap. 27. num. 240. in Man. ait, quod poſt Concil. Trident. non poteſt Epiſcopus diſpenſare cũ homicida voluntario ad vllos ordines, neque ad vllum beneficiũ etiam ſimplex.

Sed ſi quærat aliquis quale ſit huiuſmodi homicidium voluntarium, ſuper cuius irregularitate diſpenſandi poteſtas excipitur in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitate facti, tàm ſummo Pœnitentiario, quam Legatis cruciatarum cõmiſſarijs, & quibuſuis alijs. Reſpondetur, eſt homicidium, auctore Nauarro, illicitum, intentum, ſeu volitũ in ſe ſaltẽ æquipollens. Tunc autem æquipollenter eſt volitum in ſe, quando licet non ſit volitum in ſe, neque in ſe intentum, eſt tamen volitum in cauſa, adeo propinqua morti, vt moraliter vix ſint incompatibilia velle illam cauſam, & nolle occidere. Cuiuſmodi ſunt nolle occidere, & velle vene-

venenum mortiferum propinare, & ſimiliter ferire punctim circa præcordia, vel circa caput, etiam cæſim lędēdo, vel perforando piam matrem cerebri, & nolle interimere, contra Caietan. 2. 2. q. 64. art. fin. dicentem homicidam volūtarium, etiam eſſe, qui ſine animo occidēdi id faciat, ex quo vt plurimum ſequitur mors illa ſubſequuta: ſed de his ſatis, quia Nauar. ſententiæ vera eſt quoad reſeruationem, vel negationem diſpenſandi cū homicida voluntario, quæ diſpenſatio videtur excepta in conceſſionibus diſpenſandi ſuper irregularitatem à Papa conceſſis. Hæc Lopez ibidem, vt ſupra, c. 93. 2. par.

163. *Quæritur, an clericus homicida occultus, ſine noua diſpenſatione, ſi obtineat beneficium, fructus eius faciat ſuos?*

Reſpondetur, quod iam diximus collationem beneficij factam criminoſo implicato crimine inducente irregularitatem, non valere. Cum ergo ſecundum Cordubam verior opinio ſit contra Caſtrum de lege pœnali; & communiter contra illum teneatur, vt Corduba longè, latèque in primo libro ſui Quæſtionarij tradit, q. 35. quod talis homicida, etiam occultus, ipſo facto, irregularis ſit: ſequitur, quod beneficium ſaltem curatum obtinere non poſſit. Quia nemo ad id officij aſſumi poteſt, quod exercere nō valet: & quia beneficium datur propter officium, ſequitur, quod collatio facta homicidæ nulla ſit. Huic enim ſentētiæ ſuffragatur Concil. Tridentin. cap. 7. diffiniens de homicida occulto, quod nullo tempore poſſit ad ordines promoueri, nec illi aliqua beneficia Eccleſiaſt. etiam curam non habentia animarum conferri liceat, ſed omni ordine, & beneficio, & officio perpetuo careat.

Quæ quidē ratio etiam militat in irregularitate quocunq; delicto contracta, ad quod facit c. ſi celebrat, de clerico excommunicato, vel depoſito, cū eius gloſſa, licet quo ad diſpenſationem, non parum interſit, quia irregularitas homicidij reſeruata eſt Papæ, cum quibuſdam alijs, poſſit diſpenſare Ordinarius, maximè in occultis.

Reſolutoriè ergo iam duo concludamus. Primum, quod homicida occultus dummodo non ſit excommunicatus, cum beneficio ante homicidium poſſeſſo priuatus non maneat, eius fructibus potiri poterit. Cum ante ſententiam condemnationis in ſe à iudice latam, titulo non careat. Sic Corduba docet. Cæterum vt huiuſmodi fructus citra ſcrupulum in ſuo miniſtrando miniſterio lucrari poſſit in diſpenſationem petendi mora non ſit, neceſſe eſt, quæ quidem diſpenſatio, vt diximus, reſeruata eſt Papæ. Interimque dum eam obtinet, fructibus frui poterit. Secundum à nobis hic reſolutoriè concluſum eſt, quod ſi poſt homicidij delictum, Romæ facta eſt collatio beneficij, ſtilus Curiæ Romanæ inualuit, vt ſimul in cenſuris diſpenſetur, vt collatio teneat, ideo cum diſpenſatione manebit tutus, poſtquàm per diſpenſationem obtentam à Papa irregularitas ſublata eſt, atque habilitatus manſit. Et dicitur cum

Cor-

Digitized by Google

Corduba collationem planè fuiſſe validam, ſi tempore collationis iam ab excõmunicatione abſolutionem obtinuerat. Nam huius rei gratia in Curia Romana prius præmitti ſolita eſt cenſurarum abſolutio, atque diſpenſatio ſuper eis, vt collatio ſuum ſortiatur effectum.

Nunc maximè eſt notandũ, quod homicida occultus, vel irregularis occultus, vel excommunicatus ſecretus, cauſa vitandi grauem iacturam rerum ſuarum, vel honoris, vel famę, vel perſonæ, dummodo nõ ſit in mora petendæ abſolutionis, vel diſpenſationis, poteſt pręuia contritione, & confeſſione peccatorũ, quamuis non abſoluatur à confeſſario, quia obſtat cenſura excommunicationis reſeruata ſuperiori abſenti, celebrare, tum ſine culpa mortali, tum etiam ſine incurſione aliqua irregularitatis. Quia ſicut iugum Domini ſuaue eſt, ita & mandata eccleſiæ non vult ſint, niſi ſuauia, & non cum tam graui iactura obligare, ſed piè interpretanda ſunt, vt nimis grauia non ſint. Ita ait Corduba, q. 142. in ſuo quæſtionario. Et Nauar. in Man. c. 27. num. 235. & Silueſt. verbo, Euchariſtia, 2. q. 7. cui aſſertioni ſubſcribit, hic Lopez 2. par. ſui Inſtruct. cap. 93.

164. *Quæritur, an confeſſarius poſſit licitè eleemoſinam à pœnitente datam recipere, & pęnitentes eam elargiri debeat?*

Reſpõdetur, quod quamuis confeſſarius non debeat confeſſiones audire, ſeu pœnitentiam imponere, vt aliquid temporale à pœnitente

A recipiat, quia eſſet ſimonia. vt ext. de ſimon. Tua nos, ad fin. Tamen ſponte oblatum à pœnitente, deuotè accipere poteſt confeſſarius, vel modicũ, vel multum dederit pro eleemoſina. Nam tota Eccleſia eleemoſinis ſuſtentatur: & quicquid habent clerici, pauperum eſt, vt dicit S. Hieronym. 16. q. 1. cap. fin. Et ſi quæratur, an pęnitens teneatur aliquid confeſſario? dico quamuis de rigore iuris, confi-

B tens non teneatur dare aliquid tempore confeſſionis, honeſtum tamen eſt, quod ſi aliquid det in ſignum deuotionis. Et laudabile videtur circa hoc, vt conſuetudines ſeruentur. Sed etſi pœnitens nihil offerat, non eſt tamen ei propter hoc pœnitentia; ſeu abſolutio deneganda, hoc eſt, nõ tantum ſecundum ius naturale, ſed etiã diuinum. Ait enim Chriſtus Luc. 10.

C Dignus eſt enim operarius mercede ſua. ſuper quæ verba ait Grego. Sunt enim iã de mercede operarij ipſa alimenta ſuſtentationis, vt hic merces de labore prædicationis inchoetur, q̃ illic de veritatis viſione perficitur; qua in re conſiderandum eſt, quod vni noſtro operi duæ mercedes debentur: vna in via, quæ nos in labore ſuſtentat, alia in patria, quæ nos in reſurrectione remunerat. Merces itaq;

D quæ in præſenti recipitur: hoc in nobis debet agere, vt ad ſequentem mercedem robuſtius tendatur. Et Apoſt. 1. ad Cor. ait: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos veſtra carnalia metamus? Et ſicut laudabile eſt ſpiritualia miniſtrantibus, tẽporalia conferri, ita maximè eſt vituperabile, & grauiſſimo ſupplicio puniendum, vt cõfeſſarij pęnitentes cogant,

Digitized by Google

gant, imò extorqueát quicquam pro ipſa abſolutione, vt mihi pluties de quibuſdam auaris ſacerdotibus id ipſum innotuit, qui quidem hoc officio, perpetuò eſſent priuandi, cum expreſsè ſit contra præceptum Chriſti, dicentis. Grátis accepiſtis, gratis date.

165. *Queritur an Choreas ducere ſit peccatum, quæ vulgè dicuntur Balli, vel Ballare?*

RESpondetur ex Caie. in ſummula, verbo Chorearum, ex ſuo genere non eſſe peccatum inquit. Nam ſi ex ſuo genere eſſet peccatum, ſemper, formaliter loquendo, eſſet peccatum: quod conſtat eſſe falſum: Nam in nuptijs, & publicis lætitijs, licitę ſunt choreæ: Quia igitur choreis peccatum non ineſt per ſe, ſed per accidens, ideo non ſunt damnatæ: ſed accidentia mala, quæ à malis abutentibus bono immiſcentur. Et quoniã infinita poſſunt vni accidere extra rationem ſcientificę doctrinæ, eſt de accidentibus docere. Propter inſtructionem tamen puſillorum, ſcito quod ex tempore, puta die feſto, chorea non fit mortalis, quia nó eſt opus ſeruile. Immò imprudenter arcentur à choreis ruſtici diebus feſtiuis chorizare aſſueti: qui niſi occuparentur choreis, vacarent ocio, ludis, & malis machinationibus perturbatiuis Reipublicæ. & ſimile eſt de ſimilibus iudicium. Ex frequentia quoque, chorea non fit mortalis, vt patet: ſicut nec frequentia conuiuij facit illud mortale. Ex periculo verò prouocationis ad libidinem, vnuſquiſque ſe A ipſum menſuret, & videat ſi exponat ſe periculo. Ego ex genere actus, periculum non cognoſco, quoniã actus choreæ non eſt libidinis, ſed lętitiæ. Et propterea ſi ex qualitate perſonæ periculum alicubi imminet, prouideat ſibi, ſicut debet cauere ſibi ab aſpectu mulieris, ſi ex aſpectu ſibi cognoſcit imminere periculum. Ex actibus deinde leuitatis, qui quandoque ibi immiſcentur, dum aliquis B intorquet digitos mulieris, cum qua choreas ducit, non pluſquam veniale peccatum incurritur, & ſimile eſt iudicium de multis vanæ lętitiæ actibus, & verbis, ſi cótingit choreis immiſceri. Ex praua autem intentione, puta ad inceſtum, aut adulterium prouocandi, & ſimiliter ex impudicitijs: non ſolum choreas, ſed eleemoſynas, & eccleſiaſtica officia conſtat eſſe peccata mortalia. Conclude erC go, choreas non eſſe ex ſe malas, licet ſæpe afferant peccata venialia vanitatis.

Hęc ſunt verba Caie. ſed aliter Guilielmus Peral. Epiſcopus Lugdunenſis Ord. Præd. ſentit, adducens primo verba Auguſt. dicentis. Melius eſt in dominicis diebus arare, vel fodere, quàm choreas ducere: vnde in Euãgelio habetur, quod ſaltatrix fecit amputari caput D. Ioãnis Bapt. D Et diabolus in choreis non habet vnicum gladiũ, ſed tot, quot ibi ſunt perſonæ pulchræ, & ornatæ. Gladius enim igneus eſt facies mulieris, vnde non parum timendum eſt vbi tot gladij hoſtis conſpiciuntur, Percutit diabolus ibi gladio acutiſſimo, quia ad choreas, nó veniũt niſi prius præparatæ, quæ præparatio quædam

eſt

eſt exacutio gladij diaboli. Motu etiam circulari quaſi quadam mola diaboli exacuitur gladius iſte, id eſt, pulchritudo augetur, quia quæ pallida erat, & quaſi febricitans, ibi à fatuis viris pulchra creditur. Ibi peccant greſſu, ornatu, cantu, tactu, viſu, auditu, & multis alijs modis. His modis maximè diabolus tentat inſipientes homines per mulieres, ſcilicet tactu, viſu, & colloquio: tactu manuum, ſuaui cantu, & pulchritudinis oſtenſione; & vt vno verbo dicã; chorea eſt proceſſio diaboli; & qui deberent intereſſe veſperis ad diuinum cultum, interſunt choreis ad honorem diaboli, ſicut cantus Eccleſiaſticus excitat ad ſpiritualem deuotionem, ſic talis cantus in choreis ad libidinem inflammat.

166. *Quæritur an confeſſio ſit valida, quando quis timet, & credit ſe in poſterum peccaturum, tamen propoſitum habet non amplius peccare?*

RESpondetur, quod in hoc aliquibus videtur, non eſſe validã confeſſionẽ, quia videtur excludere illud firmum propoſitum non amplius peccandi. Nam audies non rarò aliquem dicentem. Quomodo inquam, poſſibile eſt me habere propoſitum firmum, & voluntatem abſolutam non peccãdi de cætero, qui multoties, cum ſim cõfeſſus, hoc animo, de reliquo cauendi, ſed ſtatim, oblata occaſione, præceps in peccata præterita rurſum feror. Palam eſt quod idem modò ſim facturus. Sed nihilominus reſpondẽtes ad quæſtionem, dicimus. Primò, vt ſcrupuloſis men-

A tibus bonis medeamur: non vt effrenibus pęna laxemus: Aliud enim eſt timere ſe peccaturum, & aliud peccare velle. Nam cum timor ſit de malo, qui planè timet ſe peccaturum, certè videtur non velle peccare, quia quæ volumus, non timemus. Secundò dicitur; quod memoriæ dignum eſt commendare, ſcilicet, quod non eſt idem prorſus propoſitum habere, non vitandi peccatum, & timor in

B peccatum labendi, quatenus attinet ad timoratæ, & ſcrupuloſę conſciẽntiæ viros. Nam hi ſoliti ſunt tali timore ruendi in peccatum agitari, tamen propoſito vitandi peccatum non carent, immo in propoſito cauẽdi ſunt conſolidati, ſed neque idem eſſe exiſtimatur: quatenus etiam attinet ad effręnatos antea: ſed iam ad tollẽdas occaſiones tranſuerſos eos agẽtes in peccata, animum, & vires applican-

C tes, quia in his, & timor ruendi, & propoſitum abſolutum à culpis præteritis abſtinendi coire poſſunt. Solum igitur in hominibus deprauatis, qui in eiſdem peccandi occaſionibus permanere, cõtendunt, timor, ſi quo tenentur labendi, & propoſitum reſiſiſcendi compati non poſſe vidẽtur, quia hi quamdiu occaſiones peccãdi non amouent propoſitum formale cauendi nõ videntur habere, quia

D animo formali, aut virtuali ſaltẽ redeundi ad vomitum peccatorum nõ carent, & ſic intelligendum venit quod Nauarr. ait, ſcilicet, quod quoad propoſitum, ſatis eſt, pœnitens proponat non amplius peccare, proponatque id efficere, ope diuina. Nec opus eſt credat ſe amplius non peccaturum, vel quod talis timor de

cætero

Digitized by Google

cætero peccandi ab eo abſit. Hæc pte A fatus Lopez ibidem cap. 13. primæ partis.

167. *Quæritur an dolor ſupra omne odibile ſit neceſſarius de peccatis, vt cõfeſſio cum abſolutione ſit valida, & fructuoſa?*

RESpondetur Caietanum aſſerere, quod ſi is, cui diſplicẽt offenſæ patratæ in Deum, intenditque ꝑ poſſe ſuo a peccatis mortalibus cauere in futurum, ſi cum hoc animus eius ſic ſit affectus, quod non diſpliceat mortale ſupra omne odibile, nec ſaltem virtualiter intẽdat omnia peccata vitare, non audeo, inquit, dicere, quod talis virtute clauium de attrito fiat contritus. Nauar. cap. 1. numero 77. ab hac decedens ſentẽtia, dicit ſe tenere cum Victoria, & Soto B dicentibus, quod ſi quis dolet de peccato, quia vera offenſa Dei eſt, & cũ vero propoſito, & ſine craſſa ignorãtia, credit ſuum dolorem ſufficientẽ eſſe, quod huius confeſſio cum Sacramento abſolutionis erit fructuoſa, quia nullum Concilium, nec ſancti, nec ſacra Scriptura id ſupra omne odibile, dolorem neceſſarium eſſe, expreſſerunt. Sed iam diximus retro, ꝙ ſatis eſt, vt iuxta Concil. Trid. attritione ſaltem ſupernaturali, quæ ſit impulſus Spiritus ſancti, ſit diſpoſitus, vt mediante Sacramento ex attrito fiat contritus; neque requiritur dolens ad hoc, expreſſè doleat, & ſpeciatim de peccato cum hac expreſſione, & ſpecificatione ſupra odibile doleo. Requiritur tamen, vt arbitror, ne expreſsè, aut poſitiuè in animo formet hunc actum. Nolo dolere de peccato ſupra omne odibile, quia hic actus poſitus videtur excludere charitatem Dei, quam inducit Sacramentum, faciendo ex attrito contritum. Charitas. n. hæc imperat actum pœnitentiæ, vt fiat ex amore Dei ſuper omnia. Et quia dicens in animo ſuo, nolo dolere de peccato ſupra omne odibile, videtur concipere animum potius admittendi aliquam mortalem offenſam Dei, quàm incidere in aliquod malum pœnale, præſertim valde odibile ſibi. Dicit Nauarrus, cap. primo, numero 23. quod ſatis eſt pœnitens propoſitum habeat potius oppetendi mortem, quàm peccandi, licet dubitet, an faciat. Et reuera poſſibile eſt tale habere propoſitum, cũ tali dubitatione, quia illa dubitatio, veluti ſpeculatiua eſt pertinens ad C intellectum. At illud propoſitum ad voluntatem attinet, & ad bonum ſpiritum. Hæc Lopez cap. 15. primę partis.

168. *Quæritur de religioſo ſacerdote prohibito a ſuo ſuperiore audire confeſſiones, etiamſi aliàs expoſitus fuerat, an valde poſſit eas audire, & abſoluere.*

D

RESpondetur, Hanc quæſtionem in primo libro noſtro impreſſo tractatam eſſe, & reſolutam, ſecundum opinionem Silueſtri, Soti, & Paludani. Huiuſmodi confeſſionem certè valere. Contra Nauarrum in Manuali capite quarto, numero ſecundo, dicentem,

Digitized by Google

Religioſum non poſſe audire confeſſionem aliquam, niſi ad hoc à Prælato ſuo fuerit tãquam idoneus expoſitus: etiam ſi pęnitens aliàs ex priuilegio Summi Põtificis poſſit quẽcunque ſacerdotem, ſiue ſecularem, ſiue regularem eligere, eo quod religioſus non habet velle, aut nolle, cap. Nullus, & cap. Quorundam, de elect. libro ſexto. Quod ſanè, ait, iudicio meo de illo religioſo debet intelligi, cui aliquo ſtatuto ſuæ religionis, vel imperio ſui ſuperioris eſt denegata facultas audiendi confeſſiones, non autem de alijs. Hæc ſunt eius verba formalia. Noſter autem Ludouicus Lopez cap. 26. primæ partis ſui Inſtructorij quęrens cõciliare has opiniones ait; Quod aſſertio priorum Doctorum vera erat olim, quando diplomata, & Iubilæi condebantur abſolutè, vt ſimplices religioſi poſſent eligi in confeſſarios, etiam non expoſiti aliàs. Nunc verò à tempore Pij Quinti vbi diplomata & Iubilæi limatius loquuntur, dum ſolum faciunt copiam eligendi expoſitos ſacerdotes religioſos, vel ſeculares, videtur hanc authoritatem prius habitam non amplius valere. Et dicit aſſertiuè, quod confeſſio huiuſmodi religioſis facta, non expoſitis à ſuis ſuperioribus, nihil valet, nec per ſuos tantum ſuperiores expoſitos, niſi etiam iuxta formam Concilij Trident. fuerint expoſiti, ſcilicet, approbatione ab Epiſcopo accipiendo. Sed aliam ſuperiorem, fortioremque rationem ſuper huiuſmodi aſſertionem Nauar. & Lopez vide in fine huius libri, circa priuilegia regularibus conceſſa, A & declarata ab illo Doctore Ioanne Baptiſta Confet. pulcherrimè quidem.

169. Quæritur an religioſi, præſertim ordinis noſtri Dominicani poſſint confiteri alijs, quam fratribus noſtris eiuſdem ordinis?

RESpondetur ex Nauar. cap. 4. numero 2. Religioſi poſſunt poſt B Concil. Trident. alijs confiteri, ſcilicet, clericis ſecularibus idoneis, ſicut ante poterant virtute ſuarum Bullarum, quia non abſtulit eis hoc Concilium ipſum. Ita ait Nauar. quam aſſertionem an contineant conſtitutiones omnium religioſorum me latet: Hoc autem ſcio, quod noſtræ conſtitutiones Dominicanæ illud prohibent vt poſſimus extra ordinem noſtrum alijs confiteri, neque etiam in C via niſi deſit copia noſtri ſacerdotis eiuſdem ordinis. Tunc ex priuilegio Leonis X. quod retulimus inter alia multa in calce noſtri primi libri impreſſi M.D.C. Et verba ipſius Pontificis ſunt hæc. Quando ſumus extra monaſterium, vbi non eſt copia confeſſarij ordinis noſtri, liceat cuicunque confiteri, dummodo id fiat ſine fraude, & poſtea hoc Prælato dicat. Sed clerici ſeculares poſt Concil. Tri D dent. non poſſunt ſe inuicem audire, ſed cum expoſitis ab ordinario confiteri tenentur, & debent eſſe eiuſdẽ diœceſis, quia clericus non habet iuriſdictionem niſi ſuper oues ſui Epiſcopi, cum non habeat Papale priuilegium. Ad hæc aduerte cum Nauar. cap. 4. num. 2. quod licet regularis non poſſet, niſi expoſitus, & approbatus

probatus p Epiſcopũ,ſicut neq; reliqui ſacerdotes laici ſecularium confeſſiones audire,ſi tamen Parochiale beneficium obtinuerit, cenſetur expoſitus pro ſecularibus , aliàs minimè,iuxta Concil.Triden. non obſtátibus priuilegijs,& conſuetudinibus in contrarium;immò ſi talis regularis non obtinens parochiale beneficium non fuerit approbatus per Epiſcopum , & examinatus niſi Epiſcopus velit iuri examinis renuntiare non poteſt, neque etiam ſecularium ſacerdotum confeſſiones audire, neque ad id idoneus reputari,idemque dicendum eſt de ſacerdotibus ſecularibus , quia ius antiquum hoc dictabat de ſacerdotibus ſecularibus , licet vſus receptus ante Concil.Trident. præbuiſſet iuriſdictionem clericis ſacerdotibus ſe inuicem audiendi, ſed iam ſtandum eſt Concil.Trident. immo & iuri antiquo , à quo non eſt recedendum , niſi quatenus videtur expreſſum per ius nouum . Id notandum eſt. Ille cui conſtat non eſſe idoneus, non poteſt cogi à Prælato , vt confeſſiones audiat, ſi verò ſit dubius , obedire tenetur cap.28. ibidem . Hæc ex præfato Lopez ibidem vt ſupra capit. 26. primæ partis .

170. *Quæritur an mulier peccãs cum ſacerdote religioſo ſatis ſit , ſi in confeſſione dicat , ſe cum ſacerdote rem habuiſſe nolens religioſum nominare ?*

RESpondetur cum Corduba, Nauarr.& Caieta. qui ſimul idem ſentire videntur, ſic licet, quod ſatis

A ſit in confeſſione dixiſſe , cum ſacerdote, vel cum initiato ordine ſacro ſe concubuiſſe , contra aliquos . Et quia licet Sotus oppoſitum inſinuare videatur,cum ait eſſe diſtinctæ ſpeciei votum ſolemne religioſi vouentis caſtitatem à ſpecie voti ſacerdotis in ordine ſuſcepto illam vouentis . Sed benè reſpondet Corduba, quia de hoc non conſtat,& eſto ita eſſet,quia iſta diſtinctio non aggrauat

B notabiliter, ſicut neque diuinare per aſtra,vel terram,vt ait Caiet.ideo nõ eſt compellenda mulier ad iſtam circunſtantiam explicandam , ſcilicet an talis ſacerdos , vel diaconus , vel ſubdiaconus fuerit , vel religioſus profeſſus .

Prætere a notandum eſt cum Medina, quod licet circunſtantia perſonæ non mutet ſpeciem , ſemper tamen,ſi aggrauat, notabiliter eſt ex-

C plicanda , vt ſi prætor, vel gubernator,miniſtri iuſtitię mulieres ſibi vſurparent alienas, quod intelligo publicè, tenentur dicere hanc circunſtantiam,cum tenebantur ſimiles tyrannides in alijs arcere . Sed ſi talis perſona à confeſſario cognoſcatur,vt iudex,non oportet in cõfeſſione exprimere,& ſic etiam non eſt neceſſe explicare eſſe clericum quãdo id à confeſſario ſcitur .

D Ad hæc libet , & huic quæſtioni eſſe ſatisfactum . Quæritur modo an ſponſus de futuro , & talis ſponſa cum eis carnaliter ſe commiſcentes licet non committãt perfectum adulterium , tenentur tamen iſtam circunſtantiam explicare , tum quia talia ſponſalia quædam inchoationes ſunt matrimonij . Vnde licet non

Digitized by Google

tam conſummatè contra matrimonium, tamen contra matrimonium futurum videtur militare, rem habuiſſe cum ſpóſa de futuro alterius, vel ipſam habuiſſe cũ alio: tum quia iniuriam grauem ſponſo videtur inferre cum occaſionem illi præbeat eam, quaſi inuitus repudiãdi, ne habeat ſuſpectum in vxorem, quam cognouerit malam in corpore, & hoc ſub aliorum cẽſura puto fore tutius. Hæc præfatus Lopez cap. 29. primæ partis.

171. *Quæritur an mulier, quæ cum ſit in ſtatu virginis ſecularis, vel religioſa, ſi per conſenſum interiorem conſenſit in actum mortalem inhoneſtum, in confeſſione teneatur detegere, an ſit virgo nec ne?*

RESpondetur ex mente Soti, vt aliàs ſcripſimus, illam non teneri explicare an ſit virgo, quia pudori illius debet reſpectus haberi, ſed ſi actus carnalis exterior interceſſit, tenetur ſe fuiſſe virginem exponere, ſed ſi ſolo actu interiori conſenſus, vel deſiderijs deliquit, ad id non tenetur. Hæc ait Sot. Nos tamen reſpondemus cum Medina, & Nauar. cap. 6. nume. 6. ſcilicet, quod explicare tenetur, etiam in caſu ſolius conſenſus à ſe habiti, quod erat virgo, ita communiter dicitur, inquit, Medina falſuſque eſt Sotus, & ſuamet ratione, ſuæ opinionis falſitas conuincitur: Quia ſi quando interuenit actus exterior, tenetur ad ſuæ virginitatis circunſtantiam declarandam, quia ex ea grauioris malitiæ ſit peccatum, ergo illum actũ A exteriorem deſideraſſe, patet maioris grauitatis eſſe culpam, atque perinde tenebitur hic ad eandem manifeſtandam circunſtantiam. Quam doctrinam aduertendum eſſe, ait Medina à confeſſarijs puellarum, atque religioſarum, debetque ſciri. At ſi verum videtur: quod iuxta opinionem Paluda. prædictam, quando mulier in ſtatu virginis conſtituta confitetur conſenſum carnaB lem, aut interiorem actum deſiderij, non teneri ad explicandam circunſtantiam. Vtrum eſſet virgo, vel non, quia ſi virgo erat in tali ſtatu communiter reputabatur, quod ſi iã virginitate carebat, talis circũſtantia nõ videtur explicatu neceſſaria, quia illam explicuiſſe, dicendo ſe non eſſe virginem, nihil aliud eſt, quam ſuum peccatum in parte excuſaſſe. At circunſtantiæ excuſantes peccatum à tãC to, aliquo modo malitiam eius diminuunt, & ideo non ſunt neceſſario in confeſſione conditiones manifeſtandæ. Veruntamen vltimo dico cum Medina, quod certius eſt, & tutius aſſerere prædictam circunſtantiam declarandam eſſe, ſiue ſit actus interior, ſiue exterior, qui confeſſioni exponitur. Hæc præfatus Lopez cap. 29. primæ partis. Quamuis ratio Palud. mihi ſatis quadrare viD detur. Ideo quilibet pro ſuo captu ſe gerat.

172. *Quæritur an qui exemplo ſuo nocet alijs, ſit obligatus in confeſſione id exprimere?*

RESpondetur, quod tenetur abſtineri ab his, quæ inducunt alios ad

ad malum. Vt ſi quis Paterfamil. fregiſſet ieiunium Eccleſiæ, vel aliud perpetraſſet peccatum, vnde ſubditi ſumerent occaſionem idem operandi, vel ſi quis fœminam ſollicitaſſet ad inhoneſtos actus, ingerendo illi ſcãdalum, eamque alliciendo ad peccatum, in his caſibus non ſat eſt in cõfeſſione dixiſſe fregi ieiunium Eccleſiæ, vel habui rem cum fęmina ſoluta, vel coniugata, ſed vltra hoc, explicanda eſt circunſtantia ſcandali, ſcilicet, quod violando ieiunium ſcandalizauit ſibi ſubditos, & familiares, & quod fœminam talem affecerat ſcandalo. Vnde aduertendum eſt à Confeſſarijs, quod cum homines huiuſmodi carnales audiunt, eos rogent an fœminas, quibus cum ſe commiſcuiſſe accuſant, imparatas ſollicitauerint, quia hæc eſt alia malitia, quæ non ſemper intelligitur in confeſſione actus principalis, & eſt diſtincta malitia, ſcilicet, ſcandali, quia multæ cum non ſint paratæ, immo obſiſtant à principio, inſiſtendo vlterius importunis precibus, præbetur eis tandem occaſio ruinæ, & ſcandali, quod non contingit in paratis, & nutibus iam ſe lapſas ſignificantibus. Eiuſdem ſententiæ eſt Sotus, licet Caieta. non videatur planè aſſentire. Secundò circa circunſtantiam ſcandali, dicimus cum Nauar. quod circunſtantia ſcandali explicanda eſt in confeſſione in his caſibus. Primò, quando quis commiſit tale peccatum cũ intentione trahendi alium ad illud: explicandumque eſt quale peccatũ. Secundò ſi agit ex genere ſuo bonũ, aut indifferens, quod tamen ſecun-

A dum apparentiam, quandò ſpeciem mali præſefert, dat occaſionem peccati mortalis, licet deſint danti animus prouocandi ad mortale, quia ſecundum D. Paulum, ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. Tertiò, adijcimus cum eodem Nauar. quod ſi quis peccet publicè carens propoſito etiam ad malum prouocandi, ſpeciale peccatum eſt explicandum in confeſſione, quando committi-

B tur per talem perſonam, & in conſpectu talium perſonarum, quod veriſimiliter id mali videntes occaſionem accipient peccandi mortaliter, ita affirmatiuè ait Aretinus, Maior, & Syluester: & quando D. Thom. videtur ſignificare contrarium, intelligitur ſecundum Nauar. quandò nõ fit per talem, & talem perſonam, nec in conſpectu talium, quod præbenda ſit eis occaſio ruendi in mor-

C tale, vel quia viri perfecti ſunt, atque ideo ſcandalum in eos non cadit, ſiue quia qui id mali fecerunt, homuntiones ſunt, ex quorum factis talibus non ſolent ſpectantes moueri. Hæc Lopez capit. 27. primæ partis.

173. *Quæritur an circumſtantia interruptionis actus mortalis peccati, ſi-*

D *ue interioris, ſiue exterioris ſit in confeſſione exponenda?*

Reſpondetur cum Cano in ſua relectione de pœnitentia dicente, quod aliquis actus malus, ſiue interior, ſiue exterior poteſt interrumpi, & renouari dupliciter. Vno modo per actum contra-

Digitized by Google

rium, v.g. cum prodiſſem in volitionem furandi mille, ſi poſtea reſipiſcens de mala voluntate, actum producam contrarium, ſcilicet nolo iam id furtum cõmittere: Ecce iam actus volitionis furti interciſus eſt per actum contrarium ſibi, id eſt per nolitionem, qua iam non volo furari, quod ſi poſt iſtam nolitionem rurſus rediens ad vomitum proponens ſic in animo, volo id efficere furtum; Ecce actus interruptus, & renouatur per actum contrarium mediante. Alio modo interrumpitur vtrumque opus, ſiue interius, ſiue exterius, non per actum contrarium, ſed naturaliter. Vt v.g. cum quis ſtatuit in animo ſuo, alloqui fœminam ad potiendum ea, ſed cum alia de nouo circũuallarent eum negotia, licet non deſtitit à ſua mala voluntate per pœnitentiam talis propoſiti, ſuperſeditq; pro tunc ab illo: ſi rurſus quando videt ſe vacuum negotijs occaſionéque ad malum conſpicit, repetit ſuũ propoſitum, dicitur ſuam malam voluntatem interrupiſſe, non per actũ contrarium, quia nunquam illius pœnituit, ſed habitualiter in complacentia illius manſit, ſed interrupit eam naturaliter, quia naturaliter nõ potuit ei intendere pro tunc in alijs diſtractus. Hac ſuppoſita diſtinctione, (D) ad quæſtionem reſpondetur cum ipſo Cano, quod ſi interruptio actus mali facta eſt per actum contrarium, neceſſe eſt eam confiteri in confeſſione pãdendo vices, quibus eandẽ malam voluntatem renouauit. Si verò interruptio fuit naturalis, qualis plerumque fit, non oportebit explicare huiuſmodi renouationes actuum,

(A) ſed eius continuationem notabilem. Quia ſatis erit in hunc modum tunc confiteri: tota die adamaui Mariam, quia ſecundum Canum ſufficiẽs notitia hinc datur, & ad medendum, & ad iudicandum confeſſario. Additur verò ad hoc quæſitum, quod non negamus, licet totum videatur eſſe vnũ peccatum, quia via eſt ad copulam, tamen quia conſtat etiam materialiter ex diuerſis actibus exterioribus, (B) vt muſicę, collocutiones, repetitę diuerſis temporibus, totum forè in cõfeſſione explicandum; licet volitiones poſteriores ſolum videantur eſſe confirmationes primę voluntatis nõ interciſæ per actum cõtrarium. Hæc Lopez cap. 31. primæ partis.

174. *Quæritur an fidelis rem habens cum muliere infideli, ad iſtam circunſtãtiam confitendam teneatur?* (C)

Reſpondetur, quod inter tales matrimonium validè contrahi non poteſt, idque perſpicuum eſt, cũ hoc pertineat ad impedimentum diſparitatis cultus, quod eſt impedimẽtum dirimens. Sed an concubitus Chriſtiani cum tali infideli ſit circũſtantia notabiliter aggrauans, & neceſſariò confitenda: id reuocamus in dubium. Et licet nullum Doct. repererim de hoc caſu expreſsè loquentem, arbitror ſub aliorum iudicio, qđ talis circunſtantia ſit confitenda. Primò, quia inter illos infideles: inter quos ſum etiam verſatus, vt in nouo Regno Granatẽſi communis animi cõceptio inter Hiſpanos illic exiſtentes eſt, commixtionem illám carnalem cũ fœmina Indica infideli nefandam

fandam eſſe cenſeri, quare ſi Hiſpani A aliquas huiuſmodi fœminas bello, vel aliter cęperint, ſtatim eas baptizari curabant, niſi cum illis antę baptiſmum earum commiſcerentur, malè audirent, aut punirentur: aut vt grauius peccatum effugerent, quod cum infideli coeundo committere ſe cenſebât. Secundo, quia cum ex tali concubitu cum Indica infideli generatur proles, vel abſconditur, vel regulariter à matre infideli infideliter B educatur, & cum periculo ſalutis prolis; & vltimò ſi aliquis eſt, quem hæ rationes non conuincunt, ſaltem rône ſcandali infideli in copula dati, talis circunſtantia eſt confitenda: nam Indi, & fęminę infideles Indicę ſunt talis ingenij, vt facilè fragilium patiantur à fidelibus ſcandalum. Nam ſunt veluti quędam ſimię, agunt quæ nos vident agere, nihil curant de offenſa Dei, de qua vident Chriſtianos C non curare, & tandem propter Chriſticolas illic degentes ſic ſi ſcandaloſè viuant, dicit Dominus illud Prophetæ. Nomen meum blaſphematur per vos inter gẽtes, & tanquã nebulones Chriſtianos reputãt Indi, dum vident eos dicere, quod ſecundum ſuam legem non licet fornicari, & aliunde eos fornicari vident paſſim D cum fęminis infidelibus. Et circunſtantia hæc multo acrius pungit ſacerdotes illis cum fęminis Indicis incontinentes. Quia duplo gehennæ filias eas ſuo ſcandalo faciunt, dũ ad talia inhoneſta conſentienda audaciores eas reddunt. Hæc præfatus Lopez prima p. c. 35.

175. *Quæritur vbi non eſt alius legitimus confeſſarius, niſi qui nouerit complicem, ac pęnitẽs poteſt ei confiteri circunſtantiam, per quam confeſſarius venit in cognitionem peccati complicis?*

RESpõdetur, quod hoc quæſitum in libro noſtro primo impreſſo duobus in locis ſcriptum eſt: ſed nũc tertiò, cum materia hæc ſit maximè conſideranda, vbi diuerſi diuerſa ſcripſerunt, ideo magis latè hic tractanda iterum percenſuimus. Et quidem quæſtio hæc ab vtraque parte ſuos fautores habet. Pro parte affirmatiua habet fautores antiquos Doctor. Pro parte verò negatiua habet nempe Caiet. Med. & Nauar. Canus, & Sotus inter hos mediant, differenter tamen inter ſe.

Partis negatiuę potiſſima argumẽta ſunt. Primum eſt, quod quando eodem tempore duæ leges incompatibiles occurrunt, lex maior eſt anteferenda: ſed lex de non ſcandalizando, vel de nõ infamando proximum præualet diuinæ legi poſitiuæ de integrè confitendo: ergo cum infamia complicis proximi non tenetur quis in tali caſu circunſtantiam explicandam confiteri, vbi venitur in cognitionem complicis, quæ quidẽ circunſtantia aliàs confitenda eſſet. Duo alia argumenta fortiora ſunt. Primũ eſt, quia fęmina non tenetur explicare enormia peccata cum periculo probabili faciendi ruere confeſſarium quando confeſſarius peccaret non ex malitia, ſed ex ignorantia, vel ex infirmitate: quia id eſſet cum detrimento ſalutis animæ con-

feſſarij; ergo pari ratione non licet in caſu quæſtionis cum detrimento famæ proximi complicis aliquem ſuum peccatum confiteri, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Alterum eſt, quia ſecundum communem opinionem Docto. non tenetur quis in caſu, quo aliter confiteri non poteſt, confiteri per interpretem, aut per ſcripturam, quia id fieret cum detrimento, & periculo ſuæ famæ, cum ſic poſſet ſuum peccatum conſtare apud tertium, ſcilicet, apud interpretem. ergo neque licitè poterit cum periculo, ſeu detrimento complicis circumſtantiam complicis etiam mutantem ſpeciem, ſeu aggrauantem notabiliter in confeſſione detegere: quia ſcriptum eſt, Quod tibi non vis alteri non facias. Ad quæſtionem ergo ſoluendam dicimus primò, quod quando pœnitens habet alium legitimum confeſſarium, vel poteſt illum adire, vel poteſt confeſſio differri, nullatenus licet circumſtantiam complicis, aliàs neceſſariò confitendam confeſſario peruenturo, ſtatim ad notitiam complicis, cum iactura eius æſtimationis apud confeſſarium reuelare: quia ſolum in arcto neceſſitatis caſu, vbi aliter fieri non poteſt, venit intelligenda quæſtio. Hac præmiſſa notatione, ſtatuuntur concluſiones reſolutiuæ quæſtionis. Quarũ prima ſit. Reuelatio complicis in confeſſione fieri poteſt, ſi aliter non poſſit pœnitens confiteri ſpeciem ſui peccati, quando talis reuelatio creditur profutura, & non obfutura complici. Ita ait Caietan. cuius verba ſunt hæc in ſummula, verbo, Cõfeſſio. tertia conditione, vbi ſic dicit: Quod ſi aliter

A fieri nequit, & confeſſor eſt vir bonus, ita quod nulla ſit ſuſpitio futuræ infamiæ, aut cuiuſcunque periculi, explicari poteſt. Vbi autem periculum famæ alienę, vel alterius mali timeretur, confeſſarius alter adeundus eſt, qui confitentem non noſcat. Hęc concluſio talis eſt, cui credo nemo ſobrius Theolo. refragatur, quinimo ipſe Caietan. affirmat, vt dictum eſt. & etiam Nauar. hanc tenet ſubiungendo

B rationem; quia inquit, reuelatio criminis poteſt fieri profutura perſonæ, & non obfutura, ſi pręceſſerit correctio, vel ſi nulla alia ſubſit ſpecies correctionis criminoſi, & patet, quia iſta iactura eſt parua, & aliunde recompenſatur, dum ad eius profectũ animæ detegitur, & perſonæ non obfuturæ, ſed perpetuò occultaturę peccatum illud.

C Secunda concluſio, quando complici ex tali reuelatione, ſi fiat in confeſſione de circumſtantia complicis nihil aliud incommodi ſequitur, quã quod apud ſe tantum confeſſarius non tantã opinionem complicis concipiet, ſed tamen nõ ob id aliter confeſſarius cõplici oberit, poterit illam explicare. Hæc concluſio pluribus auctoritatibus fulcitur. Probatur enim primo ratione Doct. Pedracæ, quia in hoc caſu talem circumſtantiã

D complicis prodere apud confeſſariũ non obfuturum, non eſt propriè infamare complicem, quia infamia ex communi opinione eſt ſiniſtra de aliquo diuulgata apud multos opinio: Hæc reuelatio autem, quę vni tantum ſit celaturo, non eſt propriè infamia, quod ſi aliqualis iactura eſt famę, illa modica eſt, & quam tenetur

com-

Digitized by Google

complex pati propter commodum ſalutis animę proximi, maximè quia cum complex conſentit cooperando in peccatum ſuum, & alterius, vt in copula carnali ex culpa ſua ſe poſuit in tali ſtatu, vt ſi conſors ſibi in copula, non poſſet aliter eam confiteri, cum iactura illius illam explicaret, quia benè nouerat iſtum conſortem ſibi in peccato, confitendo illã circumſtantiam ſpecificam ſuæ conſcietię eſſe proſpecturum. Exemplo ſit: Poteſt Princeps, qui bellum iuſtum gerit, quando aliter non poteſt obtinere victoriam, expugnare arcẽ cum periculo, & iactura vitæ innocẽtium infantum, & mulierum intra arcem exiſtentium. Similiter poteſt quis proſequi ius ſuum, accuſando furem, licet inde filij, & vxor furis, ſi patibulo ſuſpendatur, manebunt in fames. Atque etiam qui ſe moderatè defendit, inuaſoris mortem efficit ſine ſua culpa. Ergo pari ratione, quia pęnitens proſequitur ius ſuum, & nõ intendit illam modicam iacturã cõplicis, poterit eam circumſtantiam pud Confeſſarium explicare. Tandẽ vlt. hæc concluſio ſit. Quando ex reuelatione complicis, in confeſſione non tantum paruæ exiſtimationis iacturam patietur apud Cõfeſſarium, ſed aliquod maius malum ex tali reuelatione probabiliter euenire creditur, & damnum notabile, quod imminebit complici apud Confeſſarium. Vel quia Confeſſarius reuelaturus eſſet, creditur illam circumſtãtiam extra confeſſionem, vel quod vlciſcetur ſe de complice, vel de ſorore ſua, vel conſanguinea, cum qua deprehendit peccaſſe complicem. Tunc vllo modo, neque in vita, neque in morte, licitè poteſt pœnitens hanc circumſtantiam complicis in confeſſione prodere. Addimus etiam quartam concluſionem; Si puella ſollicitetur in confeſſione à confeſſario, licet ſi aliter non poteſt protegere ſuam pudicitiam, poſſit detegere iſtud crimen extra confeſſionem, ſed tamen hoc fine, in alia confeſſione illud patefacere honeſto ſecundo confeſſario, non tantum licet: ſicut extra. Hæc eſt Soti in 4. aſſerentis probatione, quod propter dignitatem, & neceſſitatem confeſſionis, ne fiat odioſa, non tantum licet intra illam, quàm extra illam reuelare; ſic etiã ait Corduba, Pedraca, & ab hac non diſſentit Nauarr. cum Cano. Quod autem id criminis extra cõfeſſionem puellæ prodere liceat ipſe Sotus illic probat: quia ad protegẽdam ſuam virtutem, poteſt quis detegere crimẽ alienum, etiam ei, qui obeſſe poteſt: Nam cum iniuria mihi fit in tali caſu, dum in illa perdurat mihi iniurius, ius perdit ſuæ famæ, poſt quam reliqua media adhibuerim, nec ſufficiunt ad propellendam iniuriam.

Ad argumenta pro parte negatiua perſpicuæ patent ſolutiones. Ad primum reſpondetur, quod non eſt propriè infamare proximum, neque intẽditur, & quod proſequitur ius ſuum, & quia complex fuit in culpa, & præſtitit cauſam, & cum illa optione voluit cum altero peccare, cum in tali occaſione eſt hic poſitus. Vnde non violatur præceptum de non infamando proximum.

Ad

Ad ſecũdum dicitur eſſe differentiam, quia fœminam ſollicitare confeſſarium fragilem per confeſſionem ſuorum turpium actuum, eſt impellere illum ad magnum malum, ſcilicet, ad ruinam animæ: Et talis cõfeſſio turpium magis directè ad hoc operatur in fragili, ſed peccatum complicis ſolum ſciſſe confeſſarium aliàs nõ obfuturum illi aliter, non eſt tam magnum malum, neque ex intentione ad illud operatur pœnitens.

Ad exempla confirmatiua de ceſſante obligatione confitendi per ſcripturam, vel per interpretem, dico eſſe differentiam, quia cum interpres non teneatur tam arctè ſigillum confeſſionis ſeruare, ſicut confeſſarius, liberius peccatum pœnitentis prodet apud alios: & ita dicitur de ſcriptura, quæ natura ſua eſt publica, vnde graue periculum diuulgandi peccata euenire poteſt. At ſciſſe confeſſarium prudentem, & ſecretum circunſtantiam complicis, non eſt res, quę parat magnum detrimẽtum, aut iacturam famæ. Semper enim mihi placuit, cæteris paribus, medias ſequi opiniones: Quoniam non rarò magis accedunt ad verum, cum extremæ magis à vero deuient.

Poſtremò nota cum Nauarr. quod non excuſat à confitendo peccatum: etiam ſi timor pœnitentem ſubeat, quod parochus maiorem curam de illo ſit habiturus: Nam neque ſolus pudor eſt legitima cauſa adeundi extraneum confeſſarium, niſi quando adeò magnus foret, vt pœnitentẽ conſtitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circunſtantiam neceſſario confitendam, ſed credo, ſi intelligat Nauar. vt inſinuare videtur, q̃d propter talem pudorem in tali periculo conſtitutum liceat adire ad extraneum confeſſarium non habẽtem ſuper hunc pœnitentem iuriſdictionẽ, aliàs eſt intollerabile dictum, & cõtra Sotum, Victoriam, & Canum: quia pudor, imò neque quiuis timor conceptus à pœnitente non dat iuriſdictionem ſupra ipſum pœnitentem Sacerdoti, vel confeſſario extraneo antea tali iuriſdictione, reſpectu iſtius pœnitentis, carenti; & Textus, qui cõtrarium ſonare videntur, optimè gloſſant Canus, & Sotus. Canus enim ait, quod loquuntur tales Textus, quando iniuncta eſt pœnitentia publica, per ignarum curatum, tunc poteſt adiri alius confeſſarius ſapiẽs, qui eam moderetur cum fuit exceſſiua. Et ſecundum Sotum loquuntur de priuilegiatis, q ex priuilegio poſſunt eligere confeſſarios, prohibẽtur illic, vt poſtquam elegerint vnũ, non alium adeant, niſi primus electus fuerit ignarus, & indiſcretus. Hæc præfatus Lopez 1. par. cap. 36.

Petrus de Atragona ſuper D. Th. 2. 2. q. 73. art. 2. partem negatiuam tenet, ſcilicet, quod nullo modo circunſtantia ſit aperienda in confeſſione, per quam venitur in cognitionẽ tertiæ perſonæ infamandæ, etiam leuiter. Dicit enim, quod non poteſt aliquis citra culpã mortalem occultum crimen alienum vni cordato viro ſecreto detegere, etſi apud illum ita celabitur ac ſi muto dictum fuiſſet, vt ex mente Soti aliàs diximus contra Caiet. Nec huius rei aliam rationem aſſignamus, niſi quod quiſque ſanæ mentis pluris facit in bona eſſe æſtimatione

Digitized by Google

matione apud vnum virum graue, quàm apud plures alios minoris authoritatis: ſed hoc idem nocumentum ſequitur ex eo, quod quis circũſtantiam confiteatur, ex qua confeſſarius in notitiam alicuius grauis criminis, & perſonæ, quæ illud commiſit, deueniat: ergo non eſt hoc exiſtimandum paruum inconueniens, atque ex conſequenti, non eſt licitũ illud facere, placet quidem mihi moderatio à magiſtro Cano poſita, de qua mentionem fecimus, referentes authores, qui hanc noſtram ſententiam tenent. Cęterum illius ratio eſt, quod fœmina non poteſt explicare ſuum crimen, niſi Confeſſarius ſimul intelligat, quis ſit ille iuuenis, qui cum illa concubuit, & ex tali circumſtantiæ declaratione, aut minima, aut nulla ſequitur infamia in iuuenem; & vbi non eſt infamia, quæ apud homines in pretio habeatur, certum eſt non eſſe peccatum alterius crimen manifeſtare, vt ex dictis patet.

Et D. Thom. in Opuſculo 12. q. 6. ait: Si ſpeciem exprimere peccati non poſſit, niſi exprimendo perſonã, cum qua peccauit: puta ſi cum ſorore concubuit, neceſſe eſt, vt exprimẽdo peccati ſpeciem, exprimat perſonam. & idem dicit in 4. d. 17 q. 3. articu. 4. quem locum malè Nauarr. allegat, non benè ab ipſo intellectum. Quem Nauarr. ſecutus ſum in 1. noſtro libro impreſſo; nunc verò ſequar D. Tho. melius intellectum, quã Nauarr. intellexerat. Vide in 1. parte libri Quæſito 49.

A 176. *Quæritur, an beneficiatus, qui ſolum recepit in ſe beneficij titulum, abdicatis à ſe fructibus ratione tituli beneficij tantum, teneatur ad perſoluendas horas?*

RESpondetur in hac quæſtione inter graues doctores eſt concertatio quis eorum teneatur horas ſoluere, an qui omnes fructus ſibi percipiendos reſeruauit, An qui titulum B beneficij acquiſiuit. Diuerſæ ſunt opiniones, altera Caiet. in Sum. verbo, horæ Canonicæ, & aliorum, ex vna parte aſſerentium receptionẽ ſolius tituli ſine fructibus, non obligare intitulatum ſic ad perſoluẽdas horas canonicas: & altera quę eſt Silueſtri, verbo, horę, q. 2. & Medinę de oratione, q. 9. ex appoſito tenẽtium, talem beneficij ſolo titulo potientẽ, ad onus perſoluendi horas canoni- C cas eſſe aſtrictum.

Inter has opiniones Nauarrus ca. 25. num. 103. & 104. q. 2. in Manuali, non ſine exacta conſideratione, & bene concordare nititur prædictos inter ſe diſſidentes Doctores, cui in hac concordatione ſubſcribit Corduba in quæſtione 185. in additionibus ad tractatum de caſibus cõſciẽtię. Concordia reſolutionis, quę cõ- D ſtat in hoc, ſcilicet, quod opinio Sylueſtri, & Caietani eſt vera, quando intitulatus, taliter in ſolum titulum beneficij cõſenſit, vt per auctoritatem Papæ reſignator beneficij reſeruauerit ſibi omnes fructus pro penſione ſimul cum ſeruitio, & cum tota adminiſtratione beneficij, tunc quia ſola videtur hic interuenire via poſt renuntiantis mortem, ſolus renuntiator

Digitized by Google

itor ſic beneficij tenetur ad onus recitandi canonicas horas, & non intitulatus iſte, qui ſolum obtinet titulum, quia qui ſubit onus, debet percipere, & commodum, & è contra, qui commodum reportat, portare debet & onus.

A

At verò ſecunda opinio oppoſita Medinæ, & Silueſtri verum habet in caſu, quo intitulatus iſte in ſolam reſeruationem fructuum in reſignanté conſenſit, ſi ſimul cum titulo poſſeſſionem obtinuit, & adminiſtrationé, vel ſi non obtinuit, ſi per ipſum ſtetit, quominus obtineret talem, & poſſeſſionem, & adminiſtrationem, quia ad perſoluẽdas horas in hoc caſu aſtringitur intitulatus hic, quia Papa in Bullis ſolitus eſt id oneris imponere, quod qui recipit fructus pro pẽſione, onera Eccleſię, vel beneficij ſubeat. Cum autem in hoc caſu intitulatus hic aliquos fructus percipiẽdi ius habeat, quia adminiſtrare tenetur, & inſeruire beneficio, licet illos fructus non percipiat, quia tamen in culpa eſt, & in cauſa, quod illos non percipiat, quia illos vel remittit, vel non exigit, ideo a perſoluendi diuinum officium, & horas onere, obligationeque non excuſatur. Et hæc opinio media Nauarri, cõcordans ſic alias extremas, potior eſſe videtur. Et quia certè, ratione tm̃ ſoliꝰ tituli beneficij, vt benè aiebãt Sotus, & Caiet. non tenetur intitulatus ad horas in caſu, quo cõcurrant hę limitationes, quas adiuit, ſ. quod non poſſit intitulatus per ſe, neque per aliũ percipere fructus, neque ſit in culpa, qđ pro tunc non percipiat, neque in poſterum ſit eoſdem beneficij fructus

B

C

D

recepturus, tanquam debitos pro eo tempore, quo eos non tulit, quas limitationes vult Corduba, vt attendãtur, quia deſeruiũt ad multos caſus. Hæc Lopez in ſecunda parte, c. 94.

177. *Quæritur de Sacramento Confirmationis, an ſit uerum ſacramẽtum, & a Chriſto inſtitutum, & quę ſit eius materia?*

RESpondetur eſſe vnum de ſeptẽ ſacramentis Eccleſiæ inſtitutũ à Chriſto, vt ſuprà diximus ab eo inquam inſtitutum, quando promiſit Apoſtolis Spiritum ſanctum, quo cõfirmarentur virtute ex alto, vt habetur Ioan. 16. Illa enim miſſio Spiritus ſancti in Pentecoſte, vel fuit Sacramentum Confirmationis, vel habuit locum eius ſic ab omnibus fidelibus, tanquam de fide firmiter tenẽdum, vt iam ſuperius diffinitum eſt, cum de ſacramẽtis in communi egerimus, vt habetur etiam in Concilio Tridentino, ſic dicente: Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum ocioſam cęremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quã catecheſim quandam, qua adoleſcẽtiæ proximi fidei ſuæ rationẽ corãm Eccleſia exponebat, anathema ſit. Et materia huius Sacramenti eſt Chriſma, vt patet ex diffinitione Concilij Flor. ſub Eugenio IV. vbi ſic dicitur: Sacramẽti Confirmationis materia eſt Chriſma confectum ex oleo oliuarum, & balſamo per Epiſcopum bęnedicto, quod quidem Chriſma lingua noſtra, vnguẽtum compoſitum ex oleo, & balſamo, vt patet in c. vni.

de

Digitized by Google

de ſacra vnct. Balſamum autẽ neceſſarium eſt in materia Confirmationis, neceſſitate præcepti, vt patet ex cap. 1. & cap. Nouiſſimè de conſecr. diſt. 5. cap. 1. de ſacramentis non iterandis, & ex ſitu Eccleſiæ. Non eſt autem neceſſarium neceſſitate ſacramenti, quia non eſt de eius eſſentia, ſicut nec aqua in conſecratione ſanguinis. Hoc tenet Caiet. 3. p. q. 72. ar. 2. Et probatur ex ca. 1. Paſtoralis, de Sacram. non iterand. Vbi habetur, quod quidam per errorẽ fuit confirmatus oleo benedicto ſine balſamo, & quęſitũ eſt, an eſſet iterãdũ ſacrm, & reſponſum eſt, nihil eſſe iterandum, ſed cautè ſupplẽdum, quod incautè fuerat omiſſum, ſi illud fuit ſacramentum, ergo Chriſma non eſt de neceſſitate Sacramenti. Si autem non debuit iterari, ergo certè fuit ſacramentum, licet poſtea propter pręceptum chriſmate vngeretur. Credo ergo probabiliſſimè, quod chriſma non eſt de eſſentia ſacramenti Confirmationis: aliàs enim rarò eſſet Sacramẽtum, nam etiam puto negociatores decipere nos, vendentes nõ balſamum pro balſamo. Nam balſamũ eſt in ſola Siria Terra Paganorum, & difficulter poteſt inueniri, & non videtur, quod materiam tam arduam voluerit Deus eſſe materiam Sacramenti. Ideo non videtur neceſſariũ, quod ſit de eius eſſentia. Sed ex Diuo Tho. videtur balſamũ eſſe neceſſarium, vt chriſma fiat, ex quo conficitur ſacramẽtum Confirmationis, vt benè deducit Fr. Bartholomæus ab Angelo in ſua Summula de Sacramentis.

A

178. *Quæritur iterum circa hoc Sacramentum Confirmationis, vltra quod dictum eſt, quædam alia, quæ per ordinẽ deſcribentur, & breuiter.*

ET in primis. Hoc Sacramentum tripliciter nominatur, ſcilicet, manus impoſitio ex modo dãdi ipſum. Et Chriſma ratione materiæ. Et nuncupatur Confirmatio ratione effe-B ctus, quia per ipſum homo baptizatus robur accipit ad pugnandum cõtra dæmonẽ, & ad conſtanter confitẽdum Chriſtum, cuius miles per Baptiſmum primò efficitur. Hæc ex ca. 1. de conſec. diſt. 1. Et ex S. Thom. 3. p. q. 72. art. 1. Item Chriſma neceſſarium eſt, quod ſit conſecratum, vt ait D. Thom. 3. p. q. 72. ar. 3. aliter, ſi non eſſet conſecratum, non poſſet cõferre Sacramentum, quod patet ex ri-C tu Eccleſiæ, ex authoritate antiquorum, Cypriani, Dionyſij, S. Tho. & aliorum. Si enim non eſſet conſecratum, non poſſet operari ſanctificationem. Et debet conſecrari ab Epiſcopo regulariter, vt patet in ca. vno, de ſacra vnctione, & conſecratur in die Cœnæ, & quolibet anno renouatur. Poſſet tamẽ, vt creditur, Sum. Pont. committere ſimplici ſacerdoti huiuſmodi conſecrationem. Item explica-D ta materia, nunc de forma ipſius, dicimus, quod eſt hęc. Conſigno te, ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, & ita habet ritus Eccleſię ex auctoritate Sanctorum. Præterea dicimus, quod hoc ſacramentum ĩprimit characterẽ, vt patet ex Cõc. Flor. ſub Eugenio Quarto, dicente: Inter hæc ſeptem Eccleſię Sacramenta

ta tria ſunt, ſcilicet, Baptiſmus, Con-
firmatio, & Ordo, quæ characterem,
id eſt, ſpirituale quoddam ſignum à
cæteris diſtinctum, imprimunt in a-
nima indelebile. Vnde in eadem per-
ſona nullum horum trium ſacramen
tum reiteratur. Idem patet ex Conc.
Trid. ſeſſ. 7. de ſacramen. in genere,
can. 9. Qui autē bis confirmaret eun
dem, peccaret quidē mortaliter, ſed
tamen nō eſſet irregularis, quicquid
dicant Canoniſtæ. Quia vt ſupra di-
ximus, nullus Text. in iure ponit hāc
pœnam: & patet ex c. dicto, de conſe
crat. diſt. 5. Vbi fit mentio de iteratio
ne confirmationis & nō ponitur pę-
na irregularitatis, licet prohibeatur
reiteratio. Sed quare poſita eſt pœna
irregularitatis iterātibus Baptiſmū,
& non iterantibus Cōfirmationem.
Reſpondetur, quia antiquitus fuit cō
tentio, & hæreſis de iteratione Bap-
tiſmi, non autem de Confirmationis
repetitione. Et ideo hoc ſecundū no
luit Eccleſia ita ſtrictè prohibere, &
punire, ſicut primum. Quando con-
fertur hoc Sacramentum in eius for-
ma debeat exprimi de eſſentia Ver-
bum Trinitatis, dicendo, In nomine
Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.
Ex quo Conci. eodem tenore, quo in
Baptiſmo illa ponit, atque inuiolabi-
liter eccleſia vtitur, proculdubio te-
nenda eſt tāquam de eſſentia. Et qui
dimitteret illa verba: In nomine Pa-
tris, & Filij, &c. nihil faceret, vt dicit
Sotus vbi ſupra 4. ſent. diſt. 7. quæſt.
1. artic. 4.

A 179. *Quæritur, an quis poſſit confir-
mari antequam ſit baptizatus, & an
Confirmatio conferat gratiam, & an
omnes debeant confirmari?*

Reſpondetur ad primam Quæſi
ti particulam negatiuè ex cap.
Veniens, de presbytero non baptiza
to. Dicitur quod Baptiſmus eſt fun-
damentum omnium Sacramentorū;
ſi autem quis ordinaretur ante Con-
B firmationem, malè faceret, ſed tamē
facta tenerent.

Ad ſecundum de gratia. Reſpon-
detur, hoc ſacramentum, ſicut & alia
conferre gratiam, quemadmodū iam
diximus de omnibus ſacramentis, &
eſt expreſſè diffinitum in Concilijs,
præcipuè in vltimo Concil. Tridenti
ſeſſ. 7. de Confirm. can. 2. Immò hoc
ſacramentum maiorem gratiam con
fert quàm Baptiſmus, quia iā in Con
C firmatione fit miles, & roboratur ad
defendendam fidem, quam in Bap-
tiſmo recepit. Et ita dicit Paludan.
& omnes. & de conſecra. diſt. 5. cap.
de his, dicitur quod Confirmatio eſt
dignius ſacramentum, quam Baptiſ-
mus, & maiori veneratione dignum.

Ad tertium, An omnes fideles de
beant confirmari. Reſpōdetur ex ſen
tentia cōmuni, quod ſic. patet de con
ſecrat. diſt. 5. cap. Omnes fideles: vbi
D dicitur, Nunquam erit Chriſtianus,
niſi confirmatione Epiſcopali fuerit
chriſmatus. Et ſtando in iure diuino,
non eſt præceptum, nec inuenitur in
Euangelio locus obligatorius, ſicut
inuenitur de Baptiſmo, Pœnitentia,
& Euchariſtia. Verum eſt, quod con
temptus eius eſt peccatum mortale:
contēneret verò, qui nollet illum re-
cipere,

Digitized by Google

cipere, quia non vult obedire, & putat nullius meriti eſſe. Hoc eſt et mortale, ſecundum omnes, & præcipuè ſecundum S.Thom.3.p. q.72.art.8. Dimittere autem illud ex negligentia, non eſſet mortale, contra ius diuinum quæuiſcunque negligentia ſit, etiam craſſa. Stãdo autem in iure humano, Adrianus, & S.Thom. tenent, quod non eſt præceptum, & ita credit Franciſcus à Victoria, licet oppoſitum teneant aliqui, vt Scotus.

180. *Quæritur, qua ætate dandum eſt hoc ſacramentum, & an ſolus Epiſcopus poſſit hoc ſacramentum Confirmationis conferre?*

AD primum reſpondetur quantũ ad ætatẽ, quod multi dicunt expectãdum eſſe ætatem duodecim annorum. Sed credo ex S.Tho. nõ eſſe neceſſariũ expectare rationis vſum. Idem aiũt Gabriel, Antoninus, & Silueſter. Verum eſt quod B.Anton. dicit, bonum eſſe expectare ſeptenniũ pueri, propter periculum reconfirmationis, vt ſcilicet confirmatus recordetur eſſe confirmatum, ſed quãtum ad eſſentiam Sacramenti, non eſt præfixa certa ætas, ſed in quacunque ætate poteſt conferri.

Ad ſecundum reſpondetur ex S.Tho.3.p.q.82.art.11. Quod licet de hoc ſint variæ ſentẽtiæ, tamen dicendum eſt cum ipſo S.Doct. & Alex. & Palud.4.ſent.diſtin.7.q.4. quod propria auctoritate non poteſt ſimplex ſacerdos confirmare, nihilominus ex cõmiſſione Papæ, quilibet ſacerdos poſſet confirmare. Hoc patet auctoritate Eccleſiæ ex facto Gregorij, vt

A habetur 95.diſtin.cap.Peruenit. Ait Gregorius: Ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod Presbyteros prohibuimus cõfirmare. & poſt dicit ad Ianuarium: Et ſi de hac re aliqui contriſtantur, vbi Epiſcopi deſint, concedimus qđ presbyteri ſignent in fronte baptizatum. Item idem diffinitum eſt in Concil.Trid.ſeſſ.7 can.3. Cuius hęc ſunt verba: Si qs dixerit ſanctæ Confirmationis Ordinariũ Mi-

B niſtrum non eſſe ſolum epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem anathema ſit. Nihilominus ex diſpẽſatione Sedis Apoſtol. & rationabili cauſa, ſimplex ſacerdos poteſt hoc ſacramẽtum miniſtrare. Vltimò notandum eſt, quod ſuſceptores confirmãdi, ſeu patrini debent eſſe confirmati, vt patet de conſecr.diſt.4.c. In baptiſmate. Aliter non oritur cognatio ſpiritualis. Quilibet autem confirma-

C tus poteſt eſſe patrinus, niſi vir vxoris, & vxor viri, quia ſi id ſcienter fecerint, debitum ad inuicem reddere non poſſunt. Et affinitas in hoc ſacramento eſt, vt in baptiſmo. Idem conſignatio in fronte nõ videtur eſſe de eſſentia huius ſacramenti. Quia in Euangelio nõ legimus, niſi quod imponebãt manus ſuper illos. Quod autem fiat per modũ Crucis, patet eſſe

D neceſſarium, quia in forma dicitur: Cõſigno te ſigno crucis. Oleum etiã neceſſarium eſt, & ritus Eccleſiæ tenet, quod confirmatus non lauet oleum per ſeptem dies, ſed hoc nõ eſt de eſſentia.

Quamuis in frõte ſit vngendum, tamen vt diximus, non eſt de eſſentia, ſed qua ratione ſit puer vngẽdus in fronte, vide S.Thom.3.par.q.72. art.9.

Digitized by Google

art.9. & S.Anton.3.par.tit.14.c.14. §.5. Ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum non eſt neceſſe in adultis præcedere confeſſionem, ſed ſufficit contritio, ne mortaliter peccet, quia vt iam dictum eſt, ſuſcipere, vel miniſtrare ſacramenta in mortali, mortale eſt, vt ait D.Tho.3.p.q.72.art.7.ad 2. Tenere autem puerum ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum, non eſt de eſſentia, ſed de præcepto, ſi adſit facultas. S.Tho.3.p.q.72.art.10. Verum qui tenet, ſi ipſe non eſt confirmatus, nõ contrahitur affinitas, licet ſacramentum ſit. Peccat tamen niſi neceſſitatis caſu. Et qui tenuit ad baptiſmum, non debet tenere ad confirmationẽ, niſi cogẽte neceſſitate, vt habetur de conſecr.diſt.4. Si autem aliter fieret, non creditur eſſe mortale, & tam fœmina quam vir tenere poteſt.

Quantum ad vnum, vel duo, vel plures qui poſſint eſſe ad tenendum eadẽ regula obſeruari poſſit, ſicut in baptiſmo. Et poſito caſu, quod plures tenerent eundem, contraherent affinitatem eandem cum confirmato. Vt bene notat Sotus 4.ſent.diſt. 7.q.1.art.10. & elicitur cauſa ex Cõcil.Trid.ſeſſ.24.c.2.de Reformatione matrim.& vt dictum eſt ſupra, affinitas ſpiritualis in hoc ſacramento fit ſicut, & in baptiſmo ita vt per hęc duo ſacramenta Baptiſmi, & Confirmationis affinitas ſpiritualis contrahitur. D.Thom.4.ſent.diſt.42. q.1. art.2. Diximus etiam, quod hoc ſacramentum dari poteſt omni tempore, ſed congruentius in Paſchate, & Pẽtecoſte fieri ſolebat: & etiam in quocunque loco, ſed in eccleſia magis decet, ſed extra ſuæ Diœceſim fieri non

A poteſt. S.Anton.3.p.tit.14.c.14.§.5. Repetimus etiam quod omnibus debet exhiberi baptizatis tã viris, quã fœminis, tam paruulis, quam adultis, & monſtruoſis, & hermaphroditis. D.Thom.3.p.q.72.art.8. & Summa ſacra. de Confir. §.47. atque etiã infirmis, & ſtatim morituris, & mutis, & ſurdis dari debet, tum quia imminet pugna inuiſibilis contra hoſtem, tum etiam, vt in die Reſurrectionis

B perfecti appareant. Ex D.Tho.3.p. q.72.art.8. ad 4. De amentibus debet fieri ſicut diximus de Baptiſmo. Dicit D.Tho. ibidem, quod pueri cõfirmati decedẽtes maiorem gloriam conſequuntur. Et hic maiorem obtinent gratiam. Character Cõfirmationis præſupponit characterem baptiſmalẽ, ſicut character Ordinis prẹſupponit characterem Confirmationis. Sed inter hæc duo differentia eſt: qa

C ſi fiat Confirmatio ante Baptiſmum, nihil eſt: Verum ſi Ordo ſuſcipiatur ante Confirmationem, tenet ordo ſuſceptus, ſed peccatur, non tamen creditur eſſe mortale, nec vllam cenſuram incurrit, qui non confirmatus ordinaretur, cũ nullo iure id caueatur, niſi ex contemptu fieret: vt habetur in Concil. Trident. & à D.Tho.in 4. diſt.24.q.1.art.2. & Sot.in 4.diſtin. 24.q.1.art.4. Si quis confirmetur cũ

D Chriſmate non illius anni, nihilominus tamen ſacramẽtum tenet, ſed fit contra præceptum, cum eccleſia inſtituerit chriſmari cum oleo confecto eodem anno: Chriſma enim vetus debet quolibet anno comburi intra eccleſiam, & qui contrarium faceret, propter præceptum, creditur mortaliter peccare: & ſi quæratur, quare

Apo-

Apoſtoli in confirmatione non ſunt A vſi Chriſmate: reſpondetur, quia oleum ponitur in confirmatione pro ſigno viſibili, ſed tempore Apoſtolorum, fiebant ſigna viſibilia miraculoſè ſuper his, qui confirmabantur, & ideo confirmatos nõ vngebant. Item propter irriſiones infidelium euitandas, fuiſſet autem ridiculum apud infideles, ſi vnxiſſent confirmatos, & ideo ſolum confirmabant per manuum impoſitionem. Ceſſantibus au B tem illis ſignis viſibilibus miraculoſè factis, vſi ſunt materia Chriſmatis. Et elicitur à S.Thom. 3.p. q.72. artic.2.ad 1. & Summa Sacrament. de Confirmat.§.43. & Sotus in 4.diſtinctio.7.quæſtio.1.art.2. ſigna autem, quæ tunc videbantur, erant linguæ igneæ, idem Spiritus ſanctus deſcendens ſuper illos, ſicut deſcenderat prius ſuper Apoſtolos, quando ſacramentum Confirmationis ſuſcepe C runt in die Pentecoſtes. Vnde dicũt Doctores, quod pariter Apoſtoli per manuum impoſitionem, eũdem Spiritum ſanctum conferebant viſibiliter deſcendentem ſicut ſuper eos deſcenderat. Ex S.Tho.3.par.quęſtio. 72.artic.2.ad primum. Et Sotus in 4.diſt.7.q.1.art.2.

181. *Quæritur, an agens contra conſcientiam, poſſit aliquo modo excuſari à peccato?* D

RESpondetur ex Soto de Iuſtitia, & iure, lib.5.quæſtio.4. artic.2. dicente: Quod agere contra conſcientiam, eſt intrinſecè malum, quia hæc agens, agit id, quod æſtimat eſſe malum. Secundo addit, quod licet quidem agere contra ſcientiam ſpeculatiuam, non tñ contra ſcientiam practicã. Vnde Iudex, qui ſecũdũ legitimè allegata, & probata idonea teſtimonia condemnat; ſibi aliàs innocentem, non malè agit, quia licet agat contra iſtam ſcientiam ſpeculatiuam priuatam, quia eſt innocens, non tamen agit contra ſcientiam publicam, & practicam, quæ dictat illum fore occidendum, quia eſt legitimis teſtimonijs conuictus. Vnde damnando ad mortem illum innocentem legitimè probatum nocentem, non agit contra conſcientiam, quia agere contra cõſcientiam, non eſt agere contra ſpeculatiuam, ſed contra practicam ſcientiam. Pari namque ratione, licet agere contra ſpeculatiuum dubium, non contra practicum, vt patet in muliere, quę bona fide nupſit, poſtea verò dubitat, an interuenerit impedimentum dirimens, vnde rurſus ambigit, an ille vir ſit ſuus. Iſta mulier, iuxta canonicas ſanctiones, exacta tenetur reddere debitum poſcenti, vt inſinuatur de ſecundis nuptijs, vnde reddendo ſic debitum non agit contra conſcientiam, quia licet agat contra iſtud dubium ſpeculatiuum, an iſte ſit ſuus: tamen contra nullum dubium practicum agit: quia non dubitat an reddere debitum in tali caſu teneatur, imò de hoc certa eſt, quod ad id aſtringatur obligatione in conſcientia. Hæc Ludouicus Lopez prima par. cap.3.

182. *Quæritur, an ad contritionem requiratur amor Dei ſuper omnia?*

REſpondetur ex D.Tho. Quodl. 1.ar.2.dicente, quod ſatis erit, ſi verba hic ſubijciamus: Contritus tenetur in generali, vel pati magis quã cunque pœnam, quàm peccare. Et hoc ideo, quia contritio non poteſt eſſe ſine caritate, per quam omnia dimittuntur peccata, ex charitate autem plus homo diligit Deum, quàm ſe ipſum. Vnde charitas hoc requirit, vt quamlibet pœnam homo contritus præeligat culpę, ſed in ſpeciali deſcendere ad hanc pœnam, vel illam, non tenetur, quia terribilia, ſicut etiam delectabilia plus mouẽt in particulari conſiderata, quàm in communi, imò ſtultè faceret ſi quis ſuper his particularibus pęnis ſe ſolicitaret, aut alium, quia ſtat quod aliquis non refugeret mortem pati pro Chriſto, qui ſi deſcenderet ad conſiderandum ſingulas pęnas, magis retraheretur. Ideo deſcendere in talibus ad ſingula, eſt inijcere hominem in tentationem, & præbere occaſionẽ peccandi. Quare ſatis eſt iſte amor, ſine quo contritio eſſe non poteſt, ſit maior, quàm cuiuſcunque rei, quantum ad firmitatem, non tamen neceſſario requiritur, quod ſit maior, quãtũ ad intenſionem. Quare Sot. in 4. docet ſatis eſſe dicere pœnitentibus, ꝙ dolor pœnitentię, ſ. contritionis, procedere debet ex Dei amore. Amor autem Dei, quando abſolutè ſumitur, ſine comparatione ad aliud, licet non ſit amor Dei ſuper omnia, nõ tamen ideo eſt malus, ſecundum Nauarrum, eo, quod nõ ſit adeo firmus: A ſicut nec timor Dei ob pœnas non eſſet malus, ſecundum ſuam ſubſtantiam, licet non ſit adeò firmus, ſicut timor Dei filialis. At verò, quia amor præſupponit ſpem, ideo amor requiſitus ad contritionem, requiritur, ut ſit cum ſpe veniæ, ſaltem virtuali. Hæc Lopez c.13.1.part.

D.

B 183. *Quæritur, an damnati recta ratione, poſſint appetere potius non eſſe, quàm ſemper ſummas pęnas viuendo ſubire?*

VIdetur id non poſſit appeti, quia melius eſt eſſe, quã non eſſe, ait D.Th. omneſq; eius ſequaces, qui multi ſunt, vt in addit. 3.p.q. penul.ar.3. tractatur, in qua nõ deſunt, C qui exiſtimant, nullo titulo præferẽdum eſſe, non eſſe, ipſi eſſe, & probãt hoc pacto; cũ non eſſe ſit maximum omnium malorũ, nulla in eo eſt, aut poteſt apparere ratio boni, in ipſo autẽ eſſe, etiãſi ſit miſerum, & aliqua ratio boni, nẽpe ipſum eſſe, etiamſi ſit miſerũ, vt dictum eſt, ergo quocunq; modo ſumatur eſſe, eſt omnino pręferẽdũ ipſi nõ eſſe, vt multi affirmãt. Reſpondetur in oppoſitã ſnĩam, quę D eſt D.Hieron. ſuper illa verba: Maledicta dies, in qua natus ſum. Vbi ait: Melius eſt nõ eſse, quã ſemper malè eſſe. Et confirmatur ex ſacra Scriptura. Malis, & dãnatis melius fuiſſet nõ eſſe natos. Sic.n. Chriſtus dixit de Iuda. Melius erat ei, vt nõ fuiſset homo ille. Ibi aũt ꝑ natũ nõ ĩtelligito, mortuũ in vtero matris, ſed nũq̃ fuiſſe ẽt cõceptũ, nec natũ: ergo. Vnde Apo-

Digitized by Google

ſal.9.dr̃ de damnatis; Deſiderabunt mortem.i.annihilationem, & fugiet ab eis.i.non cõceditur eis tale bonũ. Et Eccleſiaſt.13.dr̃: Melior eſt mors, q̃ vita amara. Rõ huius ſententię eſt, quia non eſſe, licet ſimpliciter, & abſolutè nullam hẽat rõnem boni, nec ita ſit eligibile, quia eſt merum nihil; in damnatis tñ, & patientibus grauiſſimas calamitates, eſt remedium, quo ab illa ſumma miſeria eripiãtur, quæ modo hẽt reuera rõnem boni, iuxta illud Ariſt.1.Phyſ. Carere malo, quoddam bonum eſt. Similiter eſſe, licet ſimpliciter, & abſolutè ſit bonũ, eſſe tñ in ſumma miſeria, & calamitate, eſt malum, & quod natura refugit: quo fit, vt in his, in quibus eſſe ſummam miſeriam habet comitem, melius ſit non eſſe, cum hoc tñ diſcrimine. Nam non eſſe, aut põt eſſe per annihilationem ad euadendam miſeriã æternam, aut per mortem in hoc ſæculo ad euadendas calamitates huius vitæ, vel citius fruẽdum Deo. Nõ eſſe primo modo, quale deſiderãt dãnati, re uera melius eſt, q̃ eſſe eorum cum tanta miſeria, vt probatum eſt, & docet D.Hieron. Hæc Salon.2.2. D.Thom.quæſt.64.artic.5.

Et Petrus de Arragona ſup D.Th. q.64.ar.5.ait, ꝙ damnati nõ errãtes, ſed rectè intelligẽtes cupiũt nõ eſſe. Nam licet non eſſe abſolutè ſit malũ, cõſideratum tñ tamq̃ medium ad euadendam ſummã miſeriã, eſt bonum. Magna.n.portio fęlicitatis eſt, carere vltima miſeria. Et D.Auguſt.in ſer. de murmuratione, ait: Melius eſt.n. fratres mei carere eſſe, q̃ ꝑpetuò cruciari, vel ęternaliter affligi. Et D.Th. in 4.d.50.ait, ꝙ non eſſe, in quãtum

A eſt ablatiuũ pęnalis, vel miſeræ vitæ, melius eſt dãnatis, nõ eſſe, q̃ malè eſſe, & ꝑ in hoc, dãnati poſſunt ꝑeligere nõ eſſe ſecũdũ deliberatiuã rõnẽ. Ergo ſecũdũ rectã rõnẽ, id fieri põt.

184. *Quæritur. Reſponſio in hoc caſu. Debeo ego Petro centum, & ipſe debet totidem Ioanni.*

B DVbiũ eſt, an ego liberer ab obligatione ſoluẽdi Petro per hoc, quod ea centum ſoluam Ioãni. Non loquimur de eo, quod fiet in foro exteriori, ſed de eo, qđ debet fieri in foro conſcientiæ, & vt rectè intelligatur: ſit caſus quem aſſignat Medina, q.3.cauſa 5. Ego debebam Petro decem, & totidem debebat Petrus Ioanni: ſed Ioãnes ob defectum probationis non poterat iuridicè, nec alia via ſua decem recuperare. Defunctus eſt Petrus, cui ego decem debe-

C bam, quod meũ debitũ occultũ erat, quia clam illa decem à Petro abſtuleră: ſed ego ſciens Petrũ tantumdem Ioanni debere: ſolui Ioanni illa decẽ, quæ Petro debebã. Dubiũ eſt inquã, vtrũ potueram id ſalua cõſcientia facere, manens liber ab obligatione reſtitutionis: Ad quod omiſſis varijs dicendi modis, breuiter reſpondeo affirmatiuè. Probatur, quod ego feci,

D Petrus facere debuiſſet, remque eius vtiliter geſſi, ex quo id ad ſalutẽ aïæ ipſis expediebat: & in hac ſolutione per me facta, vel cõſenſit Petrus, vel ſaltem conſentire debuit, ſi ſciret me pro illo ſuum debitum ſoluiſſe: ergo nec peccaui, nec maneo obligatus ea iterũ reſtituere; ſiquidem in foro conſcientiæ iniuſtum eſt, vt ſemel ſolu-

Digitized by Google

tum iterum ſoluatur? Secundo per iſtam ſolutionem res eſt iam ad æqualitatem redacta, ſumpta ſecuritate, quod ſecũdus creditor, non aget contra priorem: ergo iam non eſt, quod amplius per reſtitutionem ad æqualitatem reducatur. Nam ſecundus creditor habet iam quod ſibi à priori debebatur, & prior eſt iã à debito, quo ſecundo tenebatur, liberatus: debitor etiam reddit quod debebat: ergo omnia ſunt ad æqualitatem redacta. Hæc Petrus de Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. q. 82. art. 8.

185. *Quæritur, an deriſio ſit peccatum mortale?*

RESPŌDETUR, tunc deriſio eſt peccatum mortale, quãdo malum, quod ex ſe graue eſt, ſeu notabile, exiſtimatur ita leue, tõne perſonę, quam paruifacimus, vt de eo non ſit curandum, ſed quaſi habendum pro ludibrio. Si autem hoc fiat, quia multum eſt paruum ex ſe, ſolũ erit peccatum veniale: quod Alexander Alenſis limitat, & benè, dummodo proximus ex tali parui criminis obiectione non perturbetur notabiliter. Nam qui vitium non adeo per ſe magnum alteri illudendo obijcit, ſciens talem irriſionem eum grauiſſimè laturum, proculdubio peccaret mortaliter contra charitatem. Eſt autem huiuſmodi peccatum deriſionis grauius detractione, & contumelia, nam licet contumelioſus deprimat honorem, & detractor famam: neuter tamen ad tantum perſonæ contemptum peruenit, ad quantum venit deriſor, pro facto, aut nihilo habens, & haberi volens A eum, quem irridet, vt erubeſcat comparere inter homines. Et ſi quis obijciat, contumelia eſt contra honorem, deriſio verò contra reuerentiam: ſed præſtantius eſt bonum honor, quam reuerentia: ergo contumelia grauius peccatum videtur. Reſpondeo, quod vitiorum grauitas non inde ſemper deſumenda eſt, vnde ſpecie diſtinguuntur, quamuis hæc ſit potiſſima, ſed etiam ex multis alijs, nempe, vel B ex dignitate eius, qui peccat, vel perſonę, in quam peccatur, vel ex intentione voluntatis, & affectu peccati: vel ex nocumento illato proximo, quando eſt intentum, aut præuiſum, aut etiam ſequitur per ſe ex peccato: vel denique ex iniuria, quam ipſum peccatum inuoluit, vt docet D. Tho. in materia de peccatis per multos articulos: & ſic dico, quod licet finis cõtumelię, qui eſt læſio honoris, à qua C ipſa ſpeciem ſumit, ſit deterius, quã finis deriſionis, qui eſt erubeſcentia, & pudor, adhuc tamẽ deriſio eſt grauius peccatum, propter maiorem cõtemptum in illa inuentum. Sicut in ſuperioribus diximus de contumelia reſpectu detractionis: non obſtante, quod finis detractionis eſt peior, quàm finis contumeliæ. Adde, quod deriſio habet ſemper adiunctam contumeliam, qua in præſentia irriſi eius D vitium improperatur; quamuis ſingulari modo. Quando autem dicimus, peccatũ deriſionis eſſe grauiſſimum, loquimur de illo formaliter; hoc eſt quando fit ex intentione irridendi. Qualis fuit in Thobia Amonite, dum Iudæos ædificantes irrideret, ac diceret: ſi aſcenderit vulpes trãſiliet murũ eorum lapideum.

Digitized by Google

Contra quem Nehemias libro 2.Eſdrę, cap.4. in hunc modum loquebatur: Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui, conuerte opprobrium ſuper caput eorum. Et paulò poſt ſubditur: Ne operias iniquitatem eorum coram facie tua, & peccata eorum non deleantur; quia irriſerunt ædificantes. Eſt autem hoc peccatum tanto grauius, quanto de virtute maiori, & perſona maiori irridetur, vt cum derideretur iuſti ſimplicitas, aut perſona poſita in exemplum Eccleſiæ, vt Diuus Thom. in fine ſecundi articuli declarat. Si verò in Deum, & Sanctos fuerit facta deriſio, grauius erit peccatũ. Sed non eſt tunc ſimplex deriſio, ſed blaſphemia, vt docet Caiet. in ſum. verb. Blaſphemia, colligitur ex Iſaia, c.37. Vbi deriſores Dei Iſrael blaſphemi appellantur. Et Lucæ cap.22. loquens de illis, qui Chriſto deridentes dicebant: Prophetiza nobis, quis eſt, qui te percuſſit? Subdit ſtatim. Hæc, & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Hæc Arragona ſuper Diuum Thomam 2. 2. quæſtio. 75. art. 2.

186. *Quæritur, an dicens peccatum veniale proximi poſſit mortaliter peccare. Quod eſt quærere, an ad hoc, vt detractio ſit peccatum mortale, ſemper requiratur, quod fiat propalatio peccati mortalis proximi?*

RESpondetur, quod de hac re ſunt variæ Doctorum ſententię. Hoc enim regulariter eſt tenendum, quod cum peccata venialia ſint parui momenti, cum homo in ea cadat A ſepties in die, vt habetur in diuina Scriptura, ideo paruipenduntur huiuſmodi venialia, & conſequenter non videntur detrimentum famæ inducere, niſi leue: propterea non eſſe de ſe mortale ea propalare, vt ait Nauarrus in Manuali, cap.18.num. 24. Sic ex natura rei iudicatur. Veruntamen, ſi verbi gratia ego dicam illum eſſe mendacem, quamuis illa mendacia non ſint nociua, B tamen aliquo modo illi derogat in fama, præcipuè ſi affirmet eum ſic ſolitum eſſe, fortè mortale eſſet: & ſi in facie ſeriò, & ex ira fiat, certum eſt tunc mortaliter peccare: Quia inter homines ſic loquendo, magni refert, ac ſæpe alapa, vel fuſte id vendicatur. Si verò notorium eſt, non erit mortale: vt ſi quis à plurimis pro mendace habetur. Qui autem falsò talia imponit, grauius peccat.

C Ratione etiam perſonæ, illud veniale poſſet eſſe mortale, vt ſi dicatur de Epiſcopo frequenter mentiri, ac de Religioſo homine, eſſet mortale, non ſolum cum de mendacio, ſed etiam de verbis otioſis, ac varijs delectationibus, nugis, ac ſimilibus actibus non ſemel, ſed crebro in illis eſſe ſolitum delectari, proculdubio putarem mortale peccatum eſſe, vt dixi ratione perſonæ, & D dignitatis, quia eos non decent talia, quæ alijs hominibus pro nihilo habentur. Ducere enim coreas hominibus vulgaribus, nullum eſt peccatum regulariter loquendo, Epiſcopis verò eſſet valdè indecens, & mortale. Atque idem eſt de oculorum petulantia. Narrare defectus naturales alicuius, vt ſunt defe-

Digitized by Google

defectus corporis, vel mentis: verbi gratia, eſſe cæcum, ſurdum, & ſimilia: regulariter non eſt mortale, quamuis enim turpitudinem quãdam, ac defectum proximi importent, ex quo fit, vt eorum reuelatio ſit tantum veniale, quia non auferunt bonam famam, maximè autem, vt plurimũ ſunt manifeſti huiuſmodi defectus. Secus autem erit de defectu nataliũ, vt ſiquis diceret de aliquo eſſe ortum ex parentibus Iudæis, & huiuſmodi. Et ſi etiã dicat, quod eſt cõcubinarius, vel fur, peccat mortaliter: ſi etiam dicat eſſe nouum Chriſtianum, cum multo grauius, & ægrius ferat vnuſquiſq; hoc, quã illud, notabiliuſque eius famam denigret. Dixi regulariter non eſſe peccatum mortale, quod quis de aliquo reuelet defectus naturales. Nam ratione damni inde ſubſequuti benè poterit talis detractio eſſe mortalis: tunc ſcilicet quando ob manifeſtationẽ occulti defectus impediretur quis ab aliquo bono, vel habitum perderet: quia tunc id contra charitatẽ eſſet: quod eſt intelligendum, dummodo ad informationem interrogatus, & requiſitus id non faciat; quia tunc etiam in malis culpæ veritatem dicere tenetur, vt aliàs diximus. Si verò hos defectus naturæ quis diceret in facie alicui per modum contumeliæ, eſt peccatum mortale ex verbis Chriſti dicentis: Qui dixerit fratri ſuo, Fatue, dignus erit gehennæ ignis. Nonnulli etiam affirmant de his nominibus, & infinitis alijs etiam turpitudinis naturalis, non poteſt dari certa regula, an ſit mortale, vel veniale. Sed hanc regulam dari poſſe ego exiſtimo: quod quotieſcũq; nomen, quod A alteri in faciẽ obijcitur, tale eſt, quod ſit notabiliter fratris contriſtatiuum, mortale eſt, quia contra charitatem proximo debitã eſt, etiam ſi defectus naturalis eſt, atque notorius. Quod ex circunſtantijs perſonæ obijciẽtis, & eius, cui obijcitur, atque etiam ex modo tolerandi perpendendum erit. Quare qui hominem literatum appellaret fatuũ ex ira, mortale eſt, ita etiam, qui fœminam aliàs probam, & B grauem, deformem, aut luſcham appellaret, etiã ſi ita eſſet, eadem eſt ratio, ac tandem de eo, qui, quem ſcit talia cõuitiorum genera ægre ferret. Dico quando ſcio illum moleſtè ferre ſemper eſt mortale. Vt tamen communiter iſta nomina ex leui quadam ira, ſiue intentione notabiliter iniuriandi dicuntur, non puto eſſe peccatum mortale aliquem fatuum, aut imprudentem, aut coclitem, aut claudũ, C aut gibboſum, aut magni naſi appellare. Quod arbitrio prudentis confeſſarij relinquitur iudicandum, attentis omnibus circunſtantijs, Petrus de Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. q. 73. artic. 2.

187. *Quæritur, an voluntaria delectatio de viſa pulchra muliere, ſit computanda inter peccata mortalia delectationis moroſæ?*

D VIdetur affirmatiuè eſſe reſpõdendũ, ſimile enim iudicium de delectatione omnis ſenſus videtur: ſed voluntaria delectatio de muliere tacta ſpectat ad delectationem moroſam: Ergo etiam de viſa.

Reſpõdetur, & dicitur, quod cum nulla ſenſatio naturalis ſit ſecundum

Digitized by Google

ſe peccatum, cum ſit à natura ipſa, A cum conſequente delectatione proculdubio, niſi mulieris viſus, aut tactus ſit mortaliter malus, delectatio voluntaria de ipſa viſa, aut tacta, non eſt mala. Verum inter tactus, & alios ſenſus eſt, quoad propoſitũ differentia in hoc, quod viſus mulieris pulchræ, ſecundum ſeipſum delectabilis, non eſt libidinoſus, niſi ex parte videntis ad malum ordinetur: tactus aũt per oſcula, & amplexus, vt eſt ſecundũ tactum talem delectabilis, eſt libidinoſus, ſicut & concubitus, niſi coniugij bono honeſtetur. Quoniam delectatio ſenſibilis, ſecundum quendam tactum. ſ. oculorum, amplexuũ, & huiuſmodi, eſt ſecundum ſe à natura ordinata ad venerea: delectatio aũt viſus, non eſt ſecũdum ſe ad hoc ordinata. Hinc. n. fit, vt illa ob ſolam delectationem exercitata ſint libidinoſa: viſus autem minimè. Et propterea ſicut ſenſibilis delectatio oſculorum, &c. extra cõiugium, illicita eſt, & ſecundum ſe, mortalis, vt in commentar. præced. libri diffusè declaratum eſt: ita voluntaria delectatio de huiuſmodi cogitatis, mortale peccatũ eſt delectationis moroſę. Et per oppoſitum, quia videre mulierem pulchram, non eſſe ſecundum ſe ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierem pulchrã, non eſſe ſecũdũ ſe ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierem pulchrã, & ex ſuo genere nullũ eſt peccatũ: ac per hoc delectabiliter cogitare de viſa muliere pulchra, niſi otioſè, vel ob malũ fiat peccatũ eſt nullum. Et hęc ſimiliter intellige de huiuſmodi actibus ſecũ ſe, nam ſecundum annexa pericula iudicandum eſt, iuxta canones periculorũ: Multi. n. ex aſpectu mulierum, corruerunt, vt patet de Dauid, &c. Caiet. hæc dicit in opuſc. tom. 1. tract. 13. dub. 3.

188. *Quæritur cur dæmon mulierem Euam aggreſſus in ſerpentis ſpecie, & vocali locutione eam tẽtauerit, & non tentauerit interiori ſuggeſtione?*

B Reſpondetur, quod permittente Deo, diabolus hoĩem tentauit, i. primò mulierem. Nõ enim audebat virũ adhoriri, cum ſit ſapientior, & prudentior, ſed fęminã eſt aggreſſus, quæ infirmioris eſt conditionis. Atq; ipſa lapſa, facilius virũ eius amore ardentem, alliceret, & non quieſceret, donec ei perſuaderet, vt ipſe ẽt vetito cibo veſceretur, vt re vera probatũ eſt. Potuiſſet quidẽ dæmon tentare interiori ſuggeſtione, C ſed permiſit Deus, vt tentaret apparẽtia exteriori, vt ſic latentẽ ſuę malitiæ conditionẽ per linguã proderet, & ſe manifeſtè, & conuenienter primis parentib. exhiberet: & in ſpecie ſerpentis magis, q̃ cęterorũ reptiliũ, vel animaliũ apparere, & loqui voluit, quia inter oĩa genera ſerpẽtium virulentorũ, ut dicit Albert. Magnus, lib. 21. animaliũ. Serpens. n. eſt calidior, & aſtutior, di D cẽte ẽt Scriptura: Sed & ſerpens erat calidior. i. prudentior cæteris animãtibus terræ. Addebat ẽt ad prudentiã, & malitiam ſerpentis, quia, vt dicit Aug. 2. ſup Gen. Diabolus ſerpentem illũ impleuit, & ei ſpiritũ ſuum commiſcuit. D. Tho. 1. par. & 2. ſent. ait, qđ q̃diu ſuperior pars aĩæ manſit in hoĩe Deo ſubiecta, nihil inordina

Digitized by Google

tũ cõſtringere poterat in inferiorib. partibus animę, ideo ſuggeſtione interiori diabolus non tentauit. Poſſet aliquis quęrere, quomodo mulier nõ expauit, videns ſerpentem ſibi adhęrere, & mirata ſit ipſum loqui. Reſpõdetur ſm D. Chryſoſt. ſuper Gen. ꝙ homo ante peccatum nihil pauebat, quia omnia ei erant ſubiecta, credidit ipſa mulier, ſerpentem illũ a Deo accepiſſe vſum loquendi, non per cõditionem naturæ, ſed per miniſteriũ ſpiritualis creaturæ, nec cogitauit, an id fieret virtute angeli boni, vel mali, ſed a Deo proceſſiſſe credidit. Præterea ſerpentem non horruit, quia quem a Deo creatum ſciuit, putauit a Deo vſum loquendi accepiſſe. Diuus Thom. 2. ſent. occaſionem diabolus accepit ad tentandum, cum audiſſet mulierem dixiſſe, ne fortè moriamur, quaſi dubitaſſet de verbis Dei, tunc ipſe dæmon victoriam habiturus credidit, quia maxima mordebatur inuidia, videns hominem inferioris ſe cõditionis ſuã conſecuturũ dignitatem. Ideo 2. Sap. dicitur: Inuidia diaboli mors in orbem terrarum intrauit.

189. *Quæritur, an dæmones hominum cogitationes cordium cognoſcãt?*

RESpondetur ex D. Tho. 1. p. q. 57. ar. 4. ꝙ cogitatio cordis dupliciter cognoſci poteſt: vno modo in ſuo effectu, & ſic non ſolum ab angelis, verum etiã ab homine cognoſci poteſt, & tanto ſubtilius, quanto effectus huiuſmodi fuerit magis occultus: cognoſcitur enim cogitatio interdum, non ſolum per actum exteriorem, verum etiam per immutationem vultus. Et etiam medij aliquas affectiones animi per pulſum cognoſcere poſſunt, & multo magis Angeli, vel etiam dæmones, quanto ſubtilius huiuſmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde Auguſtinus lib. de diuin. dem. inquit, quod aliquando hominum diſpoſitiones, nõ ſolum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiſcũt: quamuis in libro retract. hoc dicat, non eſſe aſſerendum, quomodo fiat. Alio modo poſſunt cognoſci cogitationes, prout ſunt in intellectu: & affectiones, prout ſunt in voluntate: & ſic ſolus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatum cognoſcere poteſt. Cuius ratio eſt, quia voluntas rationabilis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolus in eam operari poteſt, qui eſt principale eius obiectum, & vltimus finis. Et ideo ea, quæ ex voluntate ſola dependent, vel quę in voluntate ſola ſunt, ſoli Deo ſunt nota. Manifeſtum eſt autem, quod ex ſola voluntate dependet, quod aliquis actu conſideret aliqua: quia cum aliquis habet habitum ſcientiæ, vel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes, vtitur eis, cum vult. Et ideo dicit Apoſtolus primæ ad Corinthios ſecundo, quod quæ ſunt hominis, nemò nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt. Ex his diſtinctionibus intelliguntur dicta aliquorum Doctorum dicentium, quod dæmones cognoſcunt cogitationes cordium noſtrorum, ſcilicet, primo modo, vt ſuprà

Digitized by Google

prædictum eſt per aliquem effectum exteriorem, & non aliter.

190. *Quæritur, an dæmones miracula facere poſſint?*

RESpondetur, quod hoc, quod dicitur miraculũ, plerique hominum nõ percipiunt quid ſit, & quid ſignificet. Ruſtici enim multa mira appellant miracula: qui re vera errant. Vnde Diuus Gregorius in homilia de panibus dicit: Hoc mirantur homines, non quia magnum eſt, ſed quia rarum. Miraculum ergo ſub miro, & mirando continetur. Diuus Auguſtinus verò ſic diffinit. Eſt aliquid arduum expediẽs facultatem totius naturæ creatæ, ad oſtenſionem diuinæ gratiæ, veritatis, & virtutis, ad vtilitatem Eccleſiæ factum, vltra ſpem admirantis. Nam licet fiat quotidie conſecratio Euchariſtię, tamen eſt miraculum, cum excedat facultatem totius naturæ creatæ. Quando Magi Pharaonis ſtatim ranas produxerunt auxilio dæmonum per naturam ſubitò factas, multi appellarunt eſſe miraculum, & ita de mutatione virgæ in ſerpentẽ, quæ verò fuerũt ardua, & prodigia apud prudentes, ſed non miracula fuerũt, cum non excederent facultatem totius naturæ creatæ. Ex quo patet, quod diabolus non poteſt facere miracula, cum ſit natura creata, licet poſſit facere ſigna, & prodigia, ſicut faciet tempore Antichriſti. vt habetur ſecundo Theſſalonicenſiũ. In omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, vt ait Apoſtolus. Quæ dici poſſunt dupliciter, A mendacia, & falſa: vel per illuſionem ſenſuum, vel quia ad falſitatem inducunt. Vera autem prodigia dicuntur, quia ipſæ res veræ erũt. Sicut Magi Pharaonis fecerunt veras ranas, & veros ſerpentes, non tamen habuerunt veram miraculi rationem, quia facta fuerunt virtute naturaliũ cauſarum, ad decipiendum hominem. Operatio autem miraculorum, quæ attribuitur gratię gratis datæ, fit ſola B virtute diuina ad hominum vtilitatẽ dupliciter. Vno modo ad veritatis prędicatæ confirmationem. Ex quo ſequitur, ꝙ ab his, qui falſam doctrinam annuntiant, nunquam fiũt miracula, quia miracula ſunt vera teſtimonia, & à ſolo Deo, qui non poteſt eſſe teſtis falſitatis, cum ſit veritas per eſſentiam, ut habetur Ioan. 6. Et in hoc poterũt cognoſcere electi falſitatem prodigiorum, & ſignorũ An- C tichriſti, & pręcurſorum, ac complicum eius, & cauere ab eis, quia faciẽt ſua ſigna ad confirmationem falſitatis, cõtra veritatem fidei. Alio modo facit Deus miracula ad oſtẽſionẽ ſanctitatis alicuius, quẽ Deus vult ꝓponere in exemplum virtutis. Et ſic aliquando per inuocationem, aliquãdo per tactum, vt de vmbra Petri, quæ ſanabat infirmos. Et per ſudaria Petri, quæ ſuper languidos ponebãtur, D & ſanabantur. Ex quo patet, quod non debent calumniari Chriſtiani, ſi veſtes, & ſudaria Chriſti, & ſanctorum tangere deſiderent. Hæc Ioannes Viguerius in materia de gratia, c. 9. verſ. 1. de miraculi diffinitione, & eſſentia, num. 97.

Digitized by Google

191. *Quæritur, an mulieres de nocte cum Diana equitare, vt dicitur, ſit illuſio dæmonum?*

Reſpondetur, quod multi aſſerũt id verũ eſſe, allegãtes de Archiepiſcopo Biſantino, quem diabolus vſque Romam tulit. Et ſimiliter de Alberto Magno à Colonia Romam, dæmone ad diſputãdũ adducto. Veruntamen dicitur, quod ea, quæ dicũtur de Diana, & Herodiade, falſa sũt. Quia Diana dea Paganorum in mũdo hoc, nec in alio reperitur, nec Herodias eſt in mundo. Non enim permittitur a Deo, quod exeat de inferno ad equitandum, cum fuerit mulier ſceleratiſſima. Similiter falſum eſt equitare ſuper quaſdam beſtias; non enim in tam breui tempore realiter, corporaliter illæ beſtiæ tãta terrarum ſpacia poſſent tranſcurrere, & tam ſimiliter ambulare. Fit ergo illuſione dæmonum, qui cum mentẽ cuiuſcunque mulieris per falſam credulitatem ſubiugauerit, illicò transformat ſe in diuerſas ſpecies perſonarũ, & ſimilitudines, & mẽtem, quam captiuam tenent, multipliciter in ſomnis deludunt, modò triſtia, modò lęta, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendendo. Et cum ſolos ſpiritus hoc patitur infidelis, permittitur etiam hoc nõ ſolum in animo, ſed in corpore euenire.

Ad illa in oppoſitum, dicitur, ꝙ deuehere poteſt corpora, & homines, ſicut patet in Chriſto Domino noſtro a diabolo in montẽ excelſum, & ſupra pinnaculum Templi portato, ſicut etiam patet, quandoque de A mulieribus, arte dæmonum ad ſuos amantes, vel adulteros deportat. Sed illa facere de Diana, & Herodiade non poteſt, nec eſt ſimile, ideo conſequentia neganda eſt. Hæc ſcribit præfatus Doctor Bartholomeus Sibilla Ordinis Prædicatorũ, in eius libello tertiæ Decadis, quęſt. 1. cap. 8.

192. *Quæritur, an, & quomodo dæ-* B *mones a corporibus obſeſſis expelli poſſint?*

Videtur primò reſpondendum affirmatiuè ex diuina Scriptura 1. Reg. 16. dicitur, quod Dauid Pſalterium arriperet, & coram Saul pſalleret, & tunc ceſſabat diabolus ab eius vexatione. & Tob. 6. dixit Angelus Raphael de iecore piſcis poſito ſuper carbones, fumus eius fugat om- C ne genus dęmoniorum, ſiue a viro, ſiue a muliere, & Salomonem dicitur feciſſe exorciſmos herbarum ad dæmones expellendos.

Ad hanc quæſtionem reſpondendo, ponuntur tres concluſiones iuxta determinata per Magiſtrum Nicolaum de Lyra ſuper primum libr. Reg. 16 cap. Prima cõcluſio eſt, nec melodia, nec herba, nec' cuiuſcũq; lapidis virtus, aut rei ſenſibilis ſubſtan- D tia poteſt naturali virtute in dęmonem aliquid agere, per quod poſſit ad aliquid compelli, nec per conſequens a corporibus obſeſſis expelli, aut ab eius vexatione excludere. Hęc concluſio probatur ſic. Nullus ſpiritus ſeparatus poteſt naturaliter pati à corpore; ſed dæmon eſt ſpiritus ſeparatus, ergo. Verum eſt, quod dęmõ

ſępe

Digitized by Google

ſępe ſæpius fingit ſe poſſe cogi per herbas, aut lapides, aut carmina: hoc autem nullum horum facere poſſet, ſi Deus ſupernaturaliter huiuſmodi virtutem non dediſſet, quemadmodum indidit eam ſacramentis, & ſacramentalibus.

Secunda concluſio. Virtus diuina pōt immediatè, puta, mediātibus Angelis bonis, aut Sanctis, vel bonis viris agere in dæmones, & eos compellere ad aliquid agendum: cum diuina virtus ſit ſuperior eis, cui ſubiecta eſt omnis poteſtas.

Tertia concluſio. Melodia, vel aliqua res ſenſibilis non poteſt vexationē mitigare, ita quod per illa ſenſibilia à dæmonibus afflicti leuius ferant. Probatur, quia omnis cauſa limitatæ virtutis poteſt inducere effectum intenſiorem, & minus intenſum in magis, & minus, diſpoſita materia: Nam actiones fiunt in patiente diſpoſito. 2. de Anima. Dæmon verò eſt limitatæ virtutis, ergo intenſiorē, vel minus intenſam inquietationem facit in homine, ſecundum diuerſitatem diſpoſitorum ad illam vexationem, ſiue ad illud, ad quod intendit dæmon vexando inducere, quam in homine contrariæ diſpoſitionis, vtpotè, ſi aliquis eſt diſpoſitus ad paſſionem melancholicam, quam in illum hominem, qui habet contrariam diſpoſitionem: & hoc, quia dæmones non poſſunt materiam corporalem, ſecundum ſuam voluntatem, tranſmutare, ſed hoc faciunt mediantibus actiuis, & paſſiuis corporalibus: in ſuis enim actionibus dæmones homines affligendo, aliquando conſiderant diſpoſitionem materiæ

A corporalis. Vnde dicuntur aliqui lunatici Matth. 4. & 16. qui ſecundum variam diſpoſitionem lunę affligūtur à dæmonibus ex diuina permiſſione. Luna enim habet dominium ſuper humidu, & per conſequens ſuper cerebrū, quod quidem eſt magis actū ſuſcipere actionem dæmonis, vno tēpore, quam alio, ſecundum varium motum lunæ. Similiter herbæ, vel melodiæ, vel aliæ res ſenſibiles multum

B poſſunt diſpoſitiones corporum immutare. Patet de herbis, quarum quædam inclinant homines ad triſtitiam, quædam ad gaudium. De armonia etiam patet 4. Politic. Vbi Philoſophus vult, quod diuerſæ armoniæ prouocant diuerſas paſſiones in homine, & ſic dicitur de muſica, quod ad diuerſas paſſiones inducit. Sæpe viſum eſt melodiam perceptionem afflictionis cum attrahat ad ſe men-

C tis intentionem, & ſic alleuiare poteſt afflictionem in homine à dæmone cauſatam.

Ad primum argumentū de Saul, dicitur, quod diuina virtute immediate, vel mediantibus Angelis Sanctis, ex merito Dauid, qui laudes diuinas in cithara canebat pro ſalutē Saulis, & fugabat vexatio illius, & ad alia contraria in vniuerſum dicitur, quod dæmones expelluntur, quan-

D doque arte magica, id eſt, per pacta cum dæmonibus inita, tacita, vel expreſſa, quibus fingunt ſe expelli, vt homines in errore teneat. Fumus etiā iecoris piſcis non expulit dęmonem, ſed meritū orationis Tobię, quod pro fumi odore deſignabatur, & virtute Sancti Angeli Raphaelis. Et Salomon, ſi fecit exorciſmos tēpore, quo

habe-

Digitized by Google

habebat ſpiritum Dei, ſic virtute diuina dæmones repellebantur: ſi verò tempore idolatriæ ſuæ fecit; repellebatur dæmon arte magica, vt dictum eſt. Hæc Ioan. de Turrecremata, de Pęnitentia, diſt. 1. c. Voluiſſent. §. denique vt perſpicue.

193. *Quæritur de cauſis, quare dæmones homines tentant, torqueant, & inſidientur hominibus?*

RESpondetur quintuplicem cauſam eſſe, cur dæmones hominibus inſidientur. Prima eſt eorũ malitia, quia cum odio Deum habeant, quæritant auertere homines à ſeruitio Dei, quantum poſſunt, ſicut qui inimicatur alicui, & odit, quęrit auertere ab eius obedientia, & reuerentia ſubditos eius, & maximè ſanctiores, & meliores. Vnde in ſcriptura ſancta dicitur, quod eſcę eius electę sũt, & etiam Iob 40. c. idem dicit. Eſca eius electa. Secunda cauſa eſt eorum ſuperbia reſpectu diuinæ poteſtatis, quam vſurpare nituntur. Vnde Iob penultimo cap. ait. Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Tertia cauſa eſt inuidia. Nam dæmones ſaluti hominum inuidentes eorum profectum per tentationes impedire nituntur. Vnde dicitur Sapien. 2. Inuidia autem diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Et 16. q. 2. c. viſis. Dicitur de diabolo, quòd dolet valde ſatis, & erubeſcit charitatem, quam in cęlis nequiuit habere, id eſt, conſeruare, homines conſtantes ex lutea materia, in terris tenere, & quia illuc debent aſcendere, quo ipſe deſcẽdit. Propterea Aug. de Ciuitate Dei ait.

A Non tam Iuno videtur inuidiſſe Romanis, quam dæmones omni generi humano ſedes inuidẽs ſempiternas, & licet ſciant, quod ex damnatione hominum malorum, quos ex inuidia tentarent, pœna eorum augeatur, ſicut ex incitatione hominum ab Angelis ad bonũ, gloria eorum creſcit, non tamen propter hoc dimittunt homines tentare. Similes ſunt illi inuido, de quo narratur, quod petie-
B rit ſibi vnum oculum erui, vt proximo ſuo, cui inuidebat, duo oculi eruerẽtur. Quarta cauſa eſt iuſtitia Dei, quæ illis vtitur, vt inſtrumento, & miniſtris ad homines puniendos, ſicut in hoc mundo miſſus eſt ſpiritus mendax ad puniendum. Similiter, & in inferno eodem vtitur modo illis Deus ad iuſtitiam. Quinta cauſa eſt hominum pigritia, quia, ſcilicet, perdiderunt, id eſt, virtutes, pęniten-
C tiam, humilitatem, obedientiam, & paupertatem. Hæc D. Thom. 1. par. q. 114. art. 1. & D. Anton. prima par. ſummæ ex præfato Doct. Bartholomeo Sybilla Ord. Prædicat.

His ſuppoſitis poſſet quis quęrere quomodo, cum Deus ſit amator iuſtitiæ videtur permittere homines tentari à dæmonibus, cum ipſi homines ſint infirmi, & ignari: & è contra dæmones multum potentis, & aſtuti, ita
D vt inter eos non eſt æquale bellum, vel pugna. Reſpondetur, quod licet cõditio pugnæ, vel belli inter eos nõ ſit æqualis, fit tamen recompenſatio per diuinam gratiam, & per Angelorum cuſtodiã, nec permittit Deus tentare, quantum volunt dæmones, quia ſic ſemper victores eſſent, ſed permittit tentare quantum homines

Digitized by Google

reſiſtere poſſunt, vnde 1.ad Cor.10. A dicitur. Fidelis Deus,id eſt verax in promiſſis non patietur vos tẽtari ſupra id quod poteſtis, ſed facit cum tentatione prouentum, dando ſcilicet virtutis augumentum. Nam ſecundum gloſſ. Qui dat diabolo tentandi licentiam, dat tentatis miſericordiam,& gratiam; vel facit cum tẽtatione prouentum, dando robur, & conſtantiam, vt poſſitis ſuſtinere, id eſt vincere,vel patienter,& perſeuerantet ſuſtinere, ne deficiatis in lucta.

Iterum poſſet dici, quod cum natura humana ſit infirma, & debilis, ſufficiet ei impugnatio,quæ eſt à carne, & à mundo, vnde non videtur, quod ei conueniat, etiam impugnatio,quæ eſt à diabolo.Sed ad hoc etiã Reſpõdetur,quod infirmitati humanæ quod exercitium ſufficeret ei impugnatio, quæ eſt à carne, & à mundo, ſed malitię dęmonum non ſufficeret, quia etiam vtraque impugnatione vtitur ad malum. Sed Deus illam impugnationẽ ordinat ad gloriam, & maiorem coronam electorũ ſuorum, & confuſionem dæmonum cum vincuntur, vnde Pſal.103. inquit draco iſte quem vt formaſti ad illudendum ei. Formauit ſiquidem Deus draconem, id eſt diabolum ad participandam gloriam, ſed hæc ſuperbia ſua eam amittens,& homines per tentationem infeſtans, glorioſus Deus malitiam draconis conuertit in bonum electorum ſuorum, ſcilicet, cum tentati ab eo vincentes coronas pręmiorum ſibi adaugent.

194. *Quæritur an cuilibet morienti Dæmones ſemper appareant?*

VIdetur negatiuè reſpõdendum, quia aut apparent ſecundum formam ſubſtantię eorum,aut apparent in corporibus aſſumptis. Si primo modo,non viderentur.Oculus enim corporalis ſpiritualia nõ videt. Oportet enim quod inter viſibilem, & videntem ſit proportio,& cõformitas.
B Si verò apparẽt in corporibus aſſumptis, ab omnibus videntur. Vt patet 1.Reg.28.de Phytoniſſa,& diabolo, Samuele ſene amicto pallio, quẽ videbat Phytoniſſa, modo poſſunt videri à morientibus.

Reſpondetur quod lege communi dæmones omnibus moriẽtibus apparẽt,idque probatur ratione,auctoritatibus, & exemplis. Ratione ex D.Tho.1.par.q.113. & 2.ſent.diſt.
C 11.art.4.& ibidem S. Bonauentura. Non minus eſt pronus,& continuus diabolus ad perdendum hominẽ, & decipiendum, quam bonus Angelus ad adiuuandum, & cuſtodiendum. Sed bonus Angelus nõ relinquit hominem iuuando, & bonum ſuadendo vſq; in finem mortis incluſiuè ei apparendo,aſſiſtendo,auxiliando,& bonum perſuadendo, ergo, & malus Angelus.Secundò probatur auctori-
D tatibus.Geneſ.3.dicitur. Tu inſidiaberis calcaneo eius,ideſt,fini vitæ hominis. Et Pſalmiſta 55. Ipſi calcaneum meum obſeruabunt, quod interpretatur de fine hominis. Et Gregorius primo Moralium cap.7.dicit. Cũ hoſtis noſter nec in exordio actionis percutit, nec in itinere actionis interficit, tunc duriores in fine la-

queos

queos tendit, & tanto ſolicitus tunc inſidiatur, quantum ſibi ſolum remanſiſſe ad decipiendum finem conſiderat. Exemplis verò etiam idem patet. Et primo in vita S. Martini, cui morienti apparuit diabolus, quē videns dixit. Quid hic aſtas cruenta beſtia? Et B. Virgo Maria rogauit Chriſtum, vt in die obitus ſui nō occurrerent ei dęmones, licet tamē hoc ſit apocriphū. Et in tranſitu B. Hieronymi recitat Cyrillus ad Auguſtinum de Euſebio diſcipulo B. Hieronymi in fine vitę clamante fratribus aſſiſtentibus. O fratres adiuuate me ne peream, haud non videtis dęmonum agmina, qui me debilitare, & ad tartara ducere feſtinant? Et vt ad ſummam de inſidijs inſatiabilis homicidæ diaboli contra hominem cōcludat. Sciendum eſt, inquit, quod lucifer ab initio poſt caſum, vbi cognouit cœleſtia ſubſellia irreuocabiliter amiſiſſe inuidiæ dolore tactus intrinſecus, ne vnde ipſe eiectus fuerat, hominem aſcendere contigiſſet, cępit aduerſus eum, toto malignitatis ſpiritu debachari; ita vt ne in morte ſolum, ſed & in vita poſt mortem, totis aduerſus eum viribus moueatur. Fertur enim à Pythagora, deinde ab Ouidio, & Iſidoro, quod natura, vel arte dęmonis, vel fortè inimicitia à Deo, teſte ſcriptura, poſita inter ſerpentem, & ſemen hominum, de medulla hominis mortui, quę in ſede Veneris, & ſpina dorſi ſerpens generatur, qui cerebro deuorato, per oculos exit, reliquam partē corporis depaſturus.

Ad argumētum ſupra factum dupliciter reſpondetur. Primò, quod A apparitiones dęmonum morientibus ſunt imaginarię: formāt enim dęmones mouendo humores, & ſanguinē, aliquas imagines repręſentantes eos, quod autem videtur imaginariè, nō apparet niſi illis, quibus fit viſio, vt patet in Prophetis, ideo ſic poteſt eſſe in dęmonum apparitionibus. Dicitur ſecundò, quod quia ſimilem poteſtatem habent dęmones, & boni Angeli ſuper corpora propria glori- B ficata animę beatorum, in quarum poteſtate erit, quod corpora eorum videantur, vel non videantur, & ab vno, vel à pluribus in parua, vel magna diſtantia, ita quod omnis actio corporis erit in poteſtate animę. Aliàs enim corpus glorioſum non eſſet inſtrm ſummè obediens principali agenti, ſcilicet animę. Sic ſimiliter dicimus de dęmonibus, & Angelis bonis, quod in eorū poteſtate eſt in C corporibus aſſumptis apparere, vel non, vel vni, vel pluribus diſtanter, vel propè. Hęc S. Thom. elicitiuè in 4. ſent. diſt. 44. q. 2. Rogemus ergo nos Sanctiſs. Trinitatem, B. Dei Virginem genitricem, & Patrem noſtrū Diuinum, ſcilicet Dominicum, vt cū venerit hora noſtri egreſſus ad Patrem, & in exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, nobis obuiā Chriſtus occurrat, exitum D noſtrum Angelorū turba comitetur. Nibil in nobis funeſti occurrentes reperiant inimici, ſed ſinus Abrahæ nos ſuſcipiat. Amen.

195. Quæ-

Digitized by Google

195. *Quæritur an diſpenſatio iniuſta facta à Principe in lege, ſit valida, licet ipſe Princeps mortaliter peccet?*

Videtur eſſe valida. Si enim Papa cum Petro diſpenſaret, ne occidens clericum incurreret excommunicationem, & Petrus Clericum occideret, proculdubio, ſecundum omnes, non eſſet excommunicatus, & tamen diſpenſatio eſſet iniqua: ex hoc videtur, quod ſententia, quæ per ſe eſt iniuſta, quia prætermittitur ordo neceſſarius iuris, erit valida: quamuis illam proferens mortaliter peccet.

Reſpondetur tamen cum diſtinctione. Si enim diſpenſatio iniuſtè facta à Principe eſt cum damno alterius, negatur, quod factum teneat: Nullus enim contra ius alterius poteſt diſpenſare: & ſi diſpenſetur, reſtituere tenetur, quod per talem diſpẽſationem recepit. Si autem diſpenſatio fiat ſine damno alterius, concedo, quod erit valida, quamuis concedens, & diſpenſans mortaliter peccet. Ex hoc infertur, quod ſi Epiſcopus, vel Papa confert beneficium indigno, non obſtante ea collatione, tenebitur indignus reſignare beneficium, & fructus inde perceptos reſignare: ex diffinitione enim noſtra illa collatio fuit nulla, quia in damnũ tertij, & ſic indignus, per eam, nullũ ius acquirere potuit. Reſtitutio verò illa non eſt facienda alteri parti, quæ erat digna: quia hæc nondum habebat verum ius ad beneficium, ſed Eccleſię cuius erat beneficium, & cui facta eſt iniuria per talem collationem. Et ratio huius eſt. Nam cum Papa, & A Epiſcopus ſint diſpenſatores beneficiorum Eccleſiæ, & non diſpenſatores bonorũ illius, tenetur dignis conferre. Hæc Arragona ſuper D. Tho. 2. 2. quæſt. 60. art. 5.

196. *Quæritur an ſacerdos, vel qui in ſacris ſunt, poſſint, ex diſpenſatione ſummi Pontificis, matrimoniũ contrahere?*

Videtur non poſſe, quia ſicut Religioſo, B per ſolennem profeſſionem factam in religione, id prohibetur, ita his, qui ſacris initiati ſunt, ꝓhibetur. Nam vtriq; ſolenne votum caſtitatis emiſerunt.

Reſpondetur ex verbis S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. dicentis. Quod eſt conſiderandum, vtrum continentia ſit eſſentialiter annexa, poteſt manere ſolennitas conſecrationis ſine debito continentię, quod non poteſt cõ C tingere ſi ſit eſſentialiter annexũ ei, ad quod votum ſolennizatur. Nõ eſt autem eſſentialiter annexum debitũ continentiæ ordini ſacro, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ: Vnde videt̃ ꝙ per Eccleſiam poſſit diſpenſari in voto continentiæ ſolẽnizato per ſuſceptionem ſacri ordinis. De Religioſo verò non eſt eadem ratio, vt habetur in noſtro Quæſito 311. Vbi efficaciſſimè probatur ex doctrina D. Th. nullo pacto D diſpẽſari poſſe cum Religioſo, vt matrimonium contrahere poſſit, contra Caietanũ malè ſentientẽ. Vide in primo lib. noſtro impreſſo illic Q. 311.

Ad argumentum in contrariũ reſpondetur ex Sot. de Iuſt. & iure lib. 7. q. 5. ar. 3. dicente, ſacerdotalem ordinẽ nullatenus eſſe religionẽ: aliàs Canon. & Doct. nõ ſub duorum forma

ma explicuiſſent ſolenne votum, dicentes cõſiſtere, & in ſuſceptione ordinis ſacri, & in profeſſione religionis. Ex quo fit hoc inter ſacerdotiũ, & religionem differre, vt D. Thom. loco citato art. 11. vbi etiam citatur canon, edocet, quod votum caſtitatis non eſt de intrinſeca ratione ſacerdotij, per inde atque aliud religionis, imò ſacerdotalem miniſterium ſeruari abſque eodem voto poteſt. Hác ob rem qui ſacris initiatur non per inde, atque religioſus expreſsè ait. Voueo. Quare non eſt votum explicitum, ſed implicitum. Porrò in ipſa ordinum ſuſceptione abditum eſt votum, inquam, tantum caſtitatis. Cætera namque religionis nec implicitè facit. Non enim paupertatem vouet, aut obedientiam, ſed fit ſui Epiſcopi ſubditus: etiam ſi abſens ſit: Non autem ordinantis. Quo fit, vt Græci eiuſdem ſint nobiſcum generis ſacerdotes. Sequitur ſubinde ſecundum Rom. Eccleſiam, poſſe idem tollere votum, ſalua re ipſa ſacerdotũ. Negatur ergo conſequentia, quæ inde extrahitur ad probandum religionem abſque tali voto poſſe conſiſtere. Sed infers contra: ergo incongruè ſacerdotale votum dicitur ſolenne. Negatur conſequentia, ſed tamen id ingenuè fatemur, quod non eſt votum ſolenne de iure diuino, tanquam religioni eſſentiale, ſed eſt ſolenne de iure poſitiuo: Hoc eſt tantum ſtatuto Eccleſiæ ſacerdotes illegitimos reddens, & in idoneos contrahendo matrimonium. Cõtra hoc aũt emergere videtur argumentum. Viſi enim hic ſumus concedere tantum eſſe præceptum Eccleſię, ne mariti fiant. Quod

A ſi ita eſt, licet malè facerent abſque licentia contrahendo, teneret tamen matrimoniũ, vt paulo ante argumentabamur. Reſpondemus autem nõ ſolum eſſe pręceptum, ſed ſtatutum inhabiles eos reddens ad matrimoniũ, proinde, atque conſanguineos. Habet ſeſe ergo medio modo inter merum præceptum, & ſolẽne religionis votum. Ea propter Eccleſia perinde, atq; prohibitionem in quarto gradu

B poſſet hoc tollere votum à ſacerdotibus: an verò liceret, aliud eſt quæſitum. Ex his ſequitur matrimonium ratum non conſummatum non dirimi per ſuſceptionem ſacrorum ordinum ſicuti per profeſſionem religionis. Quod & Caie. q. 12. ar. 1. fatetur. & cauſa eſt quod ſacerdos nõ fit ſimpliciter inhabilis ad aliud contrahendum matrimonium, ſicuti religioſus: eò quod cum illo diſpenſari poteſt.

C Vide de hac materia Petrum de Aragona ſuper D. Thomam 2. 2. q. 88. art. 9. qui clarè demõſtrat maximam differentiam eſſe inter ſacerdotẽ, vel clericum in ſacris conſtitutũ, & religioſum profeſſum. Ait enim de clerico, quod poteſt fieri, vt quis tradiderit perſonam in perpetuum Dei cultum, & tamen non ſeruet omnimodã caſtitatem.

D 197. *Quæritur an qui eſt obligatus ad aliquid ſoluendum, religionem ingredi poßit, ſi prius debitum non ſoluatur?*

Videtur non poſſe, quia iniuriam faceret ſuo creditori, quod eſt contra iuſtitiam, & charitatem. Dicit enim Gregorius in Regiſ. & habetur

betur in decretis diſtin. 53. Quod hi, qui ſunt rationibus publicis obligati, quando petunt monaſterium, nullo modo ſuſcipiendi ſunt, niſi prius à negocijs publicis fuerint abſoluti.

Reſpondet D.Thom. 2.2. quæſt. vltima, artic. 6. ad tertium, dicens, quod ille, qui eſt obligatus ad aliquid certum, non poteſt illud licitè prætermittere, exiſtente facultate. Et ideo ſi quis ſit obligatus, vt alicui rationem ponat, vel vt certum debitum reddat, non poteſt hoc licitè prætermittere, vt religionem ingrediatur. Si tamen debeat aliquam pecuniam, & non habeat vnde reddat, tenetur facere, quod poteſt, vt ſcilicet cedat bonis ſuis creditori. Propter pecuniam autem perſona liberi hominis, ſecundum iura ciuilia, non obligatur, ſed ſolum res, quia perſona liberi hominis ſuperat omnem æſtimationem pecuniæ. Vnde licitè poteſt, exhibitis rebus ſuis, religionem intrare. Nec tenetur in ſæculo remanere vt procuret vnde debitum reddat. Et peritiſſimus Doctor Syluest. verbo, Religio 2. quæſt. 4. idem tenet adducens ibi plures doctores idem ſentientes, præſertim D.Raymundū quem nunc Clemens VII. catalogo Sanctorum annumerauit in eius canonizatione; qui quidem ſanctus ait, talem poteſt religionem ingredi, non obſtante promiſſione, vel iuramento, modo hoc faciat, feruore charitatis; nec facit iniuriam creditori, quia excuſatur authoritate Spiritus ſancti. De Reg. licet. 19. quæſtionis ſecundæ, duæ. Monaſterium tamen ſatisfacere tenetur de his, quæ contulit monaſterio, vel poſt eius ingreſſum, eius occaſione acquireret ſucceſſione, donatione, vel teſtamento, quantum talia ſe extendunt, & non plus. Et etiam poſſet prælatus, ſi vellet, ſed non tenetur, facultatem illi præbere, vt per eleemoſynas ſibi factas, ſoluere quantum poſſet. Idem etiam fit iudicium de eo, qui aliquid facere promiſiſſet, vt legere per annum, & huiuſmodi, etiam ſi iuraſſet: quia ſecundum præfatum Raymundum, non violat iuramentum, qui illud in melius commutat. De iure iuran. peruenit. Et quamuis diſtin. 4. cap. legem. prohibeatur, vt qui ſunt reipublicę debitores religionem ingredi non poſſint, tamen, vt ſupra habitum eſt ex D.Thom. iſtam exceptionem, ipſe S.Doctor non ponit, atque etiam ipſe S. Raymundus ait non eſſe neceſſarium.

Pro hoc caſu decidendo, hodie 15. die Maij 1601. à quodam ſæculari Doctore requiſiti fuimus, vt reſponſum dare dignaremur, quod cum renuere, pro honeſtate, & reuerentia non poſſemus, hoc, quod ſcriptum eſt ſupra reſpondimus, ad Dei laudem, & eius quietem qui de hoc valdè anxius videbatur.

Inſuper requiſiti reſponſum dedimus, quod profeſſio religionis liberat profitentem ab omni voto ſimplici, ſiue ſit reale, ſiue perſonale, ſiue mixtum; qui etiam ſi vouiſſet arctiorem religionem profitendo laxiorem, liberatur, vt habetur capit. penult. de regularibus, libro ſexto. Sed ſi erat votum reale, & illud erat certæ eccleſię, vel alteri religioni factum,

ctum, & ius ei acquiſitum, tenebitur A monaſterium illud implere quantũ ſufficiunt bona illius profeſſi. Si verò vouerat dare eccleſiæ, vel pauperibus abſolutè, vel non erat ius acquiſitum alicui, ſed ſoli Deo facta erat obligatio, tunc profitendo impleuit votum, quia in ipſa profeſſione, dedit ſeipſum, & omnia bona ſua Deo, & religioni. Sed ſi per votum ſolenne erat obligatus arctiori, vel etiam æquali religioni, ſi ſine licentia obtenta, aliam profiteatur, non liberatur à prima; ſi autem cum licentia Prælati profiteretur latiorem, liberaretur à voto ſolenni arctioris. Item per profeſſionem liberatur profitens ab omni debito humano pecuniario, & ex delicto, vel quaſi ex contractu. Teneretur tamen monaſterium creditoribus ſatisfacere quantum bona illius, quæ ad monaſterium venerũt, ſufficiunt. Sic ſcribit Mag. & Generalis Reuerendiſſimus noſtri ordinis Prædicatorum Vincentius Bandellus in Commento noſtrarum conſtit. D. 1. cap. 15. & Petrus de Arragona ſuper D. Thom. 2.2. quæſt. 88. art. 12. ſic ait. Quod D. Tho. reddit rationem, propter quam, ipſo iure, omnia vota in ſeculo emiſſa ſpirant in profeſſione, ſcilicet, quia homo moritur priori vitæ, ad cuius directionem priora vota facta fuerant. Quod quidem certum eſt, & extra controuerſiam poſitum, quantum ad vota perſonalia, & mixta, qualis eſt peregrinatio, quæ omnia extinguũtur, & abſoluuntur per profeſſionem religionis approbatæ, vt docet D. Tho. hic, & infra, quæſt. 186. articulo [illegible] etiam ſi ſit votum peregrinationis in terram ſanctam cõtra Sylueſt. 4. §. 7. ſi quis verò ingrederetur religionẽ ea fraude, vt debita non ſolueret, nõ ſolum non liberaretur à debitis, ſed etiam mortaliter peccaret: & poſt profeſſionem, omnibus vijs ſibi poſſibilibus, teneretur dare operam, vt ſolueret. Imò poſt extrauagantem Sixti V. quæ de hac re loquitur, puto quod talis profeſſio etiam eſſet irrita, & nulla. Hæc ille Petrus de Arragona ibidem. B

198. *Quæritur an ſit diſputandum publicè cum infidelibus?*

Videtur negatiuè reſpõdendum. Dicit enim Apoſt. 2. ad Timotheum 2. Noli verbis contendere ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium, ſed diſputatio publica cum infidelibus fieri non poteſt ſine contentione verborum, ergo non eſt publicè diſputandum cũ infidelibus. C

Reſpõdetur ex D. Tho. 2.2. q. 10. art. 7. dicendo, quod in diſputatione fidei duo ſunt conſideranda. Vnum quidem ex parte diſputãtis: aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem diſputantis eſt conſiderãda intentio. Si enim diſputet, tanquã de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non ſupponẽs, ſed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & infidelis eſt, ſi autẽ diſputet aliquis de fide ad confutandum errores, vel etiam ad exercitium, laudabile eſt. Ex parte verò audientium conſiderandum eſt, vtrum illi, qui diſputationem audiunt, ſint inſtructi, & firmi in fide, D

de, aut ſimplices, & in fide titubantes. Et quidem coram ſapientibus in fide firmis, nullũ periculũ eſt diſputare de fide, ſed circa ſimplices eſt diſtinguendum: quia aut ſunt ſolicitati, ſiue pulſati ab infidelibus, puta, Iudæis, vel hæreticis, ſiue paganis, nitentibus corrumpere in eis fidem, aut omnino non ſunt ſolicitati ſuper hoc, ſicut in terris, in quibus non ſunt infideles. In primo caſu neceſſarium eſt, publicè diſputare de fide, dummodo inueniantur aliqui ad hoc ſufficientes, & idonei, qui errores confutare poſſint. Per hoc enim ſimplices in fide confirmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas, tunc ipſa taciturnitas eorum, qui reſiſtere deberent peruertentibus fidei veritatem, eſſet erroris confirmatio: Vnde Gregorius in ſecundo paſtoral. ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.

In ſecundo verò caſu periculoſum eſt publicè diſputare de fide coram ſimplicibus, quorum fides ex hoc eſt ĩfirmior, quia nihil diuerſum audierunt ab eo, quod credunt. Et ideo non expedit eis, vt verba infidelium audiant, diſputantium contra fidem.

Ad argumentum in contrarium factum, dicendum eſt, quod Apoſtolus non prohibet totaliter diſputationem, ſed inordinatam, quæ magis fit contentione verborum, quam firmitate ſententiarum.

A

199. *Quæritur, an qui diceret nollem peccaſſe, Deumque offendiſſe, ſine dolore peccati, ſufficiat ad delenda peccata, quando ſic ſine dolore contingeret.*

Reſpondetur, Nauar. hanc quæſtionem indefinitam reliquiſſe. Igitur, vt quid circa eam ſentiamus, aperiamus. Dicimus primò quod cõ-

B cipere aliquem iſtam deteſtationem, ſcilicet, nollem offendiſſe Deum abſque aliquo dolore, eſt de raro contingentibus, de quibus lex parum cũrat.

Secundò dicimus, quod dolor ſequitur ad iſtam deteſtationem, nollẽ peccaſſe, ſicut effectus ad cauſam ſecundum mentem Nauarr. dicentis, quod communis modus loquendi, probatus a Concilio Florent. & Tri-

C dent. cap. 4. per quem contritio diffinitur, eſſe dolor intelligendus, intelligendus eſt cauſatiuè, hoc eſt, quod eſt cauſa doloris. Eiuſdem ſententiæ eſt Sot. in 4. ſent. dicens indubiè, deteſtatio pœnitentiæ eſt non abſoluta, ſed conditionalis, ſcilicet, nollem peccaſſe, ſi eſſet poſſibile: ſed quia videt eſſe impoſſibibile, mæret de offenſa Dei.

Tertiò, dicimus quod ſicut viſio

D Dei clara, ad quam ſuapte natura ſequitur delectatio maxima, & omnino conſummata, ſi per potentiã Dei abſolutam ſumeretur ſine illa ex ea dimanante delectatione, ita iſta contritio, quæ eſſentialiter conſiſtit in hoc actu, ex auxilio ſpeciali Dei habito, nolle offendiſſe Deum, non eſſe omnino conſummata contritio, ſi cõ-

Digitized by Google

tingeret haberi ſine dolore de offenſa Dei, quæ ſolet ex tali deteſtatione dimanare.

Quartò, deniq; aſſerimus, quod tutius, & magis affine Conc. Trid. eſt dicere: quod ſi illa deteſtatio, nollem peccaſſe, contingeret alicui ſine hoc, quod doleret de offenſa Dei, id eſt, ſi hunc dolorem reſpueret poſitiuè, nõ ſufficeret per ſe ad delenda eius peccata, & hoc ſub Eccleſiæ cenſura dictum ſit: Licet Sot. dicat, quod carentia doloris, & triſtitię non eſt ſignum impęnitentis cordis, vt præſertim in perfectis viris, in quibus ex contemplatione Dei minuitur, vel tollitur; Patet, nam Conc. Trid. ſic ait: Contritio, quæ primum locum inter prædictos pœnitẽtis actus habet, animi dolor, & deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatori hic cõtritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat ad remiſſionẽ peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quę ad ritè ſuſcipiendum hoc ſacrm requirũtur: Ecce vbi Conc. expreſsè dicit, quod cõtritio animi dolor eſt, & quod hic motus doloris, quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum fuit neceſſarius, ergo iſte motus, nollem peccaſſe, ſi per ſe ſine tali dolore ſumatur, eum excludendo poſitiuè, nõ videtur ſufficere, ſaltem extra ſacramentum. Suſpectus eſſe videtur omnis deteſtationis motus, quod nõ ſit ex ſpeciali auxilio Dei, & motione Spiritus ſancti, quando non prorumpit in aliqualem dolorem, aut ſi non eſt aptus natus cauſare dolorẽ. Hæc Ludouicus Lopez prima parte, capite decimo.

A

200. *Quæritur, an quæ ſunt dubia, in meliorem partem interpretanda ſint?*

Videtur, quod dubia non ſint in meliorem partem interpretãda. Iudicium enim magis debet eſſe de eo, quod in pluribus accidit: ſed in pluribus accidit, quod aliqui malè agant, cum ſtultorum ſit numerus infinitus, & dicitur Eccleſiaſt. primo, Proni enim ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua, vt dicitur Geneſ. 8. Ergo dubia magis debemus interpretari in malum, quam in bonum.

B

Reſpondetur, in hoc quæſito per quaſdam breues concluſiones Michaelis Salon in D. Thom. 2. 2. quęſtione 60. articu. 4. Prima hæc eſt, Oblata re iuſtè, & prudenter dubia, conſiderando illam ſecundum ſe tantum, & à parte rei, ſine ordine ad perſonam, non tenemur illam actu poſitiuo, uertere in melius, neque in peius, ſed poſſumus ſuſpendere actum in nullam partem declinando.

C

Secunda concluſio. Oblata re dubia, ſi iudicium referatur ad perſonã, ita vt eliciatur actus, quo fine, & animo frater rem illam exercuerit, tunc dubium in meliorem partem eſt vertendum, & in hoc ſenſu, vt benè ai: Caiet. eſt intelligenda concluſio D. Tho.

D

Tertia cõcluſio. Si ſuſpẽdã actũ circa factum dubium fratris, qui mihi notus

Digitized by Google

notus eſt, & habitus vt vir honeſtus A & probus, ita vt per talem ſuſpenſionem, nullo modo mutem opinioné, quam de illo habebam, nec deſinam habere illum in eodem pretio, licet his ſeruatis, ſuſpendere actum circa factum dubium fratris. Quod ſi per talem ſuſpenſionem actus, dubitem ſimul de bonitate perſonæ, quod frequentius accidit, non licet circa factum dubium proximi mihi cogniti, & quem ſemper iudicaui virum ho- B neſtum, ſuſpẽdere actum, ſed teneor poſitiuè factum illud interpretari in melius. Quarta concluſio. Si frater, de cuius facto dubito mihi ignotus ſit, licet ſuſpendere actum, tam circa factum ipſum, quam circa bonitatem perſonæ. Quinta & vltima concluſio. Ex ſuppoſitione, nempe ad cautelam, & remediũ, licet dubia in peiorem partem vertere. Verbi gratia. Video hominem cuius habitus, & di C ſpoſitio indicat iuſtè dubitari poſſe, an ſit fur, non profero apud me iudicium abſolutum eſſe furem, ſed tantum eſſe poſſe. hac hypotheſi ſtante, poteſt eſſe fur, dubium iſtud licet vertere in peius, ſic iudicando, forſan eſt fur: proſpiciam oportet domui meæ, ac rebus meis. Hic actus non eſt iudicare malè de fratre, ſed iuſtè, ac prudenter timere, & occurrere damno, quod in- D ſtè timetur, & periculo, & ſuſpitioni, de qua prudenter dubitatur. Huiuſmodi autem timor, & ſuppoſitio ad cautelam, & prohibendum damnũ proprium, quod euenire poteſt, eſt actus prudentię. Et pręſertim id obſeruare debet Prælatus, cui præcipitur, vt ſuper gregem ſuum inuigilet: atque etiam ad patres fam. attinet circa filios, & eos, quos ſub eius cura habent. Verumtamen multa prudentia neceſſaria eſt, ne magis, vel minus eos affligant.

Ad argumentum rñdet D.Tho. ibidẽ, vt ſupra dicendo, ꝙ poteſt contingere, quod ille, qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur: ſed melius eſt, quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo homine bono: quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.

201. *Quæritur, ſi prælatus præcipiat ſub pęna excommunicationis denuntiationem ſibi fieri alicuius peccati, ſubditus obedire teneatur, non ſeruata forma Euangelica, quæ eſt fraterna correptio, ad emendationem, & non punitionem.*

RESpondetur ex Syluestro verbo, denuntiatio: & dicimus, quod tunc tenetur, ſi peccatum eſt publicum. Secundò ſi eſt nociuum proximo, vel ſibi. Tertiò ſi correctio non ſperatur. Quartò ſi peccatum eſt leue, non infamatorium; & hoc intelligitur in denuntiatione publica: in ſecreta verò vltra hæc, tenetur, ſiue præceſſerit monitio, ſiue non, ſiue ſecuta fuerit correctio, ſiue non, quia valet ad præcauendum recidiuum, & non eſt in præiudicium famæ, ſi tamen talis eſt prælatus, qualis eſſe debet: quia quilibet tenetur obedire prælato in pertinentibus ad eius officium, quæ non ſunt

Digitized by Google

contra Deum. Et hæc eſt communis opinio Doctorum Ord. noſtri Præd. & præcipuè S. Tho. in Quodl. Quod tamen fallit, quando per ſigna valde probabilia, & præſumptiones, quas violentas, crederetur, quod Prę atus inde vellet ſubditum infamare. Sed iſta opinio non eſt S. Tho. ita diſtinctè, quicquid ſit de alijs: Non eſt vera, niſi eo caſu, quo ſine peccato ſubditus poſſet denunciare prælato non præcipienti, quæ aliter ſemper eſt cõtra Deum. Vnde ſi non eſſet probabile periculum de recidiuo, aut ſi æquè ſubditus, vt Prælatus, obuiare poſſet, peccatum eſſet denũciare correctum, qui apud Prelatum ſine cauſa notaretur. Denunciatio quæ nõ eſt Euangelica, & fraterna, eſt penè accuſatio, hoc ſolo differens, quod denuntians non tenetur probare, ſed iudex tunc inquirere tenetur. Sic ait Sotus libro quarto, de iuſt. & iure, quęſt. 5. art. 1. Veruntamen, vbi crimen eſſet valde periculoſum, pernicioſum, & contagioſum, ille, qui teſtes afferre poſſet, accuſare quoque teneretur, & crimen probare, vt iudicem labore inquirendi, & re tanti momenti releuaret. Et eſt notandum, quod licet illud crimen ſit valde periculoſum, tamẽ ſi ille, qui reſciuerit, ſit certiſſimus omnino, quòd per ſuam admonitionem ſic frater emendabitur, vt damnum publicum omnino ſopitũ ceſſabit, neceſſaria eſt admonitio. Et hoc non ſolum lege charitatis, verũ etiam iuſtitiæ, quia peſtilens ſceleroſus adhuc habet poſſeſſionem ſui honoris, & famæ. Ob idque, ſi ſatis poteſt occurri malo publico, ſine eius læſione, non eſt in publicum traducen-A dus, ſi verò non ſit omni firmitate certiſſimus, quod ſua proderit admonitio, vel ſit in mora periculum, illicò ad accuſationem properandũ eſt. Hæc illic Sot.

E.

202. *Quæritur, an extremè egens poſſit renuntiare iuri ſuo, & pati potius mortem, quàm aliena ſurripere.*

B Reſpondetur, quicquid alij ſentiant, neminem poſſe renuntiare iuri tuendæ propriæ vitæ, niſi de iuſta cauſa, & ad exercẽdam aliquam virtutem, vt qui vult pro amico vitam exponere, poteſt, quia tunc exercet fortitudinis actum, & amicitiæ quę verè eſt quędã virtus moralis. Vnde quando extre-C mè egens, poteſt accipere ſibi neceſſaria cautè ſine vlla vi, aut perturbatione, tunc non poteſt renuntiare iuri tuendæ proprię vitæ, quia nullius virtutis cauſa tunc illam exponere. At quando non poſſet accipere, niſi publicè, & per vim, tunc poteſt renũtiare illi iuri, & velle potius pati mortem, quàm vim illam inferre. Exercebit enim tunc actum excellentiſſimę virtutis, nempe pacis. Sic ait Sa-D lon ſuper D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Ego autem dico, quia tempore neceſſitatis extremę omnia ſunt communia, ideò ille extremè egẽs, poteſt etiam per vim accipere neceſſaria ad vitam, ſi ſecus nequeat fieri. Et ratio eſt, quia tunc ſuum accipit, & non alienum. Quemadmodum, ſi fur meũ aſportat, per vim recuperare poſſum, quan-

Digitized by Google

quando per viam iuſtitiæ nequaquã recuperare poſſem. Hęc Salon. 2. 2. D. Tho. q. 66. ar. 7.

203. *Quæritur, an emere minoris, quã valeat res, liceat pro anticipata ſolutione, vel aliquid reuendere pluris, quã emerat, ſine mutatione rei, temporis, vel loci.*

RESpondetur primò ad priorem partem Quæſiti, dicendo, licitũ eſſe, anticipata ſolutione, triticũ, vel alios terrę fructus colligendos emere, ſi tamen emptor, arbitrio boni viri, ęquali ſe exponat aleę perdendi, ſicut lucrandi. Vt ſi v.g. qui anticipatè ſoluit ſeptẽ argenteos pro menſura tritici, probabiliter credens, tempore traditionis, ęquè poſſe aſcendere, vel deſcendere in valore, ſi anticipatè ſoluit ſeptem pro modio, & poſtea tempore meſſis quo traditur, valet modius decem, ſine ſcrupulo, eum recipit, quamuis a principio putabatur valiturum non pluris, quàm ſeptẽ. Iuſtus, inquam, eſt contractus, qa ſicut creuit, ita poterat decreſcere in valore. Ac propterea, quia vterque ſe expoſuit ſorti ad iudicium boni viri, ideò hic non eſt iniuſtitia, neq; vſura, cum in tuto neuter ſe poſuerat. Sic illic Lopez ait in ſuo Inſtructorio, 2. par. cap. 74.

Quantum verò ad ſecundam partẽ Quæſiti, vbi quęritur an ſit licitũ emere rẽ cum intẽtione ſtatim reuẽdẽdi maiori pretio, quàm emerat, nõ mutata re, nec tẽpore, nec loco, vt quidam faciunt, priuſquam emant, vẽdunt. Silu. verbo, Emptio. §. 10. 11. 12. ait eſſe iniuſtum, & turpe lucrũ, citans alios Doctores id reprobãtes, quod eſſet a Republica exterminandi. Qui tamẽ emit, nõ illa intẽtionẽ, ſi ſtatim occurrit ad reuendẽdum cũ lucro, non peccat, quia iuſtum pretiũ eſt diuiſibile. Sed vẽdere carius, quã ſit emptum negociando, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 77. & alios Doct. ordinario lucro, ꝗ ad aliquẽ finẽ neceſſarium, vel honeſtum, licita redditur negociatio, puta ad ſuſtentationẽ ſuę domus, vel pauperum, vel patriæ, ne deſint illi neceſſaria, expectando moderatum lucrum, non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendium laboris. Non tamen licet carius vendere rẽ, quàm ſit empta, vt colligitur ex dictis ſancti Thomę, niſi pretium rei ſit mutatum, vt dictum eſt, ratione loci, vel tẽporis, vel formę, puta quia res meliorata a ſe, vt equus, qui creuit, vel ab arte, vt gladius expolitus, & huiuſmodi. Imò inter mutationes formæ, videtur comprehendi poſſe, ſi emptà in quantitate magna, vẽdãtur minutatim. Ac etiam licet ratione laborum, & periculorum in transferẽdo ad locum, vbi pretium maius eſt. Cęterum non licet ei, qui carè emit, neſciens negociari, vẽdere rẽ pluris, quàm valeat, vbi tanti non valet, nec excuſatur dicens, quod ipſe tanti emerat, ipſe ſibi imputet. Et Alexand. 3. par. Sum. vt etiam patet per c. eijciens. 88. d. ait, quod qui emit, vt carius vẽdat, ſine aliquo honeſto fine, vt ſuprà diximus, ſolum, vt lucretur, mortaliter peccat, ſine reipublicę vtilitate, ſed potius cum damno, & eſt turpe lucrum.

Digitized by Google

204. *Quæritur, an Epiſcopus iuſtè poſſit de ſuis prouentibus mutare ſtatum ſuorum conſanguineorum in nobiliorem?*

RESpondetur, quod Conciliũ Triden. interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ ſuos cõſanguineos augeat, aut ſuppeditare eis ad mutandũ ſtatũ, videtur eos ſic augere, quod prohibet Concilium, quia ſolũ concedit eis, vt ſi pauperes ſunt ſui conſanguinei, tribuat eis, tãquam pauperibus. Et dictum Soti hoc eſt contra D. Ambro. dicentem c. probanda: Dandum eſt conſanguineis in ſubſidium neceſſitatis, non vt illi ditiores fieri velint, & eſt expreſsè contra Maiorem. At hoc dictum Soti, licet ſit licentioſius, tamen non multum abhorret ab aſſertione Nauar. in lib. de reditibus Eccleſię, q. 1. nu. 66. vbi ait, quod prę latus, ſeu Epiſcopus erogare poteſt ſuo patri, vel cõſobrino aliquid plus, vt taliter ſe gerat decenter, quod oculis prudentum, & religioſorum virorum indecentior non appareat, eo ꝙ frater eius prouectus eſt ad dignitatem Epiſcopalem, quia antea non erat ſibi indecens indui ruſticano indumento, ſi ruſticus erat, ſed iam apparere corã fratri Epiſcopo cum tam vili habitu, indecens eſt, & aliquantulum ignominioſum ſibi, & ſuo fratri Epiſcopo videtur: Et ſic iſte poſt promotionem fratris ad Epiſcopatum, pluribus indiget ad decentiam ſuæ perſonæ, quàm antea. Et ſic non habet modo neceſſarium ad decentiam ſui ſtatus, licet id haberet antea. Vnde Nauarrus infert, A quod pauper ſit aliquis eo ſolum, quod ſuus frater ad ſublimem dignitatem aſcenderit. Ideo ſi aſſertum Soti iuxta iſtam aſſertionem, & explicationẽ Nauar. limitemus, & reſtringamus, tolerari poteſt, quoad aliam partem concluſionis, ſcilicet, quod ſuperflua ad decentiam ſtatus teneantur in pios vſus, & in pauperes erogare, ex mille locis canonum, & ſanctorum patet. Et ſic Diuus B Ambroſius ſuper illum locum docet primę ad Timotheum quinto: Qui benę præſunt presbyteri, inquit, non vt abundent, ſed vt non deſit eis, & Diuus Hieronymus, vt habetur 44. diſtinctione, capite primo, ſic ibi ait: Tibi ſacerdos permittitur de altari viuere, non luxuriari, id eſt, abundare. Et cap. 10. & 16. quæſtione prima ex D. Aug. dicitur: Quicquid excepto victu mediocri, & veſtitu C rationabili, ſuperfluerit, non luxuriæ reſeruetur, ſed in theſauro cœleſti per eleemoſynam pauperum deponatur. Quod ſi non dederimus, res alienas inuaſimus. Et Hieronymus: In quorum domibus rapina pauperum eſt, dum Eccleſiæ opes ſibi theſaurizant, & in delitijs abutuntur, quæ ad ſuſtentationem pauperum dantur, & ſibi reſeruant, vel propinquis di- D ſtribuunt, & cum aliorum inopia, ſuas, vel ſuorum diuitias faciunt. Hæc Lopez prima parte, capit. 142.

Digitized by Google

205. *Quæritur circa Sacramentum Euchariſtiæ, an ſit verè Sacramẽtum, & quare multis nuncupatur nominibus?*

RESpondetur, quod ab omnibus Chriſtianis tenetur hoc ipſum, non ſolum eſſe verum ſacramentum, ſed maximum omnium ſacramentorum. Et ita à multis determinatur Concilijs: Idq; de fide omnino eſt tenendum, vt habetur in Conc. Tridentino, ſeſſio. 13. cap. 2. Et Eccleſia cantat. Tantum ergo ſacramentum veneremur cernui.

Sed quid eſt illud, quod vocamus ſacramentum, an ſit actio ipſa, puta conſecratio, vel ſumptio Euchariſtiæ, vel aliquid aliud? Reſpondetur ex D. Tho. 3. p. quæſt. 84. art. 1. ad 3. & q. 78 art. 1. ad 2. Et dicitur, quod nec conſecratio, nec ſumptio Euchariſtiæ eſt ſacramentum, nec pars ſacramenti, ſed ſacramentum Euchariſtiæ perfectum eſt id, quod remanet poſt conſecrationem: Sicut enim collatio baptiſmi non eſt ſacramentum baptiſmi, ita nec conſecratio Euchariſtiæ eſt ſacramentum, nec ipſa ſumptio, ſed ſpecies ipſæ, & corpus Chriſti ſunt ſacramentum. Vt patet in c. penul. 1. q. 1. vbi dicitur. Sunt autẽ ſacramenta, baptiſma, chriſma, corpus Chriſti, & ſanguis. Ecce apertè dictum. Et licet ſub diuerſis ſpecieb. contineatur corpus Chriſti, eſt tamẽ vnicum ſacr̃m, nõ vnitate naturali, cũ ſpecies ſacramentales differãt ſpecie, ſed vnitate finis, quia omnia, quę in eo ſunt, ordinãtur ad vnum finẽ, ſcilicet ad continendum Chriſtum, vel ad faciendam vnitatem corporis A miſtici. Hoc ſanctiſſimum ſacramentum miſteriosè multis nominibus nũcupatur, ſ. Euchariſtia, Hoſtia, Sacrificiũ, Cõmunio, & Viaticũ. Quæ quidẽ nomina ab Eccleſia, & ſanctis antiquis appellata ſunt, pp diuerſas proprietates, quas habet hoc ſacr̃m. Euchariſtia eſt nomen Græcum, qđ ſignificat bona gratia. Et ita habetur 1. q. 1. c. Multi. Dicitur bona gratia, quia eã continet, ſ. corpus Chriſti verum. B Hoſtia vocatur, quia patri offertur. Sacrificiũ vocatur, ſm̃ quod eſt ſignum rememoratiuum paſſionis Chriſti, vt ipſe commendauit in cœna. Hoc facite in meã cõmemorationem. Vocatur ẽt Communio, ſm̃ qđ eſt ſignum demõſtratiuũ vnitatis Eccleſiæ, quę in ipſo Chriſti ſacramẽto adunatur. Dicitur etiam Viaticũ, ſecundum quod eſt ſignum præfiguratiuũ diuinæ fruitionis in patria: Eò, C quia præbet nobis veniẽdi viam ad patriam. Frequentius tñ vocatur Euchariſtia, quã aliis nominib⁹. Et ideo ſic nos vtemur illo nomine communiter in hoc tractatu de Euchariſtia. Hæc Martinus Ledeſmius ſuper D. Tho. q. 14. ar. 1. ſecundum eius ordinem, quem ipſe tenet.

206. *Quęritur, an ſumere Euchariſtiã ſit de neceſſitate ſalutis ex vi præcepti* D *diuini, vel an ex vi præcepti Eccleſiæ tantum. Et in qua ętate homo de neceſſitate ſalutis tenetur communicare. Et an pueris ante annos diſcretionis dari poſſit. Et in articulo mortis de præcepto ſit communicandum?*

RESpondetur, quãtum ad 1. particulam dicitur, quod ſit de iure diuino

diuino hoc ſumere ſacramentum, atque etiam non tantum ſemel in vita, ſed ſæpius ſit accipiendum; definitũ eſt in primo noſtro libro impreſſo, quæſito 56. vbi longius tractatur. Vide ibi. De præcepto autem Eccleſiæ notiſſimum eſt omnibus fidelibus, vt ſemel in anno quis teneatur ſub mortali, in die Paſchatis communicare. Et intelligitur hoc tempus determinatum à Dominica Palmarum, vſque ad octauam Paſchę. Sed ſi cõfeſſarius aliqua iuſta ratione, vlterius protelaret, non eſſet pœnitens tranſgreſſor præcepti. Ad ſecundam particulam, videlicet Euchariſtiã ipſam, in qua ætate quis ſumere debeat. Dicimus, quod quilibet cum ad annos diſcretionis peruenerit, tenetur, vt patet in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pęnit. & remiſſio. Et longè efficacius definitum eſt in Conc. Triden. ſeſſ. 13. can. 9. & huiuſmodi omiſſio eſt peccatum mortale, vt omnes communiter dicunt periti Doctores, præcipuè S. Tho. 4. ſent. diſt. 9. quæſt. 1. art. 5. Ex Sylueſt. Euchari ſ. 3. §. 1. & Sot. in 4. diſtin. 12. art. 9. & Caiet. in ſummula, verbo, Communio. & ſumma Sacram. de Euchar. §. 52. Et licet homo non teneatur ſumere Euchariſtiam, niſi poſt annos diſcretionis. Si quis præberet hoc ſacramentum pueris non habentibus rationis vſum, eſſet magna reuerentia: ſed ſi facto daretur eis, reciperent gratiam. Ita inquit D. Thom. 4. ſenten. diſt. 9. quæſtio. 1. artic. 5. & 3. par. quæſt. 80. artic. 9. ad tertium. & ſumma ſacramentorum de Euchar. §. 83. & Syueſt. Euchar. 3. § 7. & quãuis per verba Dionyſij de Eccleſia. Hierarchia. cap. 2.

A par. 3. Aliqui eliciant, quod pueris ſit dandum hoc ſacramẽtum ante vſum rationis, tamen eius verba intelligi debent de adultis baptizatis, non autem de non habentibus vſum rationis, vt optimè intellexit S. Thom. 3. par. quæſt. 80. artic. 9. ad tertium, & Sot. in 4. diſtin. 12. quæſt. 1. artic. 9. Item ait S. Doctor, quod nullum vitæ detrimentum patiuntur pueri, ſi ante vſum rationis non recipiũt Eu-
B chariſtiam: quamuis Dominus Ioannis 6. dicat. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quia ſicut dicit D. Aug. Bonifatio. Tunc vnuſquiſque fidelium corporis, & ſanguinis Domini particeps fit ſpiritualiter, quando in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur. Hæc ille Vbi ſupra 3. par. quæſt. 80 artic. 9. ad tertium. Et ideo
C concludendo dicimus, quod pueri nõ tenẽtur de neceſſitate ante vſum rationis hoc ſacramentum ſumere. nec cõueniens eſt, vt illis detur. Hoc patet ex vſu Eccleſiæ quæ quidẽ non permitteret tam enormiter errare. Vnde in Concilio Triden. ſic diffinitum eſt. Si quis dixerit paruulis antequã ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ
D cõmunionem, anathema ſit. ſeſſ. 21. de commu. can. 4. & ſacerdos miniſtrans ſacramentum huiuſmodi pueris non excuſaretur à mortali, vt ait Caiet. in ſum. verbo, Communio. Quando verò vſus rationis adueniat perfectus, non eſt facilè dignoſci, cũ aliquibus acceleretur, aliquibus autem tardè adueniat. Debet ergo iudicio prudentium, & confeſſarij, id

definiri,

Digitized by Google

definiri,& iudicari; Verum eſt, quod A pluribus accidit, à decimo vſque ad duodecimum annum regulariter. Immò ante decimum annum poſſet viuaciſſimus puer idoneus eſſe, vt Sotus inquit, ſed citra ſeptimum annũ non eſſet communicadus, vt idẽ Sot. dicit ex D. Thoma. hæc habentur 4. ſent. diſtin. 9. q. 1. art. 5. & 3. p. q. 80. art. 9. ad 3. & Silueſ. Euchariſt. 3. §. 7. & Sot. in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 9. Et quamuis pueri poſt ſeptennium regulariter poſſunt confiteri, imò debent, & tenentur, ſi peccata nouerint: non tamen eſt eadem ratione de communione, ad quam deuotius accedere debent; Hæc ex Caieta. verbo, Communio. Et Nauar. cap. 21. num. 57. & idem Sot. in 4. diſtin. 12. q. 1. art. 11. ait, quod nemo obligetur ad communionem accedere ante duodecimum annum. In articulo mortis, an de præcepto ſit communicandum, vide in primo noſtro Libro impreſſo, quæſito 54. Illud tempus ſupradictum de communione in Paſchate à Dominica Palmarum vſque ad octa. Paſchæ, ab Eugenio IV. decretum eſt, extrauag. quæ incipit, Fide digna.

207. *Quæritur, an liceat Sacramentum Euchariſtiæ dare adultis amentibus, & furioſis?*

RESpondetur. Adultis poſt annos pubertatis non debere denegari Euchariſtiam, etiam ſi habeant debilem vſum rationis, & habeãt aliquã deuotionem; qui ſic dicuntur amentes, quia habent debilem mentem, tamen ſunt aliquo modo docibiles, & tenent deuotionem aliquam ad ipſum ſacramentum, vt apparet. Adultis verò à natiuitate amentibus, & vſum rationis non habentibus, nec deuotionem aliquam ad ſacramentum oſtendentibus, & ſic ſemper permanſerunt à principio, non eſt dandum hoc ſacramentum. Quando verò nõ fuerunt à natiuitate amentes, ſed aliquando habuerunt vſum rationis, & deuotionem ad hoc ſacramentum, & B poſtea effecti ſunt amentes, vel in freneſim inciderunt, debet dari eis hoc ſacramẽtum in articulo mortis, ſi nõ ſit periculum vomitus, vel expuitionis, vel alterius irreuerentiæ, Aliàs ſi ſacerdos id non obſeruaret, mortaliter peccaret, vt inquit Caietanus, verbo, Communio. & D. Thom. 3. par. q. 80. art. 9. & Silueſt. Euchariſtia. 3. §. 7. & Sotus in 4. d. 12. q. 1. artic. 9. & Summa ſacram. de Euchariſt. §. 83. Qui autem non ſemper fuit amens, C vel furioſus à natiuitate, ſed à caſu, vel infirmitate in freneſim, vel demẽtiam incidit, ſi antequam intraret furiam, vel freneſim, habuit deuotionẽ ad ſacramentum, & pœnituit, non eſt deneganda Communio, etiam ſi talis in ſanitate, non petierit ſibi dari: q̃ñ ſcilicet ex bona eius conuerſatione præterita, veriſimile eſt, quod ſi præuidiſſet huiuſmodi caſum, eam petiſſet: Habet. n. talis deuotionem habi- D tualem interpretatiuam, quæ ſufficit ad perceptionem ſacramenti, & ad conſequendam gratiam, & alios effectus ſacramenti Euchariſtiæ. Habetur id expreſſe à S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 12. §. 3. & Soti in 4. d. 11. q. 2. art. 8. & d. 12. q. 1. art. 9. & Summ. Sacramen. de Euchar. §. 83. & quamuis Caiet. cõtradicat dicendo eſſe neceſſariam

ſatiam deuotionem, tunc, dum ſuſcipitur ſacramentum. 3.p.q.79.artic.1. tamen opinio prima eſt vera, & tutior, & longè probabilior: nam deuotio, quæ frenesim anteceſſit, virtute durat in frenetico, ſi per contrarium actum non eſt interciſa, vt bene Sotus notat in 4.diſ.12.q.1.art.9. Huic opinioni fauet, quod in Concil. Cartha. dicitur, & habetur in Decret. 26. q.2. vt S.Tho. refert. 3.p.q.80. art.9. Videlicet, is, qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate, obmutuerit, vel in frenesim conuerſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiet pœnitentiam, & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia. Hęc ibi habentur, vt refert Bartolomeus ab Angelo noſtri Ordinis Prędicatorum Baccalaureus, in ſuo libello de ſacramentis.

208. *Quæritur, an ſacramentum Euchariſtiæ dæmoniacis, & arreptitijs, et omnibus adultis ſanæ mentis, & baptizatis, & peccatoribus ſit dandum indiſcriminatim?*

RESpondetur eandem eſſe rationem de ijs, qui à dæmone vexantur, & de ijs amentibus in præcedenti Quæſito nominatis. Vnde Caſſianus relatus per S.Thom. ſic inquit. Eis, qui ab immundis vexantur ſpiritibus, communionem à ſenioribus noſtris nunquam meminimus interdictam. Itaq; dęmoniacis non eſt deneganda communio, niſi conſtaret eos torqueri pro crimine, quia tunc A pro excommunicatis ſunt habendi, vt inquit S.Antonin. 3.par. titul. 14. c.12.§.3. & S.Tho. 3.p. q.80. art.9. ad 2. & Sotus in 4.d.12.q.1.artic.9. in reſponſione ad 2. Itaque ſi homo vexatur à diabolo, & habet deuotionem, poteſt communionem accipere, non quidem cum actu vexatur, & nō eſt mentis compos, & timetur de irreuerentia Sacramenti, ſed cum ad ſe reuerſus fuerit, & à diabolo derelictus. B Ad ſecundam particulam dico, quod omnibus, & ſolis baptizatis adultis ſanæ mentis dari poteſt, niſi eſſent peccatores publici, vt ſunt vſurarij, & concubinarij publici, non debet dari, etiam ſi petierint, & etiam ſi eſſent in articulo mortis conſtituti, niſi poſt pœnitentiam, & reconciliationem. Et hoc maximè ſeruari debet in articulo mortis, in quo nulli eſt denegandum hoc ſacramentum C poſt pęnitentiam, & reconciliationē. Prius debet tñ prouideri ſcandalo, vt ſcilicet publicetur cum opere dimiſſum cōcubinatum, aut vſuram, & huiuſmodi, alioquin ſcādali peccato offendit populū ſacerdos dans Euchariſtiam, vt benè notat Caiet. Idemq; dicitur de meretricibus, lenonibus, & pugnantibus in duello, & alijs huiuſmodi in publico peccato exiſtentibus. D De his ergo omnibus debet populo emendatio eorum eſſe nota. Ex D.Tho. 3.p.q. 80.art.6. & Summa ſacram. de Euchariſt. §.79. & Sotus ibidem diſt.12.q.1.art.6. & Caiet. verbo, Communio, & Nauar. cap.21. nume.55. & 56. Peccatori autem occulto, ſi petat Euchariſtiam publicè nō debet denegari, etiam quod ſacerdos ſciat ipſum eſſe in mortali, ſed debet

dicere

dicere in vniuerſali. Cauete fratres, ne ad tantum ſacramentum cũ mortali accedatis. Sed ſi petat occultè, debet ei ſacerdos denegare, & monere, ne in publico petat. Ex S. Tho. 3. p. quæſt. 80. artic. 6. Et omnes ſic ſentiunt.

209. *Quæritur, an ſi ſacerdos ſciat per confeſſionem tantum, peccatum illius qui petit communionem, debeat præbere?*

Reſpondetur, quoſdam ſine vlla diſtinctione affirmare non debere illi dare, ſed alij melius dicũt, quorum ſententia eſt probabilior, quod ſi ſacerdos eſt curatus petẽtis, & ſcit crimen tantummodo in confeſſione, tunc debet dare publicè petenti, perinde ac ſi nihil noſſet, quando aliàs teneretur dare, dummodo petat tempore Paſchatis, aut articuli mortis, tunc enim tenetur dare quia nõ ſcit vt homo, ſed vt Deus, quæ audiuit in confeſſione. Quare per hoc nullum acquiſiuit ius negandi. Si autem non eſt curatus, qui non tenetur dare, poterit ſe excuſare, etiamſi in confeſſione ſciuerit, eo quod nullam habeat obligationem. Hanc opinionem tenet Petrus de Palud. in 4. diſt. 9. q. 4. concl. 3. & S. Antoninus, 3. p. tit. 14. cap. 12. §. 2. & Siueſt. Euchariſt. 3. §. 7. & Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 6. & idem videtur ſentire Nauar. cap. 21. num. 56. Quam opinionem videtur habere D. Thom. ſi eius verba benè ponderentur. Nam etſi in 4. Vbi crebro doctorum vulgus ſequebatur, tenuerit ſine exceptione occulto peccatori occultè petenti nunquam eſſe

A dandum ſacramentum, ſiue ſacerdos ſciat per confeſſionem, ſiue extra confeſſionem: Tamen in 3. p. q. 80. ar. 6. Vbi rem ipſam accuratius ſcrutabatur, nil de occultis peccatoribus diſtinxit, vtrum in occulto petãt, an in publico, ſed ſimpliciter aſſeruit non eſſe negãdam communionem occultis peccatoribus. Hæc ille. Quare cũ Soto, & alijs cenſeo, licet in occulto petant, ſi modo bonis verbis, & citra
B vllam notã perſuaderi illis nequeat, vt à Sacramento abſtineant: dumtamen ille, à quo petunt ſit parochus, qui ex vfficio incumbit ſacramẽtum miniſtrare, & petãt illis temporibus quibus eis ſacrm̃ dare parochus, ſeu prælatus tenetur. Sed poſſet quis quęrere; cur peccatoris occulto, ſi petat in publico, vel occulto non ſit denegãda communio à ſuo prælato. Nõ eſt illa cauſa, quam multi putant. ſ.
C ne reus aſpergatur infamia, ſed vera cauſa eſt quam S. Tho. 3. p. q. 80. art. 6. adducit, ſcilicet, quod cũ quilibet Chriſtianus ex hoc ipſo, quod eſt baptizatus, ſit admiſſus ad Dominicam menſam, non poteſt ei ius ſuum tolli, niſi pro aliqua cauſa manifeſta. Nemo enim extra ordinem iudicialem, debet ſuo iuri expoliari: ſpoliaretur autem ille occultè petens, ſi non adminiſtraretur ei ſacramentum. Et ſic
D etiam ait Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. ar. 6. Quare profectò, ſi peccator occultus petat ſaltem tempore Paſchatis, aut articuli mortis à ſuo prælato, quando aliàs teneretur ei dare, non dubito, quin etiam ſi occultiſſimè petat, teneatur, potiſſimum ſi ſacerdos non aliter, quàm per confeſſionem ſcit crimen. Nam vix poſſet denegatio

fieri

Digitized by Google

fieri, quia eſſet quædam obiectio, & exprobratio confeſſi criminis, quod qui lem odioſiſſimam faceſſet cõfeſſionem, vt benè Sotus notat vbi ſupra. At verò ſi peccator occultus peteret in publico accedendo inter alios communicantes, non poteſt ei denegari communio, vel ſit eius curatus, vel non curatus ſacerdos, vt benè ait Caiet. Si eſſet in altari publicè expoſitus ad miniſtrandũ ſacramentum, teneretur illi dare, poſtquã ius ille habet petendi, & publicè inter alios accedit, eo, vel maximè, quod vix poſſet illum abſque ſcandalo, & proditione criminis excludere; & in promptu exemplum Chriſti, qui cum non teneretur dare Iudæ, nihilominus, quia inter alios ſedebat, ne illum pudefaceret, ad cauendum ſcandalum, dedit. Hæc omnia eliciuntur ex Sancto Thoma, 3.p.q.80.art.6. & Caiet. ibidem. & Sotus in 4.diſtin. 12.q.1. artic.6.& Sum.ſacramen.de Euchariſt.§.80.

210. *Quæritur, quis dici poſſit verè manifeſtus, & publicus peccator; ita vt ei meritò communio negari poſſit?*

RESpondetur, quod tales dicũtur, qui ſententiam iudicis, vel propriam confeſſionem in iudicio notati ſunt, vel qui ſunt manifeſti per factum notorium, vt ſunt meretrices, publici vſurarij, fornicarij, concubinarij, & latrones. Hæc S.Thom.3.p. q.80.art.6.& Sotus in 4.diſ.12.q.1. art. 6.& Nauar.c.21.§ 55. Ille inquã dicitur notorius, & publicus peccator, qui ex euidentia facti coram populo, peccatum ſuum nullo modo celare poteſt, vt expreſsè habetur in c. tua nos, & in cap. quæſitum, de cohabit.cleric.& mulier. & Sotus in 4.vt ſupra ibidẽ. In hoc verò negocio, vbi agitur de adminiſtratione ſacramentorum, non autem in foro contentioſo, quis ſit criminoſus manifeſtus, requiritur, vt iudicium prudentum id declaret. Vtendum ergo eſt prudenti iudicio, vt benè Sotus notat in 4. diſt.12.q.1.art.6. Si autem res eſt dubia, tũc regula iuris obſeruari debet, quod melior ſit conditio poſſidentis. Vnde quamdiu quis eſt poſſeſſor ſui honoris, & famæ, inclinandum eſt in hanc partem, vt ad communionem admittatur. Et quia crimen non dicitur notorium, eo, quod poſſit probari per teſtes, nec dicitur manifeſtum, ſed manifeſtabile, ac per hoc, infamia non eſt ſufficiens cauſa ad abigendũ hominem à ſacris. vt cap.tua nos; expreſsè cauetur. Infamia enim, & inditia ius duntaxat faciunt, vt per viam inquiſitionis, ad cauſæ cognitionem procedatur, non autem vti infames ante condemnationem, à ſacra communione excludãtur: ex quibus omnibus dico, quod cum res dubia eſt, an qui petit communionem, ſit publicus peccator, non propter hoc eſt ei negãda cõio, etiam quod per aliquos teſtes, id probari poſſet, niſi quando nulla tergiuerſatione crimen occultari poteſt. Hæc eliciuntur ex Soto, vbi ſupra in 4 q.1.ar.6.diſt.12. Quando verò in vno loco publicus eſt peccator, & ĩ alio loco petit ſacramẽtũ, vbi eius crimen non eſt publicum, probabile eſt, vt ei poſſit dari, quia alias, offenderem eum grauiter. Si verò ſacerdoti cõſtaret hoc loco, non eſſe emendatum,

Digitized by Google

datum, maximè ſi ſit peccatum contagioſum, tunc denegare debet. Sot. in 4. d. 12. q. 1. art. 6. & Sum. Sacram. de Euchariſt. §. 80. Et ſi publicus peccator ſecretè pœnituit, & petit in publico Euchariſtiam, tamen nó debet ſacerdos dare communionem publico peccatori, ſi in ſecreto tantum pœnituit, ſed oportet, vt pęnitentia eius publicè oſtendatur. Si verò occultè pœnituit, & occultè petit Euchariſtiam, dari poteſt, niſi exiſtimetur, qd factum veniat in publicum. Si autem peccator occultus, quem ego, & aliqui alij ſcimus peccatorem, publicè petat Euchariſtiam, danda eſt illi, vt ſupra dictum eſt. Sic inquit S. Bonauent. & ſumma ſacrament. vbi ſupra, & cóſentit Nauar. qui ſic inquit: Meretricibus, & vſurarijs, & quibuslibet alijs peccatoribus notorijs, quantumlibet peccatorum ſuorum eos pęniteat, & ſanctiſſimè confiteantur, non eſt publicè cómunio miniſtranda, quamuis ſit in ſecreto, donec publicè pœnitentiam agant, aut Parochus ab ipſis facta ſibi facultate publicè denunciet, iam eos pœnitere, & confeſſos eſſe, aut ex ipſorum bona conuerſatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione conſtet: vt qui ipſorum prauis exemplis offenſi fuere eorumdem emendatione ædificentur. Hæc ille cap. 21. nume. 55. & idem ait Sanctus Bonauentura, & Paludan. 4. ſentent. diſtinctio. 9. quæſtio. 4. col. 3. & 4. & Sanct. Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 12. §. 2. & Sotus ibidem vt ſupra.

A 211. *Quæritur quãdo quis in multis, & magnis peccatis fuit irretitus, an poterit ſtatim peracta confeſſione decenter communicare?*

Reſpondetur, non debere ſtatim communicare, ſed ſi tempus patitur debet prius pluries confiteri, & orationibus, & eleemoſynis ſe mundum, & odoriferum reddere, quanto tẽpore ex cauſa videbitur cõfeſſario,
B etiam quod fuerit occultus peccator. & ſic dicimus, quod etiam poſt contritionem, & confeſſionem grauium peccatorum, homo non accedat ſtatim ad communionem, propter reuerentiam ſacramenti, & vt magis probet ſeipſum. Hoc eſt conſilium S. Auguſtini, vt refert S. Tho. 4. ſent. d. 16. in expoſitione litteræ. & Silueſt. Euchariſt. 3. §. 17. & habetur de pœnit. diſt. 1. Non ſufficit, & c. in accuſatione.
C Imò non eſſet cõſulendum alicui, quod ſtatim poſt peccatum mortale, etiam contritus, & confeſſus ad Euchariſtiam accederet, & niſi magna neceſſitas vrgeret, deberet p aliquod tempus abſtinere, propter reuerentiã ſacramenti, vt inferius amplius dicetur. D. Tho. in 4. diſt. 9. q. 1. ar. 4. Sed quęri poteſt cur peccatori publico denegatur communio. Dico quod ratio cõmunis, & generalis eſt, quod dã
D quis iure poteſt id negare alicui, qd iniuſtè petit, ſi conferat ſponte ſua cõfert, atque adeo particeps fit illius criminis. Velut ſi quis à me petat gladium, quo ſeſe, vel alium perimere parat. Hæc ille in 4. diſt. 9. q. 5. Peculiaris autem ratio, in præſentiarum, cur neganda ſit communio publico peccatori eſt, non ſolum quia miniſter

ſter conſentit alteri, vt peccet, cuius ſcelus cauere tenetur, verum quia eſt rei ſacræ non dominus, ſed diſpenſator, qui debet ſacramẽtum dignè tractare, & tanquam miniſter irrogat ipſi ſacramento iniuriam indignè ipsũ tractando cõtra Domini prohibitionem. Nolite ſanctum dare canibus, neque Margaritas ante porcos proijcere. Ex Soto in 4.diſt. 12.q.1.art.6.

Præterea nec Hiſtrionibus vtentibus magicis, vel turpibus actionibus, quæ ſunt mortalia, nec pugnantibus in duello, vt omnes dicunt, præcipuè S.Tho. 3.p.q.80.art.6.& Silueſt. Euchar.3.§.7. & de hoc eſt gloſ.2.q.4. Monomachiam. Sed dubitatur, vtrũ ei qui in duello pugnauit, & læthali vulnere percuſſus laboret in extremis? Si pœniteat, & confiteatur, dico quod poteſt Euchariſtia miniſtrari, cum oſtenderit ſigna veræ cõtritionis: nam cuilibet peccatori verè pœnitenti, & cõfitenti peccata ſua, in articulo mortis, danda eſt communio, vt omnes Doct. dicunt.

212. *Quæritur, an Euchariſtia poteſt dari ſuſpendendis, ſeu ad mortem condemnatis?*

Reſpõdetur dicendo, quod non eſt deneganda communio occidendis propter ſcelera ſua publica, ſi eos pœniteat, & confiteantur, nec etiam hæretico relapſo, cum paratus eſt incendio, ſicut nec excommunicato in articulo mortis, quia ſicut eis in morte non negatur confeſſio, & pœnitentia, ſic nec viaticum, cum in pœnitentia includatur, vt dicũt omnes, & præcipuè eliditur ex D.Tho. 3.p. A q.80.art.6. & Silueſt. ibidem §.7. & Sot. in 4.diſt. 12.q.1. art.6. Sed ipſe Sotus videtur reprobare conſuetudinem Hiſpanorum, qui non communicant ad mortem damnatos: Vnde ſic inquit: De illa autẽ Hiſpanorum conſuetudine, qui condemnatis ad mortem Euchariſtiã non miniſtrant, aliæ nationes obmurmurant, quoniã nulla apparet cauſa cur ſi ſint verè pœnitentes tanto beneficio priuentur. B Præcipuè cum ſecundum Canonum ſanctiones, vt habetur 13.q.2. cano. Quæſitum. Eadem illis cõmunio ſit danda. Et re vera forſan ſatius eſſet, vt conſuetudo hæc noſtra non ſeruaretur. Præſertim cum ſæpè per hoc ſacramentum fiat homo ex attrito contritus, & ſuſcipiat gratiam, quam nõ recepit in pœnitentia. Atq; adeo vſu ſæpe venire poſſet, vt defectu Euchariſtiæ anima eius periret, cũ alioquin C ſaluus fieret. Hæc ille in 4.diſt.12.q.1.art.11. & idem ſentit Summa ſacramen. de Euchariſt. §.85. Vituperans conſuetudinem Hiſpanorum. & idẽ Sotus non excuſat hanc conſuetudinem, quamuis fortè huiuſmodi canones per contrariam conſuetudinem abrogatos quis putare poſſet. Et vltra hoc poſſet quis irreuerentiam irrogare Sacramento, ſi quis ſtatim cũ ſacroſanctum Chriſti corpus ſuſcepit, D illico in patibulum raperetur, & quandoque propter mortis atrocitatem, periculum vomitus imminere poſſet. Hæc inquam Sot. in 4.diſ. 12. q.1.art.11. Ac etiam Nauarr. nititur excuſare hanc conſuetudinem Hiſpanorum, cap.25.num.23. Veruntamen conſuetudo totius Italiæ laudabilior eſt, vbi patibulo affigendis, ſeu ſuſpen-

ſuſpendendis, vel decapitandis, non ſolum confeſſio, ſed & ipſa ſacroſancta Communio, per vnũ, vel alterum diem ante mortem ipſorum conceditur. Et ſic omne vomitus, & irreuerentiæ periculum vitatur.

213. *Quæritur, an ſicut non licet peccatoribus publicis Euchariſtiam miniſtrare, ita etiam nec publicè excommunicatis liceat?*

Reſpõdetur idem iudicium eſſe de publicis excommunicatis, ſicut de manifeſtis, & notorijs peccatoribus. Immò verò quamuis conſtaret in foro conſcientiæ eos in gratia eſſe, vel alia via: tamen quouſque per Eccleſiam ab excommunicatione abſoluantur, non ſunt ad communionem admittendi. Si autem ſint occulti excommunicati, etiam propter percuſſionem clerici, vel ob aliam cauſam cenſendi ſunt ſicut cæteri occulti peccatores, & ideo ne infamentur vt Chriſtus tradidit Iudæ, ita tradenda eſt eis ſacra Bucella. Ex Soto in 4. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. artic. 6. & Silueſt. Euchariſt. 3. §. 7. Et ſi inſtaret articulus mortis poſſet Euchariſtia exhiberi, tam publicis, & notorijs peccatoribus, quam publicis excommunicatis, dummodo pœnitentes ſint, & contritionis ſigna oſtenderint. Vnde in Concilio Carthaginen. quod refertur cano. ſcenicis, de conſecrat. diſtinct. 2. ſic legitur. Scenicis, atque Hiſtrionibus, cæteriſque huiuſmodi perſonis, vel apoſtatis conuerſis ad Deum, reconciliatio non negetur. Hæc ibi, & ita tenent omnes, A præcipuè elicitur ex S. Thom. 3. par. quæſtio. 80. artic. 6. Et Silueſt. Euchariſt. 3. §. 7. Excommunicatus iniuſtè excluditur à ſuſceptione huius ſacramenti, & interdicti, & ſuſpenſi, quia excommunicatio ſemper habet effectum ſuum, niſi eſſet nulla, vt S. Th. ait in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. artic. 1. & artic. 4. quæſt. 3. ad 3. & Sot. in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 3. & Silu. Euchariſt. ibidem vt ſupra. Et quan- B do excommunicatio ſit nulla, vide in primo Libro noſtro impreſſo, quæſito 176. Peccant ſacerdotes mortaliter, ſi eiuſmodi Euchariſtiam exhibeant talibus peccatoribus, ac magis peccant qui accipiunt. Dicente S. Auguſtino eum indignè manducare, & bibere hoc Sacramentum, qui in peccato, vel irreuerenter ſumit, vt refert Sanct. Thom. 3. par. quæſtio. 80. articulo 4. & vt dictum eſt aliàs, requi- C ritur præuia confeſſio ante tantum ſacramentum; ille qui credit ſe eſſe in mortali, licet non ſit, ſi communicet, mortaliter peccat. E contrario, ſi non videat ſe eſſe in mortali, neque id credit, & tamen eſt in mortali, ſi error prouenit ex commiſſione debitæ diligentiæ in examinando conſcientiam, mortaliter peccat. Si autem hoc non prouenit ex commiſſione debitæ diligentiæ, quam ho- D mo adhiberi tenetur, nõ peccat mortaliter, iſto modo accedens cum peccato ad hoc ſacramentum, ſed magis ex vi Sacramenti, latentis peccati remiſſionem conſequitur: Vnde Diuus Auguſtinus inquit in quodam ſermone, quod quando corpus Chriſti manducatur, viuificat mortuos. Hæc omnia ex Sanct. Thoma,

ma, 3.par. quæſtio. 80. artic.quarto, ad quintum, & Richardo in 4.diſtinctio.9.articu.2. quæſtio.1. & Palud. ibidem diſt.9.

214. *Quæritur, an ſicut exiſtens in mortali, & ſuſcipiens Euchariſtiam peccat mortaliter, ita ſi ſit in veniali, venialiter peccet?*

REſpõdetur negatiuè, id eſt, ſi in peccato veniali communicet, nõ peccat, quia peccatum veniale ſe cõcompatitur cum effectu huius ſacramenti, non autem peccatum mortale, quia nemo de lege communi, poteſt eſſe ſine peccato veniali, niſi fortè ad modicum tempus: ſed benè poteſt eſſe ſine mortali, & ideo non eſt par ratio de vtroque, vt benè notat Richar.in 4 diſtinct.9.artic.2. quæſtione prima, ad ſecundũ. Præterea peccatum indignè ſumentium ſacramentum Euchariſtiæ, neq; eſt omnium grauiſſimum, neque eſt omnium minimum, ſed eſt medium inter peccata, quæ committuntur in Deo, & alia quæ committuntur in proximo, vel in ſe ipſum, vnde eſt quidem minus graue peccatis commiſſis in Deum, & grauius peccatis commiſſis contra proximum, vel cõtra ſe ipſum. Vt ex S.Thom. elicitur 3. par. quæſtione 80. articu.5. & Sot. in 4. diſtinct. 12. quæſt.prima, artic.5.

Sed quid dicẽdum ſi quis in mortali communicet, mortaliter peccat, & nemo eſt, qui ſciat non eſſe in mortali certitudine abſoluta, ergo videtur eſſe ſecurius nunquam communicare, quam communicare cum

A hac dubietate. Reſpondetur verum eſſe hominem non poſſe ſcire, abſoluta certitudine non eſſe in mortali, vel ſe eſſe immunem omninò à peccato, ſed benè poteſt habere aliquam coniecturam immunitatis à mortali, verbi gratia, dolet de peccatis præteritis, & nollet peccaſſe, & proponit impoſterum abſtinere, & obſeruare Dei præcepta, quantum fragilitas humana cum diuino auxilio poteſt. Vn

B de ſi quis per huiuſmodi ſigna facta diligenti examinatione ſuæ conſcientiæ, & legitima confeſſione, quamuis fortè non ſufficienti ad communionem poteſt accedere, quamuis aliquod mortale in ſe remaneat, cuius cognitio tunc non habeatur, non peccat, immo magis ex vi ſacramenti peccati remiſſionem conſequitur, veruntamen ſi poſtea recordetur, confiteri tenetur. Vnde S. Au

C guſt. dixit illa verba ſupra notata: quod quando corpus Chriſti manducatur viuificat mortuos. Hæc ex S.Thom. 3. parte, quęſtione 80. artic.4.ad 5. & Sylue. Euchari. 3.§.16. Non enim eſt neceſſe ad rectè communicandum, ſcire ſe in gratia Dei eſſe. Tum quia hoc non niſi reuelatione ſpeciali diuina ſciri poteſt. Vt in cap. finali, de pur. can. vt Nauar.cap.21.nu.47.refert. Tum quia

D ſufficit probabiliter credere ſe in illa gratia eſſe, quod facere poteſt, qui ſe contritum eſſe probabiliter credit.

215. *Quæritur an peccet mortaliter exiſtens in mortali ſi videat corpus Domini?*

REſpondetur. Exiſtentes in mortali non peccarent mortaliter

viden-

Digitized by Google

videntes corpus Domini reuerenter, A & humiliter, ſed benè peccant mortaliter, ſi ipſum ſumunt, ratio eſt, quia per viſum, non accipitur ipſum corpus Chriſti, cum viſus non pertingat ad ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed ſolum ad ſpecies ſacramentales. Ideo à viſione corporis Chriſti nullus prohibetur, ſi ſit baptizatus, ſed non baptizatus non eſt admittendus ad eius viſionem. ex S. Tho. 3. par. q. 80. art. 4. ad quartum, & Sot. 4. ſenten. diſtinct. 12. quæſt. prima, articulo 4. Neque Catechumenis, neque interdictis, & excommunicatis licet Euchariſtiam videre. Et ſi peccator nolit videre ex deuotione, quia indignum ſe reputat, bene faceret, ſed melius faceret, ſi ex deuotione videret, dummodo paruo tempore. Sic ait Albertus relatus per S. Antonin. 2. par. titu. 9. cap. 10. §. 2. Quantum verò ad tactum, ſi C peccator tangat Euchariſtiam cum timore, & reuerentia, propter aliquã neceſſitatem, vt ſi leuet à terra, aliàs peccaret, quia nulli, niſi ſacerdoti corpus Chriſti tangere licet. S. Tho. 3. parte, quæſtione 82. articulo 3. & Innocen. extra. de pœniten. & remiſſio. ſuper cap. Quod in te, & Syluest. de euchariſt. 3. § 16. Et cum ſupra dixerimus, quod miniſtrare Euchariſtiam peccatori publico ſit peccatum, poſſet ne miniſtrari huiuſmodi peccatoribus hoſtia non conſecrata, pro conſecrata? Id nullo modo fieri debet, tum quia cum manducans adoret, quod manducat, vt Sanctus Auguſtinus, inquit, daret ſacerdos idolatrandi occaſionem. S. Thom. 3. parte, quæſt. 80. art. 6. ad ſecundum, & quæſtio. 5. artic. 12. Tum etiam, quia in ſacramento veritatis, non debet eſſe aliqua fictio. Idem etiam dicit Petrus de Palud. relatus per S. Antonin. 3. parte titu. 14. cap. 12. §. 3. & Richard. in 4. ſenten. diſtinct. 9. articulo 3. quæſtione prima. & Syluest. Euchariſt. 3. §. 7. & Tabienſ. communicare. §. 63. & ſumma Confeſſ. lib. 3. titu. 24. quæſtione 79.

B Vtrum Euchariſtia ſit de præcepto diuino, an humano ſolum, ſupra diffinitum eſt. Atque etiam, ſi requiratur, an in articulo mortis de neceſſitate præcepti ſit accipiendum hoc ſacramentum. Vide in primo libro noſtro impreſſo. quæſito 54.

216. *Quæritur, an qui in infirmitate communicauerit per modum viatici nõ ieiunus, & poſtea ſuperuiuit per aliquot dies, poterit iterum communicare in eadem infirmitate per modum viatici non ieiunus?*

RESpondetur, quod infirmus in eadem infirmitate poterit pluries communicare, ſi ex ſua deuotione, & ieiunus hoc velit facere. Si autem velit communicare non ieiunus per modum viatici, Tabien. dicit, D quod ſi poſt viaticum ſumptum iterum mortaliter peccauerit, vel peccaſſe dubitat, & inſtat articulus mortis, debet iterum communicare, etiã non ieiunus: Quia cum nemo ſaluari poſſit, niſi per incorporationẽ huius ſacramenti ad Chriſtum, & per mortale quiſque ſeparetur ab eo, debet iterum reuniri per ſumptionem

Digitized by Google

huius ſacramenti. Sed ſi paruo tempore ſtetiſſet poſt ſumptam primam communionem per modum viatici, & non dubitet de mortali commiſſo, nõ credo eſſe neceſſarium iterum communicare. Si autẽ infirmus poſt ſex, vel octo dies id deſiderat, credo quod non ſit malum iterum cõmunicare, et non ieiunus. Ita ſentit Tabien. communicare. §. 54. Quando verò infirmus propter aliquòd impedimentum nõ poteſt ſumere Euchariſtiam, excuſatur à præcepto ſumendi ipſam. Sed aduertendum eſt, quod deſiderium ſumendæ euchariſtiæ, non ſufficit ad conſequendam gratiam ipſius ſacramenti. Eſt enim regula in omnibus, vt hoc etiam cõprehendatur, vniuerſalis, quod gradus gratię, qui correſpondet ſacramento, nunquam niſi in re ſuſcepto confertur: vnde ſi infirmus non ſit, niſi tantùm attritus, nunquam per adorationẽ ſacramenti fiet contritus, nec recipiet gratiũ potius, quã dũ ſanus adorat in eccleſia, vt benè Sot. notat 4. ſen. d. 1. q. 3. ar. 1. & d. 11. q. 2. ar. 1. & d. 12. q. 1. ar. 1. Ex his cõprehendi poteſt quanta fiat iactura ex leui cauſa, tũc non cõferre ſacramentũ infirmo. Errant idiotæ credentes idẽ eſſe adorare, & ſuſcipere euchariſtiam, niſi quantum ad præcepti impletionem. Nam qui non ſuſcipit, licet iuſta id fiat de cauſa, ſacramenti gratia non donatur. Sot. 4. ſenten. diſtinctio. 1. quæſt. 3. art. 1. & diſt. 11. quæſt. 2. artic. 1. Propter hoc is, cui incumbit animarum cura, diligentiſſimè procuret, vt infirmis omnino detur hoc ſacramentum, vt ibi Sot. notat. Quãdo verò vomitus, vel alia irreue-

A rentia timetur, tunc ſaluti infirmi præferenda eſt reuerentia ſacramenti, ideo non eſt miniſtrandum. Sot. 4. ſent. diſt. 11. q. 2. art. 1.

217. *Quæritur, an melius faciat qui non eſt in mortali, & ex amore communicare cupit frequenter, quàm alter, qui ex timore reuerentiali, & fideli reputans ſe indignum ad tantum ſacramentum accedere, abſtinet ſe ab eius* B *ſumptione, dicens cum Centurione: Domine non ſum dignus, &c. & cum Petro, exi à me Domine, quia peccator ſum?*

RESpondetur, quod in alio primo noſtro libro iam tertio impreſſo, ſcripſimus, an ſit quotidie cõmunicãdum, vbi longè tractauimus hanc dubitationem cum multis diſtinctionibus quæſito 57. Sed nunc cum id negotium ſit magni ponde- C ris, à quo noſtra ſalus tota pendere, omnibus ſit notũ, quia cibus verè eſt animæ noſtræ. Ideo aliquid addere propoſuimus reſpondendo ad quęſitum. Hoc dico, quod ſi vnum alteri cõparetur, laudabilius eſt, & fructuoſius accedere, quã abſtinere. Nam licet, qui ob reuerentiam abſtinet, merito ſuo per fauorem diuinam gratiã aſſequitur, tamẽ qui re vera accedit, præter illam conſequitur, & gradum D gratiæ ſacramentalis quo alter caret. Quapropter accedens maiorem percipit fructum. Præterea hoc ſacramentum datum eſt nobis in cibũ, vt ſupra diximus ad reficiendas ruinas ſpiritualis vitæ, quas noſtra efficit ſenſualitas, & quia quotidie per peccatum, aliquid vitæ ſpiritualis deperditur, quotidie illo indigemus, iuxta

Digitized by Google

iuxta illud Ambroſij. Quia ſemper pecco, debeo ſemper medicinam habere. Hæc ille libi de ſacram. & licet tam accedere, quam abſtinere ab hoc ſacramento, vtrumque ſuam habeat rationem virtutis, tamen amor, & ſpes, ac fiducia, ex quibus acceſſus ad hoc ſacramentum naſcitur, præſtantiores ſunt virtutes, quam ſit timor, qui eſt cauſa ceſſandi. Vnde poſtquam Petrus dixit: Exi à me Domine, quia peccator ſum: Reſpondit Ieſus. Noli timere. Et paralitico Confide (inquit) fili remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. & Prouerb. 9. dicitur: Si quis eſt paruulus veniat ad me. Venite comedite panem meũ, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Vnde colligitur, quod permittente Eccleſia genere ſuo laudabilius eſt quotidie illud ſumere, quam ab illo abſtinere. Ex S. Thom. 3. par. quæſt. 80. artic. 10. & Sylueſt. Euchariſt. 3. §. 17. & ſumma Sacram. de Euchariſt. §. 75 adducit hæc verba S. Ambroſij. Graue eſt quod ad menſam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non venimus, ſed grauius eſt, ſi quia peccata metuimus ſacrificium non reddamus.

Et quamuis contingere poſſit, vt quandoque abſtinens deuotius poſtmodum accedat, tamen genere rei, deuotio plus ex ſumptione creſcit, quam ex abſtinẽtia illius, ſic ait Sot. Intereſt enim inter hunc, atque alios ſeculares cibos, quia illis nimium ſumpti ſatietatem faciunt, dulcedo verò ſpiritualis huius ſacramenti, quo crebrius guſtatur, penitùs cognoſcitur, atque adeo auidius concupiſcitur, iuxta illud. Qui edunt me adhuc A eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient, Eccle. cap 24. Cum enim delitiæ Chriſti, quæ Dei ſapientia exiſtit, ſit eſſe cũ filijs hominũ, quo plus nobis intus adeſt, maiores ſunt eius delitiæ: intimus tamen nobis modus incorporandi nos Chriſto, eſt per hoc ſacramentum. Quo circa Regula illa quorundam, quod qui non ſentit ſe proficere, immò tepidus ſibi, & frigidus apparet, tum abſtineat,

B licet non ſit vſque adeo aſpernenda, neque tamen omninò eſt certa: Nam quandoque Dæmonum opera, illi nobis tepores accidunt, per quos, nos moliuntur à ſacramento arcere. Vnde ait Ioan. Gerſon tract. nono ſuper Magnificat. Perinde tunc eſſe abſcedere à ſacramento, ac ſi quis dum frigeret ad ignem accedere recuſaret. Hæc ille, vt bene Sot. notat 4. ſenten. diſtinct. 12. quæſtione prima,

C artic. 10. & ſumma Sacramen. de Euchariſt. §. 84.

218. *Quæritur an qui non communicauit in paſchate, teneatur infra annũ communicare?*

Reſpondetur. Et ſi ſuper hoc in noſtro primo libro impreſſo reſponſionem dederimus ſecundum

D mentem Soti, vt ibi videre eſt in quæſ. 55. tamen penè contrariam opinionem producere intendimus, quæ fortè multis magis placebit. Diximus ſecundum mentem Soti, ſed & S. Antonin. idem ſentit ſecunda parte, titulo nono, cap. 9. §. 3. & Syluest. Euchariſt. tertio, §. 17. & quidam alij. omnes iſti tenent, quod tranſacto tempore paſchatis, non

Digitized by Google

amplius teneri infra annum communicare vſque ad ſequens Paſcha. Adducẽtes in exemplum ſimile. Quod ſi quis officium diuinum dimiſit ſuo die, non tenetur idem ſupplere altera die: & idem de ieiunio quando tenebatur. Alij autem dicunt, quod qui omiſit communionem in paſchate ex negligentia, propter quod mortaliter peccauit, tenetur infra annum ante ſequens paſcha futurum ſupplere defectum commiſſum, & communicare. Et ratio eſt, quia præceptum Eccleſiæ de communicando ſaltem ſemel in anno in paſchate, duo in effectu includit, ſcilicet communicare ſemel in anno, & communicare in Paſchate. Et ideo licet lapſo paſchate, non poſſit impleri alterum de communicando in ipſo paſchate, poteſt tamen impleri alterum de communicando ſemel in anno. Et hanc opinionem ſequendam puto propter ſupradictam rationem, quam etiam tenet Nauar. cap. 21. nume. 45. vt in ſimili dicitur in cap. cum dilecti, de dolo, & contum. De citato ad comparendum certa die Romæ, quod ſi non poteſt comparere illo die, tenetur comparere quantocius poſt illum poterit. Sicut etiam qui debitor eſt alicuius, vt certa die ſi non ſoluat, illa eadem die non propterea liber eſt à ſolutione impoſterum quocunque die, aliàs ſemper eſt in mora, & peccat mortaliter alienum retinens, inuito domino. Et quod dictum eſt de illo, qui ex negligentia non communicauit, dicendum eſt de eo, qui ex aliqua quauis cauſa, & occaſione, non cõmunicauit in paſchate. Debet nanque quam primum poterit infra

A annum communicare, vt ſaltem ſatisfaciat præcepto eccleſiæ de communicando ſemel in anno, vt benè notauit Tabienſ. verbo, Commun. §. 10. Et reſpondetur ad obiecta facta de ieiunio, & horis canonicis, & dicimus, quod ieiunia, & horas recitandas eccleſia præcipit tãquam onus illis diebus annexum, quod in præcepto communionis in paſchate non facit, quo præcepto determi-

B nat tempus communicandi à iure diuino indeterminatum, intra quod ei ſatisfaciamus; Et ſic quamuis obligatio illo die communicandi, eodem elapſo ceſſet, obligatio tamen communicandi intra annum non ceſſat, quia manet, vt quantocius poterit, ſatisfaciat, cum annus tacitè præfixus fuerit, pro dilatione, putà, ſatisfactionis, & communicatio in die Paſchatis, pro onere illius

C diei, vt bene Nauarr. præallegato loco inquit. Concluditur ex dictis, quod qui non communicauit in Paſchate non eſt ſolutus ab obligatione communicandi infra annum, quia ille dies non fuit præfinitus ad finiendam obligationem, ſed ad dilatandam debiti ſolutionem, & declarãdum eam fieri poſſe infra annum, citra culpam, & pœnam, vt ibi Nauarr. inſinuat. Et attendendum

D eſt, quod cauſa rationabilis non communicandi, quando tenetur, non eſt illa, quæ dicitur, non poſſe dimittere iniurias, concubinam, reſtituere, & odium relinquere, & huiuſmodi, quia nemini malitia ſua prodeſſe debet, maximè cum homo ſit liber, potens cum auxilio Dei relinquere quæcunque peccata,

vt

vt ait Richar. 4. ſenten. diſt. 9. artic. 2. quæſtione 1. ad tertium, & Nauar. cap. 21. num. 50. in Manual. Ceſſare verò à celebratione, quando ſacerdoti liceat, & quando non liceat, & in anno, quoties celebrare teneatur, vide in primo libro noſtro impreſſo Quæſito 58. Qui verò curam animarum habent, diebus feſtis tenentur.

219. *Quæritur qua hora diei liceat communionem percipere?*

RESpondetur non celebrantes, ſed tantum communicātes poſſunt omni hora percipere, modò ſint ieiuni, cum oppoſitum non in contrarium. Mane tamen congruentior hora videtur, ex longa conſuetudine, quo tempore paſſio Chriſti peragebatur. Sylueſt. verbo Euchariſt. 3. §. 17. Et non plus, quàm ſemel in die quis poteſt communicare, aliàs mortaliter peccaret. Cap. ſufficit, de conſecrat. diſtinct. 1. cap. conſuluiſti. & S. Thom. in 4. diſtinct. 12. quæſt. 3. artic. 1. quæſt. 4. & Syluest. Euchariſt. 3. §. 17. & Nauarr. capit. 21. num. 54. Sacerdos infirmus, ſi velit communicare, poteſt, vt cæteri omnes, ſed ſub ſpecie tantum panis, non autem vini, vt ſentit gloſſa recepta in cap. comperimus, de conſecrat. diſtinct. 2. & Nauarr. in Manuali ibi vt ſupra. Poteſt etiam ipſe ſacerdos, in articulo neceſſitatis per ſe ipſum, & non ab alio communionem accipere, extra Miſſam. Vt ſi ſacerdos ſit peſte laborans, vbi alij timent ei appropinquare, qui tamen ei deferrent corpus Chriſti ad locum

A propinquum. Et ita ſentit Caietan. verbo, Communio. Nullus ſiue laicus, ſiue Clericus poteſt communicare ſub vtraque ſpecie, nec ſacerdos, niſi dum celebrat, vt ſentit gloſſa ſupra citata in dicto cap. Sed melius Conc. Trident. ſeſſio. 21. cap. 1. quod quidem Concilium damnat in can. primo, eum, qui dixerit Chriſti fideles præcepto diuino teneri ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramētum

B ſub vtraque ſpecie panis, & vini ſumendum. & in cap. 2. & can. 2. decernit hæreticum eſſe, qui dixerit Eccleſiam erraſſe ſtatuendo, vt laici, atque etiam Clerici non conficientes ſacramentum, ſub ſpecie tantum panis communicent. Hæc ibi Nauar. cap. 21. §. 57. & ſumma Sacrament. de Euchariſt. §. 86. peccaret enim mortaliter communicans ſub vtraque ſpecie, extra Miſſam, quia con-

C tra Eccleſiæ ordinationem, & ſtatuta faceret. Et ſi aſſereret hoc licere, vel affirmaret Eccleſiam erraſſe, ſtatuendo, vt laici, atque etiam clerici non conficientes ſacramentum, ſub ſpecie tantum panis communicent, eſſet hæreticus, & excommunicatus. Nauarr. ibidem affirmat.

D 220. *Quæritur, an quandoque conſuetudo fuerit communicare ſub vtraque ſpecie panis & vini?*

RESpondetur affirmatiuè, in primordijs Eccleſiæ hunc ritum per plura tempora obſeruatum fuiſſe, vt longiſſimè Sotus oſtendit in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 12. quod elicitur à D. Thom. 3. par. quæ-

ſtione 80. articulo duodecimo. Adeo vt temporibus eius nondum fuerit abolitus. Et ex Concilio Tridentino apertè habetur ſeſſ. 21. cap. 2. vbi dicitur. Licet ab initio Chriſtianæ religionis, non in frequens vtriuſq; ſpeciei vſus fuiſſet. Sed poſtea Eccleſia Catholica conſultiſſimè, ac ſanctiſſimè interdixit, vt non amplius mos iſte, & ritus obſeruaretur, ſed tãtum ſub ſpecie panis populus communicaret. Et damnat ipſum Concilium Tridentinum, tanquam hæreticum, dicentem Chriſti fideles teneri ex præcepto ad communicandum ſub vtraque ſpecie. Et id rationabiliter factum eſt, vt periculum euitetur ſanguinem effundendi, vt Diuus Thomas narrat, tertia parte, quæſtione 80. articulo duodecimo, Et Summa Sacramentorum, de Euchariſtia, §. 87. Ac etiam propter corruptionem vini, quia ſæpe aceſcit, & corrumpitur. Et præterea, quia vinum multis horribile eſt, & nauſeam mouet, & infirmis ſæpe nocet. Vlterius vinum, quandoque in aliquibus locis non inueniretur in tanta copia, vt ſufficeret omnibus communicandis. Ex Soto vbi ſuprà. Et ſi quis obijciat, vt aiunt hęretici, quod Chriſtus dixit. Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. Et exẽplum de hoc reliquit, dans diſcipulis ſuis corpus, & ſanguinẽ, & dixit: Hoc facite in meam commemorationem, ſubiungens, & dicens: Bibite ex hoc omnes. Ex his omnibus videtur, ꝙ teneamur omnes ſub vtraq; ſpecie communicare. Breuiter reſpondetur ex Concil. Conſtantienſe, quod ſub

A ſpeciebus panis, caro ſimul, & ſanguis ſumitur. Nam licet ſanguis non ſit illic, niſi ex naturali concomitantia, tam verè eſt ibidem, quàm corpus. Vnde qui manducat corpus Domini ſub forma panis, ſumit etiam ex concomitantia naturali, & ſanguinem. Quare Chriſtus non dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis ſub ſpecie panis, aut biberitis eius ſanguinem ſub ſpecie vini, ſed

B ſimpliciter dixit: Niſi manducaueritis, &c. Vt manducatio referatur ad res, quæ ambæ ſub vtraq; ſpecie continentur. Et ſic patet ſolutio, quia qui panem manducat, bibit etiam ſanguinem, cum ſanguis ſit in ſpecie panis, licet ex concomitantia. Et ſic præcepto Chriſti, de ſumptione corporis, & ſanguinis ſatisfacit, Idque etiam innuit ſacra Synodus Tridentina, ſeſſione vigeſimaprima,

C capite tertio. Non enim ex ſermone illo apud Ioann. 6. rectè colligitur vtriuſque ſpeciei communionem à Domino ꝑceptã eſſe, iuxta varias ſanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes. Nam qui dixit: Niſi manducaueritis carnem, &c. Dixit quoque ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et qui dixit, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam

D æternam. Dixit etiam: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, & vlterius dixit: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Et hæc ſolutio eſt ſacri Concilij Tridentini, ſeſſione 21. capite primo. Et cum Chriſtus dixerit: Hoc facite in meam commemorationem: Et cũ etiam dixerit: Bibite ex hoc omnes.

Et

Digitized by Google

Et exemplum dederit porrigendo Apoſtolis ſacramentum in vtraque ſpecie: Hoc fecit, quia Apoſtolos tã quã ſacerdotes inſtituerit, non vt alij quicunque fideles ita obſeruarent in accipiendo Sacramento ſub vtraque ſpecie, vt ſacerdotes. Quod elicitur ex verbis Concilij Tridentini ibidem vt ſupra. Præterea, idem gratiæ gradus datur ei, qui ſub vna ſpecie tantum percipit ſacramentum, quam ſi ſub vtraque ſpecie ſumat. Ideo ſacerdos, accepta hoſtia, recipit gratiam, & poſtea accipiendo ſanguinem, non aliam gratiam denuò recipit. Sotus in quarto diſtinct. 12. quæſtione prima, art. 12. Et Viguerius de Sacrament. Eucharis. verſ. 4. Et ita Concilium Tridẽtinum determinat ibidem ca. 3. idem dicitur ſi quis plures hoſtias eodem tempore acciperet, tantũ gratiæ perciperet, quãtũ ſi vnã. Ex D. Th. 3. p. q. 79. ar. 7. ad 3.

221. *Quæritur, quotuplex ſit modus manducandi corpus Chriſti?*

RESpondetur, triplicem modum eſſe manducãdi corpus Chriſti, ſcilicet, ſacramentalem tantum, ſpiritualem tantum, & ſacramentalem & ſpiritualem ſimul. Ex Sancto Thoma, tertia parte, quæſtione 80. art. primo, ſecundo, & tertio. Et Silueſt. Euchariſt. 3. §. ſecundo. Manducare ſolum ſpiritualiter corpus Domini, eſt coniungi Chriſto per fidem, & charitatem, inquantum ſcilicet quis credit in Chriſtum, cum deſiderio ſumendi hoc ſacramentum, & non ſumit ipſum in effectu, vt ait Auguſtinus: Crede ſcilicet, amando, & manducaſti. Hęc ex Concilio Tridentino ſeſſione decimatertia, capite octauo, & ex ſancto Thoma, tertia parte, quęſtione octaua, articulo primo, & ſecundo. Et hoc modo manducauerunt Patres veteris Teſtamenti corpus Domini. Angeli verò manducant Chriſtum ſpiritualiter, non quidem prout ipſe continetur ſacramẽtaliter ſub ſpeciebus panis, & vini, ſed comedũt illum ſpiritualiter, prout ipſe eſt in propria ſpecie viſibilis, & eſt in cœlo in quantum ei vniuntur fruitione charitatis perfectæ, & non per fidem, ſicut nos in hoc ſeculo, ſed viſione manifeſta, & ſic dicitur per Pſalm. Panem Angelorum manducauit homo. Ex ſancto Thoma, tertia parte, quæſtione 80. articulo ſecundo. & Sot. 4. ſentent. diſtinctione duodecima, quæſtione prima, articulo ſecundo. Manducare autem Euchariſtiam ſolum ſacramẽtaliter eſt, ſumere Euchariſtiã cũ mala diſpoſitione, ſeu ĩ peccato mortali, pp quod manducans hoc modo non conſequitur effectũ, & fructũ ipſius ſacramenti, quod eſt gratia, vt dicitur in Conc. Trid. ſeſ. 13. c. 8. & ex D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 3. Si aũt quis, ſiue fidelis, ſiue infidelis ſumat hoſtiã, nõ tanquã ſacrm, ſed vtatur ea, tanquã cibo, nõ ſumit neq; ſpiritualiter, neq; ſacr̃aliter corpus Chriſti. Ex D. Thoma, 3. par. quæſt. 80. ad 2. Et Sotus 4. ſent. d. 12. q. 1. ar. 3. & Silu. Euchariſ. 3. §. 2. Et quamuis non baptizatus ſumat Euchariſtiã, ſi intẽdit facere, & intẽdere, quod intendit Eccleſia, ſumit quidẽ ſacr̃aliter, ſed tñ illi non proderit, tanquã ſacr̃m. Vt notat Sotus 4. ſent. diſtin. 12. q. 1. art. 1.

Man-

Manducare tandem Chriſti corpus A ſacramẽtaliter, & ſpiritualiter ſimul, eſt recipere ipſum cum effectu, & actualiter, cum bona conſcientia & diſpoſitione, debita præparatione, vt faciunt boni, & timorati homines, & hic eſt perfectus modus ſumẽdi hoc Sacramentum, vt habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 8. vbi dicitur: Hi autẽ ſacramentaliter ſimul, & ſpiritualiter ſumũt, qui ita ſe prius probant, & inſtituunt, vt veſtem nuptialem induti ad diuinam hanc menſam accedunt. Et S. Tho. 3. par. q. 80. art. 1. & Silueſ. Euchariſ. 3. §. 2.

222. *Quaritur an qui ſumit Euchariſtiam in Paſchate ex præcepto, tãtum ſacramentaliter, & non ſpiritualiter ſimul, id eſt indignè, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, & mortaliter peccet, & quomodo Chriſtus corporaliter manducetur.*

RESpondetur, notiſſimum eſſe accipere ſacramentum in mortali, mortaliter peccare, nec conſequẽter ſatisfacit Eccleſiæ. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 4. & Sotus in 4. d. 12. q. 1. ar. 4. Quando. n. Eccleſia mandat communicare in Paſchate, intendit communionem ſuſcipiendam cum præuia confeſſione, & contritione. Et ideo qui cum peccato mortali communicat, non obſeruat quod Eccleſia mandat. Credo tamen, qui ſic cõmunicat, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, quo ad vitandam pęnam appoſitam contra non communicantes in Paſchate, ſaluo meliori iudicio, quia Eccleſia nõ iudicat de interioribus. Poſſet præterea aliquis quærere, an qui ſumit corpus Chriſti ſacramentaliter, & ſpiritualiter verè, ac realiter manducet ipſum, ita vt in ſtomachũ corpus Chriſti trahatur, & ĩ ſubſtantiam comedentis conuertatur, ſicut & alius cibus corporalis. Dicimus, quod cum corpus Chriſti nunc ſit impaſſibile, & inalterabile, nõ poteſt dentibus maſticari, vel aliquo pacto in ſubſtantiam comedentis conuerti, ſed hoc verificatur de mandu- B catione ſpecierum ſacramentalium: vnde dicũt Doctores, quod in ſumptione huius ſacramenti, eſt quædã manducatio carnalis, qua comeſtum maſticatur, & traijcitur, & digeritur, & vltimò in ſubſtantiam conuertitur, & ſic verè manducatur illa ſpecies, ſub qua realiter verum Chriſti corpus continetur. Eſt & alia mãducatio ſacſalis, qua corpus Chriſti verum realiter ſub illis ſpeciebus con- C tentum ſumitur, ſed ſic ſumptũ corporaliter nõ maſticatur, & deſcendit ſimul cum ipſis ſpeciebus in ſtomachum, ex quibus patet, quod Chriſtus manducatur verè, & realiter ad hunc ſenſum, quia ſci icet ingreditur os, & ſtomachum, non quia corporaliter atteratur, aut incorporetur, hoc enim conuenit ipſis ſpeciebus, & licet aliquando hæc etiam corpo- D ri Chriſti attribuantur, intelligenda ſunt de ipſis ſpeciebus, ſub quibus eſt, vt benè dicunt Richard. 4. ſent. diſtinctione nona, articulo primo, quæſtione prima: & Silueſ. Euchariſ. 3. §. 3.

223. *Qua-*

Digitized by Google

223. *Quæritur, quamdiu corpus Christi maneat in ſtomacho?*

RESpondetur, tamdiu corpus Domini manere in ſtomacho communicantis, quamdiu ſpecies panis durant incorruptæ, itaque ſubſtãtia corporis Christi non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quamdiu ſpecies ipſę manent, hoc eſt quandiu ſubſtantia panis manet, etiam quod tales ſpecies indigeſtæ tranſmitterentur in ſeceſſum, vel ex ore euomerentur. ex Sancto Tho. 3. p. q. 80. art. 3. & Sotus ibidem diſt. 12. q. 1. art. 3. & indubiè tenendum eſt, quod corpus Christi deſcendit in ſtomachum, etiam ſi ab iniquo homine ſumatur: & etiam ſi à cane, vel mure, vel alio bruto manducetur. Et contrarium dicere erroneum eſt, tamquam manifeſtæ veritati huius ſacramenti derogans. Pertinet enim ad veritatem, & certitudinẽ huius ſacramenti, quod tamdiu manere credatur in ſacramẽto, corpus, & ſanguis, quamdiu manent ſpecies: Manifeſtum eſt autem, quod ſi peccator ſumeret panem, & vinũ, non illico ſubſtantiæ eſſe deſinerent, ſed durarent quouſq; per calorem naturalem eſſent digeſtæ, ergo vſque ad illud momentum, manent corpus & ſanguis. Hęc ex S. Th. 3. par. q. 80. art. 3. & Sotus, diſ. 12. q. 1. ar. 3. Tandem debet, qui communicat, ſumere diſcretè hoſtiam, & leuiter dentibus anterioribus, terere, ac lingua mollire, ne aliqua pars eius dẽtibus inhæreat: imò non debet dentibus cõterere, nec per os voluere, vt ait S. Anton. 3. p. ti. 13. cap. 5. §. 5.

A 224. *Quæritur, an ſit malum poſt ſumptionem Euchariſtiæ, ſtatim ſpuere?*

RESpondetur indecens eſſe poſt ſumptam Euchariſtiã ſtatim expuere, propter reuerẽtiam ſacramenti, & propter periculum, quod euenire poſſet, ne aliquid ſacramẽti emitteretur, vt ait S. Antoni. 3. par. tit. 13. c. 5. §. 5. & Caiet. verbo, Communio. ſed poſtea, paruo tempore intermiſſo

B expuere poſſet, maximè ſi hoc ex neceſſitate fieret. Præterea poſt cõmunionem, non debet quis ſtatim comedere ob ſimilem ſacramenti reuerentiam, quamuis de hoc non ſit præceptum, nunc obſeruandum, vt olim præceptum erat, verum deberet eſſe aliqua mora inter ſumptionem huius ſacramenti, & alios cibos, & tãta, quod illæ ſpecies panis eſſent conſumptæ, vel alteratæ, ſed hoc ſpatiũ

C non requiritur de neceſſitate. ex S. Tho. 3. par. q. 80. art. 8. ad ſextum. & Silu. verb. Euchariſt. 3. & Caiet. verbo, Communio. Neceſſe verò eſt, vt pluries repetitum eſt, præcedere confeſſionem ſacralem, vbi quis ſe mortali crimine credit infectum eſſe. Ex Cõc. Trid. & eſt cõmunis ſententia omnium Doct. poſt Concil. Trid. ſeſ. 13. c. 7. Aliàs peccatum mortale eſſet, & eſſet excommunicatus qui etiã

D diſputando defenderet opinionẽ habentem, licere cõtrito ante actualem confeſſionem mortalis culpæ cõmunicare, vt in dicto Concil. Trid. habetur ibidem can. 11. Quãdo verò quis non habet copiam confeſſarij, & adeſt neceſſitas communicandi, tunc licitè poterit cum ſola contritione ad Euchariſtiã accedere, & poſtea quam

primum

Digitized by Google

primum poterit cõfiteri peccata ſua. Et hoc expreſsè ex ipſo Concil. habetur, vbi ſic dicitur. Nullius ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab his ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare. Modo non deſit illis copia confeſſarij. Eadē ſeſſ. 13. cap. 7. Et de hoc habuimus longum ſermonem in primo noſtro Lib. impreſſo, quæſito 52.

225. *Quæritur, quænam ſit neceſſitas excuſans in abſentia Prælati, vel legitimi confeſſarij, celebrare, vel communicare, non præmiſſa actuali confeſſione?*

RESpondetur, nequaquam ſufficere quamcunque neceſſitatem, & cauſam, ſed vrgentem exigi neceſſitatem, vt ex præmiſſis verbis ipſius Cōcil. admonetur; non eſt autem vrgens neceſſitas deuotio communicandi, vel celebrandi, ob quā liceat ſine præuia confeſſione peccatorum communicare, vel celebrare. Loquimur vbi ſunt peccata mortalia, nam venialia non ſunt neceſſaria confeſſionis materia. Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 4. Caſus neceſſitatis eſt articulus mortis, vt ſi eſſet ſolus ſacerdos cæcus, & ſurdus, qui non poſſet confeſſionem audire, vel ſi eſſet mutus, qui non poſſet abſolutionē proferre. Alius caſus eſt, quando ex officio pendet, vt ruſticus Plebanus, qui nō habet ſacerdotem, niſi lōgè diſtantem, vt adnotauimus in illo quæſito ſupra citato. Et quod dictum eſt de illo plebano, dicēdum eſt de alijs parochialibus ſacerdotibus, qui neceſſariò celebrare debent, & ſine ſcandalo non poſſunt deſiſtere, & non habent copiam confeſſarij. S. Anton. 3. par. tit. 13. ca. 6. §. 7. & Summa ſacram. de Euchariſt. §. 78. & Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 4. & eadē Summa ſacram. de confeſſ. §. 134. De viatoribus ſcribit quidam Doctor, cuius doctrina mihi placet, ſe legiſſe, Eugeniū IV. conceſſiſſe, viatores vbi ſe inuenerint in Paſchate poſſe abſolui à ſuis peccatis, etiam Epiſcopo reſeruatis, ab illis ſacerdotibus illic expoſitis, vt ait Caiet. verbo, Abſolutio ſacramentalis. Multi quidem alij caſus dari poſſunt, vt quis poſſit celebrare, vel communicare abſque præuia confeſſione, vt adnotauimus in præallegato primo lib. noſtro impreſſo iam tertio, quæſito 52. Tandem vt paucis hāc materiam concludamus, dicitur, quod nulla neceſſitas communicandi, vel celebrandi habet hoc priuilegium, vt quis poſſit alteri, quā proprio ſacerdoti confiteri, ſed dimittit conſtitutum in tali neceſſitate, intra terminos non habētium copiam confeſſarij. Ex S. Th. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. artic. 3. & ita tenet Caiet. verbo, Abſolutio. & ſumma ſacram. de Confeſſ. §. 145. & 162. Qui autem tenēt, quod in abſentia ſacerdotis proprij, vel quando pœnitens ex rationabili cauſa, non vult confiteri proprio ſacerdoti, & imminet neceſſitas communicandi, poſſit confiteri cui voluerit, hoc non eſt tenendum, & obſeruandum. Et ſi non poteſt ſine periculo confiteri ſuo ſuperiori omnia peccata, poteſt tacendo illud, in quo eſt peri-

Digitized by Google

periculum abſolutus ab alijs, accedere poteſt ad Euchariſtiam cum propoſito id confitendi, cum primũ occurrerit confeſſarius, cui abſque prędicto periculo, poſſit illud confiteri: & hoc erit melius, quam ſine confeſſione accedere ad Euchariſtiã, vt conſulit Nauar. c. 7. num. 6. & ita tenendum eſt, quod propter nullũ caſum, excepto mortis articulo, poterit abſoluere, qui ante illam neceſſitatem non poterat abſoluere. Et dicendum de caſibus reſeruatis, quod ſi ſuperior non vult concedere, vt inferior poſſit abſoluere, vt patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cano. 11. Licet malè faciat non tribuendo facultatem, non propterea inferior poterit abſoluere. Ait enim ipſum Concil. Si quis dixerit Epiſcopos non habere ius reſeruãdi ſibi caſus, niſi quo ad externã politiam, atque ideo caſuum reſeruatione non prohibere, quominus ſacerdos à reſeruatis verè abſoluat, anathema ſit, vt benè aduertit ſumma ſacramen. de Confeſſ. §. 145. Et certè malè faciunt Prælati, qui in concedenda licẽtia ſubditis, vt à reſeruatis poſſint abſolui, difficiles ſe reddunt. Inijciũt laqueum animabus, cum ſint aliqui tam malè diſpoſiti, quod potius nollent confiteri, & mori ſine confeſſione, quam confiteri tali ſacerdoti, & vt dicit S. Thom. peccaret ſuperior ille, ſi non eſſet facilis ad præbẽdam licentiam confitendi alteri. 4. ſenten. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. ad 6. & Summa ſacramentor. de Confeſſ. §. 145.

A 226. *Quæritur, circa ieiunium requiſitum ad dignè Sacramentum percipiendum, quomodo eſſe debeat?*

Reſpondetur, quod omninò quis debet eſſe ieiunus, vt dignè poſſit ſacramentũ percipere ob reuerentiam tanti ſacramenti: niſi in caſu neceſſitatis, vt ĩfra dicetur, vt ait Diuus Aug. ad Ianuarium, in epiſt. 118. & S. Thom. 3. p. q. 80. art. 8. & Caietan.
B verbo, Communio. & Summa ſacra. de Euchari. §. 81. & multi alij Doctores idem aſſerentes. & habetur de conſecra. diſt. 2. c. Liquido. & alij Concilij ſuper hoc idem concludentes. Et mos Eccleſiæ ſumẽdi Euchariſtiam ante ſumptionem cuiuſcunque alterius cibi, ex traditione Apoſtolorum à Chriſto ipſo deriuatus cenſetur, q̃d inſinuat Auguſtinus, dicens: Si hoc Spiritui ſancto placuiſſe tanti Sacra-
C menti, & de fide tenendum eſt, & oppoſitum eſt erroneum, ac hæreticum, vt determinatum fuit in Conc. Conſtãtienſi ſeſſ. 13. & ita tenent omnes Catholici. Quare in vniuerſo orbe mos iſte ſeruatur. Sed fortè quis quæreret: cur Chriſtus hoc Sacramẽtum poſt cœnam dedit Apoſtolis, & non antea, ſi tãtum à ieiunis ſumi debet? Dico, quod Chriſtus dedit Apoſtolis poſt cœnam, quia ſecundum ritũ le-
D gis, illa hora debebat celebrari Paſcha, vt prius debuit planè legem obſeruare, quam hoc ſacramentum inſtituere. Et voluit vltimo loco hoc tã grande donum relinquere, quo vehementius cõmendaret myſterij illius altitudinem. Inſtitutio poſtmodum facta eſt ab eccleſia, & Apoſtolis, vt ieiuni hoc ſacramentum ſumerent.

Atque fit, vt cũ maiori deuotione ad tantum ſacramentum accedatur: Aptior enim eſt homo ieiunus ad deuotionem, quam pranſus. Hæc omnia ex D.Thom.3.p.quæſt.80.artic.8.in corpore, & in reſponſione ad argumenta.& Summa ſacram.de Euchariſt.§.81. Concluditur ergo, quod ſine dubio mortaliter peccat, qui ſine articulo neceſſitatis, vel vrgenti cauſa, non ieiunus communicat, vel celebrat, quia expreſsè cõtra Decreta, & Ordinationes Sanctæ Eccleſiæ facit. & ita tenent omnes, præcipuè S.Antonin.3 par.tit.13.cap.6.§.8. & Caietan.verbo, Communio. & Nauarr. cap.21.num.53. & Silueſt.Euchari. 3.§.8. Cauſa ergo legitima, quæ poteſt excuſare à peccato mortali communicantem non ieiunum, eſt infirmitas, quando adeſt periculũ in mora, dum non poteſt infirmus commodè expectare diem ſequentem, vel eſt dubium, vt moriatur infirmus, vel incidat in phrenẹſim, vel inſenſibilitatem: tunc licitè poterit communicare poſt ſumptionem cibi, vel potus, ne ſine communione decedat: Quia neceſſitas legem non habet; vnde dicitur de conſecrat. diſt. 2. Presbyter infirmum ſtatim communicet, ne ſine cõmunione moriatur. Ex Sancto Thom.3.par.quæſt.80.artic.8. & Richar.4.ſent.diſt.8.artic.2.q.3. & Sot. 4 ſent.diſt.12.q.1.art.8. & Caietan. verbo, Communio.

227. *Quæritur, ſi licet infirmo Euchariſtiam ſumere non ieiuno, ſi neceſſitas vrgeat, vtrum ſic liceat Sacerdoti non ieiuno, vt poſſit infirmum communicare, miſſam celebrare, quando eſt in periculo mortis, & ſacramentum non adeſt?*

A

Reſpondetur, quod quidã dicunt id licere, quæ quidẽ opinio non eſt teneda, & in hoc credo, Maiorem errare in 4.diſt.9.q.3. vt Sot. refert, vbi ſupra, & etiam eſt opinio Scoti relati per Dionyſium Carthuſ. in 4. diſtinct.8.quæſt.4.in fine.

B

Alij autem dicũt, & melius, quod nullo modo id facere liceat, etiam ſi prælatus præcipiat, niſi eſſet Papa, quia nullus habet hanc præcipiendi poteſtatem, vt inieiunus celebret. Vnde dicitur 7.q.1.cap.Nihil. Nullus poteſt quantumcunque minimum ſumptum cibum, vel potum, miſſam facere. S.Antoni.3.par.tit.13.cap.6. §.5. Palud.in 4.d.8. quæſt.2.& Sot. ibidem, diſt.12.quæſt.1.art.8. & Silueſt.Euchariſt.3.§8. & Summa Sacram. de Euchariſt.§.82. & Nauarr. cap.21.num.53. ſed hic mouetur dubium. Oſtẽdimus per rationes, & autoritatem, eſſe de iure diuino, vt quis

C

communicet in articulo mortis: ſtante hac veritate arguitur ſic. Præceptum Eccleſiaſticum non eſt contra præceptum diuinum obſeruandum, præceptum autem, vt infirmus viaticum ſumat, eſt diuinum, ſed quod non niſi ieiuni ſumant, eſt præceptũ Eccleſiaſticum, ergo prẹceptum diuinum ſeruari potius debet de communicando infirmum in tali articulo poſitũ, etiam ſi oporteat celebrare poſt cibum ſumptum, quod eſt tantum contra præceptum humanum.

D

Reſpondetur, quod rationes, quas ibi adduximus, non ſunt demonſtratiuæ, ita vt cogant nos affirmare om

Digitized by Google

niño de iure diuino in articulo mortis, communionem ſumere, licet nó ſine mortali quis in tali diſcrimine illam omitteret, propter rationem ibi §.79. expreſſam, & ideo ad argumentum reſpondédo dicimus, quod ſumere ſacramẽtum in articulo mortis, fortè non eſt præceptum diuinũ, ſed benè eſt de iure diuino ſumere illud in vita. Sumere autem illud ſub articulo mortis eſt neceſſarium, ſi ſecundum ritum Eccleſię ſumi poteſt: alioqui, cum non ſit ſacramẽtum neceſſitatis, ſicut Baptiſmus nó eſt miniſtrãdum, ſicut nec miniſtratur eis, in quibus vomitus timet', ac per hoc cum infirmus non poteſt communicare, niſi ſacerdos non ieiunus celebret, quod eſt contra ritum, & præceptum Eccleſiæ, non eſt celebrãdũ poſt cibum. Et ita ſentit, & benè Sot. in 4.d.12.q.1.ar.8.

Quid ſi ſacerdos non ieiunus celebret, vt communicet infirmum, nũ verè conficit Sacramentum? Quamuis ſacerdos non debet celebrare, niſi ieiunus, & non niſi in debita hora, & cum ſacris veſtibus, & non niſi in azymo, & non niſi conſecrando panem, & vinum, nec poſſit celebrare, niſi ipſe ſumat communionem, nihilominus hęc eſt vera ſententia, quod ſacerdos quomodocunque celebret, conſecratio eſt vera, ſi eſſentialia obſeruet. Virtus enim verborum quãdocunque a ſacerdote proferantur, effectum habet, ſed tamen non debet fieri, niſi cum debitis circumſtantijs, & cæremonij, & ſtomacho ieiuno, aliter peccat mortaliter. Vt ſanctus Thom. 3. parte, quęſtione 83. artic. 3. ad 8. Et Sot. in 4. diſt. 12.

A q.1.art.8. Summa Cõfeſſorum lib.3. tit.24 quæſt.58.

228. *Quæritur, quomodo debeat eſſe ieiunus ille, qui habet communicare, uel miſſam celebrare?*

Reſpondetur, quod qui vult communicare, vel celebrare, debet illa die eſſe ieiunus ab omni cibo, & potu, etiamſi in modica quantitate

B eſſet, & etiã ſi cauſa medicinæ ſumeretur, vt eſt communis aſſertio, pręcipuè S.Tho.3.par.quæſt.80.art.8. & Caiet.ver. Communio, & Silu.verb. Euchariſt.3.§.8. Et qui dicunt, quod poſſit aliquid minimum accipi, falſum dicunt, & talis opinio reprobatur. Et notandum, quod duplex eſt ieiunium, ſ. ieiunium naturæ, & ieiunium Eccleſiæ. Ieiunium naturę eſt illud, quando quis a media nocte nihil

C ſumpſit cibi, vel potus, etiamſi poſtea illa die pluries ſit comeſturus, facta cõmunione. & hæc eſt differẽtia inter ieiunium naturæ, & ieiunium eccleſiæ, quia ieiunium naturæ incipit poſt mediam noctem præcedentem, & durat vſque ad ſumptionem cibi, vel potus, quantumcunque minimum ſit id, quod ſumitur, etiam quod ſumatur per modum medicinæ, & tamdiu durat hoc ieiunium na-

D turæ, quouſque aliquid per modum cibi, vel potus ſumatur. & ille, qui Euchariſtiam accipit, & poſtea nihil aliud, nec etiam purificationem accipit, adhuc dicitur ieiunus ieiunio naturæ. Sed quamprimum aliquid accipiet, etiam minimum, & etiam per modum medicinæ, iam non eſt amplius ieiunus ieiunio naturæ. Itaque ieiu-

Digitized by Google

ieiunium naturæ importat priuationem cuiuſcumq; præſumpti per modum cibi, vel potus, & tale ieiunium requiritur ad ſacramentum. Ieiuniũ autem eccleſiæ incipit etiam poſt mediam noctem pręcedentem, & durat vſque ad mediam noctem ſequentẽ, infra quod ſpatium temporis licet comedere tantum ſemel, hora debita. & hoc ieiunium manet etiam poſt vnicam comeſtionem, & non frangitur, niſi per ſecundam ſumptionem illorum, quæ per modum cibi, & refectionem de ſe conſueuerunt aſſumi, & ideo ea, quæ propter alios cibos accipi conſueuerunt, vel digerẽdos, ſicut electuaria, vel deducẽdos per membra, ſicut potus vini, aut aquæ, huiuſmodi ieiunium non ſoluunt, quamuis aliquo modo nutriãt, & ita ieiunium Eccleſię importat priuationem plurium comeſtionum, & cuiuſcumque aſſumpti per modum cibi, poſt primam ciborum aſſumptionem, non aſſumptum per modum medicinæ, vt ſunt electuaria, & huiuſmodi: & hoc ieiunium non exigitur ad ſumptionem euchariſtię. Hęc omnia ex ſancto Tho. in 4.d.8. quæſt.1.art.4. quæſtiuncula 2.ad 2. & 2.2.q.147.arti.1.ad tertium, & 3.in corp.& 6.ad 2.& 3. & 3.par.q. 80.artic.8.ad 4. Et ſanctus Antoninus 3.par.tit.3.cap.6.§.8. Caieta in Summula, verbo, Communio, & Silueſ. Euchar. 3.§.8. & Sotus in 4.diſtinc.12.q.1.ar.8.ad 4. & hanc materiam etiam tractauimus in 1. noſtro libro impreſſo, Q.53.

A 229. *Quæritur, ſi ieiuniũ ad ſumptionẽ Euchariſtię requiſitum iniecit a media nocte, quid. cenſendum eſt de alijs regionibus, in quibus initium diei ſumitur, uel ab occaſu ſolis, ut apud Hebręos, uel a meridie, ut apud Ægyptios.*

Reſpondetur, ſtandum eſſe conſuetudini patriæ, quæ Eccleſiæ decreto eſſet recepta, vt notat Sotus B ibidem vt ſuprà immediatè. Nunc dicimus, ſi quis ſaliuam deglutiat, vel reliquias cibi, quę inter dentes remanent, non impediunt ſumptionem euchariſtię, quia non frangit ieiunium naturę, frangitur autem ieiunium naturę per ſumptionem cibi, vel potus exterioris, non autẽ interioris, ſaliua autem non deglutitur, vt cibus, aut potus exterior, & ideo nõ impedit communionem. C Similiter, nec ſoluũt naturę ieiunium; nec impediunt ſumptionem Euchariſtiæ reliquię cibi, quę remanent in ore inter dentes, ſi caſualiter traijciãtur, quia non tranſglutiũtur per modum cibi, ſed per modum ſaliuę, & eadem ratio eſt de eructationibus, & de reliquijs aquę, vel uini, quibus os abluitur, dummodo non traiiciãtur in magna quantitate, ſed permixtæ ſaliuæ, quod vitari non poteſt. D Si autem dictę reliquię cibi, & aquæ non a caſu, ſed ex intentione traijciantur impediunt euchariſtiam, vt ſpecialiter dixit Paludanus. Hęc omnia ex ſancto Thoma, tertia parte, quęſtione 80.art.8.& Silueſt. verbo, euchariſtia, 3.§.8.& 9.& Caiet. verbo, Communio, & Sotus in 4.diſt.2.quęſt.1. art.8. & Summa ſacram. de euchariſt.

Digitized by Google

chariſt. §. 82. & Nauarr. c. 25. nu. 53. & quod dictum eſt de ſaliua, & de reliquijs cibi, & huiuſmodi, dicendum eſt de eo, qui in ſero accipit aliquid in ore pro voce, vel pro alio, quod remanet. Nõ enim venit ab extrinſeco poſt mediam noctem, nec propter hoc ille non eſſet ieiunus, ſicut, nec ſi muſca, vel aliud intrat in os frãgit ieiunium, vt ſpecialiter dixit Tabien. verbo, communio, §. 4. & 50. Vel ſi ſanguis de naſo, vel aliud cadat in os, ibidem Tabien. perſundentes etiam dentes ſale, & aceto ad medendum, vel lauandum, ſi non deglutitur, non impedit Euchariſtiæ ſumptionem, vt inquit Paludanus, relatus per Sanctum Antonin. 3. par. titu. 13. cap. 6. §. 3. & Silueſt. Euchariſt. 3. §. 8. De his verò, qui ſumunt aliquid per modum guſtationis, & non deglutiunt, ſed tantum lingua tangunt cibos, vt faciunt tabernarij, vel coqui, quando cibum, & potum ſupra linguam ponunt, ſolum ad probandum, & ſtatim proijciunt, videtur, quod non impediat, ſicut ſi aliquis velit probare, vtrum ſit vinum album, vel aqua, quod ſibi miniſtratur, quia non eſt potus, vel cibus, ex quo non deglutitur, nec per ſe, nec per accidens poteſt nutrire. Ex decentia tamen debet quis abſtinere à talibus, qui vult communicare. Si autem ſumeret ad guſtandum, & præter intentionem deſcenderet, videtur idem dicendum, quod de reliquijs aquæ, cum abluitur os, quod non impedit ſumptionem ſacramenti, vt ait Palud. S. Ant. Tabien. & Nauar. cap. 21. nu. 53.

A

230. *Quæritur, ſi aliquis ob reuerentiam ſacramenti præſumeret aliquid aromaticum, puta nucem muſcatam, vel huiuſmodi, & poſtea communicaret, vel celebraret; vtrum peccaret mortaliter?*

Reſpondetur. Si hoc ignoranter faceret, credens ſe propter hoc non fregiſſe ieiunium, ſed verè eſſe ieiunum, cum verè ſit ieiunus, fortè

B

excuſaretur à mortali; cõtingit enim aliquos bonos viros credere, qđ ſumpta aliqua re aromatica, puta cinamomum, vel nucis muſcata, vel aliquo huiuſmodi, nõ ſit fractum ieiunium: ſtante tali ignorãtia iuris poſitiui, excuſaretur forſitan à mortali. Non. n. ſunt arctè poſitiui iuris vincula interpretãda, vt inuoluntarias, & quas nullo pacto ſciens & prudens vir bonæ cõſcientiæ ageret operationes, im

C

putemus ad mortem ęternam, ex ſimplicitate tranſgredienti materialiter tantum ius poſitiuum, vt in prędicto caſu contingit, qđ rectè Caiet. putat, verbo, Commu. Dr aũt à fide dignis quendã bonũ ſacerdotem id feciſſe ex ſimplicitate pro reuerentia Sacramẽti, neſciens diſtinguere inter ieiunium Eccleſię, & ieiunium naturæ.

D

Et ipſe Caiet. tempore ſuo id ait accidiſſe, & dicit ipſe, quod talis excuſabatur à mortali. Præterea poſſet quis quærere: Cum ſacerdoti non liceat poſt ablutionẽ, ſeu purificationẽ calicis celebrare aliam Miſſam in nocte Natalis, ſi poſt ſumptionẽ purificationis vellet celebrare, quia tunc nõ eſt ieiunus: vtrũ ſi poſt purificationẽ prædictã ſacerdos celebrans extra

Digitized by Google

diem Natalis, inueniat aliquam reliquiam hoſtiæ in patena, vel altari, & ſimili, poſſit ne illam ſumere, cum non ſit ieiunus, ex quo cuiuſcunque ſibi ſumptio, vel potus cõmunionem impedit? Quidam dicũt, quod quantumcunque minima ſit illa particula hoſtiæ, non debeat vllo modo ſumere, cum non ſit ieiunus, ſed debet eã in craſtino ſeruare, vel alteri ieiuno, & diſpoſito ad communicandum tradere, aliter mortaliter peccat ſumendo. & hanc opinionem tenet Paludanus in 4. diſt. 9. quæſt. 1. & S. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 9. & Scot. ibidem, diſtin. 18. Alij autem dicunt, quod ſi ſacerdos poſt purificationem ſtatim ſine multo interuallo, ſed particula interueniente morula: ſumat reliquias hoſtiæ in altari inuentas, non peccat, ſed poteſt eas licitè ſumere: quia illa, quę in continenti fiunt, ineſſe videntur, ſecus autem ſi ex interuallo hoc fiat: Puta ſacerdos iam calicem depoſuit, &c. tunc enim peccatum eſſet ſumere. Verum ſi magnam hoſtiæ portionem in linteolis poſt lotionem ſacerdos inueniret, conſilium eſſet illã in Pixide reſeruare in craſtinum. Vt benè monet Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. artic. 8. ad 8. Hanc opinionem ſequitur Caiet. in ſuis opuſculis, quęſt. de Celebratio. Miſſæ. & Siueſt. Euchariſt. 3. §. 10. & Tabien. Miſſa, §. 43. & Summa ſacra. de Euchariſt. §. 82. & hæc eſt opinio verior, & melior, nam reliquiæ paruæ, quæ remanent poſt communionem, ſunt difficiles ad ſeruandum, & ex eo, quod in vna celebratione incontinenti hoc fit, etiam poſt ablutionem immediatè ſacerdos ieiunus reputatur. & videtur maior

A reuerentia ad ſacramentum, ne illę reliquiæ perdantur. & quamdiu ſacerdos eſt in altari, totũ reputatur vnũ ſacramentũ, nec cenſetur perfectum, quouſque omnes reliquię ſumantur. & fortius confirmatur, quoniã ſi particula hoſtiæ adhæſit palato, licet ſacerdoti ſumere pluries vinũ, donec illa particula deſcendat, vt benè aduertit Sotus, vbi ſupra, & Nauarr. ca. 21. num. 90. & Silu. vbi ſuprà.

B

231. *Quæritur, quomodo poteſt eſſe totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie panis, & vini, & ſub qualibet parte ſpeciei, cum ſecũdum eius corpus ſit longè maius, quam ſit illa ſpecies panis, vel vini. Quomodo inquã poteſt corpus Chriſti ſecundum ſuam quantitatem eſſe in tam parua hoſtia?*

C Reſpondetur, quæſtionem hanc nõ eſſe ad ſimplicem ſacerdotẽ, ſed ad ſummos ſpectat Theologos. Tamen cõfeſſio omnium Doct. imò, & omnium Sanctorum eſt, in ſacramẽto Euchariſtiæ eſſe corporis Chriſti quantitatem cũ reliquis ſuis corporis accidentibus: verũ ſubſtantiam quidem eius eſſe ibi ex vi cõſecrationis, ſeu ſacri, quantitatem verò cũ reliquis accidentibus, ex naturali cõcomitantia, ſicut & anima, & diuinitas, D ex S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 4. & Alex. de Ales in 4. p. q. 40. memb. 3. ar. 4. & S. Bonau. ibidem, diſt. 10. in priori parte, q. 2. & Ricar. eadẽ diſt. 2. ar. 1. Modus verò, quo Chriſtus ſecũdũ ſuam totam ſubſtãtiam, & quantitatem ſit in hoc Sacro, certè ineffabilis eſt, & miraculoſus. Vnde S. Th. vt Sum. ſacram. refert de Euchar. §. 63. ingenuè

fatetur

Digitized by Google

fatetur ſe neſcire modum, quo Chriſtus eſt in hoc ſacramento. Et idem Sanctus ſic dicit. Verum Chriſti corpus, & ſanguinem eſſe ſub hoc ſacramento, ſenſu deprehendi non poteſt, ſed ſola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur. Hæc ille. 3.p.q.15.artic.1. niſi fides nobis iſtud miraculū perſuaſiſſet, nullatenus ratio naturalis nos doceret eſſe poſſibilem. Iam verò modo lumine fidei ſuffuſis ſatis eſt nobis intelligere, hoc naturæ rerum minime repugnare, & ſicut intelligimus per fidem, quemadmodū ſaluis, & clauſis pudoris Mariæ clauſtris Chriſtum in mundum prodijt, & ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, pari modo intelligimus ipſum in parua hoſtia eſſe, ſecundum totam ſuam ſubſtantiam, & totam quantitatem. Quæ fidei ſunt non poſſunt ratione monſtrari cum non cadant ſub lumine naturali, ſed ſatis eſt oſtendere illa non eſſe impoſſibilia, nec rationi contraria. Si enim videmus totam hominis effigiem in paruo ſpeculo, quid mirum ſi totus Chriſtus appareat in parua hoſtia? Si illud poteſt natura, cur non poterit iſtud naturæ Auctor? Et ideo ad confirmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

232. *Quæritur, quis hanc conuerſionem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti facit, Deus, an ſacerdos?*

RESpondetur, quod vterque faciunt. Deus quidem principaliter, & cauſa efficiens ſacramētorum; ſacerdos verò inſtrumētaliter, & miniſterialiter, proferendo verba conſecrationis. Hæc eſt determinatio Con- A cil. Flor. vbi habetur, quod ſacerdos in perſona Chriſti loquens cōficit ſacramentum, & ſubditur. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantiā panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti cōuertuntur. Hæc ibi, vt Sot. refert 4. ſent. diſt. 11. q. 1. art. 4. Ex vi verborū cōſecrationis panis, & vini, tota ſubſtātia panis, & vini conuertitur in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti, & remanent ſolum accidentia panis, B & vini: puta, odor, ſapor, color, & quantitas, & hæc cōuerſio dicitur tranſubſtantiatio. Vnde in Cōc. Trid. ſic dicitur. Sacra Synodus declarat per conſecrationem panis, & vini conuerſionem fieri totius ſubſtantię panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini, in ſubſtantiam ſanguinis eius, quæ conuerſio conuenienter, & propriè à Sancta Catholi- C ca Eccleſia tranſubſtātiatio eſt appellata. ſeſſ. 13. c. 4. Itaque nihil ſubſtantiæ panis, vel vini remanet in Euchariſtia, ſeu ſanguine, ſed ſolum eorum accidentia. Et contrariū dicere eſt hęreticum. Vnde in dicto Concil. Trid. ſeſſ. 13. can. 2. ſic dicitur. Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtātiam panis, & vini, cum corpore, & ſanguine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, negaueritq; mira- D bilem illam, & ſingularem cōuerſionē totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtātiæ vini in ſanguinē, manentibus duntaxat ſpeciebus panis, & vini, anathema ſit. Et ita tenēt oēs Catholici, præcipuè S. Th. 3. p. q. 75. art. 2. & q. 78. art. 4. & S. Bonauē. & Palud. 4. ſen. diſt. 11. & Sot. 4. d. 9. q. 2. art. 2. Syluest. Euch. 5. Nec annihilatur

nihilãtur panis, vel vinum, dũ in corpus, & ſanguinẽ Chriſti conuertunt. Deſinit aũt per cõſecrationẽ eſſe ibi panis materia, & forma, manentibus accidentibus, & incipit ibi eſſe corpus Chriſti loco panis, non tamen dicitur annihilari, licet nihil ipſius maneat, & ideo dicitur conuerſio, nõ autem annihilatio panis. S. Tho. 3. p. q. 75. art. 3. & Quodl. 3. art. 11. & Sotus 4. ſent. d. 9. q. 2. ar. 3. Et hæc conuerſio panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti eſt inſtantanea, in fine verborum conſecrationis in primo inſtanti. Sic ait D. Thom. 3. p. q. 78. art. 4. ad 3. ideo in vltimo inſtanti prolationis verborũ, prędicta verba conſequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad pręcedentia: & hęc virtus eſt ſimplex, ratione ſimplici ſignificati, licet in ipſis verbis exterius prolatis ſit quædam compoſitio.

233. *Quæritur, ſi nihil ſubſtantiæ panis, & vini, ſed ſolum eorum accidentia remanẽt poſt eorum conſecrationẽ, in quo ſubiecto manent accidentia prædicta, ſi eorum ſubiectum iam non eſt, cum ſubſtantia panis, & vini ſit conuerſa in corpus, & ſanguinem Chriſti?*

RESpondetur, quod omnes Doctores concorditer dicũt, quod accidentia manent ſine ſubiecto in hoc ſacramento: quia non ſunt in pane, cũ ille iã deſierit eſſe, nec ſunt in corpore Chriſti, quia accidens non poteſt migrare de ſubiecto in ſubiectum, & etiam, quia Chriſtus habet alia accidentia, & iſta non conueniũt illi, & ſic eſt determinatum in c. firmiter, de ſumma Trinit. & fide Cathol. & ita tenent omnes, pręcipuè S. Thom. 3. p. q. 77. ar. 1. & S. Bonau. in 4. d. 12. & Sot. in 4. d. 10. q. 2. ar. 8. & Silueſt. Euchariſ. 4. §. 1. & Summa ſacram. de Euchar. §. 72. Et ſi quęratur, quomodo in ſacramento Euchariſtiæ erunt accidentia manentia ſine ſubiecto, cum enim effectus magis dependeat à cauſa prima, quàm à ſecunda. Deus qui eſt prima cauſa ſubſtantię, & accidentis, per ſuam infinitã virtutem, conſeruare poteſt in eſſe accidens, ſubtracta ſubſtãtia, per quam cõſeruabatur in eſſe, ſicut per propriam cauſam: ſicut etiam alios effectus naturalium cauſarum poteſt producere ſine naturalibus cauſis. Sicut humanum corpus formauit in vtero Virginis, ſine virili ſemine. Ex S. Tho. 3. p. q. 77. ar. 1. Et ſi in hoc ſacramento ſunt accidentia ſine ſubiecto, quomodo igitur poſt cõſecrationem nutriunt, & ex ipſis aliquid generatur, vel cineres, ſi comburantur, vel pulueres, ſi cõterant, vel vermes, ſi putreſiunt; formę enim nõ agunt, niſi in virtute formæ ſubſtãtialis, ergo nõ ſunt ibi ſine eorum forma ſubſtãtiali. Ad hoc breuiter dicit, quod vnumquodque, ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad operari, & quia virtute diuina datum eſt ſpeciebus ſacramentalibus, vt remanẽat in ſuo eſſe, quod habebant ſubſtãtię panis, & vini, exiſtente, conſequens eſt, quod etiam remaneant in ſuo genere, & ideo omnem actionem, quam poterãt agere, ſubſtantia panis, & vini, tranſeunte in corpus, & ſanguinem Chriſti. Ex eodẽ S. Doctore ibidem, vt ſuprà articulo 3. Præterea cum dicitur, quod accidentia panis, & vini in hoc Sacra-

Digitized by Google

cramento manent ſine ſubiecto miraculoſe: poſſet quis quærere, vtrùm de omnibus accidentibus ſit ſermo, an tantum de quantitate dicimus; quod quantitas tantum miraculosè eſt, ſcine ſubiecto à Deo ſuſtentata: aliæ verò qualitates, vt albedo, caliditas, frigiditas, & aliæ ſimiles ſunt in quantitate ſine miraculo, & ſine ſpeciali Dei concurſu: quia licet ſubiectum principale accidẽtium ſit ſubſtantia corporea, non tamen immediatè, ſed mediante quantitate. Itaque reliqua accidentia panis, & vini ſunt in quãtitate dimenſiua, remanente tamquã in ſubiecto. Ex S.Thom. 3.p.quæſt. 77.artic. 2.

234. *Quæritur an huiuſmodi realis exiſtentia, & continentia totius Chriſti, & partium eius in hoc ſacramento duret duntaxat pro tempore, quo eſt ſacramentum in vſu, hoc eſt ſi ſit ibi verè & realiter ſolummodo, quando ſacramentum ſumitur?*

REſpondetur negatiuè, & dicendũ, quod eſt ibi ab inſtanti conſecrationis, vſque dum ſpecies ipſæ panis, & vini deſinant eſſe in rerũ natura, & ita ſecundum fidem tenendũ eſt. Sic enim diffinitur in Concil. Trident. ſeſſio. 13. can. 4. His verbis. Si quis dixerit peracta conſecratione in admirabili Euchariſtiæ ſacramento, non eſſe corpus, & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantum in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt, & in hoſtijs, ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini,

A anathema ſit. Et ita ait S.Thom. 3.par.quæſt. 80.artic. 3. Ex omnibus reſponſis iam ſupradictis, vnica concluſio colligi poteſt, quæ ſingulis interrogationibus factis ſatisfacere poteſt, dicendo videlicet, quod in hac conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Deus eſt principalis cauſa agens, ſacerdos verò inſtrumentalis; conſecratio ſe habet, vt cauſa forma-

B lis, panis, & vinum, vt materialis. Fit autem in inſtanti hæc conuerſio, quę propriè tranſubſtãtiatio appellatur, in qua nihil ſubſtantiæ panis, vel vini, ſed tantum eorum accidentia miraculosè, ſine ſubiecto remanent, ſub quibus Chriſtus tegitur, & tãdiu manet, quamdiu ipſa conſiſtunt. Nunc verò dicimus quod Chriſtus in ſacramento Euchariſtiæ eſt adorandus vt Deus adoratione latriæ, non ſolum

C interno cultu, ſed etiam externo, & ita ſecundum fidem Catholicam firmiter tenendum eſt. Sic enim diffinitur in Concil. Trident. ſi quis dixerit in Sancto Euchariſtiæ ſacramento, Chriſtum vnigenitum Dei filiũ non eſſe cultu latriæ, etiam externo adorãdum, atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus ſecundum laudabilẽ, & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritũ,

D & conſuetudinem ſolemniter circũgeſtandum, & non publicè, vt adoretur populo proponẽdum, & eius adoratores eſſe idololatras, anathema ſit. ſeſſ. 13. can. 6. & ex S.Thoma 3. ſen. diſt. 9. q. 1. art. 2. quæſtiúcula 6. ad 2. & ſumma ſacram. de Euchar. §. 66. & Viguerius de ſacram. Eucha. verſiculo 8.

Digitized by Google

235. *Quæritur, ſi Diabolus appareat in ſacramento in forma Chriſti; poterit ne adorari ſine peccato, non cognita eius forma Diabolica?*

RESpondetur, quod non poteſt Diabolus, in ſpecie Chriſti apparens, ſine peccato adorari, niſi ſit conditio actu explicita. Non.n. ſufficit ſolo habitu conditio adorandi, quia ipſa nouitas rei inſolitę conſiderationem, & attētionem requirit, ſicut dicitur de Beata Virgine Luc. 1. Quod cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Vnde ſi alicui appareret diabolus in forma Chriſti, quod ipſe tamen hoc ignoraret, ſed crederet ipſū eſſe Chriſtum, in tali caſu deberet cum conditione expreſſa eū adorare, videlicet, Si tu es verè Chriſtus Dn̄s meus adoro te, & non aliter. vt ex S. Tho. elicitur 3. ſent. d. 9. q. 1. ar. 2 queſtiū. 6. ad 3. & Tabiē. Adoratio, §. 15. Præterea, qui adorat Hoſtiam non conſecratam adoratione latriæ, vbi Hoſtia non eſt conſecrata ex defectu ſacerdotis, debet adorare eam cum conditione, ſi eſt conſecrata, nō tamē oportet, quod hæc cōditio ſit ſemper actu explicita, ſed ſufficit, quod habitu teneat illā conſecratam. Vnde non peccat adorans eam, credens eſſe conſecratam, quia non adorat purā creaturam, ſed Chriſtum ſecundum intentionem ſuā. Sacerdos aūt non conſecrans, quātum in ſe eſt, facit populū idolatrare, quia offert ei purā creaturam ad adorandum, ſed populus nō peccat, quia intēdit verum Deū adorare. ex S. Tho. 3. ſent. d. 9. q. 1. art. 2. queſtiun. 6. ad 2. Qn̄ verò in ſacramēto Euchariſtiæ apparet miraculosè

A caro, vel puerulus, vel ſanguis credēs ſacerdos, vt ibi ſit verū corpus Chriſti dēt adorare adoratione latriæ, vt accidit S. Greg. & Paſchaſio ad oſtēdendum per hāc miraculoſam apparitionem, quod in tali ſacramento eſt verè corpus Chriſti, & eius ſanguis. ex S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 8. & S. Anto. 3. parte, t. 13. ca. 6. §. 14. Accidit aūt hoc miraculum in Francia, tēpore S. Ludouici Regis Francorum, qui accerſi

B tus, vt iret ad videndum, reſpondit: Qui dubitant, illuc accedant, ego verò, quia certè credo, nō curo videre. Hæc narrat S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 5. §. 1. & pluries huiuſmodi miraculū viſum eſt. Vtrum verò illa caro, vel ſanguis, qui in Hoſtia apparet miraculosè ſit propria ſpecies corporis, & ſanguinis Chriſti; Quidam dicunt, q̄ eſt propria ſpecies corporis, & ſanguinis Chriſti illa caro, vel ſanguis,

C vel forma pueri, in qua Chriſtus apparet, & quod eſt in poteſtate corporis glorificati, vt videatur ab oculo non glorificato: ſed hęc opinio nō eſt bona, neq; vera, & ideo alij aliter dicunt, quod Chriſtus apparens ſic in Hoſtia, nō apparet in ſua propria ſpecie, ſicut eſt in cęlo, quia corpus glorioſum, qđ apparet, vt vult, poſt apparitionem, cum voluerit, diſparet, qđ euenit, qn̄ Dn̄s ex oculis diſcipulorū

D euanuit; & ideo concludunt, qđ manentibus dimenſionibus, puta longitudine, latitudine, & profunditate, q̄ prius fuerant in pane, & vino ſit miraculosè quædā immutatio circa alia accidentia, puta figuram, colorē, & alia huiuſmodi, vt videatur caro, vel ſanguis, aut ēt puer. Itaque habetur ex his oībus, quod cum Chriſtus

miraculosè appareat in forma pueri, vel carnis, aut ſanguinis non apparet in ꝓpria ſpecie, ſed aliena, ſicut enim prius apparebat ſub ſpeciebus panis, & vini, ita poſtea apparet ſub ſpeciebus carnis, & ſanguinis. Ex S.Tho. 3.par.quæſt.76.art.8. & S.Anton.3. par.tit.13.cap.6.§ 14.

236. Quæritur an dum miraculosè apparet Chriſtus in forma paruuli, vel carnis, & huiuſmodi, debeat manducari, ſicut ſi eſſet ſub ſpecie panis, & vini?

RESpondetur, quia cum vſus huius ſacramenti ſit per manducationem, ideò quando ſic apparet paruulus, vel caro, & huiuſmodi, cũ nõ habeat tunc cibi rationem, non debet ſumi, ſed pro reliquijs ſeruari, & in hoc conueniunt omnes, modò perſeueret tale miraculum, ſecus ſi ſtatim rediret in ſpeciem panis veram: quãdo hæc apparitio miraculoſa nõ omnibus eſt manifeſta, puta cum ſolum vni, vel alteri apparet in forma carnis, vel sãguinis, & huiuſmodi: Alijs verò apparet in forma Hoſtię ſub ſpeciebus panis, & vini, in tali caſu, hoſtia cõſecrata non debet ſumi ab eo, cui in forma carnis, vel sãguinis, &c. apparet, ſed ab illo, cui hæc viſio nõ eſt manifeſta, ſed tantùm videt accidentia panis, & vini, propter horrorem enim non eſt ſumenda hoſtia, dũ in ea caro, vel ſanguis apparet, nõ eſt enim in vſu carnes crudas cõmedere. Ex S.Thom. 3.par.quæſt.82.artic.4. ad tertium, & Sylueſt. Euchariſt.3. §.18. & ſi non liceat ſacerdoti ſumere hoſtiam quando apparet ſub forma pueri, vel carnis, quomodo obſeruabit præceptum, quo tenetur ſumere ſacramentum, quando celebrat; quidam conſulunt, vt ſacerdos in tali caſu debeat ſumere aliam hoſtiam, & conſecrare, & paruulus, vel caro, vel ſanguis, qui miraculosè apparet reponere in ſacrario cum alijs Reliquijs, & iterum conſecrare. Hæc eſt opinio S.Tho.3.p.q.82.art.4.ad 3. & Alber.Mag.id ait, relatus p S.Anton. quem ipſe ſequitur.3.par.tit.13. cap.6.§.14. & habetur, de conſecrat. diſt.2.cap.Relatum, & Tabien. Communicare. §.12. Hæc opinio S.Tho. eſt rationabilior, etiam quod hoc miraculum, ſecũdo, & tertio accideret, ſemper deberet iteratò conſecrare. Veruntamen ne daretur proceſſus in infinitum, in tertia vice, eſſet ceſſandum, & ſufficeret tunc ſpiritualis mãducatio, vt benè Tabien. reſpondet, verbo, Communicare.

237. Quæritur à quo ſacerdote quiſq; tenetur ſumere Euchariſtiam?

RESpõdetur, quod quilibet tenetur ſuſcipere Euchariſtiam, vel à ꝓprio Epiſcopo, ſeu Parocho, vel à ſuo ſuperiore Prælato, nõ ab altero ſacerdote, niſi de ſupradictorũ, vel eorum vicario licentia expreſſa, vel tacita, aliàs peccat mortaliter, niſi forte ignorãtia excuſet, iuxta Card.in Cle. 1.de priuil.q.11.& de officio Archiepiſcopi,c.3.& ex D.Th.4.ſent.d.17. q.3.art.4.queſt.un.4.ad 2.& in Opuſculis c.19.& 4.& Sylu.Euch.3.§.6. & Caie.verbo, Communio. & Naua. c.21.nu,52.& qui ſine licẽtia ſupradicta miniſtrat hoc ſacramentum nõ ſibi ſubditis, peccat mortaliter. Nam nemo poteſt miniſtrare aliquod ſacramẽtũ, niſi ſibi ſubdito, & ſi miniſtrãs

Digitized by Google

eſt religioſus, non ſolum peccat mortaliter, ſed eſt etiam excommunicatus, vt patet in can. Interdicimus, 16. q. 1. & ita ait S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 15. §. 5. & ti. 24. c. 54. & Sot. 4. ſen. d. 4. q. 1. ar. 3. Silue. Bapti. 3. §. 1. & ex com. 7. §. 31. & Nauarr. c. 21. nu. 52. & Caiet. verbo, Communio, & verb. Excom. c. 64. Idque intelligitur abſolutè, & vniuerſaliter de omni cōmunione, adeo vt nulli liceat hoc Sacramentum ſumere ab alio, quàm à proprio ſacerdote, vt dictum eſt, ſiue in Paſchate, ſiue in quouis alio tēpore totius anni, & ita tenēt omnes ſupra allegati Doct. & ſi Religioſi Regulares contra faciunt hoc ſit ex facultate ſibi à Sede Apoſt. conceſſa, vt poſſint quolibet die, præter diē Paſchatis cōmunicare, vt patet in eorum priuilegijs, quæ omnes Mendicantes habent etiam per participationem, vt ſunt Canonici Regulares, & Ieſuitæ. Si aliquis accipiet in die Paſchatis cōionem in aliqua Eccleſia prędictorum Ordinum, non vt ſatisfaciat prę cepto Eccleſiæ, ſed in ſua deuotione, cum intentione tamen communicandi infra hebdomadam in parochiali Eccleſia ad ſatisfaciendum pręcepto de communione percipienda in Paſchate. Dico quod vterq; malefacit. Nā illo die Paſchatis nemo ex priuilegiatis pōt ſine licentia communicare non ſibi ſubditos, ſiue faciat hoc ex deuotione, ſiue vt præcepto ſatisfaciant, & ita ſentire videtur Nauar. cuius verba ſunt hęc: Quāuis ob aliqua quibuſdam videri poſſit hanc exceptionē diei Paſchatis Reſurrectionis, intelligendā eſſe de omni cōmunione, qua huic pcepto ſatisfit, nobis tñ A intelligenda videtur de ſola communione diei Paſchæ, ſiue fiat ad ſatisfaciendum præcepto, ſiue non, qui prędictus Leo, qui conceſſit priuilegia, ſatis id declarat in pdicta cōceſſione, attentis verbis, quæ addit ſimili Nicolai V. conceſſioni. 149. in monumentis ordinis Minorum, ſecundo impreſſis. Et licet hęc vera ſint, tamē non condemnarem eum, qui acciperet, aut miniſtraret ſacramentum, qñ B huiuſmodi eſſent perſonæ, tempus, & cauſa, vt iudicio boni viri credi poſſit parochum eo contentum fore, ſi intelligeret propter tacitam quandam facultatem, quæ ex hoc oriri videtur, vt benè idem Nauar. notat, vbi ſuprà.

238. *Quæritur, an in articulo neceſſitatis abſente proprio Sacerdote poſſit quis recipere communionem ab alio ſa*C *cerdote?*

Reſpondetur affirmatiuè. Dūmodo credat proprium ſacerdotem ratum habere. S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 5. & Sum. ſacra. de Extr. vnct. §. 22. & Sot. 4. ſent. diſt. 23. q. 2. ar. 1. Imò etiā diaconus in tali caſu miniſtrare pōt, de licentia epiſcopi, vel curati, vel presbyteri. S. Th. 4. ſent. diſt. D 13. q. 1. ar. 3. & Caiet. verb. Commu. ſic ſuperius diximus. Idemque tenet Nauar. c. 22. nu. 4. & Sil. ver. Sacram. §. 1. & q̄uis id Religioſis ſit prohibitum ſub pęna latę ſnīę excōicationis, tamen in hoc caſu, vt ſupra adnotauimus, ſi religioſus hoc faciat ignoranter, & ſine cōtemptu, vel ignoret hāc pœnam, nō incurreret hanc pęnam: etiam ſm opinionem, qui tenent, qd

non

non poſſit religioſus hoc, ét in articu A lo mortis facere. Et ſentit Caiet. Excom.c.64.& Nauar.c.27. nu. 102.& Tabien.excom. 5.caſu 11.§.7. Sic cócludút omnes iſti Doct.& iuſtè. Sed hic dubium moueri poſſet:ſi Religioſi per priuilegiũ poſſunt, præter dié Paſchatis, cómunionem miniſtrare omni die, non ergo ſunt prohibiti infra annum in articulo miniſtrare ſacramentum Euchariſtiæ. Ad hoc reſpondetur, ꝙ qñ Pontifex cótulit pri B uilegium Religioſis, vt poſſint excepto tépore Paſchatis præbere huiuſmodi Sacrm, videtur ét inſinuaſſe ꝓhibitionem cóionis in articulo mortis, debitæ, quæ non niſi à proprio ſacerdote exhiberi dét, & ita habet vniuerſalis ritus eccleſiæ, vt ſolus Parochus in articulo cóionem infirmo miniſtret. Quare intentio Pótificis fuit, vt Religioſi hoc ſacramentum miniſtrent tantum, qñ ex deuotione ſuſcipitur infra annum, nó aũt qñ de præ C cepto ſumitur à proprio ſacerdote, vt eſt dies Paſchatis, & in mortis articulo. & quod hæc veritas ſit, ipſe ſummus Pontifex Leo X. fecit quandam moderationem priuilegiorũ Mendicantiũ in Conc. Later. anno 1516. & Pontificatus ſui 4. quæ incipit: Dñ intra mentis arcana, &c. vbi ſtatuit, & declarauit, quod Euchariſtiæ, Extremæ vnct. aliaq; Eccleſiaſtica ſacramẽ D ta, nequeát fratres ipſi dare illis, quorum confeſſiones audierint, etiam infirmorum, & decedentium, & decentium, dicentibus propriũ ſacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, niſi denegatio ipſa legitimè, & iuridicè probeť per teſtes. Et hoc patet in priuilegiorum Compendio fratrum Minorũ, verb. communicare, §.10. ex quibus oĩbus liquidò conſtat non fuiſſe eis conceſſum, vt in articulo mortis, hoc Sacramẽtum miniſtrare poſſint, etiã ſibi confeſſis, & à fortiori, nec alijs iuxta regulam, de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, &c. Propterea valdè, & cautè aduertant Religioſi.

239. *Quæritur, an ipſi religioſi, dum animarum curam gerunt, hoc ſacramentum Euchariſtiæ, omni tempore licitè miniſtrare poſſint, etiam in articulo mortis?*

Reſpondetur affirmatiuè habentes animarũ curas ſubditis ſuis ſacramenta poſſunt exhibere, cũ ſint proprij ſacerdotes, & ita eſt in vſu, Silueſt. Excom. 7.§.32. & Tabien. excom. 5.caſ. 11.§.2. & ſi religioſus alijs religioſis ſacramentum adminiſtret, etiam alterius religionis, non incurrit excommunicationem. Nam in cano. mentio fit tantum de clericis, & laicis, non autem de religioſis. & hęc opinio eſt verior, & tenenda. & ita tenet Caiet. excommu. cap. 64. & Nauar. cap. 27. num. 102. Vlterius dicimus, quod illa excommunicatio omnes religioſos comprehendit, etiam exemptos, modo ſint approbatæ religionis, ſiue ſint profeſſi, ſiue nouitij, ſiue conuerſi, ſiue etiam moniales: & non comprehendit clericos ſæculares, nec laicos, iſti enim etiam quod in hoc excederent, non incurrerent, quia in canone fit mentio tantum de religioſis, quorũ nomine ſcilicet, veniunt tam mendicantes, ꝙ̃ non mendicates, etiam populum habentes, & præfectos Eccleſiæ parochiali, ſi alijs

quam

quã ſuis parochianis miniſtrant hoc ſacramentum, & ita dicunt omnes, præcipuè S. Anton. 3.p.tit.24.ca.54. & Caietan.ibi vt ſuprà, & Nauar. vt ſuprà. Præterea ſi proprius ſacerdos eſt excommunicatus, vel notoriè ſuſpenſus, ſeu notorius cõcubinarius, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, nullo modo licet ab eo ſacramenta ſumere ſine pecca to mortali, excepto ſacramento Baptiſmi, in articulo mortis, quãdo nullus alius eſſet, qui poſſet, & vellet illud miniſtrare. Si autem proprius ſacerdos non ſit nominatim excõmunicatus, ſeu ſuſpenſus, vel notorius concubinarius, ſed ſit occultus, & ab Eccleſia toleratus, tunc ſubditus licitè poterit ab eo ſacramenta percipere, vt aliàs diximus diuerſis in locis, præcipuè in primo noſtro libro impreſſo, Quæſito 4.

240. *Quæritur, quis poteſt conficere hoc ſacramentum Euchariſtiæ, num ſolus ſacerdos?*

RESpondetur, notiſſimum eſſe, quod ſolus ſacerdos illud conficere poteſt, & non alius, vt habetur in capite, Firmiter, de Summa Trinitate, & fide Catholica, & in Concilio Florent. & ita tenent omnes Catholici, præcipuè ſanct. Thomas, 3.par.quæſtione 82.art.1.& omnes Doctores. Sacerdos eſt nomen ex Græco, & Latino compoſitũ, & dicitur ſacerdos, quaſi ſacer dux, vel ſacra docens, vel ſacra dãs. Dicitur ſacer dux, per ſanctæ vitę conuerſationem. Dicitur ſacra docens, per ſanctę doctrinæ prædicationem. Dicitur tandẽ ſacra dãs, per miniſtrationem ſacramẽtorum: A Vel dicitur a ſanctificando, & ſacrificando, eo, quod Euchariſtiam cõficit, vt Victoria ait, verbo ſacram. de Eu. har. §.87. Dicimus etiam, quod quilibet ſacerdos de facto conficere hoc ſacramentum poteſt, quantumcunque nepharius, etiam hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, & degradatus. Quia character, ſuper quem fundatur conficiẽdi poteſtas, eſt indelebilis, & ideo ſacramentum B tenet per eos confectum, ſed mortaliter peccãt, quia de iure hoc nõ poſſunt. S. Thom. in 4.diſt.13.quæſt.1. articulo primo, quæſtiuncula 3.& 4. Sacerdos ſine peccato mortali non poteſt conſecrare hoſtiam, & nõ cõſecrare vinum, ſed conſecrando, eſt verè ſacramentum. Diximus alias, quod ſolus ſacerdos, & diaconus poſſunt tangere ſacramẽtum, calicem, & corporalia, & purificatoria. Sed ex priui C legijs, poſſunt etiam ſubdiaconi, & omnes religioſi, & moniales tangere calices, & corporalia, & quæcunque alia ſacramentalia, modo reuerenter id faciant. Miniſtri ſemper mortaliter peccant, ſi exiſtẽtes in mortali tãgant res ſacras, ſi hoc faciant ex officio proprio. Secus ſi ex aliqua neceſſitate facerent, quod etiam laicis liceret. Sanctus Thom. in 4.diſt.24.quęſtione 1.art.3. Et Nauarr. cap.25.nu D mero 72. & Siluester, Ordo. 4.§.2. Laici, & fœminæ ſacra vaſa, aut veſtimẽta tangẽtes, nullatenus de ſui natura peccant mortaliter, immo, ſi abſit contemptus, aut non eſt veniale, aut leuiſſimum, ſed vſus eorum profanus, genere ſuo, eſt peccatum mortale, vt ſi quis auderet calice cõſecrato in menſa profana vti, aut corporali,

Digitized by Google

li,tanquam naſi tergio,aut veſtib.ſacris in torneamentis, & huiuſmodi, vt benè dicit Sotus in 4.diſt.13.q.2. art 3.

241. *Quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti Euchariſtiæ?*

REſpondetur circa hanc materiã huius ſacramenti, aliqui multipliciter errauerunt,vt ait ſanctus Auguſt.lib.Hęreſum. & D.Thom.3.p. quęſt.74.art.1. & Sotus 4.ſent.diſt. 9.q.1.art.1.quos recitare longum eſſet,& ſine fructu.

Veruntamen contra hos errores ſtatuitur vera,& orthodoxa hæc cõcluſio,videlicet, Panis, & vinũ,ſunt materia cõueniens huius ſacramẽti. Euchariſtiæ.Itaq; duplex eſt materia huius ſacramenti. Circa panem habetur Matth.capite decimo ſexto, per rem geſtam a Chriſto, vbi dicitur,quod: Accipiens panem, benedixit, ac fregit, dicens, Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meum,& conſecrato calice,ſubiunxit,Dico vobis, non bibam ammodo de hoc genimine vitis,&c. Ex quo patet,quod in calice continebatur vinum. Et ita determinatum eſt ab Eccleſia, cap.firmiter, de ſumma Trinitate, & fide Catholica, & in multis alijs Concilijs id expreſſum eſt.& vltimò in Cõcil.Trid.ſeſ.13.c.1.& 4.Idque a multis Doctoribus expreſſum eſt. Cum enim huius ſacramenti vſus ſit manducatio, & potus, rationabiliter huius materia debebat eſſe panis, & vinum,quę vniuerſaliter in refectionibus,& pręſertim viatorum, quorum eſt ſacramentum iſtud vſui eſſe ſolet,

A reiectis omnibus alijs materijs,vt benè ſanctus Thomas 3.par.quęſt.74. art.1.& Sotus in 4.diſt.9.quęſt.1. artic.1.notat. Panis ergo triticeus eſſe debet, cum aqua naturali confectus, & vinum de vite,vt habetur in Concil.Florent.ſub Eug.4. vt Chriſtus creditur confeciſſe in tali materia,tũ quia Chriſtus,qui eſt in hoc ſacramẽto,comparauit ſe frumento,& viti: & ideo qui alia materia conficeret, B nihil faceret, vt ibidem D.Thom.aſſerit cum alijs Doctoribus.Quidam verò Doctores graues dicunt poſſe confici ex ſpelta, intra quos id ſentire videtur Sotus in 4.diſt.9.quęſt.1. art.3.& Caietanus 3.parte quęſ.74. ar.3. & Summa ſacram.de Euchar. §.54.& ſanctus Antoninus videtur eſſe dubius, dicens, quod cum certũ non ſit,vtrum ſpelta,& triticum ſint eiuſdem ſpeciei ante confectionem, C tenenda videtur opinio ſancti Thomę.Si autem confectum ſit,tenenda eſt opinio Petri de Palude,4.ſent.d. 11.q.1.& ibidem Albert.Magn.qui tenẽt, quod ſit eiuſdem ſpeciei cum tritico. Sed ſanctus Thom.expreſsè negat,ſpeltam eſſe materiam conuenientem huius ſacramenti ibidem, vt ſupra, & hanc opinionem ſequi debemus.Sed ſi ex ſpelta conficeretur hoc ſacramentum, licet temerarium D eſſet hoc facere, tamẽ ſacramẽtum verum eſſet, vt expreſsè dicit ſanctus Anton.3.par.titu.13.cap.6. tum etiam quia idem admittere videtur D.Thomas, dum in loco citato in argumẽto ſecũdo narrat, quod in quibuſdam locis de ſpelta panis conficitur ad vſum huius ſacramẽti, & reſpõdens huic argumento,videtur

tur

tur opinatiuè negare, quod ex ſpelta poſſit confici hoc ſacramentum. vt bene aduertit Sot.4.ſent.diſt.9.q.1. ar.3. ideo ſecurius diceremnon eſſe ſequendam hanc opinionem. Et D. Thom. idem ſentit de farro, quod de ſpelta, vt non poſſit confici ſacramentum Euchariſtiæ. Sot. verò 4. ſent. d. 9. q. 1. ar. 3. ait, quod inuenitur quædam ſpecies farri, quæ eſt ſpecies tritici delicatiſſima, ex qua poteſt confici hoc ſacramẽtũ. De ſiligine põt cõfici hoc ſacramẽtum, & hæc eſt opinio S. Thom. quia ſecundum ſubſtãtiam eius non differt ſiligo à tritico. Si autem cum tritico modica particula alterius materiæ miſceatur, ita quod ſpecies tritici non ſit ſoluta, poterit confici hoc ſacramentum, aliàs minimè. Ita ait ſanctus Thom. 3. p. q. 74. ar. 3. ad 3. & alij Doct. quàmplurimi, qui ex breuitate non recitantur. De amido Sanct. Thom. videtur opinatiuè loqui ad partem tamen negatiuam declinando. De paſta nullo modo poteſt confici ſacramentum, quia non eſt panis. Sic ait D. Tho. 3. parte vbi ſupra; & Caietanus ibidẽ. Nec lagana, vel pultes, licet ex farina tritici fiant, materia ſunt ſacramenti, quia nec cõmaſſantur, nec quoquuntur in furno, aut ſaltẽ ſub cineribus, quod ſufficeret, ſed elixãtur potius, aut friguntur. Hæc enim artis differẽtia, differenſque ignis applicatio, vel ſpeciem mutat, vel facit paſtas illas non eſſe panes, ex quo illud infertur corollarium, quod vt differentes ſpecies tritici non mutant rationem panis, ita è cõuerſo, diuerſa paſta ex eodem tritico poteſt panis rationẽ mutare, vt egrégiè Sotus, 4. ſent. diſt. 9.

A q. 1. ar. 3. & Caiet. 3. p. q. 74. ar. 3. notant. Si panis ſit quidem coctus ſub cineribus, vel in furno, & deinde ſit in aqua elixatus, non poteſt eſſe materia huius ſacramenti, quia panis elixatus non eſt panis ſecundum formam panis, qui requiritur in hoc ſacramento, ſed dicitur panis cum tali conditione, puta, elixatus, panis autẽ ſacramẽtalis dicitur panis abſolutè. Panis corruptus nõ poteſt eſſe mate- B ria huius ſacramenti, ſi tanta ſit corruptio tritici, vel in grano, vel in pane cocto, vt ſpecies eſſe deſinat tritici panis, ſi autẽ ſpeciem panis nõ omnino ſoluat, tunc conſecrari poteſt, ſed peccat conficiens talis talem panem ob irreuerentiam ſacramenti. Nullus enim tali diſcrimini ſe ponere debet. S. Thom. 3. p. q. 74. ar. 3. ad 4. Ita dicimus, ſi panis ſit confectus artificiali aqua, & nõ naturali, nõ eſt C materia apta ad ſacramentum. Ita ait Diuus Thom. 3. par. quæſt. 74. artic. 7. ad 3. vt ſi aqua roſacea ſit, vel artificialis.

242. *Quæritur, an in pane fermentato ſacramentum confici poſſit, & quæ quantitas debeat, & poſſit eſſe ad conſecrandum?*

D RESpondetur primò circa panem fermentatum, & dicimus, quod non eſt de eſſentia Euchariſtiæ, ſitne azymus, vel fermentatus panis, in vtroque poteſt confici. Veruntamen vnuſquiſque debet conſecrare ſecũdum ritũ Eccleſiæ ſuæ. Eccleſia Græca conficit in fermentato. Latina verò in azymo. Peccaret enim Latinus ſi conſecraret in fermentato, ac pariter,

Digitized by Google

ter, ſi Grec in azymo, vt ait D.Tho. tertia par.q.74.ar.4.& alij Doct. Cõuenientior tamen eſt ritus Latinorũ, cum ſit conformior Chriſti facto, qui in azymo conſecrauit. Greci verò propter deteſtationem Nazareorum, qui putabant legalia ſimul eſſe obſeruanda cum Euangelio, quia in lege Iudæorũ comedebantur panes azymorum, ipſi elegerunt non conſecrare in azymo, vt ait ſanctus Thomas 3.p.q.77.ar.4. Quantum ad aliã quæſiti particulam, de quantitate panis conſecrãdi, dicimus, quod nulla eſt quantitas panis, aut vini tam magna ad conſecrandum, quæ nõ poſſit eſſe materia huius ſacramenti: & ideo materia, quę conſecrari poteſt, non eſt determinata, & idem dicitur de vino. Et ita tenent ferè omnes, præcipuè S.Thom. 3.par. quæſt.74. ar.2. Et Caiet.ibidem, & idẽ Sot.in 4. d.9.q.1.ar.2. quicquid alij aliter dicant, hæc opinio eſt cõior, & verior, dũmodo materia cõſecrãda ſit præſens ſacerdoti, ẽt quod eſſet totus panis, qui ſit in ciuitate, vel in foro, & ita de vino dicendum, quod ſit in cęllario, quamuis qui hoc faceret, peccaret grauiter, ſed deberet tantum conſecrare, quantum iudicio viri prudẽtis eſſet conueniens. Quod verò non eſſet in pręſentia, conſecrari non poſſet. Ex S.Thom. vbi ſuprà, & Soto in 4.d.9.q.1 ar.2. Et ſacerdos, dum cõſecrat, debet apponere tantum de vino, quantum eſſet ſufficiens, vt in eo particula hoſtiæ ſupernataret, & ſimul cum eo poſſet ſumi. Et dum congeries hoſtiarum conſecratur, tota illa multitudo reputatur præſens, etiã quæ ſubtus occultatur, etiamſi ali-

A quo operculo eſſent contectæ, dummodo certus eſſet presbyter illic ſub eſſe hoſtias, licet neſciat numerum. Et ita dicitur de vino, quando ſit opertũ palla. & ſi ſacerdos nõ perciperet materiã eſſe præſentem, vel eſſet cęcus, vel aliud impedimentum, ſi conſecraret, eſſet conſecratum, ſed periculoſum eſſet ſinere, quod talis conſecraret, neque ſine diſpenſatione id fieri poſſet. Vbi autem fuiſſet talis B cęcus diſpenſatus, debet tactu, vel guſtu, vel olfactu materiã percipere, attamen, quamuis nullo ſenſu eam hoſtiam deprehenderet, ſed ſola relatione miniſtri certior factus illam cõſecraret, conſecratio teneret. At profectò culpa non careret, vt ait Sotus in 4.diſt. 9.quęſt.1.articulo ſecundo Qui quidem Sotus refert nouiſſe Tridenti Antiſtitem cæcum, diſpenſatione Pontificis, ſacrum quotidie C facientem.

243. *Quæritur, quæ ſit forma ſacramenti Eucbariſtiæ, tam panis, quàm uini?*

RESpondetur, cum hoc ſacramentum contineat duas materias inter ſe diſtinctas, ſ.panem, & vinũ, oportet in ſpeciali quęrere ſigillatim de earum formis. Et dicemus de forma conſecrationis panis, ꝙ hæc ſit. D Hoc eſt.n.corpus meum. Sic omnes aiũt Doct. pręcipuè S.Th. 3.p.q.78. ar.2. Et eſt terminatio Eccleſię, cap. Marthę, de celeb. Miſſę. & in Conci. Florent. Huic aſſertioni contrarius eſt Scot. & Angelica, qui dicũt verba non his conformia, quæ Eccleſia tradit. Et ego in legẽdis eius verbis, Scoti, inquam, in 4.d.8.q.2. aures meas offen-

Digitized by Google

offendebant. Dicit enim, quod nõ eſt certum, quæ ſit forma Euchariſtiæ, & quod nõ eſt neceſſe ſcire, quæ ſit determinata forma, & niſi quis dicat omnia verba Canonis, non eſt ſecurus, & quod eſt periculoſum aſſerere, & quod quando non dicuntur omnia præmiſſa, non eſt adorandum, niſi ſub conditione. Hęc refert R. P. Fr. Bartholomęus ab Angelo noſtri ord. Pręd. in ſua Summula. Certè, vt cum omni reuerentia celeberrimi authoris Scoti loquamur, tam laxa licẽtia ignorandi, quæ ſit forma ſacramenti Euchariſtiæ, non eſt valde tuta, nam cum Eccleſia præſcriptis formis ſacramentorum vtatur, quamuis licitũ ſit, verbum aliud pro alio æquiualẽs vſurpare, tamen non licet liberius rẽ extendere, pręſertim in hoc præſtantiſſimo ſacramento, in quo tota ſalus noſtra continetur. Non enim eſt piũ credere, quod Chriſtus, ac ſubinde Apoſtoli, in re tam neceſſaria, & graui, quam ſunt materia, & forma ſacramentorum, Eccleſiam tam ancipitem, & perplexam reliquerint. Illa ergo forma, quæ ab Eccleſia tenenda præcipitur, quam ſupra deſcripſimus, vti debemus. Illa verò dictio, Enim, non eſt neceſſaria, quantum ad conſecrationem; ſed quantum ad præceptum. Et omittens illam ex nimia negligentia, vel contemptu, quia contra conſuetudinem Eccleſię faceret, mortaliter peccaret. Ita ait Richar. 4. ſent. diſtinctione 8. art. 3. q. 1. & Viguerius de ſacram. Euchar. 1. §. 2 2. & Petrus Sotus, & Silueſter, & alij.

Quantum verò ad formam conſecrationis vini, illa eſt, quam proponit A Eccleſia, quæ eſt iſta. Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti, miſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum, & ita affirmat S. Thom. 3. p. quæſtio. 78. art. 3. & alij Doctores. Quantum ad eſſentiam ipſius ſacramenti, vt ait Caietanus, 3. p. q. 78. articulo primo, nõ ſunt omnia verba illa neceſſaria; ſed tantum vt dicatur. Hic eſt ſanguis B meus, vel ſi dicatur ſecundum alios. Hic eſt calix ſanguinis mei. Alia autem opinio, quæ eſt Petri de Palude, & Capreoli, relati per Sotum in 4. d. 11. q. 1. ar. 3. eſt, quod de eſſentia conſecrationis ſint omnia illa verba ſupraſcripta, vt ſi vna ſit prætermiſſa, nulla ſit conſecratio. Quæ quidẽ duę opiniones, in vniuerſum non videntur approbari, ſed ſola hæc, quæ eſt ſancti Thomæ, 3. quæſt. 78. art. 3. & C ſancti Antonini, & Silueſt. & aliorũ, quæ eſt iſta, quod de eſſentia cõſecrationis, ſint illa tantum. Hic eſt calix ſanguinis mei. Reliqua verò verba ſunt de ſubſtantia, non autem de eſſentia. Diſtinguendum enim eſt inter eſſentiam, & ſubſtantiam ſacramenti. Id namque dicitur eſſe de eſſentia ſacramenti, ſine quo nullatenus eſt ſacramentum, nec fieret conſecratio, ſed de ſubſtantia ſacramenti id cenſet Diuus Thomas, quod eſt D de integritate ipſius, nempe quod ad conſecrationem concurrit, tamen ſine illo fieri poteſt. Ac per hoc, dum ſanctus Doctor dicit, omnia verba eſſe de ſubſtantia, per hoc, noluit inferre, Ergo omnia verba ſunt de eſſentia. Hęc ergo eſt concluſio Diui Thomæ vera, & certa,

quod

Digitized by Google

quod ſola verba illa. Hic eſt calix ſan guinis mei, & eſt forma eſſentialis, reliqua verò, de ſubſtantia, de perfectione, & de integritate ipſius, ex præcepto eccleſiæ. Hæc ex Soto in 4. ibidem vt ſupra. directè, & rationabiliter contra ipſum Scotum. Vnde & Græci hac breuiori forma vtuntur, quod eccleſia non ſuſtineret, niſi hoc modo, ſacramentum efficeretur; verùtamen nos Latini tenemur ex præcepto, hac forma vti, qua eccleſia Romana vtitur. Et quamquam hæc præciſa forma non ſit in Euangelio expreſſa, tamen non eſt dubitandum; quin & hæc forma calicis, ſicut, & aliæ formæ ſacramentorum fuerit à Chriſto tradita, & manifeſtata per familiarem traditionem Apoſtolorum ſucceſſoribus ſuis, & per eos nobis, vt dicitur in cap. Quũ Marthæ, extra de celebratione Miſſæ. Quare credendum eſt hanc formam, qua Eccleſia vtitur, à Chriſto traditã fuiſſe, vt elicitur ex S. Tho. 3. p. q. 78. art. 3. ad 9. & Syluest. de Euchariſt. 1. §. 7.

244. *Quæritur qui, & quot ſint huius ineffabilis ſacramenti Euchariſtiæ effectus principales?*

Reſpondetur. Sex principales effectus huius ſanctiſſimi ſacramenti eſſe. Primum quidem confert gratiam, dignè ipſum ſuſcipienti; quia in eo continetur Chriſtus, qui ſicut in mundum viſibiliter veniens contulit ei vitam gratiæ, ſecundum illud Ioannis 1. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, ita in hominem ſacramentaliter veniens vitã gratiæ operatur, ſecundum illud Ioã-

A nis 6. Qui manducat me, viuit propter me. Hoc eſt vita gratiæ. Secũdò, confert gloriam, nam per ipſum homo conſequitur vitam æternam, dicente Domino Ioannis 6. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, quæ vita æterna eſt vita gloriæ, Tertiò, confert remiſſionem peccatorum mortalium, nam hoc ſacramentum, ſecundum ſe conſideratum, virtutem habet remittendi, quæcunq; B peccata ex paſſione Chriſti, qui eſt fons, & cauſa remiſſionis omnium peccatorum. Quartò, hoc ſacramentum virtutem habet ad remiſſionem venialium peccatorum, dicente Innocentio III. quod ſacramentum hoc venialia delet, & cauet mortalia. Ratio autem, cur venialia delet hoc ſacramentum in promptu apparet. Natura enim ſacrãmẽti eſt, ſuſcipientes illud ſpiritualiter nutrire, natura au- C tem nutrimenti corporalis, eſt reſtaurare id, quod quotidie per actionem caloris naturalis deperditur. Cum ergo ſimiliter calore concupiſcentiæ, per peccata venialia, aliquid feruoris charitatis amittatur, fit, vt ex natura huius ſacramenti eiuſmodi venialia remittantur. Vnde S. Ambro. in lib. de ſacram. inquit. Iſte panis quotidianus ſumitur in remediũ D quotidianæ infirmitatis. Quintò, remittit pœnam peccatis debitam, non quidem directè ex vi ſacramenti, quì ex vi ſacramenti habeat nutrire, & vnire hominẽ ad Chriſtum, & ad mẽbra eius, ſicut, & nutrimentum vnitur nutrito, ſed ex quadam concomitantia, nam, cum hæc vnitas fieri nõ poſſit, niſi per charitatẽ, ex cuius feruore aliquis conſequitur remiſſionẽ,

non

non ſolum culpæ, verùm etiam pęnę: A inde eſt, quod ex conſequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum homo conſequitur remiſſionem pęnę, non quidem totius, ſed ſecundum modum ſuę deuotionis, & feruoris. Sextò, & vltimo præſeruat hominem à peccatis futuris. Nam inquit Dominus. Hic eſt panis de cęlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ioannis 6. Quod quidem manifeſtũ eſt, non intelligi de morte corporali, ergo de ſpirituali morte intelligitur; ergo intelligitur, quod hoc ſacramentum pręſeruat à morte ſpirituali, quę eſt peccatum. Hæc omnia ex S. Thoma 3. par. quæſt. 79. art. 1. 2. 3. 4 & 5. Idemque S. Bonauent. & S. Anton. & Sotus in 4. diſt. 11. quæſt. 2. artic. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. & Sylueſt. Euchariſt. 4. §. 3.

245. *Quęritur quomodo hoc ſacramentum Euchariſtiæ cõferat gratiam, cum in accipiendo ipſo oporteat gratiã habere, ſi dignè ſuſcipere quis velit?*

RESpondetur, quod ideo hoc ſacramẽtum Euchariſtiæ dicitur cõferre gratiam, quia nemo ſine eius ſuſceptione, vel in re, vel in voto poteſt illam ſuſcipere, ſcilicet, vel in voto proprio, vt ſunt adulti, vel in voto Eccleſiæ, vt paruuli, dum baptizantur. Itaque nullus poteſt primam gratiam conſequi, niſi hoc ſacramentum ſumat in voto proprio, vel voto Eccleſiæ, & ideo cum quis baptizatur, & eſt adultus, non conſequitur gratiam, niſi habeat votum, ſeu deſiderium ſuſcipiendi hoc ſacramentum. Et ſic dum dicitur quod ad digne ſuſcipiendum hoc ſacramentum, requiritur, quod homo ſit in gratia, ergo non conſequitur gratiam ex ſumptione ipſius ſacramẽti, cum iam habeat gratiam in ſe. Reſpondetur, quod illam gratiam, cum qua homo ad ſacramentum acceſſit, conſequutus eſt ex voto ſumendi ipſum ſacramẽtum in re. Et ſic illam gratiam, quam ſuſcipit per votum, & deſiderium ſumen- B di Euchariſtiam, dum poſtea rem ipſam ſumit, augetur, atque per hoc ſacramẽtum in voto, quidem ſumptũ, habet conferre primam gratiam, in re verò ſumptum, non niſi augmentum gratiæ. Et ideo merito dicitur hoc ſacramentum gratiam conferre, ſcilicet primam, cum nemo ſine eius voto poſſit illam ſuſcipere, tum etiã; quia per ipſam gratiam iam ſuſcepta augetur. Et ſic homo dignè accedens C ad hoc ſacramentum, cõſequitur gratiam primam, pro quanto habuit votum ſumendi illud, & conſequitur augmentum gratiæ iam habitæ, pro quanto in re ſumit ipſum. Vt patet ex S. Tho. 3. par. q. 79. art. 1. ad 1. & Sot. in 4. diſt. 11. quæſt. 2. art. 2.

246. *Quæritur reſponſio ſuper dubia duo, circa gratiam, quam ſacramẽtum* D *Euchariſtiæ nobis confert, vt ſupra dictum eſt?*

PRimum dubium eſt. Supra diximus, quod hoc ſacramentum, in voto quidem ſuſceptum confert primam gratiam, in re verò ſuſceptum confert gratię augmentum. Videtur eſſe contra id, quod ſuperius fuerat aſſertum, ſcilicet, quod deſiderium, & votum

Digitized by Google

votum ſumēdę Euchariſtiæ non ſufficiat ad conſequendam gratiam ipſius ſacraměti, ſed oporteat, quod in rē ſumatur ad hoc, quod eius effectū quis conſequatur: ergo non videtur quod hoc ſacramentum conferat gratiam ex voto ſuſceptam.

Reſpondetur, quod dum dicitur, quod ex voto, & deſiderio ſumendi hoc ſacramentum quis nō conſequitur eius effectum, videlicet gratiam: Hoc intelligitur de effectu, & gradu gratiæ, qui correſpōdet ipſi ſacramento. Non.n.quis ſine ſuſceptione reali ſacramenti, conſequetur illum gradū gratiæ ſacramento correſpondentem: nam ſi quis tantum attritus ſit,& non contritus, non fiet cōtritus ex vi deſiderij ſuſcipiēdi ipsū ſacr̄m. Et ſic priuatur illo gratiæ gradu, quē reciperet, ſi in re ſuſciperet ipſum ſacramētum. Qui.n.ſolum eſt attritus ſi in re ſumat ſacr̄m, cōſequetur effectum, & gratiā correſpondentem ipſi ſacr̄o. Hoc eſt, fiet ex vi ipſius ſacr̄i, ex attrito, cōtritus, ac per hoc gratiā conſequetur. Quum aūt dictum eſt, hoc ſacramentum conferre primam gratiā in voto ſuſceptum, intelligitur de prima gratia, q̃ quis in Baptiſmo, vel Confirmatione recipit. Puta cum quis baptizatur, vel confirmatur, & per Baptiſmū, vel Confirmationem iuſtificatur. Nā tunc gratiam quis nō conſequitur, niſi votum, & deſideriū huius ſacramenti habeat. Vtrobique enim includitur votum Euchariſtię, ceu oīum ſacrorum finis. & ſic nulla eſt contradictio. Aliud eſt.n.loqui de prima gratia, q̃ quis conſequitur ex voto ſuſcipiendi ſacr̄m Euchariſtiæ, dū baptizat̄, vel cōfirmatur, & aliud eſt loqui de effectu, & gradu gratiæ ſacr̄o correſpondente, qui non cōfertur niſi in re ſuſcipienti illud, vt expreſſè elicitur ex S. Thom. 3.p.q.79. ar.3. & Soto in 4.d.11.q.2.ar.3.

Aliud dubium eſt: ſi quis, dum in re accipit ſacr̄m Euchariſtiæ nō ſit in gratia, credens, tn̄ eſſe in gratia, puta cum accedit attritus tantum credens eſſe contritum, conſequitur tn̄ gratiā primam, nam remittitur ei peccatum mortale ex vi ipſius ſacramenti, vt dicūt S.Th.3.p.q.79.ar.3. & Sot.in 4.d.11.q.2.art.1. ergo hoc ſacr̄m, ne dum in voto ſuſceptū, ſed ēt in re ſuſceptum hēt gratiam primā cōferre.

Ad hoc dicitur quod per ſe hoc ſacramentū Euchariſtiæ in voto quidē ſuſceptum, cōferre habet, vt dictum eſt, primā gratiā in re verò ſuſceptū, non niſi argumentum gratiæ: ſed per accidēs qn̄que, ēt rōne diſpoſitionis ſuſcipiētis, ſ. quia accedit attritus putans ſe eſſe contritum, confert primā gratiā, dum in re ſuſcipitur. Itaq; q̄d quis in re ſuſcipiendo hoc ſacr̄m, cōſequitur primā gratiam, non eſt per ſe ipſius ſacraměti, ſed per accidens: idque gratis conceditur. Non.n. negamus ipſum ſacramentum per accidens poſſe conferre, etiam primam gratiam, dum in re ſuſcipitur. vt ex S.Tho.3.p.q.79.ar.3. & Sot.in 4.diſtin.11.ar.1.ad primum.

247. *Quæritur, an Sacramentum Euchariſtiæ tunc conferat gratiam, dū perficitur, an dum tanquam ſacrificium offertur, vel dum vſu ſumitur?*

Reſpōdetur, quod hoc ſacr̄m nō tūc, dum perficitur, neque dum offer-

offertur, gratiam confert, ſed vſu, dū ſumitur, iuxta illud verbum Domini. Qui manducat me, viuet propter me. & alibi; Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. vt benè aduertit Sotus, vbi ſupra. & hoc fuerit, non ſolum tempore, quo eſt in ore, aut gutture, ſed toto tempore, quo in ſtomacho durāt ſpecies, poſſe virtute ſacramenti conferri gratiā. Sic ait Caiet. 3. p. q. 79. art. 1. Sot. autem tenet, quod inſtans collationis gratiæ huius ſacramēti ſit illud, quo primum verum eſt dicere, comeſtū eſt, ſcilicet, guttur, aut gulam tranſiuit. Et ratio eius eſt, quia applicatio huius ſacramenti comeſtio eſt, & illic applicatio perficitur. Vnde ſi illo tūc momento ſuſcipiens, non habet obicem culpæ, illic ſuſcipit ſacramenti gratiam, ſi autem tunc habet obicē, licet antea, vel poſt fuerit benè diſpoſitus, habebit quidem gratiam virtute meriti, & operis operantis, non autem virtute operis ſacramenti. Hęc ille in 4. d. 11. q. 2. artic. 1. Et hanc opinionem veluti rationi, & veritati cōſonam, amplectendam conſulitur. Si enim opinio Caietani vera eſſet, conſequens fieret inde auctionem gratiæ ſacramentalem ei impertiri, qui maiorem hoſtiam ſuſcipit, atque ei, qui ob imbecillitatem ſtomachi tardius digerit, quia prolixius eſt tempus collationis gratiæ. Sed hoc non nihil abſurditatis continet, vt benè idem Sotus diſputat, vbi ſupra. Opinio quippe Caietani non apparet vndequaque vera, & ratio Soti fortiſſima videtur. Sacramentum enim hoc gratiam confert per comeſtionem, & potum; ergo illo adæquato momento, quo perficitur comeſtio, confertur gratia, ſicut in baptiſmo, illo momēto, quo perficitur verborum prolatio. Ex quo fit, quod dū eſt in ore, etiam ſi ſit ſumptum cum intentione deglutiendi, non habet ſuum effectum, nam ſi expueretur, falſum eſſet dicere, contuliſſe gratiam. Item ſi maſticatur, & non deglutitur, non confert gratiam, nam maſticare, propriè non eſt comedere, ſed deglutire eſt verè comedere, vt Sot. habet ibi ſupra. Si quis autem rationes Caietani pro ſua opinione adductas videre velit, videat illic vbi ſuprà citatur.

248. *Quæritur, quomodo hoc ſacramentum Euchariſtiæ remittit peccata mortalia, ſi mortale peccatum impedit effectum ipſius ſacramenti, vt dictum eſt ſuprà?*

RESpondetur, ſi ſacramentū hoc dicimus remittere peccatū mortale, ergo ſequeretur, quod ſi quis cū mortali culpa accederet ad ipſum ſacramentum, conſequeretur veniam mortalis criminis, quod tamen falſum eſt, cum accedens ad ipſum cū conſcientia peccati mortalis, non ſolum non conſequitur veniam peccati, ſed iterum peccat mortaliter, vt ſæpe repetitum eſt.

Ad hoc reſpondetur, cum dicitur, hoc ſacramentum conferre remiſſionem peccatorum, non ita eſt intelligenda hæc propoſitio, quod accedēs ad illud cum peccato, & ſuſceptione ſacramenti, cōſequatur illius peccati remiſſionem, nam ſacramentum in eo, qui cum conſciētia mortalis ad

illud

Digitized by Google

Illud accedit, nullam operatur remiſſionem peccatorum, immò culpam accumulat. Sed verus ſẽſus eſt, quod hoc ſacramentum dupliciter operari contingit remiſſionẽ peccatorum, videlicet in voto, & in re ſuſceptum. Declaro ſingula, in voto ſcilicet, dũ quis iuſtificatur, aut per baptiſmum, aut per confeſſionem, vtrobique.n. vt dictum eſt, includitur eius votũ, velut omnium ſacramentorum finis: operari enim remiſſionem peccatorum, eſt primam gratiam conferre, qualis per huiuſmodi iuſtificationẽ confertur. In re verò hoc ſacramentum ſuſceptum conferre poteſt primam gratiam, atque adeò remiſſionẽ peccatorũ, dum quis accedit in peccato mortali, cuius tamen nec conſciẽtiam habet, nec affectum, vt puta ſi accedat attritus, putans ſe eſſe contritum, aut ſi ſine culpa eſt oblitus alicuius peccati mortalis: tunc enim ſacramẽtum hoc charitatis contritionem perficiet, & remiſſionem operabitur, & ſic argumẽtum nullum eſt, quia Euchariſtiæ ſacramentum non operatur remiſſionem peccatorum, niſi in eo, qui illud in voto recipit, dum per baptiſmum, vel confirmationem iuſtificatur, vel in re illud ſuſcipit, cum peccato quidem mortali, ſed ſibi incognito, vel oblito, ſine cõplacẽtia, & illius conſcientia. Et hic eſt verus ſenſus. Secus autem eſt de eo, qui cum mortali ſibi noto, vel cũ conſciẽtia peccati mortalis accedit. Hic enim non conſequitur ſacramẽti effectum, nam effectus huius ſacramenti per peccatum mortale impeditur. Hęc ex ſancto Thoma, tertia par. quæſtione 79. articulo tertio, & A Soto in 4. diſtinct. 11. quæſt. 2. articulo 3.

249. *Quæritur, an per peccatum ueniale effectus ſacramenti Euchariſtię impediatur, ac etiam ingreſſus regni cęlorum?*

RESpondetur ad primam Quæſiti particulam, quod non impedit, vt diximus ſuprà in Quæſito 109. B Sed vt res amplius declaretur, iterũ repetitur ex D. Tho. 3. par. q. 79. art. 8. Ait.n. quod peccata venialia dupliciter accipi poſſunt, vno modo, prout ſunt præterita, alio modo, vt ſunt actu exercita. Primo quidem modo peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius ſacramenti. Poteſt.n. contingere, quod aliquis poſt multa peccata uenialia, deuotè accedat ad hoc ſacramentum, & plenariè C huius ſacramenti conſequatur effectum. Secundo autem modo, peccata uenialia non ex toto impediũt huius ſacramẽti effectum, ſed in parte. Dictum eſt enim, quod effectus huius ſacramenti, non ſolum eſt adeptio habitualis gratiæ, uel charitatis, ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis, quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc ſacramentum, per peccata venialia D mente diſtractus. Non autem tollitur augumẽtum habitualis gratię, uel charitatis. Sic etiam ſcribit Sotus in 4. diſt. vndecima, quæſt. 2. articulo 8.

Quantum ad ſecundam particulam, uidelicet, an impediat cœleſtis regni ingreſſum, ueniale peccatum. Iam in primo noſtro libro impreſſo,

hanc eandem quæſtionem tractauimus Quæſ. 373. Sed vt vrgentius arguatur, iterum repetemus, dicentes, quod ſi moritur quis in peccato veniali, ſcienter, & voluntariè, non mutata voluntate, ſtante cauſa, perſeuerat effectus, ideò ſemper erit in peccato: voluntas enim poſt mortem mutari non poteſt, ſicut nec Angelus potuit mutare poſt caſum. Hoc enim hominibus mors eſt, quod angelis caſus, vt ait Damaſcenus libro ſecundo, capite quarto, in fine: ergo peccatum veniale non poteſt remitti poſt hanc vitam ei, qui cum volũtate peccandi venialiter mortuus eſt: Ergo per peccatum veniale, ne dum effectus ſacramenti impediri poteſt, ſed etiam ingreſſus regni Cœlorum.

Ad hoc breuiter reſpondendo, dicitur, quod in futura vita non eſt aliqua eſſentialis immutatio voluntatis, ſcilicet quantum ad finem, vel quantum ad charitatem, vel gratiam: Poteſt tamen eſſe aliqua immutatio accidentalis per remotionem impedimenti, nam remouens prohibens, eſt mouens per accidens, vt ait Philo. in octauo Phyſicorum. Et eſt reſponſio Diui Thomæ in quæſtione de malo, quæſtione ſeptima, articulo vndecimo in reſponſione ad ſecundum. Quare ſicut cum quis moritur in mortali, non poteſt eius voluntas poſt mortem mutari, ita vt diligat Deum, vel gratiam eius exquirat, ſed permanet firma eius voluntas in malo. Vnde ſanctus Thomas inquit, quod illi, qui ſunt in inferno, retinebunt peruerſam voluntatem

A auerſam à Dei iuſtitia in hoc, quod diligunt ea, pro quibus puniuntur, & vellent eis vti, ſi poſſent, hæc ille; ſecunda ſecundæ, quæſtione decima tertia, articulo quarto. Sic dum quis ex hac vita decedit cum gratia, non poteſt eius voluntas immutari, ita vt poſſit non diligere Deum, tamquam ſuum vltimum finem, vel poſſit non habere charitatem, vel poſſit reſpuere Dei gratiam, ſed benè poteſt eius voluntas

B per accidens immutari, pro quanto poſt mortem remouetur impedimentum illud, quo voluntas eius adhærebat peccato veniali. Remouetur inquam tunc impedimentum complacentiæ in peccatum veniale, per fortem impulſum charitatis repugnantem impedimento, quod erat appoſitum ex obice venialis peccati, & ſic ad remotionem

C ipſius dicitur immutari volũtas poſt mortem, quæ tamen non eſt immutatio eſſentialis, ſed accidentalis. Argumentum autem loquitur de eſſentiali mutatione voluntatis, quæ non accidit poſt mortem. Et hęc omnia eliciuntur de doctrina Diui Thomæ, queſtione ſeptima, de malo, articulo vndecimo, in corpore.

D

250. *Quæritur circa Sacramentum Extremæ Vnctionis, an ſit uerè ſacramentum, & à Chriſto inſtitutum, & de eius materia?*

Diximus ſupra, nos in primo libro noſtro impreſſo, tractaſſe de tribus ſacramentis, videlicet, de Matrim. de Pœnitent. & de Extrema

vnctione,

Digitized by Google

Vnctione, de qua, aliqua reliquimus, non quidem admodum neceſſaria: Veruntamen ad plenitudinem tractatus: reliqua nunc ſupplere decreuimus, ea quidem breuitate, qua per omnia ſemper ſolemus. In primis dicimus, quod hæc extrema vnctio, eſt verum ſacramentum, ſecundum omnes Catholicos, & conſequenter gratiam confert, iuxta illud Iacobi 5. Et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Ex quo patet, quod ſi peccator cũ ſola attritione hoc ſacramentum recipiat, recipiet gratiam virtute illius, & remiſſionem peccatorum, etiam mortalium. Item probatur, quod ſit ſacramentum, quia in cap. ad abolendam. de hæreticis. excommunicatur qui aliter ſentiunt de ſacramentis, quàm ſentit Romana Eccleſia, quæ in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. determinauit, quod Extrema vnctio eſt vnum de ſeptem ſacramentis Eccleſię, ergo ita tenendum eſt de fide, & oppoſitum eſt hæreticum. Hoc ſacramentum inſtitutum eſt à Chriſto, vt ſuprà diximus, de alijs ſacramentis. Nam inſtituere ſacramenta, pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quam ſolus Chriſtus habuit, & quam magiſter dicit ab Apoſtolis inſtitutum, intelligendum eſt, ſecundũ D. Thomam eſſe ab Apoſtolis promulgatum, licet Euangeliſtæ nõ curauerint tradere, niſi neceſſaria ad ſalutem, vt de baptiſmo, pœnitentia, & Euchariſtia, quæ ſunt ſacramenta neceſſaria.

De confirmatione verò, & Extrema Vnctione, propterea ſiluerunt, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem, quamuis fortè Marci ſexto, videatur

A fieri mentio de hoc ſacramento, cum duodecim oleo vngebant infirmos. Quantum ad materiam huius ſacramenti, eſt oleum oliuarum, & habetur ex verbis Iacobi quinto: Orent ſuper eum vngentes oleo. Et in capite vnico, de ſacra vnctione, & in Concilio Florentino. Sufficeret autem oleum roſaceum, niſi ſit multum corruptum. Hoc autem oleum de neceſſitate præcepti, debet eſſe be-

B nedictum ab Epiſcopo, vt patet in dicto cap. vnico, & debet eſſe conſecratum, quia materia omnium ſacramentorum debet eſſe conſecrata, ſeu ſanctificata. Quia eſt iuſtrumentum ad conferendam ſanctitatem. Materia autem ſacramentorum, quibus Chriſtus vſus eſt, non indiget alia ſanctificatione, quia per contactum ſui ſanctiſſimi corporis, eam ſanctificauit, vt aquam

C in Baptiſmo, panem in Euchariſtia. Materia verò extremæ vnctionis, & materia Confirmationis indigent benedictione, quia his ſacramentis non vſus eſt Chriſtus. Poſſet autem ſimplex ſacerdos, ex commiſſione Papæ, oleum conſecrare, vt tenet Paludanus, & Caietanus, tertia parte, quæſtione 72. articulo tertio.

D

251. *Quæritur, an ſit neceſſe, quod oleum extremæ vnctionis ſit conſecratum, & ſit de neceſſitate, vt ab Epiſcopo conſecretur, & ſolus ſacerdos ſit miniſter?*

RESpõdetur varias opin. de hoc legimus, an ſit de neceſſitate ſa-

Digitized by Google

menti, vel de neceſſitate præcepti: nō eſt dubium, quod vſus Eccleſię ſic eſt, vt ſit de eſſentia ſacramenti, quod oleū extremę vnctionis ſit ab Epiſcopo cōſecratum. Ex S. Tho. in 4. d. 23. ar. 3. & Soto ibidem q. 1. art. 3. & Siluest. verbo, Vnctio extrema, §. 1. atque dicitur, quod ſacerdos ſolus eſt miniſter huius ſacramenti. Et non eſt dādum illis, qui ex infirmitate vſum rationis amiſerunt, & ante non petierunt, ſed ſi ſint tales perſonæ, de quibus conſtat, quod benè vixerunt, præſumitur, quod petijſſet, poterit dari, ſi autem erant perſonę malę vitę notorię, vel excommunicatę, & non oſtenderunt ſigna pœnitentię, dari nō debet. Quia ſemel malus, ſemper præſumitur malus, niſi probetur contrarium. de regulis iuris, lib. 6. ita ait S. Antoninus, 3. p. tit. 14. c. 15. & Silueſter verbo Vnct. extre. § 3. & Nauar. c. 22. num. 15. Nec debet dari peccatoribus obſtinatis, neque illis, qui in mortali perſeuerant, vt dicit ſanctus Bonauentura in 4. diſtinctione vigeſima tertia. An verò ſit dandum, antequam infirmus ſuſcipiat ſacramentum Euchariſtiæ, dico regulariter, quod non datur, ſed ſi detur, non eſt malum. Nec requiritur neceſſariò actualis confeſſio ad recipiēdum hoc ſacramentum, ſed ſolum requiritur confeſſio in voto. Inter infirmos cōputatur ſenex, quando ex ſenio propè eſt ad mortem etiam, quod ſine actuali infirmitate moriatur, vt dicit ſanctus Antoninus, tertia parte, titulo 14. cap. 15. §. 6. & Silueſter, verbo Extrema vnctio, §. 5 poteſt etiam dari hoc ſacramentum ſtatim baptizatis in articulo mortis exiſtentibus,

A quia etſi poſt baptiſmum non deliquerint, remanſit tamen in eis debilitas mentis, quæ nō tollitur omnino per baptiſmum, etiam deleta omni culpa, & pęna, vt ait ſanctus Anton. 3. par. tit. 14. c. 15. §. 6. & Silueſt. Vnctio extrema, §. 5. Preterea mortuo non poteſt dari, ſed ſi dubitetur an ſit mortuus, poteſt dari cum conditione, dicendo: ſi tu non es mortuus. Per iſtam ſanctam vnctionem, &c.

B ſed ſi moriatur, antequam verba finiantur, reliqua dimittantur. Ita ait ibidem ſanctus Antoninus. Vnctio fieri debet ſimul cum prolatione verborum formę. Dictum eſt etiam, quod omnis ſacerdos poteſt miniſtrare hoc ſacramentum, ſed aduertendum, quod debet eſſe proprius ſacerdos, verum proprio ſacerdote deficiente, quilibet ſacerdos in neceſſitate poteſt, & debet communicare,

C & vngere infirmum, credens proprium ſacerdotem pro rato habere. Neceſſitas enim non habet legem. Sic ait Summa Sacram. de Vnct. extrema, §. 220. & Silueſter ibidem, §. quarto, & Sotus in 4. diſtinctione vigeſima tertia, quæſtione ſecunda, articulo primo. Religioſis verò prohibetur ſub pęna excommunicationis, quam incurrunt ipſo facto, ne adminiſtrent ſacramentum Euchariſtiæ,

D & Extremę vnct. ſine licentia curatorum, & quamuis ratihabitio plebani non præſumeretur, non cenſentur Eccleſia in articulo mortis, infirmū, eo beneficio deſtituere. Ideo Religioſus ſacerdos in tali caſu poteſt conferre hoc ſacramentum. Et hanc opinionem ſequitur Sotus in 4. diſt. 23. quæſt. ſecunda. Vlterius dicitur,

quod

Digitized by Google

quod ſi Religioſus ſine dolo crederet hoc poſſe facere, vel habere ſuper hoc priuilegium, vel habere authoritatem, vel ignoraret hanc pœnam, aut crederet propter hoc non eſſe excommunicatum, nõ incurreret in excommunicationem, ſi hoc abſque cõtemptu faceret. & ita dicunt Caieta. in ſummula, verbo, excom. cap. 64. & Tabien. excom. 5. caſ. 11. §. 7. Et non præſumitur intentio Pontificis fuiſſe talis, vt illa prohibitio vergat in detrimentum Chriſtiani populi, vt benè notat Sotus, vbi ſupra. Tandem dicimus quod etiam extra neceſſitatem hoc ſacramentum à quolibet ſacerdote priuato, exhiheatur, tenet, licet adminiſtrans peccet: quia cõcurrunt omnia eſſentialia ad ſacramentum. Hæc Sotus in 4. diſt. 25. quæſt. 2. articu. 1.

F

252. *Quæritur an parentes poſſint iuſte exhæredare filios, ſi contra eorum voluntates matrimonia contrahant?*

RE ſpõdetur primo, quod ſi ſine iuſta cauſa, filij matrimonia cõtrahãt, contra voluntatem parẽtum, mortaliter peccant, cum in re tam graui, inobedientes ſint. Præſertim id intelligitur de filiabus. Idque quam plurimi doctores affirmant, ac etiam iuſtè eos exhæreditare poſſunt. Nam turpe eſt puellas procurare ſibi virum, & eſt contra honeſtatem; quia ſi ſe viro ſic tradat, apud omnes nationes, impudica præſumitur: & de facili, vt fra- A giles decipi poſſint: ideo in huiuſmodi multa conſilia fiunt. Hoc ius gentium confirmat ius Pontificum. 30. queſt. 1. cap. aliter. Vbi Euariſtus Papa ſtatuit, vt ſuo tempore non haberetur per nupta, quam non deſpõſaret Pater. Et Leo eodem loco, & Ambr. adducit in ſacra ſcriptura plura exempla. Veruntamen nequaquã per metum, & minas ſunt cogendę, nec filię, nec filij, vt accipiant, vel nõ B accipiant, quia matrimonium coactum nullum eſt, vt probauimus in primo noſtro libro impreſſo Quęſito 147. Et leges concedentes parentibus poteſtatem exhęredandi filios, qui ſine iuſta occaſione contra ipſorum voluntatem contraxerunt, iuſtiſſimę ſunt. Nam quot ſunt, qui amore perditi cum meretrice, & huiuſmodi infamibus contrahunt, vnde, & parentibus, atque etiam ip- C ſi reipublicę nocent: ideo quia cęci ſunt, oportet regantur à ſuis maioribus: aliter contra præceptum fit, de honore parentum, quod eſt contra ius diuinum, conſequenter peccatum mortale eſt; & quamuis D. Tho. 2. 2. quęſtione 104. articulo quinto, dicat, quod homo non eſt ſubiectus parentibus in hoc negocio nubendi, vel non nubendi, tamen quantum ad modum, quo obſeruari de- D bet, eſt ſubiectus, & regulari tenetur, vt leges iuſtę imperant. Quoniam matrimonium, vt eſt quidam humanus contractus, ideo principes circa illum leges condere poſſunt, quę ad bonum Reipub. ſpectant, quam ipſi regunt. Veruntamen ſi parentes iuſtam occaſionem prębeant, vt in his non ſint obedientes,

Digitized by Google

tes, non erunt culpabiles: vt quando filia à parentibus plus iuſto opprimitur, vel à nouerca indecenter tractatur: aut efficitur longę ætatis, id eſt, pluſquàm vigintiquinque annorum, intra quos æquum eſt vt nubat, parẽtes autem, ne illam dotẽt, vel ob ſuas priuatas vtilitates nuptui illam tradere recuſant, vel volunt filium, vel filiam accipere in coniugem laborantem infirmitate aliqua contagioſa; vel imprudentem, & amentem, vel ſenem, qui ferè coire nequeat, vel huiuſmodi. Quandò ergo ita occurrit, ſi aliquem bonæ cõditionis ſibi ęqualem ex ſe ſponte accipiant, non ſunt inculpandæ, nec vlla pœna mulctandæ ſunt. Hæc Salon ibi in 2.2. D. Th. quæſtione ſua 5. de Dominio, articulo 5.

253. *Quæritur circa obſeruationem feſtorum, quid ſentiendum ſit, quid operandum liceat, quid non liceat?*

RESPÕdetur in primis quod omnia Chriſtianorum feſta, etiam dies Dominici contra Sylueſt. verbo, Dominica quæſt. 1. ſunt ſolo humano iure, & non diuino naturali, aut ſupernaturali præcepta, licèt in veteri lege præceperit Deus ſeptimum diem, ſeu in nouo Teſtamento, Apoſtolorum auctoritate introductum ſit, vt ille dies ſeptimus ſit dies dominicus, ſed habent fundamentum in iure diuino.

In præcepto colendo Deum per feſta noſtra, non præcipitur cultus diuinus interior in feſto, qui in meditatione interiori de Deo conſiſtit. Quia iſta meditatio interior eſt finis, qui non eſt idem cum re præcepta in feſto, at præcipitur cultus exterior audiendi Miſſam, ad quam audiendam requiritur attentio, vt ſit actus religionis, pręcipiturque abſtinentia ab operibus ſeruilibus exterioribus: hoc intelligo de cultu præcepto in obſeruantia diei feſto de præcepto.

Seruilia opera, quæ propriè ſeruientibus conueniunt: non communia omnibus prohibentur in feſto.

Licita tamen ſunt in feſto opera cultus diuini, & etiam licet docere verbo, & ſcripto. Item licitè fiunt in feſto omnia neceſſaria opera ad ſalutem propriam, & ad ſalutem corporalem proximi, & ad vitandum damnum imminens, & parare comeſtibilia, & piſcari licet, & in feſto per conſuetudinem Eccleſiæ quandoque aliqua licent.

Quatuor opera, licèt non ſint ſeruilia, ſunt prohibita in feſto. Prima, nundinæ. Secunda, iudicium ciuile, vel criminale. Tertia, iuramentum niſi pro pace, vel alia neceſſitate. Quarta, omnis proceſſus, vel ſtrepitus iudicialis, niſi pro pietate, aut neceſſitate vrgenti.

Opera ſeruilia ex ſe pia, vt veſtire nudum, alere pauperem, licitè fiunt in feſtis. Sed opera ſeruilia, quæ ex intentione tantum operantis ad miſericordiam ſunt directa, non licitè fiunt. Quia peccant, qui in diebus feſtis ædificant pontes pro bono Reſpublicæ, & etiam, qui

in

Digitized by Google

in diebus feſtis colunt, ſeruntque A terras ad ſubſidium Eccleſiæ præſtandum: etiam ſi prætextu pietatis faciant, niſi faciant ex vrgenti neceſſitate, & licentia Epiſcopi in dubio. At verò præparatoria ad feſtum, vt decoquere hoſtias, vel ornare templum tappetibus ante feſtum debent fieri. Quia intentio lucrandi non facit opus ſeruile, ideò quod licitè fit gratis in feſto, licitè, & principaliter poteſt fieri B in eodem feſto ob pecunias, ſicut in alijs diebus ſecundum Caietanum, & Medinam. Secundum Concilium Tridentinum, Religioſi etiam exempti obſeruare dies feſtos tenentur in ſuo Epiſcopatu ab Epiſcopo præceptos. Licet feſta de iure communi obſeruanda omnibus ſint determinata, tamen, quia conſuetudo alia ex his feſtis abſtulit, & alia inuexit: ideo conſue- C tudo regionis, & conſtitutio ſynodalis recepta non derogata debet ſeruari, & conſuetudo præſcripta. Quia in hoc multum valet conſuetudo præſcripta: ideo vbi talis inualuiſſet conſuetudo, vt ſeruarentur feſta à media nocte vſque ad meridiem, vel vſque ad ſolennia Miſſarum peracta, poſtea opera ſeruilia fieri, ſed iam conſuetu- D do præſcripta apud nos inuexit, vt paſſim fieri videmus, vt à media nocte vſque ad mediam noctem feſta ſeruentur, & in hoc caſu non ſunt ſeruanda à primis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas, quamuis ius commune hoc præcipere videatur. Vnaquæque ciuitas tenetur ſeruare feſta eo modo, & tanto, quanto conſuetudo præcipit obſeruari. Et obſeruare debet quiſque feſta loci illius, vbi pro tunc degit, & non ſuæ Patriæ, ſed loci, vbi ſe inuenit, quia axioma commune ait:

Cum fueris Romæ, Romano viuito more. Idemque obſeruandum eſt in ieiunijs, ouis, & carnibus comedendis: quia in his conformare ſe tenetur quiſque cum loco, vbi ſe inuenerit pro tunc cap. 13. numero quinto. Operandi gratia adeuntes alias regiones non feſta ſuæ patriæ, ſed illarum regionum ſeruare tenentur. Nec peccant qui eodem die feſti ſuæ patriæ commeant ad laborandum in alia patria, vbi non ſeruatur feſtum, dummodo Miſſam audiant prius, ſi eodem die egrediantur. At Nauar. vt ipſe ait ſe putauit obligatum ad audiendam, vel dicendam Miſſam in populis, vbi ante meridiem tranſibat agens iter, vbi ſeruabatur aliquod feſtum, quamuis dicat ſe credere ſolum tranſitum non adeo obligare, quod confirmat Medin. dicens: Quod viatores tenentur ad eas leges, quæ ſeruantur in locis, vbi ſe inueniunt, niſi ibi ſe inueniant per modum tranſitus. Excuſant à peccato tranſgreſſionis feſti exiguitas operis tunc exerciti. Secundò neceſſitas etiam corporalis. Tertio detrimentum imminens rebus etiam proximi, quod non poteſt differri, aut præueniri. Hinc agricolæ, Fabri ferrarij, Tabernarij, Macellarij, excuſari ex his cauſis poſſunt. Secundum Caietanum, non excuſantur Agaſones noſtro idiomate, *mulattieri*, qui

qui cum poſſint ſe continere, ſi profi tiſcantur his diebus feſtiuis, niſi ante, vel poſt audiant Miſſam, & loquimur etiam de Agaſonibus onerata iumenta portantibus, quia conſuetudo effecit, vt audita Miſſa i die feſto iter fieri poſſit. Excuſantur etiam famuli à violatione feſti, aliàs paſſuri damnum ab Heris, niſi obtemperent, qui mandato Domini iniunctum opus implent in die feſto, dum id operis non iniungatur in contemptum diei feſti, maximè ſi audita Miſſa id operis faciant, excuſantur. Excuſanturq; in prædicto caſu, à violatione feſti, vxores, & famuli, qui mandato maritorum, & dominorum impediũtur. Licita eſt vẽditio exercita paruo tempore, vbi iam æſtimatũ eſt pretium, & negotiatio in nundinis exigua, niſi fiat non audita Miſſa, aut contra iuſſum epiſcopi, ſicut etiã ſi fiant aliqua, damni vitandi cauſa excuſantur à violatione feſti.

Inſuper quando iam ſic conſuetudine præſcriptum eſt, & nulla eſt prohibitio noua à potente prohibere ſuper hoc, licet audita Miſſa negociari in die feſto, etiam maiori die Dominico, quia conſuetudo poteſt tollere, & moderari feſti diem, & nundinarum, ſicut modica eſt obſeruantia feſtorum quoad res: Quæ in auctione venduntur auctoritate iudicis, vel aliàs. Apud nos, vbi feſta incipiunt à media nocte, vſq; ad aliam mediam noctem, Tonſores vſque ad mediam noctem poſt vigiliã, tondere poſſent ſine priuilegio Euangelij. Nec tondere vnã barbam erit, niſi veniale, maximè exiſtente cauſa. Nõ peccant in feſto piſcantes thunnos, halecia, ſar-

A das, quãdo piſces ij certis diebus veniunt, & illicò aufugiunt. Licet molere in feſtis in molendinis fluminũ, & ventorum, quia minimo labore indigent, maximè accedente conſuetudine, & nulla exiſtente prohibitione Prælati in cõtrarium, ſecus eſt de molitura piſtrinorũ, niſi excuſet in hoc magna neceſſitas: quia hæc molitura piſtrinorum magno indiget labore, & occupatione, ideo in die feſto non

B eſt licita. Peccat laborans pro pauperibus in feſto, etiam audita Miſſa: niſi magna paupertas, aut vltima proximi, cum laborãtem excuſet, nec fit hic differẽtia de feſtis: niſi quod maius feſtum maiorem cauſam requirit, vt quis ab eius obſeruatione excuſetur. Non licet in die feſto reficere põtes ob pietatem viatorum, niſi magna vrgeat neceſſitas, & cum licentia epiſcopi. Aliter non potentes ſe ſu-

C ſtentare, licitè faciunt opus in feſtis, dummodo occultè faciant, vt vitent ſcandalum, ſed audita Miſſa, faciant ſecundum Caieta. Venari in feſto licet, audita Miſſa, etiam iumenta vacua conducere, immo onerata itinerando, licet Doctori conſilia præbere in feſto ob quæſtũ, & etiam informare iudicem licet, & aduocati, & procuratores verbo, aut ſcripto, etiam ſi ob pecuniam faciunt, vt ait Nauarr.

D Caietan. Med. 1. contra Silueſt. Quia iſta opera nõ ſunt ſeruilia. Non licet iudici in die feſto audire litigatores, niſi ob pietatem, & miſericordiã, vel neceſſitatẽ. Quæ ab eccleſia ſunt ꝓhibita non licet operari, licet nõ ſint ſeruilia, niſi pietas, & neceſſitas excuſet, cum ruſtici alijs dieb⁹ his vacare nequeũt. Tranſcribere librum, vel in-

ſtrm

ſtum ob quæſtum, ſeruile opus eſt, & mechanicum, licet ſcribere de ſe non ſit ſeruile opus. Sicut pingere eſt opus liberum, & ideo licet gratia recreationis pingere in feſto, tamen ſi pingat ob quæſtum in feſto, iam fit opus ſeruile, ita in caſu tali. Ex regula ipſius Caietan. ait Medi. dicentis, quod opera, quę fieri poſſunt i feſtis, etiamſi ob pecuniam fiant, non violant feſtum. Licet etiam conſcribere literas, conſilia, inſtrumenta in feſto, etiam ob lucrum, ſicut tangere organa, & alia inſtrumenta ob quæſtum, quum non ſint opera ſeruilia. Ex neceſſitate operās in feſto nil incurret, etiam excōmunicationem poſitam, cum neceſſitas legem non habeat. Ex conceſſione Eugenij IV. operantes in feſto ſanctæ Crucis, & ſancti Michaelis menſis Septembris, & ſancti Silueſtri, & Innocentium, nō peccant mortaliter. Qualiter Miſsā quis audire debeat, vide verbo, Miſſa, in hoc libro, & illo impreſſo, & multa dubia ibi declarantur ſcitu neceſſaria ad Miſſam. Hæc Lopez, cap. 52. primæ partis.

254. *Quæritur, an filij naturales ſpurij, aut manzeres non nati ex damnabili concubitu ſecundum leges ſuccedant matri, carenti legitimis ab inteſtato?*

RESpondetur affirmatiuè. Nō tamen ſic ab inteſtato ſuccedunt patri, etiam carente liberis legitimis. Sic ait Sot. ibi ſupra, & rationē leges aſſignant, quia mater vtique certa eſt de ſua prole, ideo leges ſic ei concedunt, non autem patri, cum ipſe non tali certitudine teneāt, quod ipſa pro

A les ſit ſua, conceditur talis facultas. Filij adulterini ex concubitu damnato, vel ex ſtupro, vel inceſtu nati, ſecūdū leges, neque patri, neque matri, in foro exteriori ſuccedunt ab inteſtato, neque ex teſtamento, ſed ſolum tam pater, quàm mater, etiam ſi non careant legitima prole, quintā partem aſſis ſuorum bonorum eis, & legare, & donare poſſunt. Hæc eſt Soti, quia hoc non prohibet lex Taurenſis, &

B quia iſta quinta quota bonorum extraneis quoque poterat legari, ita in recopilatione nona legum, l. 7. Quinto, tit. 8. 1. 291.

Sed quis dubitare fortè poſſet, an mater, cui ſuperſunt aſcendentes parentes, & aui, ſi tamen careat legitima prole, tunc filio naturali, à ſe habito teneatur relinquere omnia bona ſua, excepta quinta parte.

C Reſpondetur in hoc caſu, mater non ſolum poteſt, ſed etiam in conſcientia tenetur, etiam ſi aſcendentibus non careat, ſi tamen legitima prole caret, excepta quinta parte aſſis, filium naturalem illegitimum in tota ſua ſubſtantia inſtituere hæredem. vt patet in ipſa lege ſupra citata, vbi ſancitur, quod in hoc caſu, matri filij naturales, vel ſpurij, ſuo ordine, & gradu ſuccedant, vt legitimi hæredes, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inte-

D ſtato, dummodò tales ex dāmnato, punibilique concubitu, non ſint ex parte matris procreati: quia tunc neque ex teſtāmento, neque ab inteſtato, iſti poterunt ſuccedere matribus: licet in morte, & in vita quinta pars poſſit illa dari, ideſt, quæ permittitur pro anima poſſe legari. Interpretaturque ibi lex tunc appellari, & eſſe

dam-

Digitized by Google

damnatum, & punibilem concubitum, quando mater ob talem concubitum, ſecundum leges, pęna mortis naturalis plectēda venit. De patre autem dicendum quoq; videtur. Quare ſit iſta concluſio. Pater carens legitima prole, etiam ſi aſcēdentibus parentibus, & auis, & proauis non careat, licet in omnia bona ſua filium naturalem illegitimum, dum legitimis caret, ſucceſſorem, & hæredem ſibi præſtituere poſſit: nō tamen in cōſcientia ad hoc tenetur, quia lex hoc ei facere poſſe indulget, ſed non cogit, & meritò, quia nō eſt de tali prole certus. Nam ſatis eſt patri, ſi talem filium naturalem pro ſuo tantum recognoſcat, aut ex vehementibus coniecturis, agnoſcat, ſibi perſuadeat pro ſuo fore recognoſcendum: ſi tantum alimenta neceſſaria ei ſubminiſtret: ſed in hoc caſu, filio naturali huic bona ſua nolit relinquere, opinor parentes, ſi quos habet, de duabus tertijs partibus ſuorum bonorum nō poſſe defraudare. Cōcluſio hæc patet, quia in l. 10. Taurenſi dicitur, quod pater carens legitimis, poſſit legare bona ſua naturalibus filijs in toto, quod voluerit: p id ergo, quod ait, lex in toto, quod voluerit, liberum ſibi, an velit legare eis, vel non, relinquit. Hęc Lopez. c. 18. ſecundæ partis.

255. *Quæritur, an vltra quintam partem, aliquo intuitu, poſſint parentes filijs adulterinis aliquid donare, vel legare, ſiue in teſtamento, ſiue extra teſtamentum?*

RESpondetur, quod tā patres dantes, quàm huiuſmodi filij recipientes, ſi de iure naturali agamus (dummodo legitimis præiudiciū non fiat palàm huiuſmodi donationes, & legata fieri non eſſe prohibitum, manent liberi, tum à culpa mortali, tum etiam à reſtitutione in conſcientia. Sed quod ingerit difficultatem, eſt, an leges ciuiles, quæ perſtant prohibētes prędicta legata, & donationes, ita ſint pęnales, vt more legum pœnalium, nullatenus obligent in cōſcientia, ante condemnationem. An verò ſint leges inhabilitātes, & ipſo facto huiuſmodi adulterinos, ſeu ex damnato concubitu genitos, vel clericorum filios, inhabiles, & incapaces eſſe pronuntiantes ad huiuſmodi bona, vel legata à parentibus recipienda: quod ſcire maximè refert, quia ſi inhabiles fiant, ſtatim ante condemnationis ſententiam tenebuntur ſic accepta reſtituere in conſcientia.

At verò ſub diſtinctione reſpondendum eſt, de filijs notis: Nam alij ſunt filij ſecularium, alij clericorum, vel religioſorum. Nam de his licet nulla ſit prohibitio de iure communi, ſed leges peculiares regnorū Hiſpaniæ in dubium reuocant. Quare pro his dicimus, quod filij noti ſecularium ſolūmodo legibus regni prohibentur iure hæreditario in bona paterna ſuccedere. Pręterea, dicimus, quod pater ſi aliquid committit amico ſub fidei commiſſione, vt illud tribuat ſuo filio ex adulterio ſuſcepto, amicus hic tenetur ius naturale ſeruare, hoc eſt dare filio, & filius poteſt licitè tunc recipere, ac ſi eſſet extraneus. Itaque omnia bona ſua illi poteſt ſuus pater ſic dare filijs, ſi careat legitimis, ſed filios perſtantes legiti-

mos

mos non poteſt exhæredare, niſi vſq; ad quintam partem, neque interuenit peccatum. Si autem fiſcus petierit, ſtandũ eſt foro exteriori; hæc concluſio hinc ſic perſuadetur, quod cũ lex ſit in odium filiorum, non eſt dilatanda, vltra quam ſonat. Non autem lex prohibet, niſi eſſe hæredes, ergo extra teſtamẽtum, pater ſua bona donans adulterinis filijs, hac via, non agit contra rigorem legis, neque in eius fraudem, quia lex pęnalis tãtum ad id obligat, quod ſonat. Hęc Lopez loco ſupra citato, c. 18. 2. part.

256. *Quæritur, an fides ad fructuoſam abſolutionem ſacramentalem neceſſaria ſit, qua fide pęnitens credat certiſſimè ſe eſſe abſolutum à Deo?*

VIdetur affirmatiuè reſpõdendũ, quia oportet fidẽ habere ad verbum Chriſti dicentis: Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis: quia non ſacramentum, ſed fides ſacramenenti iuſtificat, ſecundum illud S. Auguſt. Sacramentum abluit, nõ quia fit, ſed quia creditur. Præterea, quia ad ſacramentum pœnitentiæ accedit homo petens à Deo remiſſionem peccatorum: ſcriptũ eſt autem: Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. & S. Iacobus dicit: Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans; Ergo, &c. Reſpondetur ad euidentiam horum, ſciendũ eſt, nouitatem ſuper exortam eſſe, qđ huiuſmodi fides à Deo exigatur, vt plus, quàm contritio requirenda ſit, & damnandi ſint omnes, qui nolunt confidere ſeſe abſolutos, donec certi ſunt ſe ſatis contritos. Fundatur aũt phantaſia iſta, primò ſuper communiſſimis ſcripturæ auctoritatibus de fide, ac ſpe in verbo Dei, puta, Memor eſto verbi tui, in quo mihi ſpem dediſti, & ſimilia infinita; ſecundò ſuper cõibus de efficacia ſacramentorum, ſ. quod fides eſt, quæ in ſacris operatur. Tertiò ſuper ſpecialis Chriſti Verbi ad propoſitum pertinentis efficacia certiſſima. Quodcunq; ſolueris ſuper terrã, &c. Ex huiuſmodi ſiquidem efficaciæ certificatione deducitur, oportere confitentẽ ſe credere abſolutum, ſi ſacerdos abſoluat, ſiue erret, ſiue non erret, ſicut etiã certus eſt ſe eſſe baptizatum, etiamſi ſacerdos erraret ipſum baptizando. Adiungũt quod dicendo, quodcunque ſolueris ſuper terram, dedit poteſtatem dicendo erit ſolutum, excitauit fidem de effectu.

Nouam aũt hanc inuẽtionem, alienam eſſe ab Eccleſiaſtica doctrina, facilè patet, diſtinguendo de duplici fide, quã habere poſſumus, ſ. vel acquiſita, vel infuſa; nam ſi ſermo eſt de fide infuſa, quæ eſt vna de theologalibus virtutibus, cuius plena eſt ſacra ſcriptura, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & per quam ſancti vicerũt regna, cõſtat quod illa eſt neceſſaria ad ſacramentum pœnitentiæ, quoniam ipſius non niſi fideles Chriſti baptizati ſunt capaces: ſed huiuſmodi fides, licet ad ſacramenta ſe extendat, vt patet in Symbolo, non tñ ſe extendit ad hæc ſingularia, puta, quod hoc ſacramentum ſit, & quod in hoc ſit effectus ſacri: v. g. tenemur credere vnũ Baptiſma in remiſſionẽ peccatorũ, ſed non tenemur credere, quod dũ iſte ſacerdos abluit Ioſeph adultũ

Iudæum,

Iudæum, dices: Ego te baptizo in nomine Patris, &c. ſit Ioſeph verè conſecutus gratiā Dei. Et characterem, quia ex intentione baptizātis, vel baptizati, poteſt occultè fuiſſe ſimulatio talis, quod non intenderit illa facere, quod facit Eccleſia, aut Ioſeph non intenderit ſuſcipere baptiſma. Et hęc quoad characterem ſit; quoad gratiam verò, qui baptizatur non habens voluntatem relinquendi peccatum, non conſequitur gratiam. fidei verò infuſæ id non accidit, quia fidei infuſæ, vtpotè diuinæ voluntati innixæ, non poteſt ſubeſſe falſum. Ad fidem infuſam ſpectat credere, ſi facit quod in ſe eſt, conſequi gratiam. Sed hic totus cardo ſeruatur: vt quis verè ſit bene diſpoſitus; quia in hac vita ſemper dubij ſumus, an in gratia ſimus; fides ergò omninò requiritur quantum ex parte noſtra eam habere poſſimus, & Deum orare, vt infuſam cordibus noſtris ingerere dignetur. Et per hæc ſoluuntur omnes dubitationes. Caietan. in opuſcul. tom. 1. tracta. 18. q. 5.

257. *Quæritur, an qui impotens eſt recuperare rem ſuam, vel aliquid ſibi debitum per viam iuris, accipiendo illud furtiuè ſine ſcandalo, coram Deo committat peccatum?*

VIdetur affirmatiuè reſpondendū; in nullo enim caſu eſt licitū propriam iniuriam, priuata auctoritate, vindicare. Ergo nec recuperare ꝓpria bona. Nam ſicut mihi debentur de iuſtitia bona propria, ita & ſatisfactio iniuriæ; ideò talis, priuata auctoritate, recuperans bona propria, agit A contra iuſtitiam communem prohibentem, ne quis in re ſua ius ſibi dicat, ergo committit peccatum coram Deo, ſi ſic ſurripiat.

Reſpondetur in cōtrarium. Nam ratio poſtulare videtur, vt in defectu iudicis, meliore modo, quo poteſt, vnuſquiſque ſe indemnem conſeruet, etiam ſi priuata auctoritate id faciat. Pro explicatione autem huius difficultatis, aduertendum eſt, ex Caieta. B quòd aliud eſt, quantum attinet ad præſentem diſputationem, loqui de eo, quod regulariter debet fieri; aliud autem de eo, quod eſt faciendū particulari, in quo, vel propter detinentis, vel iudicis iniuſtitiā, vel propter defectum probationis, vel propter maius damnum amicitiæ, aut pacis, aut rerum, non poteſt quis rem ſuā, aut ſibi debitā, via iudicis retinere. Nā regulariter loquendo, certum eſt, nemi C nem poſſe, ſine peccato, priuata auctoritate, rem ſuam recuperare, maximè ſi via iuridica facilè eſt potens illam obtinere: quia id eſſet iudicium ſibi vſurpare, prætermiſſo ordine iuris, qđ regulariter loquendo ſine peccato fieri nequit. At verò, quod in caſu particulari, exurgente aliqua neceſſitate id fiat, nullū eſt peccatum, quia non eſt vſurpare iudicium: ſed potius ius, quod ſibi ex iuſtitia debe- D tur, exequi, vt dicit Caiet. in iſto com. Quod & confirmari poteſt iſta ratione. Licita eſt recompenſatio priuata auctoritate facta, vt diximus aliàs, v.g. Debet mihi Petrus centū, & ego debeo eidem totidē, licitum eſt mihi ex cauſa rationabili propria auctoritate facere talium debitorum recompenſationē; ſed quando accipio rem

meam,

meam, quam aliter recuperare non A poſſum, virtualiter facio debitorum recompenſationem: ergo licitè id facere poſſum. Sed eſt aduertendum, quod ad hoc, vt talis priuata acceptio, iuſta ſit, multæ requiruntur conditiones. Prima eſt, quod certum ſit rem accipiẽti deberi. Nam in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. Secũda, quod accipiens ſit certus non poſſe ſine maximo incommodo, via iuridica rem ſuam recuperare. Tertia, B quod caueatur diligenter, ne debitor iteratò acceptam reſtituat, ſed debet accipiens debitorem talis acceptionis admonere, ne per ignorantiam, iniuſtitiam patiatur, bis idem reſtituens, vt ibi ait D. Thom. Quarta, qđ nunquam res propria per violẽtiam accipiatur. Vnde ſi aliter, quam per vim non poteſt quis recuperare bona ſua, cẽſendus erit ſine remedio: cum poſtponẽdum ſit bonum priuatum C commodo, & tranquillitati publicæ, quam per illationem violentiæ neceſſum eſt perturbari. Sed eſt aduertendum, quod quando aliquis contra iuſtitiam, ac etiam per violentiam accipit rem ſuam, licet peccet mortaliter, non tamen tenetur illam reſtituere, nec reſpondere ad ſententiam excommunicationis contra illius rei acceptores latam. Tum etiam quia quamuis peccauerit accipiendo, non D tamen peccat retinendo, & ſic non obligatur ad excommunicationem reſpondere. Hæc Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. quæſtione 66. articulo quinto.

258. *Quæritur an furtum ſit leuiſſimum omnium peccatorum, quæ fiunt contra præcepta Decalogi?*

VIdetur ſecundum Martinum de Magiſtris in tractatu de temperantia, quæſt. 2. & Durand. 4. diſtin. 33. q. 2. ſimplicem fornicationem leuiorem eſſe culpam, quam furtum. Idque probant: Nam furtum eſt per ſe malum, fornicatio autem ſimplex non eſt per ſe mala, ſed ſolum eſt mala, quia prohibita. In Deut. 23. dum dicitur. Non erit meretrix ex filiabus Iſrael. & Apoſt. ad Eph. 5. inquit. Omnis fornicator, &c. non habebit hæreditatem in regno Chriſti. Secundò furtum eſt contra iuſtitiam, fornicatio autem tantum eſt contra temperantiã, quæ minus peccatum eſt, ergo furtũ eſt grauius peccatum, quam fornicatio. Quia vt communiter dicunt Philoſophi, illud eſt peius, cuius oppoſitũ eſt melius. Furtum enim prohibetur expreſsè in Decalogo, quando dicitur: Non furtum facies. Simplex autem fornicatio non prohibetur expreſsè in Decalogo, ſed tãtum prohibetur adulterium, cum dicit. Non mœchaberis: quod ſignificat non adulterari. Tertiò, nulla fuit vnquam tam barbara natio, quæ ignorauerit furtum eſſe peccatum: multę autem nationes ignorauerunt in lege naturæ, fornicationem eſſe peccatũ. Imò & adhuc poſſunt eſſe aliquæ adeò agreſtes, vt talis ignorantia ſit illis inuincibilis. Ergo furtum ex genere ſuo eſt grauius fornicatione. Et confirmatur. Furtum maiori infamia notatur, quam ſimplex fornicatio,

Digitized by Google

tio, quod non fieret, niſi eſſet grauius peccatum, ergo, &c.

Reſpondetur tamen contrariā ſententiam teneri communiter ab omnibus Theologis ſequentibus D. Tho. 2.2.q.154.art.3. Abſolutè aſſerentē fornicationē genere ſuo, grauius flagitium eſſe, quam furtum, quod nullus ſanæ mentis negare poteſt. Probatur. Illud eſt grauius, quod eſt contra magis bonum, ex genere ſuo, quā furtum. Eſt enim fornicatio contra bonum vitæ futuræ prolis, quia, quæ ex vago concubitu naſcitur, ſi ad rei naturam ſpectes, nec educari rectè, nec ali commodè poteſt: vita autem præſtantius bonum eſt exterioribus bonis, quæ furto auferuntur: ergo fornicatio eſt iniquior furto genere ſuo. Nec valet, ſi dicatur, vt ille Martinus ait: accidentarium eſſe fornicationi, quod malè educetur, vel alatur proles, cum fornicarius poſſit habere, tū maiorem facultatem, tum etiam firmum propoſitum alendi, & educandi ſuos liberos, quam coniugatus. Licet ille dicat accidentariū, & quos nos dicimus conditioni vagi concubitus eſt natiuum. Ex natura enim rei, qui non ſunt matrimonio coniuncti, nec poſſunt rectè educare, nec cō modè alere prolem. Alioquin ſequeretur cōiunctionem matrimonialem nō eſſe vinculum naturale, quod omnes Philoſophi negant: cum omnis naturalitas vinculi matrimonij ex recta educatione filiorum deſumatur. Ex dictis infertur, furtum ex genere ſuo eſſe leuiſſimum omnium peccatorum, quæ fiunt contra præcepta Decalogi, cum ſit leuius fornicatione ſimplici. Cum hoc tamen ſtat, quod

A ex circunſtantijs, nempe, vel, quia res ablata eſt ſacra, vel magni pretij grauius reddatur.

Reſpondetur ad Martini argumēta, & aliorum. Dicendo eſſe errorem hæreſi proximum affirmare, fornicationem ſimplicem, non eſſe de ſe malam, nec contra ius naturale, quia in ſacra ſcriptura apertè dicitur, non eſſe fornicandum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod B fornicatio, etiam quodammodo eſt contra iuſtitiam, quæ circa futuram prolem ſeruanda eſt. Et quamuis in Decalogo tantum expreſſè prohibeatur adulterium, tamen in illo præcepto continentur omnia peccata luxuriæ, aliàs probaretur eodem modo, furtum eſſe peius nefando crimine, quod in Decalogo non exprimitur, quod eſt falſiſſimum.

Ad tertium dico, quod licet furti C nequitia apertior ſit, non rectè infertur, eſſe peiorem. Negatur etiam eſſe maioris infamiæ furtum, quam fornicatio. Vnde honeſtæ mulieri turpior eſt actus fornicationis, quam furti: licet viri propter ſuam corruptam conſuetudinem, infamius exiſtiment furari, quam fornicari. Hæc Arragona ſuper D. Th. 2.2.q.66.art.6.

259. *Quæritur, ſi fur furatus fuerit* D *frumentum tempore, quo villori pretio emitur, & poſtea pretium augetur, qualiter ſit reſtituendum, illo viliori, an auctiori. Sed de fure prius dicendum eſt?*

Reſpondetur breuiter, cum aliàs ſuper hoc ſcripſerimus, dicēdo primo, quod ſi res furata non vſu cō-

ſum-

ſumptis illis ſimiliter apud Dominũ erat peritura vt equus, ſi in poteſtate furis perit, nõ tenetur in conſcientia reſtituere rem, niſi tantum fructus, quos fur percepit, vel Dominus percepiſſet, ſi illam rem apud ſe habuiſſet, vel niſi quantum interfuit Domino illam rem ſibi ſubreptam non fuiſſe, quia illam fortè vendidiſſet antequam perijſſet. Secus ſi apud Dominum non erat peritura, quia tũc fur ſimul cum fructibus à ſe perceptis, vel à Domino percipiendis teneretur eam reſtituere. Hæc eſt Medinæ, & ratio eſt peruia, quia in hoc caſu, nihilominus creditor habet, quam habiturus fuiſſet, quia, vt ſupponimus, eodem modo res apud ipſum perijſſet.

Ad quęſtionẽ in principio poſitã, reſolutoriè dicimus, quod ſi fur decem modios v. g. tritici ſubfuratus eſt, tempore furti, valentes decem aureos, ſi poſtea eorum pretium ſubcreuerit ad viginti, ſi tunc quando creuerunt ad viginti, pro viginti aureis, eos Dominus vẽdidiſſet pro illis modijs viginti aureos ſoluere tenetur. Hæc eſt Medinæ, & patet, quia in iſto caſu, non obſtat, quod Dominus lęſus ex culpa furis lucrum per accidens reportet, ſcilicet, quia ſibi illi decem modij, ſi non ſubrepti fuiſſent, tantum pro decem aureis illos tempore furti vendidiſſet, ſed ratio quare pro illis decem modijs in hoc caſu fur viginti tenetur reſtituere, eſt, quia fur pro illo tempore, qui non debet eſſe melioris conditionis, quam mutuatarius, tenetur Domino decem modios reſtituere in eadem ſpecie, qui cum tunc in illa ſpecie, va- A riant iam viginti aureos, ſi in pecunia reſtituat, viginti aureos reſtiturus eſt. Hęc ex Lopez c. 67. 2. par.

H

260. *Quæritur an homicida captus à iudice, & ſuſpenſus maneat liber à debito ſatisfaciendi pro damno temporali, vel teneatur etiam illud compenſare, & reſtituere, ſi poſſit?*

B RESpondetur. Si homicida ſuſpendatur, iudice ita exigente ex officio, tamquam cuſtode iuſtitiæ, & parte læſa non inſtante, tenetur homicida, quãuis ſuſpendatur, ſatisfactionem debitam damnis illatis filijs vel hæredibus facere. Quod ſi ſuſpendatur, quia pars læſa inſtitit, nec voluit remittere, C vllo modo, non tenetur aliquid reſtituere, nec ipſe, nec hæredes eius.

Præterea. Homicida quando pars lęſa inſtitit, ſed remittit, antequam iudex incipiat procedere, tenetur etiam, ſi ſuſpendatur ad ſatisfaciendum de damnis, quod ſi remittat, quando iudex iam proceſſit, & virtute inſtantiæ partis, res delata eſt ad ſentẽtiam, vel imminet D ſententia, nil tenetur illi homicida reſtituere.

Prior pars patet, quia quãdo pars lęſa ita remittit, iudex nõ agit ex inſtantia partis, ſed merè ex officio, ſolumque exercetur in tali caſu, iuſtitia vindicatiua. Patet ſecunda: quia talis remiſſio iã eſt inutilis, nec tollit, quin homicida patiatur ob inſtantiã par-

tis, & quod pars omnem aliam A ſatisfactionem contempſerit, & condo nauerit præter necem homicidæ.

Ad Maiorem autem declarationem. Dico, quod homicida tenetur ſatisfacere omni iuſtitiæ, quam læſit, quãdo ſuſpenditur, iudice ita agente ex officio ſine inſtantia partis, ſatisfacit quidem iuſtitiæ punitiuæ, & vindicatiuæ pro peccato ſuo, & iniuria illata & occiſo, & Reipublicæ, cuius B ille erat membrum, non autem ſatisfacit iuſtitiæ commutatiuæ, ſecundum quam tenetur de damno illato, niſi reddens compenſationem pecuniarum debitã illi damno: ergo in hoc caſu tenetur illam reddere, & mandare illam in teſtamento ſuis hæredibus. Si verò pars læſa, vel eius hæredes remittant homicidæ damna illata, non tenetur ille reſtituere, ſed C quando pars læſa inſtat, nec vult remittere vindictam apud iudicem, etiam ſi ipſi ſatisfactio offeratur, aut venia poſtuletur, eo ipſo oſtendit ſe contemnere & reijcere omne genus ſatisfactionis, nec aliud velle, quam necem homicidæ, ergo in hoc caſu, homicida ſuo ſupplicio manet liber ab omni alia ſatisfactione. Quamuis de hac materia ſcripſerimus in alio noſtro impreſſo, quæſ. 90. Tamen in hoc præſenti, quædam appoſui valdè notanda ibi non deſcripta D vt hic videre eſt. Hæc Salon ſuper D.Thom. ſecunda ſecundę, quæſtione 62. articulo 2.

261. *Quæritur an Canonicis ſatis ſit, quod horas canonicas priuatim recitēt, vel potius ſub reſtitutionis onere, teneãtur illas in Eccleſiam canendo cum alijs perſoluere?*

RESpondetur, quod licet de hac materia aliàs ſcripſerimus in 1. lib. noſtro impreſſo, Quæſito 241. & multa alia notatu digna in pluribus Quæſitis de officio diuino illic habentur, tamen, quia hoc negotium eſt magni momenti, vbi ſępe clerici delinquunt, alia quędam maximè notanda addere decreuimus. Et in primis certum eſſe dicimus, quod licet Canonici priuatim horas canonicas dicant, ſi tamen ſui præſentiam corporalem in choro, non exhibeant, nõ ſatisfaciunt, nec lucrãtur fructus, nec diſtributiones, in foro animę. Et quidem de diſtributionibus eſt aperta determinatio Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. 12. quod etiam diffinitur in cap. vnico. de cleric. non reſident. lib. 6. & in cap. licet, de præben. & dignit. Imo Couar. variar. reſol. c. 13. num. 2. exiſtimat contraria conſuetudine, aliud introduci non poſſe, quia eſt cõtra naturam diſtributionum, vt non reſidentibus dentur, vt conſtat ex illo cap. vnico iam citato. Quamuis poſtea numero 8. illatio. 8. fateatur, quod qui præſens adeſt in loco, vbi eccleſia eſt conſtituta, non modo ob infirmitatem, ſed etiam ob alia legitima impedimenta, ex conſuetudine lucrari poſſet diſtributiones. De corpore autem beneficij ſimilis determinatio habetur in iure, in multis locis. Et ſic propoſita quæſtio ſolum

lum procedit de canonicis corporaliter choro intereſſentibus, & diuinū officium in camera perſoluentibus. Vtrum, ſcilicet, id ſufficiat, vt in conſcientia, fructus, & diſtributiones retineant: vel potius, vltra hoc requiratur, quod horas canonicas in Eccleſia canendo perſoluant. In quo Secundò eſt certum, quod ſi Canonici capellanos non habeant, vel ſi habēt non adſunt, tenētur ipſi ſaltem in cōmuni horas Canonicas pſallere, ſub onere reſtitutionis. Nam cum tunc, nec per ſe, nec per alios officium adimpleant, & defraudent Eccleſiā debito ſeruitio horarum, ad quod ſicut ob cauſam totalem, vel ſaltem principalem datur illis ſtipendium, ſit, vt ad illius reſtitutionem ſine dubio obligentur. Dixi, ſaltem in communi, ad ſignificandum debere ſaltem eſſe aliquos ex illis deputatos ad officium decantandum. Tertio etiam eſt certum, non teneri canonicos canere, cum officium dicitur in canto figurato, ſed ſatis eſt, habere capellanos, qui id muneris exequantur. Nō enim decet eorū grauitatem illo cantus genere vti. Quare licet tūc taceāt nec peccabunt, nec ad reſtitutionem erunt obligādi. Quartò etiam eſt certum, quod ſi adeſt aliqua iuſta cauſa, vera, & non ficta, non cantandi in choro, quando præſens eſt, vt infirmitas, vel aliquid huiuſmodi, nec amittet fructus, nec diſtributiones, immo nec amitteret, etiam omnino non cōueniret, vt notat Syluest. verbo, Beneficium. 5. quæſtione tertia, & alij. Habeturque in cap. vnico. de cleric. non reſid. libro ſexto, quod eſt intel-

A ligendum de iure communi. Nam ſi eſſet ſpecialis aliqua conſtitutio, vel conſuetudo, vt non lucraretur, niſi qui adeſſet, etiamſi legitimè abeſſet, illa videretur ſeruanda, quamuis ſit irrationabile. Sed quod habet difficultatem eſt, vtrum teneantur canonici pſallere in choro ſimul cum alijs, ſub onere reſtitutionis, vel potius ſufficiat, quod interſint horis, ſuppoſito, quod eas poſtea priuatim recitent. B Sotus lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. ar. 4. dicit ſtipendium dari illis, nō vt aſſiſtant, nec dumtaxat, vt ſit numerus, ſed revera, vt pſallant. Quib' verbis ſignificare videtur, quod niſi cecinerint, ad reſtitutionem fructuū erūt obligādi. Et probari poteſt hæc ſentētia. Quia beneficium datur propter officium, ſicut ob cauſam principalem, ſed canonicorum officium eſt diuina facere in choro, & non ve- C luti mutos ſedere. Ergo niſi id fecerint, obligandi erunt ad reſtitutionē. Conſequentia patet, nam quod ob cauſam datur, iure retineri minimè poteſt, cauſa non ſubſecuta, vt cōſtat ex toto titulo. ff. de condict. ob turpē cauſam. Secundò ipſum probatur ex Natura inſtitutionis canonicorum, quæ quidem eſt, non vt adſint tantum, ſed planè, vt pſallēdo aſſiſtant, vt patet ex Concil. Trid. ibi vt ſupra. D Vbi in hunc modum habetur: Omnes canonici per ſe, & non per ſubſtitutos diuina cōpellantur obire officia, atq; in choro ad pſallendum inſtituto. Hymnis, & canticis nomē Domini reuerentèr, ac diſtinctè laudare. ſi ergo hæc eſt natura, & ratio inſtituti ipſorū, ſit, vt debito ſui officij ſatisfa

cere non ſint dicendi, qui ſolam naturalem, & corpulentam præſentiam exhibent. Et confirmatur ex Concilio Baſileenſe, ſeſſio. vigeſima prima. Vltimò dicitur: Canonici cũ pſallendi gratia conueniant, iuncta, aut clauſa labia tenere non debent, ſed omnes præſertim, qui maiori funguntur honore, in pſalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur. Tandem probatur hæc ſnĩa ex Extrauag. Pij V. iam citata. Vbi poſt quam dixerat, non recitantes non facere fructus ſuos, nec diſtributiones, ſubdit: Tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum alijs præſens adſit fructuſque, & diſtributiones fortè aliter aſſignatas, ſolum præſentia, iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationẽ; aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendat, &c. Quibus verbis apertè ſignificat eũ, qui eſt choro addictus, non recitans cum alijs in choro, licet ſit præſens, non poſſe lucrifacere fructus, & diſtributiones.

His tamen non obſtantibus, ego, ſaluo meliori iudicio, nullam eſſe reſtituendi obligationem, exiſtimarẽ, dummodo canonici capellanos habeant, qui officium in Eccleſia cantent, & ipſi illud domi recitent, vel attentione quadam ſaltem externa corporis ſint aſſiſten tes, quicquid alij dicant, qui mihi non placent. Nauarr. etiam dicit in Enchir. de oratione, cap. 13. num. 17. & 19. Quod requiritur aliqualis attentio, ſaltem ad verba. Ad lucrandum enim fructus, atq; diſtributiones, neceſſarium eſt, vt Canonici Eccleſiæ præceptum

A adimpleant. Et certum eſt, quod licet demus Eccleſiam attentionem interiorem non præcipere, quod tamẽ præcipiat externam, nullus eſt, qui dubitet, hoc eſt; quod præcipiat in Canonicis, & alijs, qui choro interſunt, quandam compoſitionem, & reconciliationem externam, qua ſcilicet non ſcribant, vel confabulentur, & huiuſmodi, licet interius nihil attendant. Et ſi Eccleſia hanc præ-

B cipit, & ob id ſtipendia aſſignat ob orationem, inquam, ſi non veram, & meritoriam corã Deo, at certè apparentem exterius, quis dixerit eſſe, nõ dico veram, & meritoriam, ſed apparentem orationem illam, qua quis nec corpore intentus eſt his, quæ in choro cantantur, ſed murmurationibus, aut fabulationibus, aut alijs externis actibus occupatus eſt. Im-

C merito ergo putauit Corduba hunc eſſe a reſtitutione immunem, cum non faciat id, ob quod datur ſtipendium, non ſolum verè, ſed etiam neque fictè. Verum eſt, quod ſi non notabiliter tempore horæ, ſed modicè in his ſe occupauerit, vt ſi conſignet Chirographum, aut vnum verbum, aut alterum loquatur, non ob id tenebitur ratam illius diei, immo nec illius horæ reſtituere, quia parum pro nihilo reputa-

D tur.

Sed reſtat modò probare, quod non teneantur Canonici aliquam facere reſtitutionem, licet nõ cantent, ſed domi officium dicant, dummodo præſentes ſint choro, illique attentione aliqua, ſaltem corporali aſſiſtant, quod verius eſſe diximus

Digitized by Google

mus contra Sot. & alios. Hęc eſt ratio: Quoniam & ſi ſecundum rigorem iuris, & veterem Eccleſiarum reſtitutionem, & fundationem, canonici per ſe pſallere, & cætera diuina officia obire teneátur, tamen de conſuetudine iam à multis annis recepta, tolerata, & approbata oppoſitum cernimus obſeruatum, Papa, cæteriſque prelatis videntibus, & tacétibus. Præterquã, quod nec omni ea parte, priſca, & antiqua conſuetudo ceſſaſſe videtur, nam & miſſas per hebdomadas pſallendo dicunt, & in horis canonicis capitula, & orationem canunt. Epiſcopoque celebranti aſſiſtunt, & plura alia. Et ſic ſolum quoad horas introductum videtur, vt per capellanos, ipſis aſſiſtentibus, dicantur; cum igitur talis conſuetudo vigeat, & Prelati cõſentiunt, fit, vt nec non canentes peccent, nec ad aliquam teneantur reſtitutionem. Idem etiam poteſt probari ex diſpoſitione iuris, quod huic parti fauet quamplurimum. Nam in cap. primo de cleric. non reſid. libro ſexto, ſic habetur. Diſtributiones ijs, qui in choro affuerint, dentur. Et in Concilio Tridentino vbi ſupra, eadem prorſus verba ſcripta ſunt, citato prędicto capit. ex Bonifacio Octauo. Quod idem in cap. licet. de pręben. & dig. prorſus dicitur. Si ergo prędicta iura ſtatuunt quotidianas diſtributiones eſſe conferendas his, qui interſunt, & nil amplius, vt illis dentur, exigunt, fit, eos, qui adſunt, licitè eas percipere, iureque facere ſuas, & multo melius fructus ipſius beneficij, cum eorum loco diſtributiones fuerint ſubrogatæ, & per cõ-

A ſequens, ſint eiuſdem naturę, & eiſdem legibus ſubiectę, quoad cauſam eas percipiendi. Immò longè plura requiruntur ad diſtributiones lucrandas, quam ad fructus, vt omnes fatentur. Vnde vnius diei reſidẽtia videmus fructus lucrari, & tamen diſtributiones non niſi eius diei, quo reſidet.

Et ſi quis contra hoc objciat, quod licet ante Concil. Trident. conſue-
B tudo non pſallendi à peccato, & reſtitutionis onere excuſauerit, talis tamen conſuetudo nunc improbata eſt, & ſublata videtur, per idem Concil. quod dicit; Compellantur Canonici per ſe diuina obire officia, & non per ſubſtitutos, atque in choro ad pſallendum inſtituto, hymnis, & canticis; Dei nomen reuerenter, dignè, & diſtinctè laudare; Reſpondeo non dicere Concilium, quod
C Canonici teneantur obire officia per ſe, & non per ſubſtitutos, nec quod ipſi nomen Dei laudent in hymnis, &c. ſed quod compellantur id facere. Et ſic pręceptum non dirigitur ad ipſos, ſed ad prelatos, qui ſi in eo negligentes fuerint, peccabunt, non autem Canonici ſua vtentes conſuetudine. Fuit quidem intentio Concilij, vt prelati conuenientibus iuris remedijs, canonicos compellendo,
D do, eos ad priſtinum pſallendi morem, & primęuam inſtitutionem reuocarent, qua ſalutari, & antiqua cõſuetudine renouata officium pſallendo per ſe ipſos exercere, ſub mortali, & ſub reſtitutionis onere tenerẽtur. Cęterum quoad vſque id factum fuerit, licitè poterant ſua vti conſuetudine.

A Nunc relinquentes reſponſionem ad ſupradicta argumenta, tãtum placet ad vltimum reſpondere circa Extrauag. Pij V. quæ ſenſum illorũ verborum, ſi rectè expendantur, non dicit eſſe eum, quem arguendo afferebamus. Sed hic eſt planus ſenſus, quod ille, qui non recitauerit horas, ſcilicet, nec in choro, nec extra, quãuis choro adſit, prętendens ſola præſentia lucrari, non lucrifacit fructus, B nec diſtributiones; itaque illa particula cum alijs, non eſt iungenda verbo, recitans, quaſi voluerit Papa ſignificare, quod non recitans cum alijs in choro, non lucrifacit. Sed eſt iungenda illi verbo, præſens adſit, quaſi dicat, quod tenetur reſtituere, non recitans, tametſi ſit præſens cum alijs in choro, omnibus horis, prætendens ſola præſentia lucrari; & quod iſte ſit ſenſus, poteſt colligi ex eo, quod intentio Pontificis in tanta illa C Extrauagan. Erat condemnare non recitãtes vllo modo: Vti factum fuerat in Concil. Lateranen. ibi citato. Nam illa particula, ſola præſentia, declarat ipſum loqui nõ de dicente horas in camera, ſed de eo, qui ſolum, quia præſens eſt choro, vult lucra, fructus, & diſtributiones; nos autem non ſolam præſentiam ſufficere putamus, ſed etiam oportere recitare horas, ſal D tem in priuato, & ſic nihil obſtat dicta conſtitutio. Sic ſentit Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. articulo 13. contra Caietan. ſupra citatum. Sed mihi magis Caiet. opinio videtur conformari Concil. Tridentino, & Extrauag. Pij V. ſupra allegatis. Et hæc vltima illius reſponſio declaratiua illius Extrauag. videtur nimis extorta à ſenſu plano, & legitimo illorum verborum. Tamen nolo me opponere tanto doctori, cuius doctrina valdè mihi aliàs placet. Ideo in præſenti quęſito meliori me iudicio ſubſcribere intendo. Ludouicus Lopez in ſecunda parte ſui Inſtructorij cap. 96. aſſerit canonicos exiſtentes in choro, immò, & nihil officio vacãtes, licet alibi perſoluant, tenentur ad ſtipendiorum reſtitutionem, ſi receperint; dicit etiam de vocatis ad funera, ſi non orent pro illo defuncto, peccant, neque ſtipendium merentur, in conſcientia.

I

262. *Quæritur an teneamur pro inimicis orare?*

REſpondetur affirmatiuè, quia eſt præceptum Chriſti. Matth. 5. Orate ꝓ perſequentib. & calumniantibus vos. Vnde D. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtione 83. articulo octauo ait, quod eodem modo quo tenemur diligere inimicos, tenemur pro eis orare. Inimicos verò tenemur diligere, quoad naturam, non autem quoad culpam. Diligere eos in generali, ex præcepto tenemur, in ſpeciali vero, non tenemur, niſi in pręparatione animi, quando ipſe inimicus eſſet in aliqua neceſſitate, vel ſi veniam peteret. Pręter quæ diximus, ſi diligat, eſt actus perfectionis. Diligere eos in generali, eſt non excludere eos à communi oratione, & alijs benefi-

benefi-

beneficiis, quę communiter diſtribuuntur, ſecundum iuſtitiam diſtributiuam.

263. *Quæritur an inimico teneamur, vltra generalia ſigna etiam ſpecialia oſtendere dilectionis?*

VIdetur non teneri quis inimico oſtendere ſigna dilectionis ſpecialia, niſi in caſu neceſſitatis, vt ait D.Thom.ſuperius 2.2. quæſt.25. art.7.& 8.

Reſpondetur ſecundum eundem. quęſt. pręſenti 83. articulo octauo, quod non ſolum in articulo neceſſitatis quis tenetur, ſed etiam quando offenſor petit veniam, oſtendere illi ſpeciale dilectionis ſignum. Et ratio eſt. Quod cum communiter offenſi homines malam habeant voluntatem contra inimicos ſuos, ſi huic pręſumptioni communi adiungatur in ſpeciali, quod inimico petenti veniam, non annuit, probabilis, aut violenta opinio facit, quod malam habeat voluntatem, contra inimicum, ac per hoc, & petenti veniam datur occaſio ricidiuæ inimicitię, ex quo locum veniæ non inuenit, & alij ſcandalum. Vnde ipſa petitio venię tempus determinat, quo charitas debet neceſſariò exire in actū manifeſtationis cordis ſui erga inimicum: & ſic tempus petitionis venię eſt tempus neceſſitatis. Neceſſitas quidem eſt multiplex, quędam ex parte indigētię perſonę, vt paſcere famię morientem, & huiuſmodi; Quędam ex parte occurrentium conditionum, vt corrigere fratrem, habendo probabilem cognitionem, quod inde liberabitur à peccato. Et licet omnes huiuſmodi neceſſitates, comprehendantur ſub tempore neceſſitatis, vna tamen quādoque diſtinguitur contra aliam alicubi, & ſic accidit in pręſenti. Hęc Caie. in pręſenti art. ſcribit, idemque Arragona.

264. *Quæritur quomodo aliquis certus eſſe poſſit ſacramēta accepiſſe, cum neceſſe ſit intentionem miniſtri affuiſſe, qui quidem miniſter quandoque ſua malitia fallere poteſt?*

REſpondetur nihil obſtare, ſi miniſtri intentio non ſit nota, quia miniſter agit in perſona Eccleſię, cuius intentio, in verbis ritè prolatis exprimitur, quę ſufficit ad perfectionem ſacramenti: licet miniſter fallat. Idque intelligitur de adultis, quibus facientibus, quod in ſe in ſe eſt, Deus infinita ſua bonitate, in neceſſarijs omninò ſupplere credendum eſt. Non enim alligauit virtutem ſuam ſacramentis. Supplet inquam non quoad characterem, ſed quoad gratiam propter deuotionem ipſius ſuſcipientis. Ita ait Diuus Thomas tertia parte, quæſtione ſexageſimaquarta, articulo octauo, ad ſecundum, & ibidem Caietanus, & Sotus quarto diſtinctione prima, quęſtione quinta, articulo octauo. Dixi enim de adultis: quia de pueris non eſt eadem ratio, cum ipſi ante vſum rationis nullum motum deuotionis habere poſſint, nec fides parentum iuuat, quia nullus alteri primam gratiam mereri poteſt. Peribit ergo iſte puer

propter originale peccatum, dicente Chriſto. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto,non intrabit in regnum cœlorum. Nec alia datur via paruulis ad ſalutem, niſi per baptiſmum, aut illic Sotus. Et attendendum,quod licet miniſter malam habeat intentionem in conficiendis ſacramentis propter malum finem, dummodo intendat facere,quod facit Eccleſia,ſemper ſacramentum cóficitur. Peruerſitas enim miniſtri nó tollit veritatem ſacramenti, vt ibidẽ ait Diuus Thomas. Quamuis miniſter ſit infidelis,hæreticus, & nó credat in ſacramentis, quia non agit in virtute propria, ſed in virtute Chriſti, qui operatur per fidem propriam in adultis, vel per fidem Eccleſiæ in pueris. Sot.in 4. diſtinctione prima, quæſtione quinta,articulo nono. Et cum Baptiſmus ſit ſacramentum neceſſitatis, ideò omnibus conceditur poſſe baptizare in articulo neceſſitatis. Item cum character ſit indelebilis,ſi ſacerdos ſuſpẽditur,excommunicatur, vel degradatur, non amittit poteſtatem conficiendi, & conferendi ſacramentum,ſed amittit licẽtiam vtendi hac poteſtate, ideo conferendo peccat, excepto ſacramento pœnitẽtiæ, quod requirit iuriſdictionem,quam tales non habent,loquẽdo de excommunicatis notorijs, vt diximus in quæſito noſtro primi libri impreſſi 4. Et ita tenet D.Tho. vt ſuprà ead.quæſt.art.9.& q.82.artic.7.& 8.& Sotus in 4.diſt.1. quęſ. 5.articulo nono.

A 265. *Quæritur, an iudex in peccato mortali exiſtẽs,mortaliter peccet alios iudicando?*

VIdetur affirmatiuè reſpondendum,ſcilicet peccare mortaliter, nam Diuus Thomas 2.2. quæſt.60. articulo 2.ait. In grauibus peccatis exiſtentes, maximè ſi fuerint publica, non debent iudicare eos, qui vel in ſimilibus,vel in minoribus pecca B tis ſunt conſtituti.

Reſpondetur,quod Alexander,vt refert Silu.verbo iudex,1.§.10.tenet, quod omnes iudices,ſiue profani, ſiue eccleſiaſtici,in peccato mortali exiſtentes,peccant mortaliter iudicãdo.& Silu.verbo,Correctio.§.15.& 16.tenet,ꝙ ſaltem iudices eccleſiaſtici peccant mortaliter iudicando. Et idem tenet D.Tho.in 4.d.19.q.2.artic.2.& Palud.ibidẽ q.3.vnde Ioan. C c.8.ait.Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in ea lapidem mittat.

Contrariam tamen ſententiam tenet D.Tho. & Caiet. in pręſenti, & Sot.lib.3.de iuſt.& iur. q.4.art.2.& Silueſ.verbo,Iudex,§.12.quæ procul dubio eſt vera. Vnde ad illius explicationem ſit prima concluſio. Iudicare alium de conſimili peccato mortali,aut leuiori,ex ſe non eſt peccatũ mortale. Itaque Prętor,licet ſit adul- D ter non peccabit mortaliter iudicãs ciues adulteros, uel in alio peccato exiſtentes. Et idem eſt dicendum de alijs pręlatis,atque iudicibus. Quod debet intelligi de iudicio exteriori extra confeſſionẽ facto. Nã ſi quis in foro cóſciẽtię in mortali exiſtẽs aliũ abſoluat,peccabit mortaliter,ut omnes Doctores concedunt in materia de

de confeſſione. Sed probatur iſta cō A cluſio, primo, quia aliàs ſequeretur, quòd omnes gentiles iudicantes peccarent mortaliter: ſiquidē oēs ſunt in peccato mortali: conſequens autē eſt cōtra D. Aug. qui ſæpe ſæpius laudat Romanos de rectitudine in iudicando: ergo non eſt dicendum, quod iudicare in peccato mortali ex ſe ſit peccatum mortale. Quin potius addiderim, ait Petrus de Arrag. in eodem loco D.Tho. quod ex ſe talis iudex nō mortaliter, nec venialiter peccat, contra Sot. & Caiet. locis citatis. Facit.n. opus moraliter bonum, ſicut ille qui dat eleemoſinam, vel audit miſſam in peccato mortali: de quo certum eſt, quod nec venialiter peccat, niſi apponat malam circumſtātiam. Ita iudex, ſi conditiones requiſitas ad iudicium obſeruet, nullo peccato inficitur iudicando. Secunda concluſio. Iudex exiſtens in peccato publico, & ſcandaloſo, peccat mortaliter ferendo ſententiam, etiam iuſtam, potiſſimè in illis ſceleribus, quibus ipſe tenetur. Talis enim publicus peccator iudicans alterum de conſimili peccato, quantum eſt ex ſe, dat materiam ſcandali, & facit, vt iudicium, atque iuſtitia à populo vilipendatur, ergo mortaliter peccat. Ex hoc infertur, quod cum iudex ex officio, & ex iuſtitia teneatur ſubditos corrigere, & adhibere omnia remedia ad id neceſſaria, ſi tempus iudicij inſtet, & ipſe ſit in conſimili peccato publico, & ſcandaloſo, tenebitur agere pœnitentiam, & reſipiſcere, vel relinquere officium. Ex verbis Chriſti, quando dicit: Hipocrita eijce trabem prius de oculo tuo. Ex dictis infertur meritò Conc. Conſtantienſe, ſeſſ. 8. can. 15. dānaſſe Vviclephum aſſerentem, quod exiſtēs in peccato mortali, nec eſt verè Dn̄s, nec Prælatus, nec iudex. Hęc ex Petro de Arrag. ibidem, vt ſupra citatus eſt.

266. *Quæritur, an iudex ſuis legibus, vel à ſuis prædeceſſoribus conditis obtemperare in conſcientia teneatur, & relaxare ſubditis pœnas pro delictis commiſſis debitas, ſecundum prædictas leges?* B

Videtur non teneri: quia Princeps eſt ſolutus ſuis legibus, nec potuit ad illas à ſe, vel à ſuis prædeceſſoribus obligari, cum par in parem nō habeat imperium. Qui enim condit legem, ipſe tollere poteſt, ac diſpenſare ad libitum.

Rn̄detur ex D.Tho. 1.2.q.6.ar.5. lex habet duplicē vim. Coercitiuā, ſ. & directiuā. Quantum ad vim coercitiuam, Princeps non tenetur ſuis legibus, qa nullus ſeipſum punire dēt. C Benè tn̄ quantum ad vim directiuā, qa rō poſtulat, vt Princeps ſe ipſum dirigat, qūo alios dirigit. Aliquæ verò leges non debent legislatorē comprehendere, vti ſi pręcipitur ciues nō ſericā veſtem induere, hoc præceptū rationabiliter non debet Principem ligare. Præterea iudex inferior ſm leges ſcriptas ſe gerere debet, ſed Princeps nō eodē modo tenetur in oībus. D Imò ēt inferior qn̄que ad rigorē non debet ſemper iudicare; ſed rimari debet magis legislatoris intentionem. Et cum cōmunes leges ſint inſtitutæ ad cō: bonum, quotieſcunque videntur cōtra ipſum bonum ſuccedere in aliquo caſu, obſeruari non debent. Hæc rō dictat, pręcipuè in Principe.

Vt

Vt v.g. ſi præceptum eſſet ne portæ ciuitatis aperiantur, quando ciuitas obſeſſa eſſet, ſi tunc aduentarent aliqui adiuuantes, aperiri deberent.

Veruntamen etiam in ſimili caſu, inferior iudex id efficere poſſet, ſi nō ſubito Principem adire daretur. At ſi caſus daretur, vt quis morte dignus eſſet, qui Reip. vtiliſſimus foret, tunc ſolus Princeps condonare poſſet, nō autem iudex inferior. Præterea Princeps ex naturali iure ſe legis oneri ſubmittere debet; ne de illo dicatur, quod Chriſtus de Phariſæis dixit. Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Et cum leges humanæ pendent à lege æterna in conſcientia, obligant etiā ipſum Principem, qui & ipſe quoque eſt Reip. membrum. Ideo ſi ſine rationabili cauſa eas non ſeruat, mortaliter peccat: vt ſi Papa non confiteretur ſemel in anno, vel non ieiunaret tempore à lege præſcripto. Et ſi ſine rationabili cauſa diſpenſat, peccat mortaliter, niſi res ſit leuis, quia in re graui eſt ſcandalum, & graue detrimentum Reip. apportat. Atq; etiam remiſſio pœnæ iniuſta, quando, ſcilicet, iudex, etiam ſi Princeps ſit, relaxat pœnam homicidij, mutilationis, latrocinij, & huiuſmodi in damnum Reip. aut partis. Magnum Reip. detrimentum infert, cum mali impunè euadunt, quia mali creſcunt, & magis audient ad malum perturbantes, vulnerantes, & occidentes; & quādo pro pecunijs acquirendis, vitæ corū parcit, ſi ſine rationabili cā, id fiat, peccatum pluſquàm mortaliſſimum committit, imò reus eſt homicidiorū, omniumque malorum inde conſequentium, vt ait Caieta. in ſummula, verb. Iudex, ita etiam ait Nauarr. in Man. c.23. Arragon. in D.Tho. q.60. ar.5. & Sot. de Iuſt. & iure, lib.1. q.6. ar.7. Atque Salon. ſuper D.Thom. q.67. art.3. cum Silueſt. verb. Iudex. Denique ſi omnes defectus hic recenſere velim, quæ à Miniſtris juſtitiæ fieri ſolent, nunquam extremam imponerem manum. Nam quæ de iure, & ſecundum leges fieri deberent, nil, aut parum obſeruari, & à me ipſo comperi, & ab alijs quamplurimis audiui. Imò ab ipſis iuſtitiæ miniſtris quandoque certior factus ſum, quando iuſtitiā procraſtinant, vt magis lucrentur, propterea ad reſtitutionē tenentur de expenſis, & damnis illorum, quę patiuntur iniuſtè.

267. *Quæritur, an iudex videns malefactorem, ſi occidatur, certò damnandum, ſi verò ei parcatur, pœnitentiam acturum, & ſaluandum, debeat illi concedere vitam?*

Videtur ex diuina inſtitutione, in homine priuato, vita corporis, & omnia bona tēporalia eius ordinātur in vitam ſpiritualem ipſius, ſed in hoc caſu, ex hypoteſi poſita, vita corporea huius malefactoris eſt neceſſaria ad ſalutem ſpiritualē ipſius. ergo in hoc caſu condonanda eſt ei vita corporis, vt ſpiritualiter ſaluetur. At ſi occidatur, agitur cōtra præceptum charitatis, & eſt mortale peccatum. Præterea pęnæ temporales huius vitæ ordinari debent tamquam medicinæ animę, ſed hæc pœna eſt in damnationem, ergo malum.

Reſpon-

Reſpondetur tamen, quòd in tali caſu, iuſtè poteſt, & debet iudex occidere talem malefactorem, etiam ſi ſciret ſtatim damnandum. Quia ſi id admitteretur, omnes ita ſe gererent, fingentes ſe eſſe impœnitentes, & ſic peccata impunita manerent, in maximum damnum Reipublicæ, & eſſet contra iuſtitiam, & commune bonum, quod præponi debet cuicunq; particulari, ergo omnino eſt occidẽdus, imo illa pœna eſt ei medicinalis, & vtilis, quia ſi patienter illam ferat, ſatisfacit pro delicto, & fortè poteſt hoc medio ſtatim ad cœlum euolare. Vt ait Diuus Thomas, quod flagella huius vitæ, quamuis ſit neceſſe ſubire, poſſunt ad ſalutem maximè operari. Ac præterea proficiunt ſaluti aliorum non ſolum corporali, ſed etiam ſpirituali, cum à peccatis ceſſare faciant. Ideo debet eis tempus cõcedi, vt animæ ſuæ prouideant, ſacramenta deuotè ſumant, alij eos exhortentur ad veram contritionem, & huiuſmodi. Et per hæc reſponſum eſt ad argumenta in contrarium poſita. Ita habet Salon ſuper D. Tho. 2. 2. quæſt. 64. ar. 2.

268. *Quæritur, an liceat iudici occidere filios innocentes ob parentum peccata?*

Videtur licere, quia iuſtitia humana debet diuinam imitari: at Deus punit, & occidit filios propter peccata parentum, vt habetur Exo. 20. vbi dicitur: Ego Dominus Deus tuus fortis Zelotes, viſitans iniquitatem parentum in filios vſque in tertiam, & quartam generationem. A Vt viſum eſt in diluuio, in incendio Sodomę. Et Exodi 12. Ob peccata Ægyptiorum occiduntur omnes primogeniti Aegypti, & quamplurima alia exempla ſunt in ſacra Scriptura.

Reſpondetur tamen, quod iudex humanus non poteſt occidere filium pro peccatis patris ſine ſpeciali Dei reuelatione. Solus Deus poteſt occidere filios, etiam innocentes pro peccatis parentum, & è conuerſo, quia B vtitur re ſua pro libito, nullique facit iniuriam, cum ſit Dominus vitæ, & mortis. Hinc ſequitur occiſionem innocentis non eſſe intrinſecè malum ſimpliciter ſumptum, quia aliter non poſſet Deus illam facere, ſicut non poteſt mentiri, quia eſt intrinſecè malum. Sequitur, Deũ quando occidit aliquem etiam innocentem non diſpenſare in Quinto præcepto Decalogi, tum quia habẽs dominium C vitę omnium, nulla indiget diſpenſatione ad eam tollendam, tũ etiam, quia pręcepta Decalogi ſunt indiſpenſabilia. Et in Deuteronom. 24. dicitur. Filius non occiditur pro patre, ſed vnuſquiſque pro peccatis ſuis morietur. Et quando dicitur, vt ſupra. Viſitans parentum iniquitatẽ. Illa verba intelligenda ſunt de filijs imitantibus peccata parentum.

D Vnde poſt illa verba addit. His, qui oderunt me. Iudex ergo poteſt punire filios propter peccata parentum in bonis temporalibus, & honore, & fama, & exilio, & huiuſmodi, ſed in vita nullo pacto. Aliàs eſſet contra rectam rationem. Hæc Salon in D. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 3.

269. Quæ-

Digitized by Google

269. *Quæritur de infamia, quomodò intelligatur, vt poſſit ritè appellari infamia; & quid ſit clamoroſa inſinuatio: & indicia manifeſta, & ſemiplena probatio?*

RESPONDETUR, quod infamia eſt quidam rumor ortus de aliquo crimine, non à maleuolis, vel maledicis, ſed à probis, & honeſtis hominibus ſparſus inter multos. Colligitur hęc diffinitio ex cap. Qualiter, & quando, el 2. & revera ita eſt. Differunt autem hac ratione, vt infamia ſit, quando viri probi iudicialiter teſtantur eſſe talem rumorem, & famã de tali crimine, nõ inter maleuolos, vel maledicos, ſed inter viros probos, & honeſtos, vt ſupra diximus. Clamoroſa verò inſinuatio eſt vox totius populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudicium. Dicimus autem in diffinitione infamiæ, non à maleuolis, vel maledicis. Nam quæ de me viri iniqui, vel qui me odio proſequuntur, aſſerunt, nullam mihi iuridicè ingerunt infamiã. De huiuſmodi enim potius credendum eſt, velle illos mihi detrahere, & calumniari, q̃ verum aſſerere. Vnde quando, vel Aſtronomorum iudicio, vel alia via iniqua, vel diabolica de crimine alicuius, vt furto, vel adulterio, vel ſimili, ſuborit rumor, vt benè hic obſeruat Sotus, nullã habet vim, neque efficit famam in iudicio.

Sed quæres, qui numerus exigatur, vt rumor ſparſus dicatur verè, & in iudicio infamia, aut clamoroſa inſinuatio. Dico primò non ſufficere duos, vel tres teſtes, etiamſi ſub iura- A mento afferant eſſe publicam vocem, vel famam talis delicti à tali homine commiſſi, vt habetur in illo cap. Inquiſitionis. §. Tertiæ dubitationis. Nec ſufficit denarius hominum numerus, vt volũt aliqui iuriſtæ, in iſto cap. Inquiſitionis. Nã in populis magnis decem pauci ſunt, & iuxta regulas iuris; Nemo ob dicta paucorũ debet infamatus reputari. Vnde iudicium infamiæ ſumẽdum eſt arbitrio B prudentis, quando iam opinio dicitur eſſe cõmunis. Nec requiritur ad infamiam teſtes eſſe occultos, ſat eſt audierint à fide dignis, vel habuerint indicia, & coniecturas ſufficientes. Quamuis Caietanus hic vocet infamiam frequentem, & publicam vocem, per quam apud viros probos, & prudentes rationabiliter res illa efficiatur ſuſpecta, cui quadrat c. qualiter, & quando, vbi dicitur. Nõ ſemel tantum, C ſed ſæpe. Nonnulli volunt hęc relinqui arbitrio iudicis, ſed quia iudex poteſt in hoc falli, & reo, vt vidimus, licet iuridicè oſtendere ſe non poſſe infamatum, quicquid de eius infamia iudex ſentiat, ideo tenẽda eſt hic opinio Soti, quæ communior eſt, & quam etiam ſequitur Silueſter, verbo, infamia, quæſtione prima, & Caietanus, quæ nihil differũt. Indicia ſunt circumſtantiæ, & ſigna, D ex quibus prudenter, & rationabiliter ſolemus de actionibus, & operibus fratrum noſtrorum iudicare: quæ triplicia ſunt. Quędã certa, & expreſſa, ex quibus quadã certitudine morali licet coniecturare, vt ſi nudus cũ nuda inueniatur in eodem lecto, ſignũ eſt certum concubuiſſe. Si quis euaginato gladio, & ſanguine aſperſo de-

præ-

Digitized by Google

prehendatur iuxta occiſum, maximè inimicum ſuum, ſignum eſt certum. Alia ſunt non ita certa, ſed probabilia, vt ſi Ioannes Petrum minatus ſit, & poſt aliquod tẽpus reperiatur Petrus occiſus, nec cũ vllo alio Petrus vnquam rixatus ſit, quam cum Ioanne, eſt ſignum, & indicium probabile, non tamen certum: potuit enim ab alijs occidi. Alia ſunt leuia, quorum nulla eſt habenda ratio, vt ſi inuenia tur cadauer in vno vico, & in alio Petrus tranſiens, aut quid ſimile. Semiplena probatio eſt, dictum vnius teſtis occulti, & iurati; ac oĩ exceptione maioris ſpeculati. Nam teſtis ex audi tu ſolo, nullam facit probationẽ, nec plenam, nec ſemiplenam, ſed tãtum valet ad indicandum, & inquirendũ teſtes occultos. Et iurati, quia, vt videbimus, dictum teſtis ſine iuramento, nullam habet vim in iudicio. Et omni exceptione maioris, id eſt, qui nullum habeat ex defectibus, propter quos poteſt ipſe, vel dictum eius à iure repelli. Hæc Salon ſuper D. Tho. 2.2.q.79.art.2.

270. *Quæritur quando, & qua ratione poſſit iudex inquirere delictum per quæſtionem torturæ. Et ad quid teneatur ſic inquiſitus, vel interrogatus?*

RESpondetur per nonnullas concluſiones, vt breuius me expediam. Prima concluſio eſt. Qñ conficitur proceſſus, & probatio delicti, ſi procedatur via accuſationis, non pôt reus torqueri, niſi ſemiplena probatio, vel manifeſta inditia iuridicè, & ſuffi cienter probata exiſtant: ſi verò pcedatur via inquiſitionis, infamia, vel clamoroſa inſinuatio, ſufficienter quoq;; & iuridicè probata per teſtes omni exceptione maiores, qui iurent ſe illam infamiam à uiris probis, & honeſtis, non maleuolis, nec maledicis audiſſe. Secunda concluſio. Quãdo Iudex metu graui illato, aut vi per tormenta iniuſtè extorquet à reo, quẽ torquere non poteſt, vel proprij criminis confeſſione, vel indicia, aut teſtes, quibus conuinci poſſit, aut complices ſui criminis, non poteſt Iudex ex confeſſione illa, & dicto rei ſic extorta prodere, neq; ad punitionẽ ipſius rei, vel cõplicis, qui occultus eſt, & non infamatus. Tertia concluſio. In locis, vbi conuictus, ſed non confeſſus poteſt appellare à ſñia, ſi videat Iudex reum ſuis appellationibus impediturum inique, & per calumniam iuſtã condemnationẽ, ſitq; crimen ex his, quorum punitio eſt neceſſaria bono publico, tũc ante ſñiam, vt illa feratur in conuictũ, & confeſſum, & ſic occludatur via iniquis appellationibus, pôt conuictũ, ſed nõ cõfeſſũ torquere. Quarta cõcluſio. In locis, in qbus cõuictus, licèt nõ confeſſus, non pôt appellare a ſñia iudicis, vel ſi poteſt, crimen tñ nõ eſt ita atrox, vel ſcãdaloſum, vt ſit damnũ publicũ differre illius punitionẽ, nõ licet iudici cõuictũ ſufficienter torquere, vt cõfiteatur, ſed condẽnet illũ, ita cõuictũ, cũ poſſit, quis nõ cõfeſſum. Vltima concluſio. Tenẽtur iudices cõdẽnatos iã ad mortẽ, & propinquos vltimo ſupplicio, quos de ſocijs interrogãt, admonere, vt periti Theologi cõſiliũ accipiãt, à quo inſtruãtur, qd manifeſtare debeãt, qd ſi admoniti, & inſtructi nullos cõplices manifeſtent, iniquũ eſt, & alienũ à pietate chriſtiana, tales

torquere,

torquere, niſi iudex ex proceſſu, vel alia via moraliter certa intelligat, reū illum nō aperire veritatem, quam debet. Hæc Salon ſuper D. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 2.

271. *Quæritur, an iudex poſſit inquirere iuridicè delictum, quod via iniqua ipſi innotuit, & an ſic interrogatus, teneatur reſpondere?*

RESpondetur. Quando iudex nouit delictum per iniuriā, quam ipſemet intulit reo, vel teſti, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, non poteſt ex tali notitia vltra procedere ad inquiſitionem. Quia iudex, qui eſt poſitus ad corrigendos mores aliorum, quando ipſe adeo turpiter errauit in ſuo officio, volens per iniuriam, & iniquè extorquere veritatem à reo, vel teſte: non debet talis notitia ipſi ſuffragari, neq; ex ea procedere. Hæc eſt prima cōcluſio. Secunda, quando delictum eſt in damnum communē, imminens, & quod adhuc eſt in fieri, vel tale, vt & ſi iam præceſſerit, eius tamen punitio eſt neceſſaria bono cōmuni, vel ad tollendum ſcandalum populi, tunc licet per iniquitatem ipſiuſmet iudicis ipſi innotuerit, debet nihilominus procedere ad illius punitionem. Tertia concluſio, quando delictum innotuit iudici per iniuriā illatam reo, vel teſti ab aliquo alio priuato extra iudicium, poteſt tunc iuſtè procedere ad inquiſitionē, & punitionem, & interrogatus reſpondere tenetur. Quarta concluſio, quando delictum detectum eſt per iniquitatē in iudicio, quamuis ſine culpa iudicis per miniſtros ipſius aliqua vi, vel A fraude inducentes reum, vel teſtem; nō poteſt iudex ex notitia delicti ſic habiti procedere. Quinta concluſio, quando iudex procedit ex falſa præſūptione, exiſtimans bona fide à principio cauſæ ſe iuſtè procedere, ſi deinde intelligat ſe iniquè procedere, tenetur deſiſtere ab incepto, nec vltra progredi. Sexta cōcluſio, quando crimen detectum eſt in iudicio per iniquitatem aliorum, quam miniſtrorū B iudicis, ac ſine vlla culpa iudicis, iuſtè poteſt iudex procedere ad illius inquiſitionem, & punitionem. Dixi ſine culpa iudicis, quia ſi in inquiſitione, v. g. generali, iudex ipſe, minis, vel precibus inducat teſtem ad reuelandum occultum, quod non debet, vel interrogauit de induſtria (vt ſæpe fit) viros ſimplices, & ruſticos, vtens illorum ignorantia, vt ſperans illos tamquam ignaros reuelaturos, & ea, quæ C non licet, tunc per iniquitatem iudicis detegitur crimen occultū, nec poteſt ex tali notitia ꝓcedere, & inquirere. Vltima concluſio, quando qui per iniuriam, & iniquitatem delictū alicuius detectum eſt, ſiue iudicis, ſiue miniſtrorum, ſiue alicuius alterius priuati, & contra illud, ita detectum, inquiſitum fuit, ſequutaque ſunt aliqua damna illi reo, vel teſti, quia ita D illud detegit, per iniquitatem, & iniuriā tenetur ad reficienda omnia damna temporalia, ſiue expenſas, ſiue lucra ceſſantia, quæ illi reo, vel teſti, ea de cauſa, contigerunt. Patet per c. Si tua cauſa, de iniurijs, & damnis. Hęc Salon, 2. 2. D. Tho. q. 69. ar. 2.

272. Quæ-

272. *Quæritur, an ſit neceſſarium, vt index prius reo notificet contra ipſum eſſe infamiam, vel inditia, vel ſemiplenam probationem, vt ſic ſciat ipſum iuridicè interrogari: An verò ſtatim teneatur ei fidem adhibere, & credere eũ iuridicè interrogare, vt veritatem illicò dicat?*

RESpondetur, quamuis hoc tetigeram aliàs, tamen quia illic nimis curſim expleueram, operæpretiũ nunc mihi videtur fuſius hanc materiam explicare, eo maximè, quo pluri mi refert, & quotidie prę manibus habetur. Dicimus ergo, quod Sot. Caie. Nauar. & multi alij Doctores primæ claſſ. tenent partem negatiuam: videlicet, reum non teneri veritatem manifeſtare, quoad vſque ſibi certo conſtet vt iuridicè interrogetur. Alij verò oppoſitũ tenent. Mihi autem hęc ſecunda opinio nimis dura videtur. Quocirca dicẽdum potius exiſtimo, quod quandiu reus dubitat, non iuſtè cõtra ſeipſum procedi, vt ſæpe ſæpius accidit, & id certo ego ſcio, q̃d iudices frequenter leui rumore, & leuibus inditijs, glorioſum ſibi exiſtimant, ſi ſub iuramento, & minis, & alijs vexationibus, mille artibus vtentes à reo veritatem extorqueãt de crimine occulto, quod cõtractum, ſuſpicantur, non tenetur reſpondere veritatem, quamuis non debeat mentiri. Qui enim bona ſua, honorem, atque vitam iure poſſidet, quouſque alterũ ius ſibi innotuerit, quo debeat illorũ icturam facere non aſtringitur illam dimittere. Aliàs eorum prodigus eſſet. Atque id maxime in rebus grauioribus, & potiſſimum in his, quæ vitam in diſcrimen obijciunt. In rebus quidem leuioribus poſſẽt ſubditi prælatis fidem adhibere; & non omnibus, ſed illis, quos probos, prudentes, ac ſcientiæ peritos cognouerint; cũ tamen in rebus grauioribus ius habeant vitam, ac proprium honorem tuendi, quouſque ſibi contrarium rationabiliter conſtiterit. Hæc Petrus de Arrag. ſuper D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.

273. *Quæritur, an iudicium particulare animæ egredientis de corpore, fiat à Chriſto corporaliter, uel ab Angelis cuſtodibus animarum?*

RESpondetur, quod iudicium, in quo animæ ad ſupplicium, vel gaudium poſt mortem iudicatur, eſt duplex. Primũ eſt particulare, ſic dictũ quatuor rationibus. Primo, quia non eſt vniuerſale omnium. Secũdo, quia nõ eſt totalium hominum, ſed ſolum partiũ eorum. Tertio, quia in illo iudicatur anima reſpectu ad merita, vel demerita, quę intra ipſa ſunt, aut quorum ipſa ſecundum ſe cauſa fuit, vel origo. Quartò, q̃a nõ ad totã pœnam inferni, quam homo meruit, tunc condemnatur, ſed ad minorem, quàm habebit poſt iudicium generale. Vnde nec etiam dæmones, vt videtur velle D. Aug. habent modo tãtas pœnas. quantas habebũt poſt iudicium: & quantum ad hoc iudicium particulare, dicunt quidam, q̃d Chriſtus corporaliter ſecundum humanitatem præſideat cuilibet animæ, ſtatim egredienti, iuxta illud Act. 10. hic eſt qui conſtitutus eſt index viuorum, & mortuorum. & Ioann. 5.

Pater

Pater omne iudicium dedit filio: ſed hoc non videtur faciliter credibilè, quod Chriſtus corporaliter toties deſcenderet de cœlo, quoties aliquis homo moritur in toto orbe, quia ſi ita eſſet, tunc innumeris ipſe vicibus ad innumerabilia mundi inferioris loca deſcenderet, in qualibet hora, immò in qualibet particula horæ, quia innumerabiles homines moriuntur infra idem tempus paruũ in toto mundo, præcipuè cum peſtilentia vigeret in diuerſis, ac diſtantiſſimis regionibus, ſicut ſæpe contingit, propter qđ etiam ſequi videretur, quod Chriſtus multoties ſimul, & ſemel deſcenderet corporaliter circumſcriptiuè ad diuerſa loca mundi inferioris, quia poteſt benè contingere, quod idẽ inſtans in numero ſit primum inſtans non eſſe mille hominum, ſimile morientium in diuerſis locis. Propter qđ probabilius dicẽdum videtur, quod Chriſtus corporaliter non deſcendat ad iudicium particulare cuilibet animæ, ſed veraciter eas iudicare dicitur per angelos, quos ad morientes mittit, vt iudicium exerceant cum proceſſibus, & ſententijs eis commiſſis à Chriſto iudice principali, qui ſolus iudicandorum qualitates, plenè nouit. Angelus ergo ſecundum Doctores cuilibet animæ deputatus frequẽter, aut ſemper ei aſſiſtens qui nouit vitam, merita, & demerita eius, quem cuſtodiuit, & nouit ex ſuo officio qñ que, quomodo, & vbi ſit mortuus homo ſibi commiſſus datus à Chriſto, & conſtituitur iudex animæ à corpore ſeparandæ, vt eam iam ſeparatam colligat, & [illegible] poſt mortem hinc inde [illegible] permittat, ſed eam perducat, aut ad gaudia paradiſi, vel ad pœnas purgatorij, vel inferni: in iudicio autem communi, & vniuerſali, Chriſtus corporaliter de cœlo deſcẽdens præſidebit iudex, & omnes ipſe iudicialiter iudicabit, quia vt dictum eſt, ipſe eſt conſtitutus iudex viuorum, & mortuorum in iudicio cõmuni, & vniuerſali. Ita ſcribit Bartolomæus Sibilla, ord. Pręd. Theologus clariſſ. in ſuis peregrinis Quæſtionibus.

274. *Quæritur, an in primo inſtanti, inter hominis mortẽ, & iudicium particulare, ſit aliquod interuallũ, & ſpacium temporis?*

RESpõdetur, quod generaliter, & ſecundum legem ordinariam reſpectu omnium animarum nõ datur, nec conceditur interuallum aliquanti tẽporis inter primũ inſtans mortui hominis, & iudicium particulare animæ: verum ex priuilegio ſpeciali ſecũdum, quod Deo placet, reſpectu aliquarum animarum, poteſt concedi aliquod interuallum, & ſpacium ante iudicium à primo inſtanti mortui hominis; ſic fuit in illo famoſo magiſtro laudabilis vitæ habito, Pariſijs mortuo, qui inter exequias ibidẽ congregatis omnibus Doctoribus, magiſtris, & ſcholaribus, vt ibi moris erat, ſe ſe in feretro erigens dixit. Ad iudicium vocatus ſum: deinde altero die dixit: Iudicatus ſum. Et tertio concludendo intulit, Cõdemnatus ſum. per ſpacium ergo triũ dierum, vel circa, diſtabat concluſio iudicij ab inſtanti mortis illius. Et hinc habuit originem ordo Carthuſienſiũ, vt creditur.

275. *Quæritur, an iudex, cui per ſemiplenam probationem delatum eſt, quod aliquis fuit teſtis furti, cogere eum poſſit per excommunicationem, ut teſtificetur, & ille teneatur?*

RESpondetur, quod iudex, non per viam denuntiationis, ſed poſt ſemiplenam probationem coram illo factam, ad plenam probationem conficiendam, præcipiendo ſub cēſura, vt qui illud ſcit ad teſtificādum veniat, tunc ſecundū Nauarrum, tenetur ſub pœna incurrendi cenſuram, & reſtituendi damnum, ire ad deponendum quod ſcit, licet probare nequeat, nec eſt neceſſe, ut admonitio Euangelica præceſſerit, ſi ſine ſuo detrimento notabili id efficere poſſit, iuxta cap. fin. de iure iur. Et capitulo ad noſtram, eodem titulo, quia tunc illi non præcipitur, vt denuntiet, ſed vt teſtificetur, niſi ſi perſona eo caſu à teſtificando excuſata, ob cognationem, vel ob aliam cauſam, de qua manet priuilegium; vt ait Nauarr. cap. vigeſimo quinto, numero 48. in Manuali. Nauarr. excipit octo cauſas, quibus excuſatur quis a parendo mādatis de reuelando delicta, ſub cenſurarum pœna.

Primus caſus eſt, ſi ſit peccatum occultum iam emendatum, vel ſola correptione emendādum eſſe credatur: quia tunc præmittenda eſt correptio fraterna, ſi per illam emendabile credatur, ſecundum ſanctum Thomam.

Secundus caſus eſt. Quando probare nequit delictum, & iubetur de- A nuntiare, & non teſtificari.

Tertius, ſi a tali perſona id delicti tam leui, taliq; modo audierit, quod ſibi leuitati aſcriberetur, ſi id denuntiatum habiret; vel ſi dictum illius iudicem moueret plus debitò aduerſus reum.

Quartus, excuſatur ſciens delictum per auditum tantum, ſi ſatagat is, a quo id audiuerit, vadat nuntiatum ad iudicem.

B Quintus, ſi cōſcius occupationis rei alienæ, reſciuerit id in recompenſatione liquidi debiti ſic acceptum retineri, neque plus debito retineri.

Sextus, ſi via confeſſionis ſacramentalis ſciat, vel extra confeſſionem, ſi non adſint ea, quæ ſolent adeſſe, ad iuſtè interrogandum, vt accuſatio, infamia, & huiuſmodi. In inquiſitione tamen generali, non re- C quiritur infamia probata, in qua crimina emendata omnino non ſunt denuntianda, ſecundum Sotum, niſi adſit accuſator, vel infamia, & interrogetur, vt teſtis in particulari. Stante tamen infamia, non emendatus tunc denuntiandus eſt. Secus eſt ſi non ſit infamia, niſi crimen ſit nociuum, ſi autem nociuum non ſit, ſitque ſine ſpe emendæ, tunc denuntiandum non eſt, ſecundum So- D tum, tale crimen. Hæc Doctor Lopez cap. 10. 2. par.

L

276. Quæritur quid ſit agendum, vt homo ſit ſemper lætus, hilaris, ac gaudens?

RESpondetur ex D. Thoma ſecunda, ſecundæ, quæſtione octuageſimaſecunda, articulo quarto, quod qui vult ſemper lætus eſſe, oportet ſit deuotus; quia effectus deuotionis eſt lætitia. Hoc quæſitum hic inſerere volui, vt medicinam præberem ſuperiori morbo præſcripto de accidia, quæ quidem non ſolum per ſe eſt mala, ſed etiam ex ea innumera oriuntur mala; & grauia peccata, vt ibi partim enarrauimus. Ideo ſi ea omnia euitare velimus, antydotum docuimus, quo omnia mala fugantur, & omnia bona introducentur: ait enim Diuus Thomas in eodem loco, quod effectus deuotionis eſt lætitia, quia deuotio per ſe quidem, & principaliter ſpiritalem lætitiam mentis cauſſat, ex conſequenti autem, & per accidens cauſat triſtitiam. Dictum eſt enim quod deuotio ex duplici conſideratione procedit; Principaliter quidem ex conſideratione diuinæ bonitatis: quia iſta conſideratio pertinet quaſi ad terminum motus voluntatis tradentis ſe Deo. Et ex iſta conſideratione per ſe quidem ſequitur delectatio, ſecundum illud Pſal. 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum. Sed per accidens hæc conſideratio triſtitiam quandam cauſſat

A in his, qui nondum plenè in Deo fruuntur, ſecundum illud Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Et poſtea ſequitur: Fuerunt mihi lachrymæ meæ, & cætera. Secundario verò cauſatur deuotio ex conſideratione propriorum defectorum. Nam hæc conſideratio pertinet ad terminum, à quo homo per motum voluntatis deuotè recedit, vt ſcilicet non in ſe exiſtat, ſed Deo ſe ſubdat. Hæc autem conſideratio è conuerſo ſe habet ad primam. Nam per ſe quidem nata eſt triſtitiam cauſare, recogitando proprios defectus: per accidens autem lætitiam, ſcilicet propter ſpem diuinæ ſubuentionis. Et ſic patet, quod ad deuotionem primò, & per ſe conſequitur delectatio: ſecundario autem, & per accidens triſtitia, quæ eſt ſeruandum Deum. Et quamuis in paſſione Chriſti meditanda aliquid contriſtabile oriatur, ſcilicet, defectus humanus, propter quem tollendum Chriſtum pati oportuit: ſed eſt aliquid quod lætificet, ſcilicet Dei erga nos benignitas, quæ nobis de tali liberatione prouidit. Præterea quod ſpiritus, qui ex vna parte contribulatur propter præſentis vitæ defectus, ex alia parte condelectatur ex conſideratione diuinæ bonitatis, & ex ſpe diuini auxilij. Vlterius dico quandocunque lachrymæ prorumpunt; non ſolum ex triſtitia, ſed etiam ex quadam affectus teneritudine procedunt, præcipuè cum conſideratur aliquid delectabile cum permiſſione alicuius triſtabilis: ſicut ſolent homines lachrymari ex pieta-

tis

tis affectu, cum recuperant filios vel charos amicos, quos extimauerant ſe perdidiſſe. Et per hunc modum lachrymæ ex deuotione procedunt. Caietanus verò in hoc eodem articulo hæc ait. Aduerte quòd hinc habes, quòd non ſunt deuotæ perſonæ, quæ communiter triſtes, ac ſylueſtres neſciunt conuerſari cum alijs, niſi perturbentur, aut diſſoluantur, nam deuotæ perſonæ ſunt hilares, lætæ in animo ſuo, non ſolum ex principali cauſa, vt in littera dicitur, ſed ex ſecundaria ſcilicet conſideratione propriorum defectuum. Nam triſtitia earum eſt ſecundum Deum, & eam comitatur gaudium, ſecundum illud Auguſtini. Doleat, & de dolore gaudeat. Propter quod de ſanctis legitur quod læti, hilareſque erant, & merito, vt pote incboantes in terris cęleſtem cóuerſationem.

277. *Quæritur quando legatum differtur ad ſoluendum an ille ad quem pertinet, non ſolum ipſum legatum teneatur exequi, ſed etiam fructus illius: & an animæ defuncti noceat, ſi legatum non ſoluatur, vel differatur.*

RESPONDETVR affirmatiuè, quod hæres à die, quo adiuit hæreditatem, tenetur ſoluere legatum legatario, & cum fructibus, & hæc aſſertio eſt iuridica; quia fructus ſunt debiti ab eo tempore, quo legatum eſt debitum. Idem prorſus dicendum eſt, quantum non eſt ſolutum per plurimos an-

A nos, ex ignorantia culpabili, vel quia legatarius id non petijt. Hinc ſequitur etiam, quod legatum relictum eccleſiæ conſtruendæ, vel monaſtorio, debetur cum fructibus intermedij temporis, quo non fuit ſolutum. Ita Panormitanus capit. vos qui; de teſtamentis, quia textus ait, ſoluendos eſſe ſine diminutione: Hæc ait noſter Lopez ibidem capit. 9o. ſecundæ partis. Quo

B ad quæſiti ſecundam particulam, qua quæritur, an noceant animę defuncti ſi non ſoluatur legatum, vel differatur, licet de hac aliàs locuti fuerimus; tamen adhuc iterum aliquid tangere voluimus, cum ſit res maximi momenti, & eo magis, cum paſſim homines in detrimentum animæ, quamplurimum impugnant, ex notabili, & damnabili negligentia allucinentur. Di-

C uus Thomas ſexto Quodlibet. decimo tertio articulo, quod quantum ad meritum, defunctus nihil amittit, ſi legata non ſoluantur, maximè ſi quantum in eo fuit, cauſam adhibuit, vt eius eleemoſynæ cito darentur: quia meritum principaliter ex voluntate, & intentione dependet, ſed quantum ad effectum eleęmoſynæ patitur detrimentum, non quidam vt puniatur per huiuſ-

D modi tarditatem, ſed quia non adhibetur remedium expiationis pœnæ, cum non ſit ſuffragium, vnde ſubleuaretur. Similiter non patitur detrimentum, ſi differatur reſtitutio, quam fieri mandauit: licet tardè, id eſt in mare, ſi fecit quod potuit. Hęc ex illo.

Ex quibus patet primo, quod ne-

Digitized by Google

gligentia ſeu remiſſa, voluntas teſtatoris diſponendo, nocet ei, quo ad meritum: & negligentia executoris, circa ſuffragia nocet ei, quia non liberatur à pœna purgatorij ita cito: non autem negligentia executoris circa reſtitutionem: quia ſcilicèt illa non ordinatur ad expiandá pœnam: vnde nec eſt pars ſatisfactionis, & ideo contra, Sanctus Thomas, & contra veritatem ſumma Angelica tenet, quod anima non intrat cœlum, niſi reſtitutione facta, hoc eſt falſiſſimũ; quia ſi fecit quod potuit in purgatorio purgata pœna aliorum ſuorum delictorum ſtatim ad cœlum euolat eius anima. Secundò dicimus, quod non debet executor multum tardare, vt rebus defuncti melius venditis maiorem eleemoſynam faciat, niſi illud augmentum eleemoſynę ſit valde magnum, & tempus tardationis valde paruum, ſic quod in arbitrio boni viri melius ſit tardare, de quo Sanctus Doctor eodem quodlibe. dixit, quod licitè hoc ſit in mora modici temporis, in qua non videtur magnum periculum, vel detrimentum. vnde ſubiunxit, quod ſi per multum tempus differat, vt in modico ampliores eleemoſynas faciat, non excuſatur à culpa, quia fortè defunctus à purgatorio interim liberatur, & ſic fruſtratur remedio quo multum indigebat. Tertiò dicimus, quod tam hæres, quàm executor ex tali dilatione præcipuè magna, mortaliter peccat, quia iniuſtè infert defuncto damnum notabile, ſi non facit, quantum poteſt, nec excuſatur hæres, quia commo- A de non poteſt, nec exequutor, etiam ſi non poteſt, cum debeat hoc intimare Epiſcopo, qui cogere poteſt. Teſta. Ioannes. Vnde talis dicuntur egentium necatores, & ab Eccleſia abijciendi, decimaquarta quęſtione ſecunda. qui & duobus ſequentibus, & ſic ſunt excommunicandi, & conſequenter mortaliter peccat ſecundum Archidiaconũ poſt Ioannem de Neap. Hæres debet in- B tra annum à die monitionis faciendæ per Iudicem, cuius intereſt, implere voluntatem defuncti, etiam ad non pias cauſas, & poſt annum poteſt priuari tota hereditate, & omnibus bonis relictis. Immò ad hoc, vt auferri poſſit relictum ad pias cauſas, cum omni eius emolumento, ſufficit lapſus ſex menſium à publicatione teſtamenti. Poteſt autem Epiſcopus in relictis C ad pias cauſas, monere heredem, vel executorem ſtatim poſt mortem teſtatoris, quia in his non requiritur aditio hereditatis. Hæc omnia ait Syluester, verbo, teſtamentum, §. nono, & decimo, multas allegantes authoritates in iure eccleſiaſtico & ciuili, ibidem videre poteris. Et alia multa, quæ hic breuitati intendens referre nolui. D

278. *Quæritur an famulus, qui ſe locauit pro certa pretij quantitate, per totum annum: ſi receſſerit ante quam tempus finiatur: quid ab hero petere poſſit?*

Reſpondetur ſi eo tpe ſua ſponte ab hero receſſerit, quo modicũ

ſubiuit

ſubiecit laboris, quia reliquo tempore anni grauius ſibi manebat laboris onus, circa gregis, vel agriculturæ curam, vel huiuſmodi, tunc etiam pro rata computando tempus ſeruitij, arbitrio boni viri, pro tempore ſeruitij impenſi, aliquid minus accipiat. Quia ſi pro illo duntaxat tempore, vbi leuius laboratur fuiſſet conductus, tenue magis etiam pro rata ſtipendium recepiſſet. Ita Bart. l. cum diuort. §. quod in anno. ff. ſola mat. Vt ſi Petrus promiſit ſtare per annum cum Ioanne, & ſtetit tantum per ſex menſes, non poterit habere medietatem ſalarij, ſi in hyeme ſtetit, ſed habebit arbitrio boni viri, facta computatione laboris. Ergo ſi ſtetit in æſtate tantum, habebit plus medietatis ſalarij ad arbitrium boni viri, per argumentum à contrario. Similiter ſicut equum locatum caſu infirmatum cum magnis proprijs expenſis, non tenetur eius conductor illius curam agere, ita neque paterfamilias tenetur de magnis expenſis famuli infirmantis, quem ſalario conduxit. Quoad ſalarium verò, non teneretur ei communiter ſecundum doctores. Quia caſus contingens in perſona, quæ locauit operas ſuas, liberat conductorem à præſtatione mercedis. Quod tamen limitat Panormitanus in capit. primo, de clerico ægrotante, quando ſalarium debetur ratione perſonæ tantum, & non ratione aliorum: vt ſi Iudex ſit cui debetur ſalarium, non tantum pro ſe, ſed etiam ratione familiæ, quam tenet, etiam quod infirmetur, debet habere ſalarium. Si autem eſſet conſuetudo, vt famulo infirmanti daretur ſalarium, ſeruanda eſſet, ſecundum Syluestrum, conſuetudo. Si autem promiſit famulus ſeruire vno anno, & pro parte fuit infirmus, non tenebitur tranſacto anno, ſupplere tempus, ſecundum Gloſſ. Hæc ex Lopez cap 8. ſecundæ partis.

A

279. *Quæritur quando quis cum aliqua familia paciſcitur ad coquendum panem, vel lauandum pannos pro tanto pretio, ſi illa familia creſcat, vel minuatur, quid agendum ſit circa pretium?*

B

Reſpondetur, vbi eſt numerus determinatus, nullum dubium occurrit, vbi verò variatur quando plus, quando minus, tunc ſi notabiliter creſcit, vel decreſcit, ſecundum proportionem numeri, pretium augetur, vel minuitur: vt cótingit in côuentibus fratrum, modo ſunt multi, modo pauci, facit cap. Quanto, de cenſibus. & Panormitanus ibidem, & quamuis nulla lex extaret, ad id condita, illa naturalis, in conſcientia ſufficere deberet, neutra enim pars, vltra iuſtum, grauari, de iure poteſt.

C

Poſtremò ſecundum Nauarrum, Artifices mechanici, ſartores, ſutores accipientes famulos, quos tyrones vocant, ad docendum eos ſuas artes, interdum pro ſolo victu. Sic etiam ſcholaſtici accipiunt famulos, cum conuẽtione, tacita vel expreſſa concedendi eis tempus ad ſtudendum pro obſonio, & denariolis, & paribus calceorum, ſi occupant eos in alijs rebus cõtra eorum voluntatẽ, ita vt nequeant

D

illas addiſcere artes, peccant cum magna reſtituendi obligatione, propter tempus diſcendi, & ſtudendi illis ereptum, quod ſi eos volentes occupāt, tenentur illis impẽdere integrum ſalarium, quod præſtari eſt ſolitum, admiſſis ſine conditione pro tempore ſtudendi. Inſinuat quoque Nauar. famulo ſeruienti pro omni continuo tẽpore victus, & veſtitus honeſtus debetur, & prætereà aliqua honeſta merces pro merito obſequiorum. Idem Doctor vbi ſupra.

280. *Quæritur de locatione, an ratione fertilitatis augenda ſit eius penſio, & è conuerſo ſi propter ſterilitatem, venit penſio remittenda?*

RESpõdetur pro illucidatione huius quæſtionis ſit hoc primũ aſſertum, ſcilicet, quod penſiones prouentuũ, aut locationis non ſunt augẽdæ ex eo, qđ fructus ad maiorem valorem peruenerint, aut propter hoc, quod per induſtriam coloni, conductoris in maiorem copiam excreuerint, quia id ſuæ induſtriæ debetur, cum ſua induſtria non debet ei damno eſſe, ſicut neque etiam eſt augenda penſio, quando fertilitas ex fecunditate agri venit, ſicut etiam è contra non fieret remiſſio propter negligentiam coloni, vel ſi parum valerent fructus. Secundum aſſertum ſit: ſi fertilitas augeatur caſu fortuito, vt ſi quia aliqua molendina ſunt deſtructa, ideo molendinum meum tibi locatum plus tibi fructificat, teneris augere mihi penſionem locationis pro rata aucti fructus: vnde ſi hoc caſu ex molendino conductor quin-

A quaginta percipere ſolebat, & quia reliqua molendina vicina deſtructa ſunt, hoc anno centum percepit, pro rata penſio augeri debet, ſicut etiam penſio ob ſterilitatem caſu fortuito euenientem diminui ſolet, quia contrariorum eadem eſt medicina. Et Syluester verbo, locatio. dicit de mente Bartoli, & Cyni, vt vltra dimidiam iuſti pretij læſus eſt conductor, fiat remiſſio pro rata, quia

B iſte contractus eſt bonæ fidei, qui in conductore non patitur tantum damnum ſine culpa ſua. Tandem ibi ait Syluest. quod ſtandum ſit conuentioni, quæ ſi in hoc nulla ſit, ſtandum ſit communi opinioni, informata conſuetudine patriæ, ita quod in hoc certa regula dari non poteſt. Et ſtandum eſſe videtur arbitrio boni viri, qui ſic ſe regere debet, vt quando propter dictam ſterilitatem, fiat

C recompenſatio, pro rata: Dico hoc eſſe, quando euenit præter conſuetudinem, caſu fortuito, ſine culpa coloni: puta ex grandine, vel alia aëris intemperie: idque intelligitur quādo non poteſt fieri compenſatio cum fertilitate anni præcedentis, vel ſequentis immediatè, durante eadem locatione. Si verò hoc non contingat caſu fortuito, ſed vitio

D & debilitate terræ, nulla fit remiſſio, quia colono poteſt imputari. Vide Syluestrum ibi. Et Lopez ca. 49. ſecundæ partis.

281. *Quæ-*

Digitized by Google

281. Quæritur, quando quis locauit operas ſuas alteri, neq; ſtat per ipſum, quin ſoluat, ſed per conductorem eius, an conductor mercedem ſoluere teneatur?

REſpódetur, in hac quæſtione nõ conueniunt Silueſt. verbo, Locatio. q. 12. cum Nauar. ca. 17. nu. 198. in Man. Nam Nauar. ſine limitatione abſolutè ait, diarium perſoluendũ eſſe operario conducto, etiam in caſu fortuito contingenti ex parte perſonæ conductoris operari omiſit. At Silueſt. loco citato ſupra, ait, hoc eſſe verum abſolutè in foro exteriori: ſed in conſcientia non eſſe verum, quod conductor caſu fortuito impeditus, operario ob id omittenti operari, ſtipendium ſoluere teneatur, niſi quando talis operarius conductus, quando conductus fuit, ſi ille eum non conduxiſſet diarium, id eſt ſtipendiũ diurnum alibi reperiſſet, & quicquid dicat Nauar. de hac limitatione non videtur ſibi iure id verè probare, & quidquid ſit de foro exteriori, tamen in foro conſcientiæ æqua talis limitatio Silueſt. non videtur, propter rationes ſuperius ablatas in Quæſito de commodante patiente tantumdem damni ante tempus repetente commodatum à patiente etiam damnum, & ratio potiſſima, quæ mihi opinionem Silueſt. perſuadet, eſt, quia reſtitutio in conſcientia, & ſolutio ordinantur ad compenſandum damnum, ſcilicet, ad compenſandum ſecundum Diuum Thomam id minus, quod quis habet de eo, quod debebat habere: ſed ſic eſt quod ta-

A lis locator tempore, quo conductus eſt; ſi iſte non conduxiſſet eum nihil erat lucraturus, quia vt ſupponimus cum Silueſtro, ſtipendium in alio loco nõ reperiſſet. ergo ĩ hoc caſu nihil minus habet ex eo, quod debebat habere, ergo nihil à cõductore, caſu fortuito impedito, in conſcientia eſt ſibi reſtituendum. Secus ſecundum Silueſtrum, ſi in aliquo loco ſtipendium reperiſſet, quia tunc ſibi ſumma B ſoluetur in hoc caſu ſtipendium. Sicut etiam ſtipendium ſoluendum venit ei, ſi ipſe paratus eſt ad præſtandas operas, quas locauit, ſi culpa, vel dolo conductoris eas non præſtat.

Sed quid, ſi per locatorem, id eſt, per operarium ſtetit quo minus operas conductori præſtaret? Nauar. reſpondet, quod ſi operarius promiſit pro ſtipendio, pro altero laboraturum, C & dolo, aut culpa ſua, id non præſtitit, tenetur damnum conductori, ob id acceptum reſtituere. & Silueſter ait, quod ſi talis locator operum, caſu fortuito, & non culpa ſua, fuit impeditus, remittetur tunc penſio pretij, ſeu ſtipendij pro rata temporis, quo fuit ſic impeditus, neque tenetur ad intereſſe. Ita & ſi locator, ſine ſua culpa, caſu fortuito fuit impeditus, iam inchoato opere, fecíſſet D aliquas expenſas ad ſe preparandum, repetet expenſas illas à conductore, quas fecerat ad ſe præparandum, & fuit impeditus tempeſtate, ſic ait Silueſt. ibidem.

Digitized by Google

282. Quæritur, an qui locat boues, mulas, oues, poßit obligare conductores ad reddendum ea ſana?

RESpondetur, quod Medina cenſet circa hanc quæſt. quia de natura locationis eſt, quod res locata locatori, quia Dñs eius eſt pereat, & cõductori, quando in culpa leui eius deteriorationis, aut interitus non fuit, ideo ſi locator conductorem agricolam velit obligare ad animalia illi locata libera, & ſana reddenda, vſuram admittit, quia in hoc caſu, conductor agricola nil pro interitu ſine culpa tenetur reſtituere, & ſic puto tenendum eſſe. Licet Sot. de Iuſtitia, & iure videatur inſinuare oppoſitum, dicens, eum, qui locat equum, & timet maximè vexandum à conductore poſſe paciſci cum illo, vt ſibi reddat eum ſanum, quod ego ſatis ſecurum eſſe non puto: niſi in caſu fortè, quo æquiualenter ad aſſecurationem equi locati, quã conductorem cogit ſubire, diminueret de pretio locationis equi, caſu, quo veriſimiliter timeret equum valdè vexandum in itinere, vel occidendum. Ita ait Lopez, cap. 50. ſecundæ partis.

Preterea poſſet quis in hac eadem materia quærere, an liceat alteri locare iumenta, aut boues ſub iſta forma: Accipe bouem conductum à te ad colendum agrum quatuor ducatis: hac lege, & conditione, vt alium bouem eiuſdem ætatis, cuius eſt modo hic, reddas; audacter dicitur, & benè eſſe hunc contractum, abſque dubio, vſurarium, quia tales

A negociatores vltra ſortem, petunt boum renouationem. Vnde iſte contractus æquiualet contractui mutuationis, quia perinde eſt, ac ſi diceres: Accipe bouem mutuatum, vt alium maioris pretij, & valoris reddas, quia cum bos laborando, moderatè locatori deberet deteriorari, & perire, quia illud pretium, quod locator acquirit, ideo iure acquirit, quatenus ille bos diſcrimini ponitur, vt deterio-

B retur, vel forte, vt pereat, aliàs penſio illa non daretur locatori. Iam plu ries repetitum eſt, & eſt omnibus notum, quod ſtante ſaluo capitali, nihil iuſtè percipi poteſt de lucro, præſertim ad præſens, poſtquam Sixtus Quintus Bullam condidit, quam in noſtro libro impreſſo retulimus, vbi expreſſe ipſe Pontifex prohibet non poſſe paciſci vllo modo de capitali ſaluo, neque de certo lucro,

C in quacunque ſocietate, vt omninò cauſa tollatur, ad quaſcunque vſuras palliatas. Qui quidem vſuræ in locatione etiam interuenire ſæpe videntur, vt in caſu propoſito expreſsè dignoſcitur. Quotieſcunque enim vterque contrahentium æquali ſorti non ſe exponunt, in iuſtitia prirꝰ neceſſe eſt, vt ſcripſimus de ludentibus, quorum alter eſt peritiſſimus, alter verò penitus ignorans: ſi peritus, hoc co-

D gnito, lucretur, ad ei ignoranti reſtituendum tenetur, cum inæqualiter ad ludum ſe habeant.

283. Quæritur, an liceat locare oues, vt ſoluatur tantum pretij, quotennis, et reddatur numerus earundem integer à conductore eiuſdem quantitatis, finito tempore?

Re-

Digitized by Google

RESpōdetur, quod Medina hunc contractum damnare videtur. Sed alij aliter dicunt. & nos in primo noſtro libro impreſſo, attulimus quendam contractum locationis ouium, quem Romæ ab Illuſtriſſimo Toledo, & Nauarro eſſe iuſtum fuit conſultum, & eſt deſcriptus in Quæſito 254. ex quo elicere poſſumus, hunc eundem eſſe penè ſimilem, vt videre eſt illum legentem.

Dico igitur primò, quod ſi re vera, ita in hoc cōtractu eueniret, quod tā magna penſio exigeretur à conductore pro locatis ouibus, qđ talis penſio ęquiualeret fructibus, & fętibus à conductore percipiēdis, tunc patenter eſſet iniuſtus cōtractus: vbi vltra penſionē conductor aſtringeretur ſanum, & incolumem reddere ſic locatum numerum, illum ſupplendo, & reficiendo, ex fœtibus ſibi pro locatione iuſti pretij debitis, & hoc probant ſufficienter rationes pro hoc factæ, & hoc eſt quod voluit inſinuare Medina, dum damnat hunc contractum.

Secundò dico directè ad contractum, qui dicitur vſu receptus in noua Hiſpania, quod non poteſt ſuſtineri in conſcientia: niſi fortè locans oues tantum remittit de pretio penſionis pro locatione ſoluendæ ſibi à conductore, quantum iuſtè aliàs poſſet plus exigere ita quod talis pars ſic remiſſa æquiualeat oneri, & grauamini, quod conductor ſponte, & voluntariè ſe offert ſubire, ſcilicet, aſſecurandi numerum ouium ſibi locatarum, earum pereuntium numerum ex fœtibus ſibi naſcentibus ſupplendo. Quia hic non videtur intercedere inæqualitas, nec volenti ſic contrahere ſit iniuria. Nam ſi iniuria aliqua hic interuenire poſſet, eſſet ratione obligationis ſibi impoſitæ ſupplendi numerum pereuntium ouium. Sed hæc obligatio cum ſit æſtimabilis pretio, rectè ſibi recompenſatur, vt ſupponimus, per extenuationem pretij iuſti maioris, quod pro locatione tali poterat aliàs exigi iuſtè à locante, ſi id obligationis, & grauaminis conductori non imponeret, ſicut dicunt aliqui Doctores licere alicui mutuare, vt iuſto pretio mutuatarius ſuum triticum in ſuo molendino, ſ. mutuantis, ſi aliquid de pretio molituræ demat, pro illa obligatione, qua ſe obligat mutuatarius, vltro ſe offerens ad molendum in molendino mutuātis, ſic in prædicto caſu dicunt aliqui euenire, ſcilicet, quod ſi ad id non obligarent domini conductorem, longè plus pretij iuſti pro locatione ouium poſſent iuſtè exigere, quod an ita ſit, ipſi viderint. Nam arbitrio bonorum virorum, & prudentum, & expertorum, hoc eſt librandum. Hæc ipſe Lopez, capit. 50. ſecundæ partis.

M

284. *Quæritur quid agendum ſit de eo, qui habens votum caſtitatis contrahit matrimonium, an contrahens mortaliter peccauerit, & an ſine peccato conſummare poſſit?*

RESPONDETUR, hanc quæſtionem nos tractaſſe in primo noſtro libro impreſſo, nunc verò latiùs ſcribere ſuper eadem intendimus, ſecundum D. Tho. Silueſtrum, Caietanum, & Nauarrũ, iſte, qui habebat votum caſtitatis cõtrahens matrimoniũ, mortaliter peccauit, & ſi demùm matrimonium conſummet, nouũ peccatum mortale cõtrahet. Huiuſmodi Doctores citati aiunt ipſum teneri ad ingreſſum religionis, niſi cum eo diſpenſet, vel ambo continere ſtatuant. Sotus verò in 4. q. 2. ar. 1 ait non teneri illum ingredi religionem, quam non uouit, antequam illud matrimonium conſummet; quia ſatis eſt poſt conſummatũ matrimonim non petere debitum.

Hæc ait præfatus Doctor Ludouicus Lopez in ſuo inſtructorio primę partis, c. 50 dicit, ſi cenſorẽ me uelis ponere inter tantos Heroas, quęnam iſta harum opinionum ſit tenenda: Dico primò, quod vtraque eſt probabilis ſnĩa, ſed probabilior mihi videtur eſſe opinio Soti; quæ tenetur etiam fuiſſe doctiſſimi Victoriæ, mihique hoc conſentit Magiſter Antonius Cordubenſis, dicentis hanc Soti opinionẽ eſſe valde probabilem, & fortè, inquit, opinio communis ſic

A debet limitari, & intelligi, quia hic ſolum vouit caſtitatem, nec de religione quicquam cogitauit, aut intendit ſe obligari. Et quia obligatio ad religionem longè oneroſior eſt, quã obligatio voti ad caſtitatem, non eſt ergo ad religionem aſtringẽdus iſte, quia per Matrimonium ſe fecit impotentem ad ſeruandam caſtitatem integram, cum ſatis ſit, ſi ſeruet in parte, qua poteſt, vel non exigendo

B debitum. Et quia cum debeo duo, nõ teneor illa reſtituere, obligando me pro illis duobus viginti. Quę proportio videtur eſſe, & maior, inter votũ ſimplex caſtitatis, & ſolemne religionis, & rectè diffinitur in illo textu de voto, & voti redemptione, cap. Antiquæ Extrauag. Ioanis 22. Hanc ſententiã ſummariè complectitur quod coningatus ordinatus ante conſummatum matrimonium monẽdus eſt

C per diœceſanum, vt religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt conſummatum, quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad Matrimonii conſummationẽ. Ecce iſte, qui poſt coniugium ordinatus fuit, ac per cõſequens vouit ſolemne votum caſtitatis, acceſſorium ad ordines ſacros, nihilominus ſolum iubetur moneri, & non cogi ad religionis ingreſſum:

D ergo apertè colligitur hinc, quod qui poſt votum caſtitatis ducit vxorem, poſſit ad petitionem vxoris conſummare, ſi illa inſtiterit, & quod non teneatur ingredi religionem. Et S. Th. poteſt gloſſari, quod peccauit conſummando, ſi ad ſui petitionem conſummet, nõ verò ſi ad petitionẽ vxoris; neq; ego hic ullam inuenio diffe-

ſerentiam, niſi quod hic loquitur de A eo, qui iam coniugatus ordines ſuſcepit. Sed neque hæc diſparitas oſtendit maiorem vim obligandi ad religionem in vno caſu, quàm in alio, niſi velis dicere, quod primus magis tenetur, quia ducendo vxorem fecit iniuriam voto caſtitatis prius emiſſo. Secundus hic ſolum contra matrimonium contractum, ſed non conſummatum in ordinibus vouit caſtitatem, ſed hoc parum ad rem facit, B quia poſſet vouere poſt matrimoniũ ipſum contractum, & non conſummatum votum religionis, ergo etiam votum caſtitatis maximè intelligendo ex parte ſua.

Concludamus ergo, quod opinio Soti tutè teneri poteſt contra Nauarrum, quando talis contrahens poſt votum caſtitatis maximè perſentiſceret, & onus religionis ſibi graue reputaret, nec ſuæ inclinationi quadraret, vel quando vxor inſtaret, & aliàs C illuſam ſe conſequeretur, & de contemptu, & ſuſpitione contracta ex tali matrimonio, quia ex illo, apud neſcientes, pateretur ipſa calumniã, & hæc eſt vera reſolutio quadrans menti Pontificis. Qui verò poſt votum ſimplex religionis contraxit, & conſummauit, reddere, & petere poteſt debitum ſine diſpenſatione, ſed qui poſt votum caſtitatis contrahés D conſummauit, indiget diſpenſatione ad petendum, licet non ad reddendum poſt conſummationem. Hęc voluimus denuò ſcripſiſſe, vt quilibet eligat, quam opinionem ſibi magis placuerit.

285. *Quæritur circa præceptum Concilij Tridentini de contrahendo Matrimonio, an omnia, quæ præcipit obſeruari, ſint de neceſſitate iſtius ſacramenti, præſertim de Bannis faciendis?*

Reſpondetur, qui clãdeſtinè ſine bannis contrahit cum concubina, ex qua iam ſuſcepit filios, quãdo, quia iam grauiter percuſſus eſt gladio, & iam iam mortuus clandeſtinè talem concubinam ducit in vxorem, quo eos faciat legitimos, & quo, quia periculum eſt in mora, ſecuriorem tranſitum ex hac vita ſibi nunc parat, non peccat. Excuſatur quoq; pupilla, ſi contrahit clandeſtinè ſine bãnis cum aliquo, quando aliàs parabatur nuptui tradi a curatore alicui viro, parum ſibi congruenti.

Præterea Sot. in 4. ſent. numerat caſus, in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt ſine bannis publicis cõtrahatur. Immo ſi ipſe Epiſcopus iniuſtè diſpenſare renuerit, uel ſi copia Epiſcopi præſentis non affuerit, ipſi ſponſandi priuata authoritate, citra culpam, coram Curato tamen, & teſtibus, poſt Concilium Tridentinũ ſine bannis publicis poterunt licitè contrahere. Primò, vt iam dictum manet, quando matrimonium publicè celebratum ratione impedimenti, fuit nullum, quia tunc, obtenta diſpenſatione, non debet iterum publicius cõtrahi ratione ſcandali. Secundo, ratione repentini caſus, & à periculis euadendi, vt ſi concubinarij ob concubinatus pœnam euadendã contraherent ſine bannis. Tertiò, quando

Digitized by Google

do parentes, vel tutores, cauſa conſumendi patrimonium nollent puellã nuptui tradere. Quarto, quando aliquibus maximè expediret matrimonio iungi, elapſoque opportuno tempore, metuerét, fore ſe impediendos, ij omnes cum animo poſtea publicãdi, poſſent ſecretò, coram Curato tãtum, & duobus teſtibus contrahere, ſed iam poſt Concilium Tridentinũ non licet contrahere ſine curato, aut ſine alio ſacerdote, de eius licentia, & ſine duobus teſtibus ſaltem. Aliàs talia matrimonia, ipſo facto, ſunt irrita, quia illegitimæ redduntur perſonæ ad ſic contrahendum, ſecundum ipſum Concilium ſeſſione vigeſima quarta, cap. 1. Etiam ſi aliàs publicè contrahant, abſente curato, talia matrimonia ſunt nulla: licet quia, tunc fuerũt publica, clandeſtina nõ videntur. Huic ſententiæ, licet antea dubitaſſet aliqualiter, tandem accedit Nauarr. cap. 25. numer. 144. vbi ait etiam ſufficere, quòd aſſiſtat cum teſtibus parochus mulieris, quando in parochia mulieris cõtrahitur, vel ſatis eſt aſſiſtat parochus viri, quãdo in parochia viri contrahitur, ſecundum Greg. XIII.

Vndecunque ſine bannis contrahentes, quando ſic ex iuſta cauſa cõtrahunt, à mortali excuſantur, & ab excommunicatione ſynodali, lata cõtra clandeſtinè contrahentes ſine bãnis. Immo etiam, ſi ſic contrahentes nulla excuſati fuerint cauſa, licet peccauerint, ſi tamen talem cenſurã probabiliter ignorauerunt, eam non incurrerunt. Imo ſi quia talis cenſuræ conſcij fuerent, ideò cõtrahentes ſic in eã inciderunt, virtute Bullæ cruciatæ à ſuis confeſſarijs in cõfeſſione in foro conſcientiæ abſolui poterunt. Incurrent aũt ſecũdum Nauar. hanc cenſuram ſynodalem, vbi contra clã deſtinè contrahentes eſt poſita etiã illis, qui ſic inualidè clam contraxerunt coram curato, & teſtibus, quia conſanguinei, aut cognati erant, præter eam, quam etiam ex iure incurrunt, Clement. 5. de conſanguin. & affin. c. eos. ibi, qui in gradibus prohibitis, aut cum monialibus ſciẽter contraxerunt excommunicantur. Hæc præfatus Doctor Lopez ibidẽ capite 86. primæ partis, & Petrus de Ledeſma in addit. tertiæ partis Diui Tho. quæſt. 45. multas auctoritates ibi citat.

286. *Quæritur circa Matrimonium, quando diſſolui poſſit, & quibus de cauſis?*

RESpõdetur, quòd pluribus modis fieri poteſt, vt ſcripſimus in primo noſtro libro impreſſo in materia de Matrimonio. Nunc verò particularem caſum proponimus. Vtrum per naturalem mortem ſeparatum, ſi ipſe reſurgat, teneatur ad idem. Petrus de Palude in 4. diſtinctione vigeſima ſeptima dicit, quod, poſt mortem vnius, alter contrahere poteſt, vt patet per Apoſtolum ad Romanos 7. Quia mors omnia ſoluit. Et ſi mortuus reſurgat, non eſt obligatus Matrimonio: tum quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit, tum quia hoc ſacramentum characterem non imprimit, qui ſcilicet, eſt indelebilis. Vnde Lazarus reſuſcitatus, ſi habebat vxorem,

non recuperauit eam, niſi nouiter contraxiſſet, vel aliam ducere potuiſſet. Recuperaſſet tamen bona, quæ teſtatus fuiſſet: quia in donatione cauſa mortis plus ſe, quàm donatarium vult habere. Vnde intelligitur tacita conditio, ſi moritur cum effectu, id eſt, permanens in morte. Idem ſi ab inteſtato decedat, quia in cauſa eſt coniunctio ad morientem, qui ibi eſt omni alio coniunctior. Et idem ſi fiſcus illa receperit in defectum hæredum: quia ſi reddere tenetur eius propinquo, multo magis eidem reſurgenti, & idem eſt in ſpirituali matrimonio. Nam religioſus ſuſcitatus poſt mortem, non tenetur ad religionis obſeruantiam: quia ſeruitus perſonalis, quæ debetur à perſona ratione perſonæ, vt in Matrimonio, & religione, morte extinguuntur: quod etiam patet ex verbis aliquorum profitentium obedientiam vſque ad mortem. Et ſimiliter Curatus, vel Epiſcopus reſuſcitatus, quamuis retineat cõſecrationem, non retinet tamen Eccleſiã, niſi ſibi noua electione, aut prouiſione conferatur, quia mortuus eſt, ſuæ ſponſæ, id eſt, Eccleſiæ, Silueſ. verbo, Diuortium, 2. q. 9.

287. *Quæritur an ſponſa per uerba de præſenti a ſponſo uiolenter cognita, religionem ingredi poßit?*

RESpondetur ex mente Hoſtienſis, quod non poſſit contra volũtatem ſponſi, & ſi ingrediatur, ille contrahere non poteſt, ſecundum Petrum, cum duret vinculum, & poteſt in vitam de monaſterio reuocare; ſe-A cũdum autem Panormitanum ingredi poteſt, quia non videtur cõmunicaſſe corpus ſuum, ex quo inuitè fuit cognita, ſed dico iſtam opinionem eſſe veram, ſi erat ſponſa de futuro, aut etiam ſi fuit de præſenti, & violentia fuit abſoluta ante bimeſtre: ſed ſecus ſi erat ſponſa de præſenti, & fuit in mora ingrediendi religionem: puta quia iam tranſiuerant duo menſes à deſponſatione, qui ad hoc B datur tempus duorum menſium, ſecũdum ſanctum Thomam ſupra debitum, §. 1. quia ſic ille exigit, quod ſibi debebat ſine culpa. Similiter, ſi violẽtia non fuit merè abſoluta, quia hoc caſu culpa fuit ex parte perſonæ voluntariæ ſimpliciter, licet ſecũdum quid inuoluntariæ: ſicut euenit de proiectione mercium in mare. Nollet dominus merces proijcere, ſecundum quid, ſed abſolutè proijcit. C Secunda autem opinio eſt vera, vbi non fuit in mora, & violentia fuit abſoluta ſine vllo conſenſu. Quod tamen vix accidit, & ratio eſt, quia vnius culpa non debet impedire alterius bonum, maximè ſi culpabilis incommodum reportet. Hæc Silueſter, verbo, diuortium, quæſtione quinta.

D 288. *Quæritur quantum ad ſeparationem Matrimonij propter hæreſim uel infidelitatem, quomodo intelligatur?*

RESpondetur, quòd huiuſmodi ſeparatio propter hæreſim, vel infidelitatem, quæ eſt ſpiritualis fornicatio, abſoluuntur à redditione debiti

biti maritalis; ſecundum Hoſtienſem, & Panormitanum in cap. Quæſiuit. de diuort. Et ſi ſpiritualis fornicatio ſit notoria, maritus poteſt ingredi religionem, inuita vxore, & è conuerſo, inuito viro, ſecundum Panor. in c. fi. de conuer. coniu. Et cum dicit Dominus. Excepta cauſa fornicationis, glo. dicit, carnalis, vel ſpiritualis, & hoc fit fauore fidei, ex quo notatur quod verbum generale in materia pœnali intelligit largo modo, ſi diſpoſitio tendat ad fauorem fidei; ſed prædicta intellige, quoad innocentem, ſed quo ad reum, ante latam ſententiam diuortij, propter ſpiritualem, aut carnalem fornicationē, ſi innocens hoc petit, ſibi reconciliari debet, & debitum reddere tenetur: Nec eo inuito poteſt intrare religionem, quia introductum in meum fauorem, in meum damnū retorqueri non debet. Immo etiam poſt latam ſententiam poteſt innocens reum inuitum reconciliare: nec poteſt reus ea inuita religionē intrare, quia ſententia dicentis contrarium, eo quod vterque in ſeparatione ceſſit iuri ſuo, euertere videtur, cap. ex literis. Tandem poteſt nocens licitè intrare Monaſterium tripliciter; primo de licentia innocentis; ſecundo, ſi innocens ingreſſus eſt, & profeſſus. Tertiò ſi mulier de adulterio condemnata, vel publicè deprehenſa, in monaſterium ad pœnitentiam perpetuam detrudatur, & eam emendatam recipere voluerit: quod poteſt intra biennium, propter quod tamen monaca non erit, ſi non fuerit amplius proceſſum. Hæc Siluester, verbo, diuortium, quæſt. 10. vbi om-A nes inuenies authoritates ad hoc, quod ſcriptum eſt.

289. *Quæritur, quando aliquis contraxit cum una fictè, & cum altera verè, & compellitur ab Eccleſia habitare cum priori, ſub excommunicationis pœna: Quid agendum eſt?*

B Videtur ſecundum Magiſtrū ſententiarum, in 4. diſtinc. 18. teneri reddere debitum priori, cum qua fictè contraxit, & videtur etiam teneri ob illam regulam de duobus malis, minus eſſe eligendum, ſed minus malū eſt reddere debitum, quàm eſſe excommunicatum; Ergo & alia argumenta ſunt ad hoc probandum, quę breuitatis cauſa relinquo.

Reſpondetur, nullo modo hoc eſt licitum & ſententia magiſtri eſt erro-C nea in fide. Nam, vt dicit Innocentius allegatus a Diuo Thoma ad tertium, in additione tertiæ partis, quæſtione quadrageſima quinta, articulo quarto. Et idem diffinitur cap. inquiſitioni, de ſententijs excommunicationis, vbi dicitur, quod potius debet aliquis ferre humiliter ſententiam excommunicationis, quàm accedere ad non ſuam, etiam ſi probetur ſua in foro exteriori. D Et probatur, cum fornicatio ſit intrinſecè mala, ita vt nulla ratione honeſtari poſſit, ſed talis reddendo debitum in tali caſu fornicatur, ergo. Qui accedit ad non ſuam ſcienter, ad illam regulam de duobus malis. Reſpondetur, quod de malis culpę nullum eſt eligendum: & illa regula intelligitur de malis pœnæ

vt habetur in primo noſtro libró im preſſo primo quæſito. Et aduertendum, quod aliqui Doctores dicunt, quod in hoc caſu, non ſolum eſt conſilium, ſed etiam præceptum ad obuiãdum periculis, ſed hoc eſt falſum; nam talis quantumcunque grauiter peccauerit, non intendit obligare ſe ad religionem, & eccleſia nunquam vſa eſt hoc remedio. Remedium eſſet, ſi non poteſt fugere, ingrediatur monaſterium occultè. Ita dicit Silueſt. verb. debitum coniugale, q. 13. Nec etiam eſt verum quod dicit Nauarrus, quod in tali caſu, teneatur ex præcepto Eccleſiæ cohabitare cum altero coniuge, quia periculũ eſſet rem cum illa habere. Hæc Petrus Ledeſmius ſuper D. Thom. in addit. 3. par. q. 45. art. 5.

290. *Quæritur, an Eccleſia, & Conciliũ potuerint irritare matrimonia clandeſtina?*

Videtur negatiuè reſpondendum, quia matrimonium clandeſtinũ ante Concilium Tridentinũ erat validum iure naturali: verè enim obligabat contrahentes, vt definitur in Concilio Tridentino, ſed in iure naturali nõ poteſt Eccleſia diſpenſare, nam ius naturale eſt immutabile, ita vt Deus, vt ſic loquar, nõ poſſit aliud facere, ergo eccleſia non poteſt irritare matrimonium clandeſtinum.

Præterea Eccleſia non poteſt mutare materias, & formas ſacramentorum, hoc enim pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quæ eſt in Chriſto: ſed conſenſus expreſſi in matrimonio clandeſtino habebant veram ra- A tionem materiæ & formæ ex Chriſti inſtitutione, ergo, &c. Eccl. ſia nõ poteſt facere, quod cõſenſus expreſſi in occulto, non habeant veram rationem materiæ & formæ, ac ſubinde non potuit irritare matrimoniũ clandeſtinum.

Reſpondetur in hac difficultate, & propter hæc argumenta ante Concilij Tridentini decretum, multi dixerunt Eccleſiam non habere talem po- B teſtatem. Ita tenuerunt quadraginta Epiſcopi, & plures alij Doctores in Concilio Tridentino, vt fama eſt, & vt refertur à quodã viro, fide digno, qui ipſi Concilio interfuit. Sotus verò contrarium aſſerit, diſt. 28. quæſt. 1. art. 1. col 3. & vlt. Imò videtur exhortari ibi ad huiuſmodi inualiditatem, vt caueãtur inconuenientia multa. Itaque concluſio ſit hæc: Eccleſia, & Concilium habet auctoritatem, & C poteſtatem irritandi, & annullandi matrimonia clandeſtina, & faciendi quod non ſit verus contractus, etiam in conſcientia, & oppoſitum dicere eſt manifeſta hæreſis, qa de facto Eccleſia, & Cõcilium inualidauit, & irritauit matrimonium clandeſtinum, ergo cum Eccleſia vniuerſalis includendo etiam Papam, non poſſit errare in definiendis rebus fidei, vel concernentibus ad mores, ſequitur po- D tuiſſe id efficere. Et ſeſſ. 24. can. 4. ipſius Concilij Tridentini dicitur. Si quis dixerit, quod Eccleſia nõ poteſt ſtatuere impedimẽta dirimentia matrimonium, vel quod in ſtatuendis impedimentis, errare poteſt, anathema ſit.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quod aliquid eſt de iure natu-

Digitized by Google

naturali dupliciter. Primo præceptiuè, & poſitiuè, taliter quod ſit præceptum naturale de re illa, & quando aliqd eſt de iure naturali hoc modo, Eccleſia nõ poteſt facere oppoſitum. Secundo aliquid eſt de iure naturali negatiuè, quoniã nihil de illo dictat ius naturale, & quando aliquid eſt de iure naturali, hoc modo, eccleſia poteſt oppoſitum determinare. Matrimonium verò clandeſtinum erat de iure naturali negatiuè, ideò Eccleſia potuit determinare oppoſitum.

A

Ad ſecundũ, vera ſolutio eſt, quod Eccleſia non poteſt inualidare ſacramentum, vel materiam, & formam ſacramenti, poteſt tamen mutare id, qđ eſt præambulum ad eſſentiam ſacramenti. Vt eſt videre in ſacramẽto pœnitentiæ; Præambulum eſt, quod pœnitens ſit ſubditus, quod præambulum auferri poteſt per Eccleſiam; poteſt.n. facere quod iſte, qui ante erat ſubditus huic confeſſario, non ſit ſubditus, & ex conſequenti aufertur ratio ſacramenti. Non diſſimiliter dicunt, quod in ſacramento matrimonij conſenſus inter legitimas perſonas eſt vera eſſentia matrimonij, & ibi eſt vera materia & forma, qđ quidem per Eccleſiam mutari nõ poteſt. Cæterum quod iſtæ perſonæ ſint legitimæ, eſt præambulum ad matrimonium, hoc autem mutari poteſt per Eccleſiam. Hæc, quæ diximus de matrimonio clandeſtino, nõ intelliguntur de ſponſalibus clandeſtinis, quia ipſa clandeſtina fieri poſſunt. Cũ lex ſit pœnalis, non dēt extendī ad ſponſalia de futuro, quę verè habent rõnē ſponſaliorum. Petrus Ledeſ. in addit. tertiæ par. D. Thõ. q. 45 ar. 1.

291. Quæritur, an poſt Concilium Tridentinum prætermittere publicas denunciationes de matrimonio contrahendo, ſine cauſa rationabili, ſit mortale?

RESpondetur, prætermittere denunciationes in Eccleſia ſine rationabili cauſa, ex genere ſuo, eſt peccatum mortale. Nam in ipſo Concilio reſpectu denũciationum ponitur verbum, pręcipio, in quo ſignificatur intentio Eccleſiæ volentis obligare ad mortale. Et ratio eſt, quia loquendo regulariter, & per ſe, quando non fiunt denunciationes publicæ in eccleſia, quod ſit periculum ſcandali, & poſſunt timeri grauiſſima inconuenientia, vt quando oriretur aliquod impedimentum matrimonij, ergo videtur mortale. Dixi ex genere ſuo, quia aliquando ex rationabili cauſa poteſt parochus prætermittere denunciationes, etiam poſt contractum matrimonium, & ſine licentia ordinarij, & non erit mortale, ſed ſolum veniale in indiuiduo: ſi aliàs fecerit ſufficientem diligentiam ad intelligendum quod non adeſt aliquod impedimentum, nec ſequuntur inconuenientia. Ratio eſt, quia quod eſt mortale ex genere ſuo, poteſt eſſe veniale in indiuiduo ex genere materię, ſi verò parochus faciat ſufficientem diligentiam alia via, ne ſequantur inconuenientia, & ſcandala, erit materia leuis; ergo, &c. & hæc concluſio loquitur ſtando in iure cõmuni Concilij Tridentini.

B

C

D

Præterea, ſi in aliqua diœceſi eſſet præceptum ſub excommunicatione, & parochus prætermitteret denun-

nunciationes,peccaret mortaliter, in indiuiduo quantumuis aliàs faceret ſufficientem diligentiam, ne ſequerentur inconuenientia. Ratio eſt, quia ſuperior ſpiritualis habet obligandi authoritatem ſub mortali, etiã in materia,quæ aliàs videtur leuis,& intentio prælati obligandi ſub mortali explicatur ſufficiẽter in pęna excommunicationis maioris,quam conſtituit,ergo,&c.

Præterea ſi parochus prætermitteret vnam tantum denunciationem, ſtando in iure communi, nõ videtur peccare mortaliter in indiuiduo, ſuppoſita ſufficienti diligẽtia, quæ aliunde facta eſt. Hæc Petrus à Ledeſma ſuper D.Tho.in addit. tertiæ partis, quæſt.45. art.5.

292. *Quæritur an ad verum matrimonium requiratur conſenſus in copulam?*

Videtur non requiri,exemplo Beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit ſemper virgo,& mente,& corpore, tamẽ inter eam, & Ioſeph fuit verum matrimonium,vt Eccleſia aſſerit. Ergo ſi illa fuit ſemper virgo, & mente, & corpore,non eſt neceſſe, conſenſum in copulam. Nihilominus D.Thom. in addit.tertiæ partis, quæſt.48. articulo primo, aït conſenſum in copulam carnalem neceſſe eſt habere, cũ ſit de eſſentia matrimonij. Quid ergo dicendum? Quomodo iſta ſimul eſſe poſſunt. Perpetua virginitas interna, & externa, & eſſe verum matrimonium?

Reſpondetur à D. Thom. 3. par. q.29.art.2. dicendo,quod matrimonium dicitur verum ex hoc quod ſuam perfectionem attingit. Duplex eſt autem rei perfectio, prima & ſecunda: prima conſiſtit in ipſa forma, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda verò perfectio conſiſtit in operatione rei,per quam res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animarum, per quam vnus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur: finis autem matrimonij eſt proles generanda, & educanda. Ad quorum primũ peruenitur per concubitum coniugalem: Ad ſecũdum per alia opera viri,& vxoris,quibus ſibi inuicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum eſt,quod quantum ad primã perfectionem,omninò fuit verum matrimonium Virginis Dei,& Ioſeph. Quia vterque conſenſit in copulam coniugalem, nõn autẽ expreſsè in copulam carnalẽ,niſi ſub conditione,ſi Deo placeret. Quantũ verò ad ſecundam perfectionem,quę eſt per actum matrimonij,ſi hoc refe ratur ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, nõ fuit illud matrimonium conſummatum. Habuit tamen illud matrimonium etiã ſecundam perfectionem quãtum ad prolis educationem. Vnde Auguſtinus dicit in libro de nuptijs, & concupiſcentia. Omne nuptiarum bonũ impletum eſt in illis parentibus Chriſti: proles, fides, & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem,quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit.

Digitized by Google

Difficultas ergo ſupra obiecta de facili ſoluitur, vt ait ibi Diuus Thomas in loco allegato in additione tertiæ partis. Vbi dicit, quod conſentire in copulam carnalem, poteſt dupliciter contingere. Videlicet explicitè, & implicitè. Conſentire autem implicite in copulam, ſtare poteſt cum perpetua mentis, & corporis Virginitate, vt fecit Beata Virgo, quæ dum contraxit Matrimonium cum Ioſeph in illud explicitè contraxit, & conſenſit, ſed in copulā non niſi implicitè, ideo fuit verum matrimonium, nec propterea perpetuam amiſit virginitatē, imò certa fuit ſpiritus ſancti oraculo, nunquam ſuum coniugem exacturum debitum, vt ait Sot. in 4. ſent. diſt. 30. q. 1. ar. 2. vt nos adnotauimus in 1 libro noſtro impreſſo q. 148.

193. *Quæritur, an parochus pro ſuo arbitrio, & rationabili cauſa poſſit redigere denuntiationes matrimonij contrahendi ad minorem numerum, vel illas omnino prætermittere propria auctoritate?*

Reſpondetur, quod in decreto Conc. Trid. prætermittenti denuntiationes ante contractū matrimoniū, quandò eſt probabilis ſuſpicio, vt malitiosè impediatur, poſsūt etiam prætermitti ante conſummationem poſt contractū matrimoniū. Et in hac re certum videtur, quod poſt contractum matrimonium ante conſummationem, non poſſunt prætermitti denuntiationes, niſi auctoritate ordinarij. Hoc apertè docet Concilium. Nam conſtituit ordinarium iudicem huius rei, quando dicit: Niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta ſynodus relinquit.

Dubitatio aūt eſt, an ante contractum matrimonium ex rationabili cauſa poſſint prætermitti denuntiationes auctoritate parochi ſine licentia Ordinarij. In hac difficultatē duæ ſunt ſententiæ. Prima quod parochus ſua propria auctoritate inconſulto ordinario, poterit in tali caſu omnes illas denunciationes prętermittere ante contractum Matrimonium, dummodo poſt contractū, ante conſummationem fiant denunciationes. Itaque vt omnino relinquantur, requiritur auctoritas ordinarij. Cæterum vt relinquantur ante contractum matrimonium parochus propria auctoritate poteſt illas prætermittere. Hanc ſententiam tenent multi expoſitores Diui Thomæ, & aliqui iuris periti ſuper Concilium Tridentinum, ſeſſione vigeſima quarta.

Secunda ſententia eſt huic oppoſita, quam tenent, & Theologi, & iuris periti ibidem. Dicunt iſti auctores, quod oppoſita ſententia neq; habet fundamentum in iure, neque in praxi. Et argumentum illorum eſt, quando Concilium dicit, quod ante contractum matrimonium poſſunt prętermitti aliquę denunciationes, vel omnes, nullam facit mentionem parochi, ſed relinquit illum caſum iuri communi; ſed ſecundum ius commune parochus non poteſt diſponere in denuntiationibus.

Con-

Digitized by Google

Confirmatur hoc argumentum, quia ita declaratum eſt in congregatione Cardinalium, quæ determinata eſt ad explicanda dubia Concilij Tridẽtini.

Concluſio itaque ſit. Secunda ſententia ſatis eſt probabilis, tertia verò videtur probabilior, ſtando in Cõcilio Tridentino, & videtur dicendum, quod quando in fine, Conciliũ reliquit arbitrio ordinarij prętermiſſionem denuntiationum, referendũ eſt totum illud ad denuntiationem ante contractum, & poſt cõtractum. Secunda verò pars dicit, quantum eſt ex vi Concilij. Nam ſi Cardinales congregationis aliud determinant, determinationi eorum ſtandum eſt. habent enim auctoritatem interpretandi a Summo Pontifice. Hæc pars probatur. Nam ex Concilio Tridentino videtur colligi, quod parochus propria auctoritate poſſit prætermittere denuntiationes ex rationabili cauſa, quia paulò ante determinat denuntiationes eſſe faciendas a proprio parocho ante contractum matrimonium, & ſtatim ſubdit, quod ſi timeatur malitioſè poſſe matrimonium impediri, poſſint redigi ad minorem numerum, vel omnino prętermitti: totum autem hoc refertum eſt ad eundem parochum, nam poſtea admonet, quod poſt cõtractum non remittantur denuntiationes, niſi arbitrio ordinarij.

Vnde ad argumẽtum factum pro oppoſita ſententia, dicendum eſt, quod in illo caſu non diſpenſat Parochus in denuntiationibus, ſed vtitur facultate conceſſa à Concilio in A illo vno caſu, in quo fit exceptio a regula generali: vnde ille caſus conceſſus eſt parocho, & ita illa vltima verba Concilij relinquunt arbitrio ordinarij, quod poſſit remittere omnes denuntiationes: non ſunt referenda ad priora & antecedentia, ſed ad ea, quæ proxima ſunt, nempe ad illa verba, in quibus eſt ſermo de denuntiationibus poſt contractum matrimonium. Aduerte tamen, quod B iſtæ denuntiationes fieri debent in vtraque parochia vtriuſque contrahentis, quod extrahitur ab ipſo Cõcilio. Hęc Petrus Ledeſmius ſuper D.Thomam in addit. tertiæ partis, quæſt. 45.

294. *Quæritur, an mortale ſit conſummare Matrimonium contractum coram parocho, & teſtibus, quando ſine rationabili cauſa non præceſſerint* C *denuntiationes?*

RESpondetur ſecundum quoſdã dicentes, quod de ſe non eſt peccatum mortale, quia ille vſus eſt rei proprię, & legitimę, ſed per accidens erit mortale, fortè propter ſcandalum; verbi gratia, quia fœmina apparet grauida, & ignoratur legitimum matrimonium: ſi verò contrahentes ſine denuntiationib. prouidiſſent, quomodo eſſet notorium D matrimonium, conſequenter citarent ſcandala, & ſic non eſſet peccatum mortale illud conſummare. Pro qua reſolutione loquendo ante Cõcilium Tridentinum adducunt argumenta, ſed poſt ipſum Conciliũ, reputant mortale conſummare matrimonium ſine illis denuntiationibus,

Digitized by Google

M

284. *Quæritur quid agendum ſit de eo, qui habens votum caſtitatis contrahit matrimonium, an contrahens mortaliter peccauerit, & an ſine peccato conſummare poſſit?*

RESpondetur, hanc quæſtionem nos tractaſſe in primo noſtro libro impreſſo, nunc verò latius ſcribere ſuper eadem intendimus, ſecundum D. Tho. Silueſtrum, Caietanum, & Nauarrũ, iſte, qui habebat votum caſtitatis cõtrahens matrimoniũ, mortaliter peccauit, & ſi denuò matrimonium conſummet, nouũ peccatum mortale cõtrahet. Huiuſmodi Doctores citati aiunt ipſum teneri ad ingreſſum religionis, niſi cum eo diſpenſet, vel ambo continere ſtatuant. Sotus verò in 4. q. 2. ar. 1 ait non teneri illum ingredi religionem, quam non uouit, antequam illud matrimonium conſummet; quia ſatis eſt poſt conſummatũ matrimonim non petere debitum.

Hæc ait præfatus Doctor Ludouicus Lopez in ſuo inſtructorio primę partis, c. 50 dicit, ſi cenſorẽ me uelis ponere inter tantos Heroas, quęnam iſta harum opinionum ſit tenenda: Dico primò, quod vtraque eſt probabilis ſnia, ſed probabilior mihi videtur eſſe opinio Soti; quæ tenetur etiam fuiſſe doctiſſimi Victoriæ, mihique hoc conſentit Magiſter Antonius Cordubenſis, dicentis hanc Soti opinionẽ eſſe valde probabilem, & fortè, inquit, opinio communis ſic

A debet limitari, & intelligi, quia hic ſolum vouit caſtitatem, nec de religione quicquam cogitauit, aut intendit ſe obligari. Et quia obligatio ad religionem longè onerosior eſt, quã obligatio voti ad caſtitatem, non eſt ergo ad religionem aſtringẽdus iſte, quia per Matrimonium ſe fecit impotentem ad ſeruandam caſtitatem integram, cum ſatis ſit, ſi ſeruet in parte, qua poteſt, vel non exigendo

B debitum. Et quia cum debeo duo, nõ teneor illa reſtituere, obligando me pro illis duobus viginti. Quę propor tio videtur eſſe, & maior, inter votũ ſimplex caſtitatis, & ſolemne religionis, & rectè diffinitur in illo textu de voto, & voti redemptione, cap. Anti quæ Extrauag. Ioanis 22. Hanc ſententiã ſummariè complectitur quod coniugatus ordinatus ante conſummatum matrimonium monẽdus eſt

C per diœceſanum, vt religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt conſummatum, quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad Matrimonii conſummationẽ. Ecce iſte, qui poſt coniugium ordinatus fuit, ac per cõſequens vouit ſolemne votum caſtitatis, acceſſorium ad ordines ſacros, nihilominus ſolum iubetur moneri, & non cogi ad religionis ingreſſum:

D ergo apertè colligitur hinc, quod qui poſt votum caſtitatis ducit vxorem, poſſit ad petitionem vxoris conſummare, ſi illa inſtiterit, & quod non teneatur ingredi religionem. Et S. Th. poteſt gloſſari, quod peccauit conſummando, ſi ad ſui petitionem conſummet, nõ verò ſi ad petitionẽ vxoris, neq; ego hic ullam inuenio diffe-

Digitized by Google

ſerentiam, niſi quod hic loquitur de A eo, qui iam coniugatus ordines ſuſcepit. Sed neque hæc diſparitas oſtendit maiorem vim obligandi ad religionem in vno caſu, quàm in alio, niſi velis dicere, quod primus magis tenetur, quia ducendo vxorem fecit iniuriam voto caſtitatis prius emiſſo. Secundus hic ſolum contra matrimonium contractum, ſed non conſummatum in ordinibus vouit caſtitatem, ſed hoc parum ad rem facit, B quia poſſet vouere poſt matrimoniũ ipſum contractum, & non conſummatum votum religionis, ergo etiam votum caſtitatis maximè intelligendo ex parte ſua.

Concludamus ergo, quod opinio Soti tutè teneri poteſt contra Nauarrum, quando talis contrahens poſt votum caſtitatis maximè perſentiſceret, & onus religionis ſibi graue reputaret, nec ſuæ inclinationi quadra C ret, vel quando vxor inſtaret, & aliàs illuſam ſe conſequeretur, & de contemptu, & ſuſpitione contracta ex tali matrimonio, quia ex illo, apud neſcientes, pateretur ipſa calumniã, & hæc eſt vera reſolutio quadrans menti Pontificis. Qui verò poſt votum ſimplex religionis contraxit, & conſummauit, reddere, & petere poteſt debitum ſine diſpenſatione, ſed qui poſt votum caſtitatis contrahẽs D conſummauit, indiget diſpenſatione ad petendum, licet non ad reddendum poſt conſummationem. Hęc voluimus denuò ſcripſiſſe, vt quilibet eligat, quam opinionem ſibi magis placuerit.

285. *Quæritur circa præceptum Concilij Tridentini de contrahendo Matrimonio, an omnia, quæ præcipit obſeruari, ſint de neceſſitate iſtius ſacramenti, præſertim de Bannis faciendis?*

Reſpondetur, qui clãdeſtinè ſine bannis contrahit cum concubina, ex qua iam ſuſcepit filios, quãdo, quia iam grauiter percuſſus eſt gladio, & iam iam mortuus clandeſtinè talem concubinam ducit in vxorem, quo eos faciat legitimos, & quo, quia periculum eſt in mora, ſecuriorem tranſitum ex hac vita ſibi nunc parat, non peccat. Excuſatur quoq; pupilla, ſi contrahit clandeſtinè ſine bãnis cum aliquo, quando aliàs parabatur nuptui tradi à curatore alicui viro, parum ſibi congruenti.

Præterea Sot. in 4. ſent. numerat caſus, in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt ſine bannis publicis cõtrahatur. Immo ſi ipſe Epiſcopus iniuſtè diſpenſare renuerit, uel ſi copia Epiſcopi præſentis non affuerit, ipſi ſponſandi priuata authoritate, citra culpam, coram Curato tamen, & teſtibus, poſt Concilium Tridentinũ ſine bannis publicis poterunt licitè contrahere. Primò, vt iam dictum manet, quando matrimonium publicè celebratum ratione impedimenti, fuit nullum, quia tunc, obtenta diſpenſatione, non debet iterum publicitus cõtrahi ratione ſcandali. Secundo, ratione repentini caſus, & à periculis euadendi, vt ſi concubinarij ob concubinatus pœnam euadendã contraherent ſine bannis. Tertiò, quando

do parentes, vel tutores, cauſa conſumendi patrimonium nollent puellã nuptui tradere. Quarto, quando aliquibus maximè expediret matrimonio iungi, elapſoque opportuno tempore, metuerẽt, fore ſe impediendos, ij omnes cum animo poſtea publicandi, poſſent ſecretò, coram Curato tantum, & duobus teſtibus contrahere, ſed iam poſt Concilium Tridentinũ non licet contrahere ſine curato, aut ſine alio ſacerdote, de eius licentia, & ſine duobus teſtibus ſaltem. Aliàs talia matrimonia, ipſo facto, ſunt irrita, quia illegitimæ redduntur perſonæ ad ſic contrahendum, ſecundum ipſum Concilium ſeſſione vigeſima quarta, cap. 1. Etiam ſi aliàs publicè contrahant, abſente curato, talia matrimonia ſunt nulla: licet quia, tunc fuerũt publica, clandeſtina nõ videntur. Huic ſententiæ, licet antea dubitaſſet aliqualiter, tandem accedit Nauarr. cap. 25. numer. 144. vbi ait etiam ſufficere, quòd aſſiſtat cum teſtibus parochus mulieris, quando in parochia mulieris cõtrahitur, vel ſatis eſt aſſiſtat parochus viri, quãdo in parochia viri contrahitur, ſecundum Greg. XIII.

Vndecunque ſine bannis contrahentes, quando ſic ex iuſta cauſa cõtrahunt, à mortali excuſantur, & ab excommunicatione ſynodali, lata cõtra clandeſtinè contrahentes ſine bãnis. Immo etiam, ſi ſic contrahentes nulla excuſati fuerint cauſa, licet peccauerint, ſi tamen talem cenſurã probabiliter ignorauerunt, eam non incurrerunt. Imo ſi quia talis cenſuræ conſcij fuerent, ideò cõtrahentes ſic in eã inciderũt, virtute Bullæ cruciatæ à ſuis confeſſarijs in cõfeſſione in foro conſcientiæ abſolui poterunt. Incurrent aũt ſecũdum Nauar. hanc cenſuram ſynodalem, vbi contra clãdeſtinè contrahentes eſt poſita etiã illis, qui ſic inualidè clam contraxerunt coram curato, & teſtibus, quia conſanguinei, aut cognati erant, præter eam, quam etiam ex iure incurrunt, Clement. 5. de conſanguin. & affin. c. eos. ibi, qui in gradibus prohibitis, aut cum monialibus ſciẽter contraxerunt excommunicantur. Hæc præfatus Doctor Lopez ibidẽ capite 86. primæ partis, & Petrus de Ledeſma in addit. tertiæ partis Diui Tho. quæſt. 45. multas auctoritates ibi citat.

286. *Quæritur circa Matrimonium, quando diſſolui poſſit, & quibus de cauſis?*

RESpõdetur; quòd pluribus modis fieri poteſt, vt ſcripſimus in primo noſtro libro impreſſo in materia de Matrimonio. Nunc verò particularem caſum proponimus. Vtrum per naturalem mortem ſeparatum, ſi ipſe reſurgat, teneatur ad idem. Petrus de Palude in 4. diſtinctione vigeſima ſeptima dicit, quod poſt mortem vnius, alter contrahere poteſt, vt patet per Apoſtolum ad Romanos 7. Quia mors omnia ſoluit. Et ſi mortuus reſurgat, non eſt obligatus Matrimonio: tum quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit, tum quia hoc ſacramentum characterem non imprimit, qui ſcilicet, eſt indelebilis. Vnde Lazarus reſuſcitatus, ſi habebat vxorem, non

Digitized by Google

non recuperauit eam, niſi nouiter contraxiſſet, vel aliam ducere potuiſſet. Recuperaſſet tamen bona, quæ teſtatus fuiſſet: quia in donatione cauſa mortis plus ſe, quàm donatarium vult habere. Vnde, intelligitur tacita conditio, ſi moritur cum effectu, id eſt, permanens in morte. Idem ſi ab inteſtato decedat, quia in cauſa eſt coniunctio ad morientem, qui ibi eſt omni alio coniunctior. Et idem ſi fiſcus illa receperit in defectum hæredum: quia ſi reddere tenetur eius propinquo, multo magis eidem reſurgenti, & idem eſt in ſpirituali matrimonio. Nam religioſus ſuſcitatus poſt mortem, non tenetur ad religionis obſeruantiam: quia ſeruitus perſonalis, quæ debetur à perſona ratione perſonæ, vt in Matrimonio, & religione, morte extinguuntur: quod etiam patet ex verbis aliquorum profitentium obedientiam vſque ad mortem. Et ſimiliter Curatus, vel Epiſcopus reſuſcitatus, quamuis retineat cōſecrationem, non retinet tamen Eccleſiā, niſi ſibi noua electione, aut prouiſione conferatur, quia mortuus eſt, ſuæ ſponſæ, id eſt, Eccleſiæ, Silueſ. verbo, Diuortium, 2. q. 9.

287. *Quæritur an ſponſa per uerba de præſenti a ſponſo uiolenter cognita, religionem ingredi poßit?*

RESpondetur ex mente Hoſtienſis, quod non poßit contra volūtatem ſponſi, & ſi ingrediatur, ille contrahere non poteſt, ſecundum Petrum, cum duret vinculum, & poteſt in vitam de monaſterio reuocare; ſe-

A cūdum autem Panormitanum ingredi poteſt, quia non videtur cōmunicaſſe corpus ſuum, ex quo inuitè fuit cognita, ſed dico iſtam opinionem eſſe veram, ſi erat ſponſa de futuro, aut etiam ſi fuit de præſenti, & violentia fuit abſoluta ante bimeſtre: ſed ſecus ſi erat ſponſa de præſenti, & fuit in mora ingrediendi religionem: puta quia iam tranſiuerant duo menſes à deſponſatione, qui ad hoc

B datur tempus duorum menſium, ſecūdum ſanctum Thomam ſupra debitum, §. 1. quia ſic ille exigit, quod ſibi debebat ſine culpa. Similiter, ſi violētia non fuit merè abſoluta, quia hoc caſu culpa fuit ex parte perſonæ voluntariæ ſimpliciter, licet ſecūdum quid inuoluntariæ: ſicut euenit de proiectione mercium in mare. Nollet dominus merces proijcere, ſecundum quid, ſed abſolutè proijcit.

C Secunda autem opinio eſt vera, vbi non fuit in mora, & violentia fuit abſoluta ſine vllo conſenſu. Quod tamen vix accidit, & ratio eſt, quia vnius culpa non debet impedire alterius bonum, maximè ſi culpabilis incommodum reportet. Hæc Silueſter, verbo, diuortium, quæſtione quinta.

D **288.** *Quæritur quantum ad ſeparationem Matrimonij propter hæreſim uel infidelitatem, quomodo intelligatur?*

RESpondetur, quòd huiuſmodi ſeparatio propter hæreſim, vel infidelitatem, quæ eſt ſpiritualis fornicatio, abſoluuntur à redditione debiti

Digitized by Google

biti maritalis, ſecundum Hoſtienſem, & Panormitanum in cap. Quæſiuit. de diuort. Et ſi ſpiritualis fornicatio ſit notoria, maritus poteſt ingredi religionem, inuita vxore, & è conuerſo, inuito viro, ſecundum Panor. in c. fi. de conuer. coniu. Et cum dicit Dominus. Excepta cauſa fornicationis, glo. dicit, carnalis, vel ſpiritualis, & hoc fit fauore fidei, ex quo notatur quod verbum generale in materia pœnali intelligit largo modo, ſi diſpoſitio tendat ad fauorem fidei; ſed prædicta intellige, quoad innocentem, ſed quo ad reum, ante latam ſententiam diuortij, propter ſpiritualem, aut carnalem fornicationẽ, ſi innocens hoc petit, ſibi reconciliari debet, & debitum reddere tenetur: Nec eo inuito poteſt intrare religionem, quia introductum in meum fauorem, in meum damnũ retorqueri non debet. Immo etiam poſt latam ſententiam poteſt innocens reum inuitum reconciliare: nec poteſt reus ea inuita religionẽ intrare, quia ſententia dicentis contrarium, eo quod vterque in ſeparatione ceſſit iuri ſuo, euertere videtur; cap. ex literis. Tandem poteſt nocens licitè intrare Monaſterium tripliciter; primo de licentia innocentis; ſecundo, ſi innocens ingreſſus eſt, & profeſſus. Tertiò ſi mulier de adulterio condemnata, vel publicè deprehenſa, in monaſterium ad pœnitentiam perpetuam detrudatur, & eam emendatam recipere voluerit: quod poteſt intra biennium, propter quod tamen monaca non erit, ſi non fuerit amplius proceſſum. Hæc Silueſter, verbo, diuortium, quæſt. 10. vbi omnes inuenies authoritates ad hoc, quod ſcriptum eſt.

289. *Quæritur, quando aliquis contraxit cum una fictè, & cum altera uerè, & compellitur ab Eccleſia habitare cum priori, ſub excommunicationis pœna: Quid agendum eſt?*

Videtur ſecundum Magiſtrũ ſententiarum, in 4. diſtinc. 18. teneri reddere debitum priori, cum qua fictè contraxit, & videtur etiam teneri ob illam regulam de duobus malis, minus eſſe eligendum, ſed minus malũ eſt reddere debitum, quàm eſſe excommunicatum; Ergo & alia argumenta ſunt ad hoc probandum, quę breuitatis cauſa relinquo.

Reſpondetur, nullo modo hoc eſt licitum & ſententia magiſtri eſt erronea in fide. Nam, vt dicit Innocentius allegatus a Diuo Thoma ad tertium, in additione tertiæ partis, quæſtione quadrageſima quinta, articulo quarto. Et idem diffinitur cap. inquiſitioni, de ſententijs excommunicationis, vbi dicitur, quod potius debet aliquis ferre humiliter ſententiam excommunicationis, quàm accedere ad non ſuam, etiam ſi probetur ſua in foro exteriori. Et probatur, cum fornicatio ſit intrinſecè mala, ita vt nulla ratione honeſtari poſſit, ſed talis reddendo debitum in tali caſu fornicatur, ergo. Qui accedit ad non ſuam ſcienter, ad illam regulam de duobus malis. Reſpondetur, quod de malis culpę nullum eſt eligendum: & illa regula intelligitur de malis pœnæ

vt habetur in primo noſtro libro impreſſo primo quæſito. Et aduertendum, quod aliqui Doctores dicunt, quod in hoc caſu, non ſolum eſt conſilium, ſed etiam præceptum ad obuiãdum periculis, ſed hoc eſt falſum; nam talis quantumcunque grauiter peccauerit, non intendit obligare ſe ad religionem, & eccleſia nunquam vſa eſt hoc remedio. Remedium eſſet, ſi non poteſt fugere, ingrediatur monaſterium occultè. Ita dicit Silueſt. verb. debitum coniugale, q. 13. Nec etiam eſt verum quod dicit Nauarrus, quod in tali caſu, teneatur ex præcepto Eccleſiæ cohabitare cum altero coniuge, quia periculũ eſſet rem cum illa habere. Hæc Petrus Ledeſmius ſuper D. Thom. in addit. 3. par. q. 45. art. 5.

290. *Quæritur, an Eccleſia, & Conciliũ potuerint irritare matrimonia clandeſtina?*

VIdetur negatiuè reſpondendum, quia matrimonium clandeſtinũ ante Concilium Tridentinũ erat validum iure naturali: verè enim obligabat contrahentes, vt definitur in Concilio Tridentino, ſed in iure naturali nõ poteſt Eccleſia diſpenſare, nam ius naturale eſt immutabile, ita vt Deus, vt ſic loquar, nõ poſſit aliud facere, ergo eccleſia non poteſt irritare matrimonium clandeſtinum.

Præterea Eccleſia non poteſt mutare materias, & formas ſacramentorum, hoc enim pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quæ eſt in Chriſto: ſed conſenſus expreſſi in matrimonio clandeſtino habebant veram ra- A tionem materiæ & formæ ex Chriſti inſtitutione, ergo, &c. Eccleſia nõ poteſt facere, quod cõſenſus expreſſi in occulto, non habeant veram rationem materiæ & formæ, ac ſubinde non potuit irritare matrimoniũ clandeſtinum.

Reſpondetur in hac difficultate, & propter hæc argumenta ante Concilij Tridentini decretum, multi dixerunt Eccleſiam non habere talem po- B teſtatem. Ita tenuerunt quadraginta Epiſcopi, & plures alij Doctores in Concilio Tridentino, vt fama eſt, & vt refertur à quodã viro, fide digno, qui ipſi Concilio interfuit. Sotus verò contrarium aſſerit, diſt. 28. quæſt. 1. art. 1. col. 3. & vlt. Imò videtur exhortari ibi ad huiuſmodi inualiditatem, vt caueãtur inconuenientia multa. Itaque concluſio ſit hæc: Eccleſia, & Concilium habet auctoritatem, & C poteſtatem irritandi, & annullandi matrimonia clandeſtina, & faciendi quod non ſit verus contractus, etiam in conſcientia, & oppoſitum dicere eſt manifeſta hæreſis, qa de facto Eccleſia, & Cõcilium inualidauit, & irritauit matrimonium clandeſtinum, ergo cum Eccleſia vniuerſalis includendo etiam Papam, non poſſit errare in definiendis rebus fidei, vel con- D cernentibus ad mores, ſequitur potuiſſe id efficere. Et ſeſſ. 24. can. 4. ipſius Concilij Tridentini dicitur. Si quis dixerit, quod Eccleſia nõ poteſt ſtatuere impedimẽta dirimentia matrimonium, vel quod in ſtatuendis impedimentis, errare poteſt, anathema ſit.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quod aliquid eſt de iure natu-

naturali dupliciter. Primo præceptiuè, & poſitiuè, taliter quod ſit præceptum naturale de re illa, & quando aliquid eſt de iure naturali hoc modo, Eccleſia nõ poteſt facere oppoſitum. Secundo aliquid eſt de iure naturali negatiuè, quoniã nihil de illo dictat ius naturale, & quando aliquid eſt de iure naturali, hoc modo, eccleſia poteſt oppoſitum determinare. Matrimonium verò clandeſtinum erat de iure naturali negatiuè, ideò Eccleſia potuit determinare oppoſitum.

Ad ſecundũ vera ſolutio eſt, quod Eccleſia non poteſt inualidare ſacramentum, vel materiam, & formam ſacramenti, poteſt tamen mutare id, qđ eſt præambulum ad eſſentiam ſacramenti. Vt eſt videre in ſacraméto pęnitentiæ; Præambulum eſt, quod pœnitens ſit ſubditus, quod præambulum auferri poteſt per Eccleſiam; poteſt.n. facere quod iſte, qui ante erat ſubditus huic confeſſario, non ſit ſubditus, & ex conſequenti aufertur ratio ſacramenti. Non diſſimiliter dicunt, quod in ſacramento matrimonij conſenſus inter legitimas perſonas eſt vera eſſentia matrimonij, & ibi eſt vera materia & forma, qđ quidem per Eccleſiam mutari nõ poteſt. Cæterum quod iſtæ perſonæ ſint legitimæ, eſt præambulum ad matrimonium, hoc autem mutari poteſt per Eccleſiam. Hæc, quæ diximus de matrimonio clandeſtino, nõ intelliguntur de ſponſalibus clandeſtinis, quia ipſa clandeſtina fieri poſſunt. Cũ lex ſit pęnalis, non dẽt extendi ad ſponſalia de futuro, quę verè habent rõnẽ ſponſaliorum. Petrus Ledeſ. in addit. tertiæ par. D. Thõ. q. 45 ar. 1.

A

291. *Quæritur, an poſt Concilium Tridentinum prætermittere publicas denunciationes de matrimonio contrahendo, ſine cauſa rationabili, ſit mortale?*

Reſpondetur, prætermittere denunciationes in Eccleſia ſine rationabili cauſa, ex genere ſuo, eſt peccatum mortale. Nam in ipſo Concilio reſpectu denũciationum ponitur verbum, pręcipio, in quo ſignificatur intentio Eccleſiæ volentis obligare ad mortale. Et ratio eſt, quia loquendo regulariter, & per ſe, quando non fiunt denunciationes publicæ in eccleſia, quod ſit periculum ſcandali, & poſſunt timeri grauiſſima inconuenientia, vt quando oriretur aliquod impedimentum matrimonij, ergo videtur mortale. Dixi ex genere ſuo, quia aliquando ex rationabili cauſa poteſt parochus prætermittere denunciationes, etiam poſt contractum matrimonium, & ſine licentia ordinarij, & non erit mortale, ſed ſolum veniale in indiuiduo: ſi aliàs fecerit ſufficientem diligentiam ad intelligendum quod non adeſt aliquod impedimentum, nec ſequuntur inconuenientia. Ratio eſt, quia quod eſt mortale ex genere ſuo, poteſt eſſe veniale in indiuiduo ex genere materię, ſi verò parochus faciat ſufficientem diligentiam alia via, ne ſequantur inconuenientia, & ſcandala, erit materia leuis; ergo, &c. & hæc concluſio loquitur ſtando in iure cõmuni Concilij Tridentini.

B

C

D

Præterea, ſi in aliqua diœceſi eſſet præceptum ſub excommunicatione, & parochus prætermitteret, denun-

Digitized by Google

nunciationes,peccaret mortaliter, in indiuiduo quantumuis aliàs faceret ſufficientem diligentiam, ne ſequerentur inconuenientia. Ratio eſt, quia ſuperior ſpiritualis habet obligandi authoritatem ſub mortali, etiã in materia,quæ aliàs videtur leuis,& intentio prælati obligandi ſub mortali explicatur ſufficiẽter in pęna excommunicationis maioris,quam conſtituit,ergo,&c.

Præterea ſi parochus prætermitteret vnam tantum denunciationem, ſtando in iure communi, nõ videtur peccare mortaliter in indiuiduo, ſuppoſita ſufficienti diligẽtia, quæ aliuũde facta eſt. Hæc Petrus à Ledeſma ſuper D.Thő.in addit. tertiæ partis, quæſt.45.art.5.

292. *Quæritur an ad verum matrimonium requiratur conſenſus in copulam?*

Videtur non requiri,exemplo Beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit ſemper virgo,& mente,& corpore, tamẽ inter eam, & Ioſeph fuit verum matrimonium,vt Eccleſia aſſerit. Ergo ſi illa fuit ſemper virgo, & mente, & corpore,non eſt neceſſe, conſenſum in copulam. Nihilominus D.Thom. in addit.tertiæ partis, quæſt.48. articulo primo, ait conſenſum in copulam carnalem neceſſe eſt habere, cũ ſit de eſſentia matrimonij. Quid ergo dicendum? Quomodo iſta ſimul eſſe poſſunt. Perpetua virginitas interna, & externa, & eſſe verum matrimonium?

Reſpondetur à D. Thom. 3. par. q.29.art.2. dicendo, quod matrimo-

A nium dicitur verum ex hoc quod ſuam perfectionem attingit. Duplex eſt autem rei perfectio, prima & ſecunda: prima conſiſtit in ipſa forma, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda verò perfectio conſiſtit in operatione rei,per quam res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animarum, per quam vnus coniugum indiuiſibiliter

B alteri fidem ſeruare tenetur: finis autem matrimonij eſt proles generanda, & educanda. Ad quorum primũ peruenitur per concubitum coniugalem: Ad ſecũdum per alia opera viri,& vxoris,quibus ſibi inuicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum eſt,quod quantum ad primã perfectionem,omninò fuit verum matrimonium Virginis

C Dei,& Ioſeph. Quia vterque conſenſit in copulam coniugalem, non autẽ expreſsè in copulam carnalẽ,niſi ſub conditione,ſi Deo placeret. Quantũ verò ad ſecundam perfectionem,quę eſt per actum matrimonij,ſi hoc referatur ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, nõ fuit illud matrimonium conſummatum. Habuit tamen illud matrimonium etiã ſecundam perfectionem quãtum ad

D prolis educationem. Vnde Auguſtinus dicit in libro de nuptijs, & concupiſcentia. Omne nuptiarum bonũ impletum eſt in illis parentibus Chriſti: proles, fides, & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum:fidem,quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit.

Digitized by Google

Confirmatur hoc argumentum, quia ita declaratum eſt in congregatione Cardinalium, quæ determinata eſt ad explicanda dubia Concilij Tridẽtini.

Concluſio itaque ſit. Secunda ſententia ſatis eſt probabilis, tertia verò videtur probabilior, ſtando in Cõcilio Tridentino, & videtur dicendum, quod quando in fine, Conciliũ reliquit arbitrio ordinarij prętermiſſionem denuntiationum, referendũ eſt totum illud ad denuntiationem ante contractum, & poſt cõtractum. Secunda verò pars dicit, quantum eſt ex vi Concilij. Nam ſi Cardinales congregationis aliud determinant, determinationi eorum ſtandum eſt. habent enim auctoritatem interpretandi a Summo Pontifice. Hæc pars probatur. Nam ex Concilio Tridentino videtur colligi, quod parochus propria auctoritate poſſit prætermittere denuntiationes ex rationabili cauſa, quia paulò ante determinat denuntiationes eſſe faciendas a proprio parocho ante contractum matrimonium, & ſtatim ſubdit, quod ſi timeatur malitioſè poſſe matrimonium impediri, poſſint redigi ad minorem numerum, vel omnino prętermitti: totum autem hoc refertum eſt ad eundem parochum, nam poſtea admonet, quod poſt cõtractum non remittantur denuntiationes, niſi arbitrio ordinarij.

Vnde ad argumẽtum factum pro oppoſita ſententia, dicendum eſt, quod in illo caſu non diſpenſat Parochus in denuntiationibus, ſed vtitur facultate conceſſa à Concilio in A illo vno caſu, in quo fit exceptio a regula generali: vnde ille caſus conceſſus eſt parocho, & ita illa vltima verba Concilij relinquunt arbitrio ordinarij, quod poſſit remittere omnes denuntiationes: non ſunt referenda ad priora & antecedentia, ſed ad ea, quæ proxima ſunt, nempe ad illa verba, in quibus eſt ſermo de denuntiationibus poſt contractum matrimonium. Aduerte tamen, quod B iſtæ denuntiationes fieri debent in vtraque parochia vtriuſque contrahentis, quod extrahitur ab ipſo Cõcilio. Hęc Petrus Ledeſmius ſuper D. Thomam in addit. tertiæ partis, quæſt. 45.

294. *Quæritur, an mortale ſit conſummare Matrimonium contractum coram parocho, & teſtibus, quando ſine rationabili cauſa non præceſſerint* C *denuntiationes?*

RESpondetur ſecundum quoſdã dicentes, quod de ſe non eſt peccatum mortale, quia ille vſus eſt rei proprię, & legitimę, ſed per accidens erit mortale, fortè propter ſcandalum; verbi gratia, quia fœmina apparet grauida, & ignoratur legitimum matrimonium: ſi verò contrahentes ſine denuntiationib. pro-D uidiſſent, quomodo eſſet notorium matrimonium, conſequenter citarent ſcandala, & ſic non eſſet peccatum mortale illud conſummare. Pro qua reſolutione loquendo ante Cõcilium Tridentinum adducunt argumenta, ſed poſt ipſum Conciliũ, reputant mortale conſummare matrimonium ſine illis denuntiationibus,

nibus, quia Concilium Tridẽtinum præcipit illas fieri. Et hæc eſt grauis res. Item quia illas omittendo, & ante illas conſummando exponuntur periculo alicuius impedimenti Matrimonij, quod eſt valde inconueniens.

Sed nos dicimus, quod in indiuiduo poteſt contingere non eſſe mortale conſummare illud matrimoniũ ante denuntiationes, videlicet, quando ex parte contrahentium, vel parochi fieret debita diligentia ad cognoſcẽdum, an interueniret aliquod impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis, vel huiuſmodi, inter ipſos. Nam non loquimur de peccato mortali, quod committeretur in tali caſu, contrahendo ſine denũtiationibus, immo excuſamus cõtrahentes ab eo peccato, quia fortè ſe totos commiſerunt directioni parochi. Dicimus tamen, quod non peccaret in indiuiduo ex hoc, quod ſcienter conſummarent matrimonium, omiſſis denuntiationibus, facta debita diligentia. Quod intelligitur attento iure communi, quia ſi in particularibus diœceſibus prohibitum eſſet, ne conſummarẽt ſub excommunicatione, nõ dubiũ quin ſcienter conueniendo, mortaliter peccarent. Hæc idem Petrus Ledeſmius ſuper D. Tho. in addit. 3. par. q. 45. articulo quinto.

295. *Quæritur, an ante benedictionem, conſummando matrimonium ſit peccatum mortale?*

Videtur eſſe mortale, cũ ſit contra ſtatum, & conſuetudinem Ec- A cleſiæ, vt patet manifeſtè 30. quæſ. 5. in multis canonibus, & decretis, & contrafaciendo videtur ex contẽptu fieri, & contemptus vbiq; regulariter eſt peccatum mortale, præcipuè ſi ſine cauſa rationabili fiat.

Reſpondetur, quod ante benedictionem conſummare matrimoniũ non ſit peccatum mortale, & hęc ſentẽtia eſt Caiet. & communiter expoſitorum D. Tho. & multorum iuris peri- B torum. Et iure antiquo nullum reperitur præceptum, quod habebat vim obligandi ſub mortali, vt conſtat manifeſtè ex illis decretis, immo in cap. noſtrates, 3. q. 5. Summus Pontif. expreſsè declarauit, quod licet omnia illa non ſeruentur in matrimonio, nõ erit peccatum mortale, & in Concilio Tridentino ſolum ponuntur verba exhortatoria, quod non cohabitent ſimul, & non ponuntur ver- C ba præceptiua, & hortatur ſancta Synodus, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent, ergo non eſt peccatum mortale.

Ex parte benedictionis nulla ei fit iniuria, quia non contemnitur benedictio: nam etiam ſuſcipitur poſtea conſummato matrimonio, neque admiſcetur præterea aliquod falsũ, ſeu D mendacium in ipſa benedictione, cum nulla fiat ibi mentio de virginitate, ex parte verò finis ipſius benedictionis, nullum etiam eſt peccatum mortale, quoniã illa benedictio ad duo ordinatur, ſcilicet ad ſolemnem traditionem vxoris, quæ quidẽ non omittitur, nõ conſũmato matrimonio, dat talis benedictio: ordinatur

etiam

Digitized by Google

etiam ad diuinam obtinendam beatitudinem ipſorum coniugum, quæ etiam nõ omittitur, quia, vt diximus, conſummato matrimonio ſubſequitur talis benedictio: ex quibus omnibus talis formatur ratio. Actus coniugij ante benedictionem, cum non ſit illicitus, niſi quia præuenit benedictionem ante debitum tempus, non plus habet peccati, & illiciti, quàm ex iniuria, vel legis, ſeu conſuetudinẽ prohibentis, vel ratione benedictionis ipſius, vel eius finis: ſed ex nullo horum eſt peccatum mortale, vt probatum eſt, ergo conſummare matrimonium ante benedictionem nõ eſt mortale peccatum, niſi ex cõtemptu fieret, vel vbi eſſet excommunicatio, tunc enim grauis pęna eſſet apertum ſignum, quod prælati eccleſiæ voluerunt obligare ad mortale peccatum. Petrus à Ledeſma ſuper Diuum Tho in additio. tertię partis, quęſtio. 45. articulo 5.

296. *Quæritur, an conſummare matrimonium ante benedictionem ſit ſaltem veniale peccatum?*

RESpõdetur, quod aliqui Moderni Theologi expoſitores D. Th. dicunt, quod niſi in contemptum ipſius benedictionis, vel contra excommunicationem ad hoc latam, ne conſummetur matrimonium ante benedictionem, nunquam eſt peccatum, etiam veniale. Caietanus verò dicit, quod talis conſummatio ante benedictionem non poteſt excuſari, à peccato veniali, tam ex parte petentis, quam ex parte reddentis, & ratio illius eſt, quia non ſeruatur ordo ſtatutus, & determinatus lege, vel conſuetudine, nam fit ante benedictionem, quod poſt benedictionem agendum erat.

In cuius rei expoſitionem ſit ſecunda concluſio. Hæc ſecunda ſententia Caietani videtur mihi probabilior. Aduertendũ tamen eſt, quod Magiſter Sotus in 4. ſentent. diſtinctio. 28. quæſtione vnica, articulo ſecundo, docet, quod aliquando propter aliquem bonum finem, videlicet ad vitandas pollutiones in coniuges, non eſſet peccatum conſummare matrimoniũ ante benedictionem, imò eſſet conſulendum illis, maximè ſi benedictio eſſet deferenda. Ad rationes in contrarium productas, reſpondetur.

Illa iura, & decreta loquuntur de bene eſſe, & non præceptiua ſunt. Et fortè loquuntur, quando matrimonium fuit clandeſtinum in tempore antiquo. Tunc enim propter ſcandalum graue, erat peccatum mortale conſummare matrimonium. Præterea illa iura debent intelligi, niſi producta ſit conſuetudo in contrarium, vt multis locis euenire ſolet, Concilium verò Tridentinum nihil pręcipit, vt diximus, ſed tantum hortatur, ne ſimul cohabitent. Vltimò dicitur, quod illa iura intelliguntur, quando ex contemptu benedictiones relinquuntur.

Dominus Caietanus aliter reſpondet. Dicit enim quod hęc conſequentia non valet: ſtatutum, ſeu conſuetudo Eccleſię non ſeruatur, ergo eſt peccatum mortale; ſatis enim eſt, quod ſit veniale, quia plus requiritur ad

ad peccandum mortaliter, quàm violare ſtatutum, vel conſuetudinem eccleſiæ. Non enim omne ſtatutum, ſeu conſuetudo eccleſiæ obligat ſub mortali, vt per ſe eſt manifeſtum, in multis ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiæ. Et iam falſum eſt dicere, quod vbi eſt rationabilis cauſa violandi, ſeu non ſeruandi ſtatutum, & conſuetudinem Eccleſiæ, ibi ſit contemptus. Stat enim optimè, quod ex infirmitate, ſeu cócupiſcentia veniali fiat tráſgreſſio. Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in additio. 3. partis. quęſt. 45. artic. 5.

297. *Quæritur in contrahendo matrimonio quomodo intelligatur illa præſentia parochi, & teſtium, quæ eſt neceſſaria, vt ſit verum matrimonium?*

Reſpódetur, quod ſecundum Cócil. Trid. ad eſſentiam matrimonij requiritur, vt in contrahendo matrimonio, ibi ſit præſens ſacerdos, & teſtes, aliàs non eſt matrimonium. Et iſta præſentia debet eſſe moralis, id eſt, more, & modo humano, & non ſufficit præſentia phyſica. Præſentia enim phyſica dicitur quando adſunt corporaliter, ſecundum ſuam naturalem ſubſtantiam, ſiue aduertant, ſiue non, ſiue habeant vſum rationis, ſiue nó: præſentia verò moralis, vltra phyſicam, addit aduertentiam, & præſupponit vſum rationis, vt poſſint teſtimonium reddere. Quod verò hæc ſit præſentia moralis, patet ex ipſo iure. Nam vt conſtat ex legibus: Coram Titio aliquid facere, eſt illo ſciente, & aduertente facere, vt patet ex l. coram Titio, in ff. de verborum, & re-

A rum ſignificatione. Itaq; ſi ſit ibi præſens, vt quoddam brutum, non dicitur habere præſentiam moralem.

Ex Concilio Tridentino, vt ſupra diximus, niſi ſit præſentia talis parochi, & teſtium, vt aduerterint, & ſciuerint, ad teſtificandum, omninò irritatur matrimonium, vt patet ex prædicta lege, & teſtes requiruntur ita præſentes, vt poſſint eſſe teſtes oculati, quia non magis aduerterent, quá

B ſi non eſſent præſentes.

Ex dictis ſequitur, quod ſi matrimonium fiat coram parocho, & teſtibus non aduertentibus, nullú eſt matrimonium: vt ſi dormiant, vel aliquid aliud agant, & ibi non aduertant, tunc enim non ſunt præſentes, vt diximus, moraliter loquendo. Item aliqui dicút probabiliter, quod ſi matrimonium fiat coram parocho, & teſtibus tranſeuntibus, quando

C matrimonium contrahitur, non eſt verum matrimonium. Nam qui tranſeunt, moraliter non dicuntur præſentes. Hæc præfatus Petrus Ledeſmius ſuper Diuum Thomam in additio. tertiæ partis, quæſtione 45. articulo 5.

198. *Quæritur quando parochus eſt præſens per violentiam, & ſimiliter teſtes, in matrimonio contrahendo, an ma-*

D *trimonium teneat?*

Reſpondetur, in hac difficultate ſunt duæ ſententiæ. Prima eſt, quod etiam ſi parochus ſit ibi per violentiam, erit validum matrimonium, quantumuis ſit contra eius voluntatem. Hæc ſententia probatur primo ex l. citata, vbi expreſsè diffinitur,

tur, quod coram Titio aliquid facere eſt quod ſciēter,& aduertenter adſit, & ſubditur ſtatim in ſecunda parte,l.ſcire autem,non etiam velle is debet:nam & inuito eo, recte fit, quod iuſtum eſt.Secūdo probatur,ille talis eſt pſens præſentia morali,& inquantū homo,& non ſolū pręſentia phyſica, & ſic validum eſt matrimonium. Tertiò,in communi modo cōcipiendi, & loquendi omnium hominum contractus iſte fit coram ſacerdote,ergo validum eſt matrimonium.

Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, quod requiritur ad verá rationem matrimonij, vt ſit præſens ibi voluntarie: Hæc ſententia probatur primo.Sicut eſt de ratione hominis, quod ſciat, & intelligat, ita eſt quod velit, ſed non dicitur homo, vt homo, niſi ſcienter, & aduertenter ſit ibi, ergo non erit præſens ſi ſit ibi contra ſuam voluntatem. Alia argumēta poſſent adduci,quæ ratione breuitatis miſſa facimus. In expoſitione huius dubij ſupponendum eſt,quod illi, qui contrahunt iſto modo, peccant mortaliter:nam præceptum Eccleſiaſticum eſt, quod ſacramenta recipiantur auctoritate eccleſiæ, ſi autem ſacerdos ſit ibi contra ſuam voluntatem per violentiam, non recipiunt ſacramentum matrimonij auctoritate eccleſiæ, ergo peccant mortaliter, atque etiam ratione iniuriæ illatæ.

Stando præcisè in littera Concilij Tridentini vtraque ſententia eſt probabilis. Cæterum ſtando declarationi congregationis Cardinalium, qui habent auctoritatem à Papa interpretandi iſtud Cōcilium. Prima ſenten-A tia eſt certa, & probabilis,& conuincitur argumentis factis,& auctoritate Cardinalium.Nam ita declaratum eſt, & declaratio facta eſt Epiſcopo Salmantino, quæ quidem habet in hunc modum. Reuerendiſſime Domine libellus hic amplitudinis tuæ nomine porrectus, in quo nonnulla quæſita ad contractum matrimonij ſpectantia propoſitūs fuit in ſacra cōgregatione Cardinalium interpreta-
B tione Concilij Tridentini præfectorum,quorum hęc fuit ſententia.Non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij ſacramenti, vt parochus aliqua verba proferat,ideoque valere matrimonium, quamuis verba exprimentia cōſenſuum prolata ſint à contrahentibus tantum, dummodo parochus adhibitus á contrahentibus ſit præſens,& intelligat id, quod agitur, licet diſſentiat, & contradicat: paro-
C chū verò intelligi adhibitum, etiam ſi ex alia cauſa vocatus ſit, dummodo ad illum actum adhibeatur. Hæc pręfatus Petrus Ledeſ. ſuper D.Tho. in additio.tertiæ partis, quæſt.45.articul.5.

299. *Quæritur, an prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquos deſponſet, ita tollatur iuriſdictio parochi, vt ad cōtrahendum matrimonium con-*
D *tra talem prohibitionem,matrimonium teneat?*

RESpondetur, quod cum poſſit ordinarius in totum, vel in partem auferre à parocho ex cauſa iuriſdictionem, ſicut fit,quando reſeruatur aliquis caſus, quod in propoſito minorem vim habet, ex hoc videtur

huiuſmodi matrimonium non teneri; congregatio tamen Cardinalium reſpondet, huiuſmodi matrimonium valere ſic contractum coram parocho, cui interdictum eſt ab epiſcopo, ne interueniat.

Ex quo oritur ſecũdum dubium: an matrimonium, in quo interueniret talis, qui vicarius eſſet epiſcopi, volens contra eius prohibitionem adeſſe tali matrimonio: an inquam ſit validum, vel potius nullum. Congregatio reſpondet, validum eſſe. Prętetea, ſi inuitus & compulſus per vim adſit ſacerdos, dum contrahitur matrimonium, præcedente, vel non præcedente dicta prohibitione, vel tali interdictione congregatio cenſuit, tale matrimonium ſubſiſtere, & validum eſſe.

Prętetea ſi ſacerdos adfuerit, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidit, neque audiuit, congregatio cenſuit, non valere hoc matrimonium, ſi ſacerdos non intellexit, niſi tamen affectaret, non intelligere.

Adhuc alius caſus; ſi adſit ſacerdos, caſu, dum contrahitur matrimonium, non cogitans, ſe eſſe ad id vocatum, ſed aliud agẽs, audit duos inter ſe cõtrahentes matrimoniũ, in quo fuit pręſens; nõ tamen certior factus, neque aduocatus expreſsè, nec interponens ſuam auctoritatem, congregatio cenſuit valere, & ſi parochus aliam ob cauſam adhibitus ſit ad illum actum.

Ex his declarationibus aperte colligitur, quod prima ſententia nunc eſt certa, & iſtæ declarationes habẽt maximũ fundamentum in ipſo Concil. Trident. vt patet ex his quæ ſupra

A diximus pro prima ſententia. Habet etiam fundamentum in hoc, nam ſacerdos non eſt miniſter huius ſacramenti, & ſic non eſt neceſſariũ, quod ſit ibi voluntariè, ſed ſufficit præſentia moralis.

Ex dictis ſequitur, quod ſi aliqui contraherent coram parocho, & teſtibus tranſeũtibus & inuitis, ſi tamen aduertant actum longè probabilius eſt, & mihi ferè eſt certum, quod eſt

B verum matrimonium: ſi tamen ita tranſirent, vt nihil aduerterent, non eſſet verum matrimonium, nam tũc non eſſet præſentia moralis.

Secundo colligitur, vt aduertunt aliqui grauiſſimi doctores, quod quãdo parochus cogeretur metu mortis, vt adeſſet matrimonio, talis parochus etiam prætermittendo denunciationes, non peccaret, nec eſſet puniendus, quia lex humana Eccleſia-

C ſtica de denunciationibus prætermittendis, non obligat, nec intendit obligare cum tanto diſcrimine: quod ſi in aliqua diœceſi eſſet poſita excommunicatio contra parochos non permittentes denunciationes ante matrimoniũ, talis parochus, qui metu mortis illas dimittit, non incurrit excommunicationem, eadem ratione. Hæc præfatus. Doctor Petrus à Ledeſma ibidem ſuper D. Tho. in addit. 3. par. q. 45. art. 5.

D

300. *Quæritur, quiſnam parochus debeat eſſe præſens matrimonio, vt validũ ſit, an ſufficiat quicunque parochus, etiam alienus?*

VIdetur quod ſufficiat quicunque parochus etiam alienus, quia

quia priuilegia ſunt amplianda, & non reſtringẽda. Concilium.n.ſolũ dicit, quod ſit ibi Parochus, & non proprius; Cõfirmatur, cum in diplomate Bullæ cruciatæ dicitur, quod poſſint eligere confeſſarium approbatum ab ordinario, non intelligitur ordinarius proprius, ſed quicunque ordinarius: ergo cum Conciliũ dicit quod fiat coram parocho, non intelligitur de proprio.

B Reſpondetur, ꝙ parochus, qui debet eſſe præſens matrimonio, eſt proprius parochus, & non ſufficit alienus. Conc. autem dicit expreſsè, ꝙ denuntiationes fiant à proprio parocho. Secundò dicit, ꝙ proferat illa verba: Ego vos coniungo, &c. & de illo ſubdit: Qui aliter, quàm præſente parocho, &c. ergo debet intelligi de eodem proprio parocho. Præterea Cõcilium hoc ſupponit, cum dicit, vel alius ſacerdos de licentia parochi, vel ordinarij, vt ibi nomine ordinarij intelligit propriũ, ergo nomine parochi intelligit proprium parochum. Communiter loquendo debet eſſe præſens parochus ipſius fœminæ, tamen licet ille nõ ſit præſens, ſi ſit præſens parochus viri, ſufficit, vt validum ſit matrimonium. Explicat Concilium, dicens, quod ſit ibi proprius parochus ſponſi, vel ſponſæ. Dicitur tamẽ communiter, quod parochi concedunt ſibi inuicem licentiam, vt poſſint adeſſe matrimonio, & ſic habetur in multis declarationibus cardinalium, quas ego vidi. Et ipſe parochus debet eſſe ſacerdos, quia a non ſacerdote id fieri nõ poteſt. Ex his dictis ſequitur, quod ſimplex ſacerdos, vel alienus parochus, neque propria auctoritate, neque virtute aliorum priuilegiorum, ſufficit ad hoc, vt fiat validum matrimonium, quamuis ſit ei præſens ſine licentia parochi, vel ordinarij, etiam ſi ſit articulus mortis alicuius, qui vult contrahere propter bonum finem. Ratio eſt, quia licet in articulo mortis poſſit quilibet ſacerdos miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ, & abſoluere à quibuſcumque peccatis, quantumuis reſeruatis, & etiam ſi daremus, quod in ſimili articulo poſſet miniſtrare Euchariſtiã, quę ſunt ſacramenta longè maiora, non tamen inde ſequitur, quod poſſit miniſtrare ſacramentum matrimonij. Ratio differentiæ eſt; quia illa ſacramenta cenſentur ſacramenta neceſſitatis. Matrimonium verò non eſt ſacramentum neceſſitatis: quare ſi in articulo mortis aliquis vir eſſet obligatus ad contrahendum cum aliqua fœmina ex præſentia alicuius clerici, non eſſet verum, & validum matrimonium.

Vltimò ſequitur, quod licet parochus proprius eſſet excommunicatus, & ſuſpenſus, quantumuis non toleratus ab Eccleſia, ſi tamen eſſet præſens, matrimonium validum eſſet. Nam præſentia illa non eſt actus iuriſdictionis, ergo dum manet proprius parochus, etiam priuatus iuriſdictione, inualidum erit matrimonium: ibi enim ſaluantur omnia neceſſaria ad rationem matrimonij, ſecundum Concilium Trident. Hęc Petrus Ledeſm. ſuper D. Thomam in addit. tertiæ partis, quæſt. 45. articulo quinto.

A C D

Digitized by Google

301. *Quæritur, quis ſit habendus parochus peregrinorum, vel vagantium, quando volunt inter ſe contrahere matrimonium?*

RESpondetur dicendo, quod certum eſt iſtos vagantes, & nõ habentes certas ſedes, non debere ita facilè recipi ad matrimonium, vt habetur in Conc. Triden. ſeſſ. 24. de reformatione matrimon. cap. 7. Ratio Concil. eſt, quia ſæpe contingit, vt viuente prima vxore, iſti ducant alias.

Dico ſecundò, quod parochus tenetur non intereſſe horum vagantium, niſi cum duplici conditione. Prima, quod faciat diligentem inquiſitionẽ, & rem deferat ad ordinarium; ſecunda, quod de facto prius obtinet licẽtiam ab ordinario, vt patet ex d. cap. 7.

Hinc ſequitur, quod ſi parochus intereſſet matrimonio horum vagãtium, non ſeruatis illis conditionibus, peccaret mortaliter ex genere ſuo; patet, quia faceret contra præceptum Eccleſiæ in illis verbis. Præcipit ſancta Synodus, & in re graui, & valde periculoſa, ergo.

Dico tertio, ſi de facto vellet parochus intereſſe matrimonio horũ vagantium, verum eſſet, & validum, quidquid ſit de peccato: & requiritur, quod interſit proprius parochus fœminæ, verbi gratia, non vagantis, vel ſi fortè ſit alienigena, habitet tamen permanenter in illo oppido, requiritur proprius parochus parochiæ, in qua illa habitat permanẽter: quod ſi vterque contrahens ſit vagans, dicitur intereſſe ille parochus, vt validum ſit matrimonium, a quo deberet ſuſcipere ſacramenta Confeſſionis, & Communionis, ſi de facto ea recipere vellent, patet, quia ex decreto ipſius Concilij habemus, quod requiritur proprius parochus alterius contrahentis, vel alius ſacerdos cum legitima licentia: ſed in caſibus modo deſignatis nullus eſt alius proprius Parochus alterius contrahentis, qui interuenire poſſit, quam ille, qui nobis eſt deſignatus, qui eſt neceſſarius, vel alius ſacerdos a tali parocho deſignatus: hoc patet ex ipſo Cõcilio. Verum eſt tamen, quod quando in ſimili caſu nõ eſt obtenta licentia ordinarij, vel quia res ad eum non eſt delata, vel quia eam negauit, ſic peccaret parochus, vel aſſiſtendo tali matrimonio, vel præbendo alteri licentiam, ſic etiam peccaret, ex genere ſuo mortaliter, alius ſacerdos, qui ſcienter ſine licentia ordinarij eſſet præſens cũ ſola licentia parochi: vtrumque probat decretum ipſius Concilij, quia quamuis huiuſmodi decretum abſolutè, vt validum ſit matrimonium, præter teſtes requirat tantum præſentiam parochi, vel alterius, de ipſius licentia. Idem tamen Concilium ibidem præcipit, vt non fiat matrimonium vagantium, ſine licentia obtẽta ab Ordinario, aliàs mortale eſſet. Hæc præfatus Doctor Petrus à Ledeſma ſuper D. Tho. in addit. 3. p. q. 45. articulo quinto.

Digitized by Google

302. *Quæritur quis nam poſſit concedere licentiam alteri ſacerdoti, vt poſſit eſſe præſens matrimonio?*

RESpondetur hanc licentiam poſſe dare proprium parochum, vel ordinarium, vel ſummũ Pontificẽ, & ex cõmiſſione aliqui alij poſſunt, qui ad hoc habuerint poteſtatẽ, vt Vicarij Generales Epiſcoporum, qui ſolent habere ad hoc facultatem: Archiepiſcopi verò non poſſunt hanc cõcedere licentiã extra ſuã iuriſdictionem. Ex hoc ſequitur primò, quod ſi proprius Parochus, vel Epiſcopus eſſet excommunicatus, vel ſuſpenſus, toleratus tamen, & ſic præberent talem facultatem, licet ipſi peccarent exercendo actum iuriſdictionis, matrimonium tamen validum eſſet, quia licẽtia valida fuit propter bonũ fideliũ.

Secũdò ſequitur, quod parochus, vel Epiſcopus, ſi eſſet excommunicatus, non toleratus, licentia eſſet nulla, quia eſt ſuſpenſus à iuriſdictione: & ita quamuis talis ſacerdos ſit præſens matrimonio, matrimonium nullum eſt, nam non eſt pręſens parochus, nec alius ſacerdos de licentia parochi.

Prætęrea hæc licentia poteſt conferri cuicunque vero ſacerdoti habenti vſum rationis, non tamen poteſt conferri alteri, qui non ſit ſacerdos, etiam ſi ſit diaconus, vt habetur ex ipſo Concil. Trid.

Dubium tamen adhuc eſt, nam ſi parochus, vel ordinarius dent licentiam fictè alteri ſacerdoti ad hoc, vt ſit præſens matrimonio, & ille ſit pręſens cum teſtibus, ſit ne validum matrimonium? Dixi fictè, quoniam reue-
A ra exterius concedunt talem licentiam, tamen interiori voluntate, & conſenſu, nolunt illam concedere. Reſpondetur pro nunc, quod tale matrimonium non eſſet validum, quoniam illa licentia nulla eſt, vt conſtat, & ita nullus ſacerdos eſſet præſens de licentia parochi, vel ordinarij. Eſt bonũ ſimile, ſi Epiſcopus concederet fictè licentiam alicui ad audientiam confeſſionum alicuius: ta-
B lis cõfeſſio nullla eſt, quia licentia illa nulla eſt: ita dicit pręfatus Doctor Ledeſ. ſuper D. Thom. in addit. 3. par. quæſt. 45. art. 5.

Sed mihi minimo perparum quadrat hæc reſolutio, pręſertim quantũ ad confeſſionem, nam ipſe ſacerdos abſoluit ex authoritate, quam tradidit Epiſcopus, neſciens an fictè, vel verè hanc tradidiſſe facultatẽ: & crediderim pœnitentem quantum ad
C Deum, fuiſſe abſolutum. Immò videtur ſibi cõtradicere, cum ſuperius in Quæſ. 403. dixerit, quod licet Epiſcopus prohibeat parocho, & iuriſdictionem auferat, vt non poſſit intereſſe vlli matrimonio contrahendo, nihilominus, ſi contra eius voluntatem interſit, illud matrimonium eſt validum. Tamen tanto viro opponere me nollem, cuius doctrina aliàs valdè mihi placet, ideo peritiorum iudi-
D cio illud relinquere intendimus.

303. *Quæritur quid ſit obſeruandum circa teſtes, qui eſſe debent præſentes in matrimonio contrahendo, quales inquã eſſe debent?*

RESpondetur quãtum ad numerum, duo eſſe debẽt, vel tres diſtincti

Digitized by Google

ſtincti ab ipſo Parocho, vt patet ex tenore Concil. Trident. & iſti habere debent vſum rationis, aliàs enim nō eſſent pręſentes moraliter, nec poſsēt habere rationem teſtis. Nec oportet eos habere qualitates, quæ neceſſariæ ſunt in cauſis criminalibus habere, ſed ſufficiunt quicunq; ſint, dummodo vt dictum eſt, habeant vſum rationis, poſſunt enim eſſe parentes, cōſanguinei, familiares, ſerui, & homines aliàs infames, & cuicunque conditionis ſint, etiam religioſi. Hæc concluſio eſt communis omnium Theologorum, & iuris peritorum. Vide Couar. 4. decretalium, quæſt. 55. art. 11. In cauſa fauorabili, admittuntur teſtes, qui aliàs ſunt incapaces. Et pręter duos, vel tres teſtes, exigitur parochi, ſed in iure multum tribuitur præſentię Parochi. Et diffinitur, quod validum ſit teſtamentum factum in pręſentia ſacerdotis, & duorum, vel triū teſtium. Ergo caſu noſtro ſimiliter multum eſt tribuendum authoritati Parochi, ita vt abundantia habilitatis Parochi, & eius authoritas, ſupplet defectus, & in hęreditatem aliorum teſtium. Hæc Petrus Ledeſmius ſuper D. Thom. in additione tertiæ partis quæſt. 45. art. 5.

304. *Quæritur an poſt Concil. Triden. aliquod matrimonium poſſit eſſe validum, ſi fiat ſine præſentia Parochi, & teſtibus?*

Videtur affirmatiue reſpondendum, & probatur, quando matrimonium contrahitur in facie Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus, ſed poſtea reperitur impedimentum, per quod matrimonium fuit nullum, verum obtenta diſpenſatione, occultè contrahunt ſine parocho, & teſtibus, & eſt verum matrimonium & validum?

Reſpondetur, dicendo ſecundum ipſum Concilium, in nullo caſu, matrimonium factum ſine parocho, & teſtibus eſt validum. Et ad obiectionem factam, dicitur quod iam fuerat contractum in facie eccleſiæ ante diſpenſationem propter ea non fuit clandeſtinum, licet propter impedimentum fuerit nullum, per accidens enim fuit quod repertum fuerit impedimentum. Aiunt quod Pius V. declarauit, in hoc caſu, non eſſe neceſſariā præſentiam Parochi, & teſtium. Et hoc etiam Nauarrus affirmat in Manual. cap. 22. num. 70. vlterius congregatio Cardinalium, quę à Papa auctoritatem habet, idem affirmat fieri poſſe.

Aduertendum tamen eſt, quod reſolutio non ſolum habet verum, quando matrimonium fuit nullum, propter occultum impedimētum, verum etiam quando fuit nullum, propter defectum conſenſus alicuius cōtrahētiū, qui ſuppleri poteſt per ſummum Pontificem.

Et idem dicendum eſt, ſi Epiſcopus diſpenſaret in ſupradicto impedimento, ſicut quidam dicunt, quod in aliquo caſu, poteſt Epiſcopus diſpenſare, de quo infra. Et hoc patet ad primum dubium principale, reſponſio. Hæc pręfatus Doctor Petrus à Ledeſ. ſuper Diuum Tho. in additione tertiæ partis, quæſt. 45. art. 5.

305. *Quæ-*

Digitized by Google

305. *Quæritur quomodo contrahi poſſit matrimonium à Christianis qui morantur inter infideles vbi non eſt copia Parochi?*

RESpondetur, quod certiſſimum videtur Chriſtianos captiuos apud quoſcunque infideles vbi non eſt copia parochi poſt Conc. Triden. non poſſe contrahere matrimonium validum, niſi habeant diſpenſationẽ à ſummo Pontifice, quia in dicto Cõcil. ſine exceptione dicitur, qui aliter ꝙ præſente parocho, &c. eos ad ſic contrahendum inhabiles facit. Aliqui expoſitores Diui Thomæ diſtinguũt de illis captiuis apud infideles. Nam vel fuerũt captiui poſt promulgationem decreti huius Concilij, in ſua parochia, vel non, niſi ante; ſi fuerũt captiui poſt promulgationem in ſua parochia, matrimonium, quod contrahunt ſine pręſentia parochi, & teſtium nullũ eſt. Dicunt tamen ſecundò quod ſi fuerunt captiui ante promulgationẽ in ſua parochia, tunc fortè eſt validũ illud matrimoniũ, ꝙ ignorantes contrahunt ſine pręſentia parochi, & hoc videtur falſum, quia poſſet contingere caſus, in quo illi redderentur captiui ante promulgationem concilij in ſua parochia, & tunc nullum eſſet matrimonium, quod attentarent, in captiuitatẽ, non præſente parocho, ſicut ſi ante illam promulgationem caperentur ab infidelibus, & poſſent non cõtrahere, niſi poſt factam promulgationem à parte rei, licet ab eis ignoratá. Tunc arguitur. In tali caſu, nullum eſſet matrimonium ſine præſentia parochi, quia decretum concilij iam habeat vim in parochia illorum, quando de facto contraxerunt cum illa ignorantia: ergo per illud annullatum fuit tale matrimonium: vis enim illius decreti irritatiua eſt, nec pendet à ſcientia, vel ignorantia huius, vel illius hominis in particulari, ſed tantum pendet ex promulgatione ſufficienter facta in tali parochia; fatemur tamen illos poſſe excuſari à peccato ob ignorantiam inculpabilem talis promulgationis, vel fortè quia quamuis cognoſcerent iam eſſe promulgatum, bona fide exiſtimarent, quod per epicheiam poterant licitè contrahere, in illo caſu, clandeſtinè: Epicheia autem in legibus irritatorijs non videtur poſſe habere locum, quantumcunque poſſit homo excuſari à peccato aliquando. Hæc præfatus Petrus Ledeſmius ſuper D. Tho. in addit. tertiæ partis. q. 45. art. 5.

306. *Quæritur an in aliquo alio caſu particulari, & in aliqua prouincia particulari validum ſit matrimonium ſine parocho, & teſtibus?*

RESpondetur, quod hoc dubium mouetur, quia mihi relatum eſt à uiris fide dignis in quibuſdam partibus, & prouincijs Galliæ, circa Nauarram, non eſſe receptum Concil. Triden. neque promulgatum, vidente ſummo Pontifice, & permittẽte. In quo caſu, aliqua certa ſunt; Primum certum eſt, quod matrimoniũ celebratum ab illis, qui habitant in illis prouincijs, & partibus eſt validum, etiam ſi fiat ſine parocho, & teſtibus, ſi illud matrimonium celebretur in illis locis. Ratio huius eſt. Nã

illud

illud mandatum Concilij Tridentini, & illa lex non obligat in illis locis, cum non ſit recepta, & ita non habet vim legis. Et ipſum Concil. in fine illius decreti decernit, & determinat, quod illud decretum in vnaquaque parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis in eadem parochia factæ numerandos. Iſtud autem decretum non eſt promulgatum in illis prouincijs, ergo non habet robur, ac ſubinde validum erit matrimoniũ factum ſine parocho, & teſtibus, ſi celebretur in illis prouincijs, & partibus. Veruntamẽ ſi celebretur in alijs prouincijs, & partibus, vbi ipſum Concil. & illud decretum eſt promulgatum, & acceptatũ, nullum erit matrimonium, ſi fiat ſine parocho, & teſtibus; quoniam illud decretum debet obſeruari in illis locis. Secundum certum eſt, quod contrahere ſine parocho, & teſtibus, & clandeſtinè, erit peccatum mortale, vt ſupradictum eſt de matrimonio cládeſtino ante Concilium Trident. Nam quamuis iſti non teneãtur in illis regionibus legibus Concilij Tridentini, nihilominus tamen obligantur iure communi, quod prohibet matrimonium clandeſtinum. Itaque ſic ſe habere debent, ac ſi in nihil innouatum eſſet per Concilium Tridentinum cum non obliget illos lex ipſius Concilij, neq; eius decretum. Hæc idem Petrus Ledeſmius ſuper D.Thom. in addit. tertiæ partis q.45. articulo 5.

A 307. *Quæritur an qui diſcedunt à regionibus, ubi decretum illud Cõcilij Tridentini fuerat promulgatũ, & ueniunt ubi non eſt promulgatum, poſſint ibi cõtrahere matrimonium ſine parocho, & teſtibus?*

Reſpondetur quod pars negatiua videtur vera: quoniam illi, qui ex alijs partibus adueniunt, obligantur legibus Concilij Tridentini, cum B illis promulgatum ſit, & ab illis acceptatũ, in ſuis prouincijs & regionibus. Ergo ſi contrahant ſine parocho & teſtibus nullum eſt matrimoniũ: quia Concilium ipſum non ſolum irritat, & annullat contractus, ſed etiã ipſas perſonas inhabiles, & incapaces reddit ad contrahendum ſine parocho, & teſtibus: ergo hæc incapacitas, & inhabilitas ſequitur ipſam perſonam vbicunque fuerit: & ſub- C inde nullum erit matrimonium, non ſeruatis ſeruandis ſecundum præceptum ipſius Concilij Tridentini.

Certiſſimum ergo eſt, quod illi captiui, qui apud Turcas, vel alios infideles detinentur, non poſſunt contrahere matrimonium ſine parocho, & teſtibus, quamuis ſint in locis, in quibus non obligat Concil. Trident. Ergo ſimiliter in noſtro caſu, matrimonium celebratum ab illis, D nullum erit, quamuis celebretur in locis, in quinus non obligat Concil. Trident. Et ad confirmationem præcedentium à ſimili adduci poterit, vt ille, qui ſacris eſt initiatus, & habitat in aliqua diœceſi, tenetur recitare officium diuinum, ſecundum morem ſuæ Eccleſiæ etiamſi eſſet in alia diœceſi, in qua eſſet

Digitized by Google

eſſet conſuetudo aliter recitandi diuinum officium, ergo ſimiliter in noſtro caſu, iſti tenentur contrahere matrimonium ſecundum præceptum, & iura ſuæ eccleſiæ, etiamſi in alia diœceſi, vel prouincia, in qua non ſeruatur tale ius; Hæc ille Doctor, vt ſupra ſuper D.Thom. in additio. tertiæ par. quæſt.45. artic.5.

Hęc, quę hic dicta ſunt in hoc quęſito, omnia ſunt argumenta, pro hac parte eorum, qui eam ſequuntur, ſed quæ nos teneńda cenſemus, in ſequenti quæſito clare aperiemus, & demonſtrabimus, vide ibi.

308. *Quæritur declaratio ſuper his, quæ ſcripta ſunt in pręcedenti Quæſito.*

RESpondetur primo, ſi quis noſtrum, qui accepimus ipſum decretum concilij in partibus noſtris, in fraudem legis adiremus in regiones, vbi receptum non eſt ipſum decretū, & ita matrimonium contraheremus ſine parocho, & teſtibus, nullū eſſet matrimonium; ſi verò aliqui ex alijs prouincijs adirent illas, in quibus nō eſt promulgatum ipſum concilium, vt habitent in illis, & re vera commorentur, & contraherent matrimonium abſque parocho, & teſtibus, validum eſſet. Et gloſ. probat hoc, ex illo cap. illa diſt. per quod dicitur vulgò, Si fueris Romæ Romano viuito more. Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi. Et hæc regula ſeruatur de ieiunijs, de obſeruantia feſtorum, & ſimilia, quæ quidem poſſumus obſeruare ſecundum morē illius loci, vbi inuenimur. Et aduertēdum tamen eſt, quod iſta A inhabilitas, & incapacitas, quam ſupra diximus, non concomitatur ipſam perſonam, vbicunque ſit, ſed ſolum vbi obligat decretum illud Concilij. Præterea illi qui detinētur captiui apud infideles, vel Turchas non poſſunt contrahere matrimonium ſine parocho, & teſtibus, quoniam in parochia iſtorū iam eſt promulgatū Cōcilium ipſum, & iſti nō ſunt in parochia, vbi non ſit promulgatum; nā B re uera, apud Turcas, & Infideles, nō eſt parochia, neque iſti Chriſtiani captiui obligantur legibus illorum locorum. Ad illud verò, quod ſupradictum eſt de officio diuino ſoluendo. Reſpondemus, quod ille qui eſt initiatus ſacris, & eſt in aliqua diœceſi, in qua non recitatur ſecundum morem ſuæ diœceſis, ſatisfacit præcepto recitādi, ſi recitet ſecundum morem diœceſis, in qua eſt, & in propoſito, C iſti poſſunt contrahere ſine parocho, & teſtibus, ſi ſic contrahitur in prouincijs illis, in quibus ſunt. Aliæ difficultates, & dubia poſſent adduci in hac materia, circa illud decretū, quæ non difficilè ſoluentur ex dictis, & paſſim in alijs inueniūtur, propterea illa omittimus.

Hæc idem prefatus Doctor Petrus ſuper D.Thom. in addit. 3. par. quæſtio.45. art.5. D

309. *Quæritur, an qui contraxit matrimonium per verba de futuro, cum iuramento, & poſt contraxit cum alia de præſenti, qua mortua, an teneatur primam ducere ob iuramentum?*

RESpondetur, quod Paludanus in 4. diſt. 28. q.1. art.1. ait, quod talis

lis non teneatur poſtea adimplere iuramentũ,& ratio illius eſt,quod matrimonium cõtractum de præſenti reſcindit ſpõſalia,vt aliàs diximus, ſed iuramentum eſt factum in confirmationem ſponſaliorum, ergo etiã ceſſat iuramentum,& eius obligatio;cõfirmat hanc rationem. Iuramentum eſt extinctum per hoc, quod contraxit de præſenti cum alia,quia aliàs viuente illa,obligaret, ſed ex hoc quod vxor eius mortua ſit, nõ reuiuiſcit iuramentum,vt conſtat,ergo,&c.

Nihilominus tamen dicendũ eſt, quod iuramentum obligat mortua vxore. Probatur primò. Votum ſimplex religionis obligat illum,qui contraxit de præſenti, & conſummauit matrimonium, ſi moriatur vxor eius tenetur ad religionẽ, ergo idem omninò erit de iuramento.

Secundò, quia cõtraxit de præſenti cum aliqua poſt ſponſalia de futuro, tenetur mortua vxore adimplere fidem datam primæ ſponſæ, etiamſi ſponſalia ſint reſciſſa, vt ſupra diximus, ergo idem erit de obligatione iuramenti.

Tertiò,iuramentum erat impeditum,quia materia facta erat de licita, illicita, ſed modo iam facta eſt licita poſt mortẽ vxoris, ergo obligat modo. Itaque excogitandum eſt, quod ſicut lapis virtutem habet ad deſcendendum,ſi tamen opponatur impedimentum,non deſcendit actu,& ſubitò impedimẽto ablato ſtatim deſcendit per illam virtutem impeditam: Ita iuramentum vim habet obligandi,appoſitũ verò eſt impedimentum per hoc, quod contraxit de præſenti cum alia, mortua verò vxore tollitur A impedimẽtum, & ſic ſtatim obligat. Vnde ad rationem Paludani reſpondetur, quod quamuis iuramentum non obliget ratione ſponſaliorum, obligat tamen ratione ſanctitatis, & quia fides data obligat.

Ad confirmationem reſpondetur, quod iuramentum nõ eſt extinctum per hoc quod contraxit de præſenti cum alia: vbi enim habet ſuam vim, ſed eſt impedimentum, & ita ablato B impedimento ſtatim obligat, vt patet in exemplis adductis de lapide, & de voto ſimplici religionis. Hæc præfatus Petrus ſuper D.Thom. in addit.tertiæ par.q.46.art.1.

310. *Quæritur qui iurauit ſponſalia de futuro, & poſtea contraxit de præſenti cum alia poſſit liberè vti matrimonio petendo, & reddendo debitum, cum iurauerit, quod nullam aliam haberet* C *vxorem, aut cognoſceret?*

Reſpondetur quod ratio dubitandi eſt, quia videtur, quod illud iuramentum æquiualeat voto caſtitatis: ſed ſi feciſſet votum, non poſſet liberè vti matrimonio, ergo nec ĩ hoc caſu. Nihilominus tamen dicendum eſt, quod poteſt libere vti matrimonio,etiam ſi iuraſſet, quod nullam aliam haberet vxorem, quia illud iura- D mentum fuit confirmatio promiſſionis factæ de matrimonio futuro, vt ſtatim dicemus, & ideo quamdiu impoſſibile eſt matrimonium nullã vim habet. Et dicimus quod iuramẽtum illud non æquiualet voto caſtitatis, quod fit Deo, nam fuit factum in confirmatione promiſſionis factæ de matrimonio futuro, quod modo eſt impoſſi-

poſſi-

Digitized by Google

poſſibile, & ita nullã vim habet nſic, votũ verò cum fiat Deo, modo habet vim: Hæc dicta ſint ĩ explicatione ſecundi argumenti dubij principalis.

Ad confirmationem reſpondetur, quod iuramentum ſuperueniens cõſenſui expreſſo per verba de futuro, aliquid operatur, non tamen facit matrimonium de præſenti. Iuramentũ illud nil aliud facit, niſi fortius confirmando fidem datam in futurum. Ex quo colligitur, quod qui cõtrahit de pręſenti poſt ſponſalia iurata alteri eſt reus duplicis malitię, ſcilicet, cõtra iuſtitiam, & contra religionem, & ſanctitatem iuramenti. Hæc idem Petrus Ledeſmius ſuper D. Thom. in addit. 3. partis, q. 46. art. 2.

311. *Quæritur an contractus matrimonij propter malum finem, ſit aliquo modo irritus, & nullus?*

RESpondetur in quæſtione præſenti varias eſſe ſententias. Et primò eſt, quod intentio peruerſa, & contraria ſubſtantiæ matrimonij vel bonis illius, ſi non deducantur in pactum, ſed retineantur in corde, non irritat matrimonium, vt ſi quis contrahat cum intentione aliquando ſe ſeparandi, ſeu cum conſenſu ad tempus, vel cum intentione non ſeruãdi fidem, & euitandi prolem. Hanc ſententiam tenet Innocẽtius, & Panor. vt refert Sylueſter, verbo, Matrimon. 4. q. 5. & ipſe Sylueſ. inferius ibidem dicit, tenens iſtam ſentẽtiam. Ego aũ idem dico, quod ſecundum S. Thom. omnis conditio, quę eſt non ſolũ contra ſubſtantiam, ſed etiam cõtra bona matrimonij, illud vitiat, ſi deducatur

A in pactum: ſic quod exprimatur ab vtroq; cõtrahentium. Quia dicta bona ſunt de ratione matrimonij, ſcdm eum. Si verò nõ deducatur in pactũ, ſic quod exprimatur ab vtroque contrahentium, etiam ſi teneatur in mente, non vitiat matrimonium. Et hanc dicit eſſe communem ſententiam canoniſtarum. Verum eſt, qđ ipſe dicit, quod in hoc caſu, ſtat matrimonium, modo ſit intẽtio cõtrahẽdi expreſſa.

B Secunda ſententia eſt huic oppoſita, videlicet, qđ matrimonium in hoc caſu, nullo modo, eſt validũ, & quod talis intentio irritat matrimonium. Ita tenet Palud. diſt. 29. q. 2. art. 3.

Prima concluſio. Si intentio ſit ita peruerſa contra ſubſtantiam, vel circa ſubſtantiam matrimonij, vel circa eius bona, vel contra, vt tollat cõſenſum neceſſarium ad matrimonium, irritat omninò matrimonium. In hac

C concluſione omnes debent cõuenire. Et ratio eſt aperta. Nam hoc quod ſit validum matrimoniũ neceſſarius eſt certus conſenſus, vt iam ſupra dictũ eſt, ergo ſi cum tali intentione peruerſa nõ ſtat talis conſenſus neceſſarius, non erit matrimonium. Sed explicandum eſt in particulari, quando intentio peruerſa excludat conſenſum neceſſarium ad matrimonium.

D Ad cuius explicationem aduertendum eſt, quod conſenſus neceſſarius ad matrimonium eſt, ſine quo nõ ſtat matrimonium, cõſenſus in copulam coniugalem, & in vinculum matrimoniale, & etiam in tria bona matrimonij, ſaltem implicitè, & virtualiter, vt iam dictum eſt. Vnde ſi intentio eſſet ita peruerſa, quod cum illa non ſtaret talis conſenſus, talis inten-

Digitized by Google

tio irritaret matrimonium, verbi gratia, ſi quis contraheret, & haberet intentionem, non transferendi dominium ſui corporis, vel poteſtatem, vel ſi intenderet vinculum matrimoniale ad tempus, & non perpetuum; vel intenderet non ſe obligare ad copulam carnalem, talis intentio tollit cõſenſum neceſſarium ad matrimonium, & ita reddit nullum matrimonium, etiamſi illa intentio non deducatur in pactum.

Secunda concluſio, quantumuis intentio ſit peruerſa circa ſubſtãtiam vel bona matrimonij, vel contra ſubſtantiam, vel bona matrimonij, ſi nõ tollit conſenſum neceſſarium ad matrimonium, ſed ſtant ſimul, validum eſt matrimonium. Hanc concluſionem concedimus auctoribus primæ ſententiæ. Et ratio pro hac concluſione eſt manifeſta. Nam in prædicto caſu eſt conſenſus neceſſarius ad matrimonium, ergo validum eſt matrimonium. Nunc verò in particulari explicandum eſt, quomodo poſſit eſſe conſenſus neceſſarius ad matrimonium cum tali intentione, ita peruerſa & contraria.

Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt, quod poteſt aliquis habere conſenſum neceſſarium ad matrimonium. Nã revera conſentit in copulã coniugalem, & in vinculum illud, etiam perpetuum, & in tria bona matrimonij, & vult tradere poteſtatẽ ſui corporis, & obligare ſe ad copulam carnalem: nihilominus tamen poteſt habere peruerſam intentionem, circa matrimonij ſubſtantiam, vel contra matrimonij ſubſtantiam, & circa bona matrimonij, vel contra bona il-

A lius. Quoniam intendit non ſeruare illud, ad quod voluit ſe obligare: intendit enim ſe ſeparare à matrimonio. Item habet intentionem non ſeruandi fidem, & non reddendi debitum, & euitandi prolem. Eſt optimũ ſimile in illo, qui, re vera, voluit profiteri religionem, & habuit animum ſe obligandi ad omnia, quæ ſpectant ad religionem: Cæterum habuit peruerſam intentionem non ſeruandi il-

B lud, quod promittit. Hæc intentio eſt contra religionem, tamen non irritat ipſam profeſſionem. Nõ diſſimiliter in noſtro propoſito intentio illa eſt contra bona matrimonij, & contra ipſum matrimonium, non tamen deſtruit matrimonium. Hæc idem Petrus ſuper D.Thom. in addit. 3. par. q. 49. artic. 2.

C 312. *Quæritur, an ſit licitum vti carnali coitu cum coniuge ad vitandã propriam in ſe fornicationem?*

RESpõdetur, quod ſuper hãc quæſtionem, pauciſſima fecimus verba in primo noſtro libro impreſſo, Quæſito 146. ſed nunc multa dicenda eſſent. Nam pro vtraque parte validiſſima argumenta ſiunt à probatiſſimis quidẽ Doctoribus. Quidam

D aſſerentes nullum eſſe peccatum, ob vitãdam fornicationem in ſe ipſo ad coitum accedere. Quidam verò aſſerentes oppoſitum; quod ad minus veniale ſit, accedere ob vitandam fornicationem, vt in hoc artic. 5. q. 49. in additio. 3. par. ait D.Thom. Et ſi omnia argumẽta hinc inde adducere velimus, nimis in longum protraheretur præſens quæſitum. Verum ſi quis

Digitized by Google

omnia videre optet, legat Petrum de Ledeſma ſuper D. Thom. vt ſupra notatum eſt.

Inter iſtas duas ſententias ſibi oppoſitas, ipſe præfatus Petrus tertiam affert conciliantem vtramq; ſibi contrariam, quæ eſt hæc probabiliſſima, veluti inter has duas extrema. Ad cuius expoſitionem aduertendum eſt, quod dupliciter poteſt quis petere debitum ad vitandam in ſe fornicationem.

Primò modo, quando non eſt medium ſimpliciter neceſſarium ad vitandam fornicationem, quoniam pôt quis vti multis alijs remedijs, verbi gratia, pœnitentia, abſtinentia, vigilia, oratione, & huiuſmodi. Secundò modo, quãdo moraliter cenſetur medium neceſſarium ad vitandam fornicationem. Quo ſuppoſito hæc ſententia duo dicit. Primum dictum eſt, quod eſt peccatum veniale petere debitum ad vitandam fornicationem propriam in primo caſu, videlicet, quando ſunt alia media moraliter lóquendo, & quod in hoc caſu debet intelligi ſecunda ſententia. Et probant iſtam ſententiam quantum ad iſtud dictum. Quia cũ ſint alia media proportionata ad iſtum finem, aliqua inordinatio eſt vti medio de ſe ordinato ad generationem prolis, & ad ſeruandam fidelitatem ad illum finem conſequendum.

Secundum dictum huius ſententiæ eſt, quod nullum eſt peccatum, etiam veniale in ſecundo caſu, videlicet, quando nõ eſt aliquod alium medium moraliter loquendo. Et in hoc dicunt, quod habet verũm prima ſententia. Et ratio huius eſt, quia in tali A caſu verũm habet quod eſt medium vnicum moraliter loquẽdo ad illum finem conſequendm, &c. ergo ſicut finis non eſt malus, etiam venialiter non erit malum medium venialiter. Hanc ſententiam, & concordiam ſequuntur multi Moderni Theologi, & tribuunt eam Paludano in 4. diſt. 31. q. 9. & Capreolo ibidem. Et hæc quæ dicta ſunt conciliant omnes, & ſaluatur doctrina D. Thom. qui ad 2. B in præfato articulo ſic dicit. Si aliquis per actum matrimonij intẽdit vitare fornicationem in coniuge, non eſt aliquod peccatum, quia hæc eſt quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet: ſed ſi intẽdit vitare fornicationem in ſe, ſic eſt ibi aliqua ſuperfluitas, & ſecundum hoc eſt peccatũ veniale, nec ad hoc eſt matrimonium inſtitutum, niſi ſecundum indulgentiam, quæ eſt de peccatis ve- C nialibus.

313. *Quæritur, an ſit peccatum ſaltẽ veniale, accedere ad propriam vxorem debitum petendo ad vitandam infirmitatem, uel ad ſeruandam ſanitatem corporalem?*

CErto videtur nõ eſſe vllum peccatũ in tali actu; ille enim actus coniugalis de ſe non eſt malus, & D intendere ſanitatẽ non eſt finis malus, vt eſt per ſe notum: ergo non eſt peccatum.

In oppoſitum eſt. Nam D. Thomas hic in ſolutione ad quartum, articuli quinti, quæſtio. 49. in additionẽ tertiæ partis expreſsè docet, quod talis actus matrimonialis propter ſanitatem acquirendam, vel infirmita-

tem vitandam, eſt malus, ergo, &c.

In huius rei expoſitione ſit prima concluſio. Quando coniux accedit ad alterum coniugem, ſi intendat generationem prolis, & ſimul concomitanter intendat propriam ſanitatem, vel vitare infirmitatem licitum eſt, & bonum, & nullum eſt peccatum etiam veniale.

Secunda concluſio, quando coniux accedit ad alterum coniugem ſolum propter ſalutem corporalem propriam, & aliud eſt medium ad illam conſequendam, peccatum eſt veniale. Et in hac concluſione conueniunt omnes Doctores vtriuſque ſententiæ. Tota autem difficultas eſt, quando non eſt aliud medium ad acquirendam ſanitatem, vel vitandam infirmitatem. In huius expoſitione ſit tertia concluſio.

Probabilis eſt prima ſententia, quæ aſſerit, quod in illo caſu, accedere ad propriam vxorem, propter ſolã ſanitatem corporalem, non eſt peccatum veniale: ſed probabilius tamẽ eſt oppoſitum. Ratio enim Diui Thomæ eſt probabiliſſima: nam actus cõiugalis nullo modo ordinatur ad conſeruationem indiuidui, ſed ad conſeruationem ſpeciei, ergo aliqua inordinatio eſt, ordinare illum actum coniugale ad conſeruationem indiuidui, ac ſubinde erit peccatum veniale. Et hæc eſt differentia inter ſumptionem cibi, & potus, & actum coniugalem. Nam ſumptio cibi & potus ordinatur ad conſeruationem indiuidui, & ita nulla eſt inordinatio ſumere cibum, vel potum, in maxima quantitate, etiam vſque ad ebrietatem, ſi ſit medium neceſſarium ad A conſeruationem: actus verò coniugalis, nullo modo ordinatur ad conſeruationem indiuidui, & ita nunquam eſt licitum ordinare illum ad iſtum finem tantum. Et quoniam debemus perſiſtere in hac ſententia tanquam in probabiliori.

Reſpõdetur ad primum argumentum cum D. Thoma, dicendo quod quamuis intendere conſeruationem ſanitatis non ſit per ſe malum, tamen B hæc intentio efficitur mala, ſi ex aliquo ſanitas intendatur, quod non eſt ad hoc de ſe ordinatum, & ſic contingit in propoſito. Nam actus matrimonialis non eſt de ſe ordinatus ad ſanitatem, & ita aliqua inordinatio eſt ordinare illum ad ſanitatem, ac ſubinde erit peccatum veniale.

Tandem conſultum eſt ad euitanda omnia iſta inconuenientia, vt con- C iuges accedant propter ſanitatem corporalem, & ſimul, & principaliter intendat generationem prolis, quantum eſt ex parte ſua: & ita nullum erit peccatum, & poterunt conſequi ſanitatem: ſed vt referunt homines fide digni, & experientia teſtatur, accedere ad fœminam, vel voluntariè ſemen emittere, potius nocet ſaluti. Nam quando natura indiget tali expulſione, ipſa in ſomnis, D vel alia via curat hanc expulſionem.

Hæc ipſe Petrus Ledeſmius ſuper Diuum Thom. loco citato, quæſt. 49. artic. 1.

Digitized by Google

314. *Quæritur ſi quis copula matrimoniali vtatur tantum propter delectationem ſit peccatum, & quale, mortale, vel veniale?*

IN hac difficultate Sotus in 4.diſt. 31.quæſt.1.artic.3. ponit tres opiniones. Vna quod ſit mortale; altera quod ſit abſque vllo peccato: Tertia, quod ſit veniale tantum. Et hæc tenetur certiſſima:& eſt D.Thom.hic, & eam docent ferè oẽs Doctores Theologi,& probatur.Delectatio de ſe nec eſt bona,nec mala: ſed ſequitur conditionẽ operationis illius, cui eſt annexa,ſed illa operatio acceſſus ad propriam coniugem, de ſe non eſt mala: ergo delectatio ei annexa non eſt mala,ac ſubinde talis delectatio non erit peccatũ mortale; verum quod ſit veniale peccatum Sotus tenet allegans multos Doctores. Immò probatur ratione fundamentali.Natura inſtituit actum coniugalem ad finem generationis, & ad ſeruandam fidelitatem, & ad hunc finem ordinauit delectationem. Et ipſa delectatio adiuncta eſt ipſi operationi propter ipſam operationem. Nam ſi non eſſet adiuncta talis delectatio, homines deſiſterent ab actu coniugali, ait Diuus Thomas;ergo ordinare operationem ad delectationem, inordinatio eſt,ac ſubinde peccatum veniale.

Ex dictis in hac cõcluſione facilè eſt iudicare de alijs exemplis cõibus cibus hominibus,nempe de ſumptione,cibi & potus,quãdo ſumitur propter ſolam delectationem. Nam certè hæc ſumptio non eſt ſine deordinatione naturæ. Ipſa enim natura ordi-

A nauit cibum & potum, non ad delectationem,vt ad finem, ſed ad conſeruationem indiuidui. Vnde quando illa ſumptio non ordinatur ad nutritionem,vel ad robur corporis, vel ad alium honeſtum finem, ſed ad ſolam delectationem, non erit abſque peccato veniali propter illam inordinationem. Hæc, ille Doctor Petrus Ledeſmius ſuper D.Thom. vbi ſupra, q.49.artic.6.

B

315. *Quæritur, quomodo coniuges in acceſſu maritali peccare poßint, vel mortaliter,vel venialiter?*

REſpondetur primò, quando ſe cognoſcũt extra vas legitimum, eſt mortale grauiſſimum, ſecundum omnes,cum ſit contra naturam, & leges ciuiles imponunt pœnam ignis, & grauius eſt, quàm ſi fieret inter ſolutos,ſecundum Sotum, cùm ſit con- C tra fidelitatem debitam matrimonio. Secundò, quando extra vas effundunt ſemen, eſt mortale, vt patet omnibus. Sed ſi eueniat contra ſuam voluntatem, vt ſi effundãt antequàm ingrediatur accidentaliter, ex maxima pronitate, non eſt ei imputandum. Tertiò peccat mortaliter, quando ingreſſus eſt vas,& cum poſſit non vult ſeminare: vel ſemi- D nando mentem applicat ad aliam mulierem, vel marem, vt ſæpe audiui, & è conuerſo, ſi mulier ad alium virum intendat. Quarto,quando aliqua arte vtantur, ne concipiant, ne filios generent, vt ſi, verbi gratia, poſtquam ſemen intus effuſum eſt, potum aquæ frigidæ bibat, & ſimilia. Quantum hoc pecca-

Digitized by Google

rum ſit graue ex bulla Sixti Quinti acerrima percipi poterat, licet nunc per Gregor. XIIII. ablata ſit. Quintò quando poſitio corporis non obſeruatur, vt decet, verum ſi ſemen intus emittatur, non erit, niſi veniale peccatum regulariter, ſed ſi cum periculo effuſionis ab extra fiat, mortale fortè poterit eſſe peccatum. Proximum verò periculū eſt, ſi mulier ſupergrediatur, vel ſtantes, vel ſedentes ſe cognoſcant. Sic dicunt, & Caiet. & Sotus, & etiam D. Thom. & multi alij Doctores. Imò Silueſter, verbo, debitum, quæſtio. 4. ait, quòd licet membrum non plenè vas ingrediatur, tamen natura mulieris attrahit ſemen, & D. Tho quodlibet. 6. art. 18. adducit exemplum, de quadam virgine, quæ concepit ſine apertione clauſtri virginalis per ſolam attractionem ſeminis. Tamen dicimus, quod nō ſint permittendi huiuſmodi ſitus corporis indebiti, & indecentes more brutorum animalium. Sextò & vltimò dicimus, quod amplexus, oſcula, & tactus inter coniuges cum periculo pollutionis extra vas, ſunt peccata mortalia, ſine periculo verò ad ſe excitandum ad actum coniugalem, vel in ſignum amicitiæ non ſunt peccata, nec venialia. Quando verò fiant propter delectationem, eſſent peccata venialia. Et hæc ait Caiet. & Sot. Actus copulæ propter ſolam delectationem, eſt peccatum veniale, ergo etiam illi actus. Præterea hic repetimus, quod aliàs diximus, quod amplexus, oſcula, & tactus venerei, & laſciui, niſi ordinentur actu vel habitu, ad coniugalem coitum ſunt mortalia, ſic tenet Paludanus, quem citat A Silueſter, verbo, Debitum, quæſ. 7. & eum ſequitur. Hæc Petrus à Ledeſm. ſuper D. Tho. in addi. 3. p. q. 49. ar. 6.

316. Quæritur, an qui habet votum caſtitatis & poſtea contraxit matrimonium, teneatur reddere debitū, et ſi nōn teneatur, quid ſit agendum?

Reſpondetur primò, quod peccauit mortaliter contrahēdo, & iterum magis peccat, B ſi matrimonium conſummet. Solutio huius difficilis dubij, eſt in libro noſtro impreſſo, quæſ. 81. & quamuis illic diffiniatur, illum teneri ad ingreſſum religionis, niſi adſint cōditiones ibi poſitæ eum excuſantes, tamen ad huc dicendum eſt aliquid vltra ad excuſandum fortè, ne ille cogatur ad huiuſmodi ingreſſum. Ait Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in addit. 3. par. q. 53. art. 1. C quod qui voluerit tenere partem negatiuam, videlicet, quod ingredi religionem non teneatur, debet dicere, quod licet ingrediendo ſit medium poſſibile metaphiſicè loquendo, non tamen moraliter eſt medium poſſibile, propter maximam huius rei difficultatem. Et ita non eſt obligādus ad hoc, licet ſit illi conſulendū, quoniā eſt medium altioris ordinis. Item dicendum eſt, quod ſi aliquis dum manet in ſeculo, D non poteſt ſeruare votum caſtitatis, quod emiſit, non tenetur ingredi religionem propter maximam difficultatem, ſed tunc erit legitima cauſa, vt ſummus Pontifex diſpenſet cum illo, in voto, vt cōtrahat matrimonium. Et Sotus in 4. diſt. 38. quæſtio. 2. artic. 1. Ait eſſe durum, vt huiuſmodi hominem in tam arctas angu-

anguſtias adigatur. Non enim tenetur votum caſtitatis cum tanto diſpendio implere, niſi ſuapte ſponte voluerit. Quare ſatis ei eſt delicti pœnitere, & debitum citra exactionem reddere. Atque idem dixerim, ſi votum emiſerit ſacri ordinis. Nam religio eſt res ardua valde. Qui verò poſt ratum matrimonium religionem ingreditur, & quia bona fide eam experienti non videtur tolerabilis, ad ſeculum regreditur, tenetur ad idem matrimonium redire, quia vſque ad profeſſionem nõ dirimitur.

317. *Quæritur, an per copulam illicitam cauſetur affinitas, & per quam copulam cauſetur, cùm copula pluribus modis habeatur?*

Reſpondetur dicendo, quod per copulam illicitam proculdubio cauſatur affinitas, vt omnes Theologi, & iuris periti, & omnia iura decernunt, & diffiniunt ſpecialiter 54. q. 3. cap. neque eam, & cap. ſuper eo. & cap. diſcretionem, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris, vbi dicitur, quòd per illicitum concubitum contrahitur affinitas. Sed aduertendum eſt, circa iſtam concluſionẽ, quod leges ciuiles eiuſmodi affinitatem non admittunt, quam tamen ius canonicum expreſſit. Et ratio eſt: quia leges ciuiles in fauorabilibus, huiuſmodi eſt petitio hæreditatis, noluerunt fauere illicitis copulis.

Ex hac cõcluſione ſequitur, quod idem dicendum eſt quoad crimẽ in-

A ceſtus. Si enim quis violauit duas cõſanguineas, verbi gratia, duas ſorores, ſecundus concubitus habet rationem inceſtus, taliter, quod eſt de neceſſitate confeſſionis, vt illud explicetur. Nam per primam copulam illicitam, contraxit affinitatem cum conſanguinea illius mulieris, ergo ſecunda copula illicita habet rationem inceſtus.

Per cõgreſſum verò contra natu-
B ram, nullo modo contrahitur affinitas ſecundum omnes Doctores. Et ita diffinitur in c. extraordinaria. 36. quæſt. 5. & alibi. Et eadem ratio eſt, ſi duo viri nefando congreſſu ſe polluerent, nulla inde naſcitur affinitas.

Præterea copula carnalis, ex qua ſeqtur affinitas, eſt illa, ex qua de ſe nata eſt, ſequi generatio prolis, ſecũdum D. Tho. in 4. d. 41. ar. 2. q. 1. quẽ
C ſequuntur alij Doctores. Quamuis per accidens proles non ſequatur, tamen per eam contrahitur affinitas. Contrahitur etiam per matrimoniũ ratum tantũ, etiam quod non ſit conſummatũ. Non autẽ contrahitur per penetrationem, & apertionẽ vaſis, ſi intra illud non ſeminetur, quia iſti nõ fiunt vna caro. Nec eſt neceſſe, vt mulier ſeminet, ſed ſufficit ſemen viri ad generandum. Et notandum, ꝙ
D ad conſummandũ matrimonium ſufficit, ꝙ vir tãtum aperiat clauſtra pudoris, tunc enim dicitur matrimoniũ conſummatum, licet vir non ſeminauerit. Ad inducendam verò affinitatem, neceſſe eſt, vt vir ſeminet, nec ſufficit, vt tãtum mulier ſeminet, cũ hoc non ſufficiat ad generandum. Et eſt notandum, quod adulterium

eſt, quando mulier corpus ſuum tradit alteri ad vſus venereos quomodocunque inhoneſtos, ẽt contra naturam, immo quanto magis congreſſus eſt contra naturam, tanto fidei coniugali magis erit contrarius: Sed his modis non contrahitur affinitas, vt iam dictum eſt.

Et ſi contingeret, quod vir ſeminando non aperiret clauſtra, dummodo ſemen intus attraheretur, affinitas oritur. Præterea licet ſanctus Doctor dicat, quod per ſeminum cõmixtionem fiunt vna caro, tamen illa cõmixtio fieri poteſt ex parte mulieris, vel per ſemen, vel per aliud tenẽs locum ſeminis; vt dicat commixtio ſeminum, vel tenentium ſe loco ſeminum, ſicut factum fuit in Beata Virgine, quæ genuit filium D. noſtrum.

Hæc affinitas olim ſe extendebat vſque ad quartum gradum, tam per copulam iuſtam, quam per fornicariam. Nunc verò per Conc. Trid. ſeſſio. 24. c. 4. reſtricta eſt ad primum, & ſecundum gradum, quando talis affinitas contracta eſt per copulam fornicariam. Hęc idem Petrus Ledeſmius in addit. 3. par. D. Thom. q. 55. articulo tertio.

318. *Quæritur, quando adeſt impedimentum aliquod in matrimonio, & requiritur diſpenſatio, quid requiratur, ut illa diſpenſatio cenſeatur legitima?*

RESpondetur, quod hoc quæſitũ, neceſſe eſt, vt diuidatur in tres partes, cũ tres difficultates cõtineat. Prima eſt, qñ habentes impedimen- A tum, ſcienter contraxerunt matrimoniũ, fortè ea intentione, vt facilius cũ eis diſpenſaretur, vel ſine tali intentione, ſiue illud cõſummauerint, ſiue non conſummauerint, eadẽ intentione ante petitionẽ diſpenſationis, an diſpenſatio ſic obtenta ſit ſubreptitiã, & nulla, aut potius valida. Dico qñ aliqui habentes impedimentum dirimens matrimonium ante obtentam diſpenſationem, & ante eius pe- B titionem, cõtrahunt matrimonium, ſiue id faciant ea intentione, vt facilius eã diſpenſationẽ obtineãt, ſiue abſq; tali intentione, ſi totũ hoc non declaret in literis petitionis, diſpẽſatio obtẽta cẽſetur ſubreptitia, & nulla: quia ſi hęc non aperiant, & occultat aliquid, quod ſcḋm ius tenebãtur manifeſtare in petitione diſpenſationis. Et probatur ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. vbi quando aliquis contraxit C in caſu prohibito ſcienter expreſsè diffinit, ꝙ careat ſpe diſpenſationis, quę concluſio habet locum a fortiori, quando tale matrimonium cõſummarunt ſic contrahentes, & non declararunt eius conſummationem. Patet ex eadem ratione, & decreto ipſius Concilij, vbi multo magis, quãdo iſti conſummarunt, iudicantur à Conc. ſubiecti eiſdem pœnis, id eſt, quod careant ſpe diſpenſationis.

D Secunda cõcluſio, quãdo nõ ſciẽter, ſed cũ ignorãtia talis impedimẽti contraxerũt, ſi prætermittãt ſolemnitatem iuris, v.g. publicas denuntiationes in eccleſiã, vel ſi non cõtraxerint corã Parocho, & teſtibus, & hoc non declarauerint in literis petitionis, ſimiliter diſpenſatio cẽſet̃ ſubreptitia, & nulla. Patet ex Conc. ſupra.

cuius

Digitized by Google

cuius ratio eſt, quia non eſt dignus ecclesiæ benignitate, qui eius præcepta contēnit. Non.n.in ſimilibus caſibus Papa intendit diſpenſare, cum occultatio taliū circumſtātiarum in eo caſu erat prohibita, ſecundum ius commune Conc. Trid. atq; adeo contra voluntatē Papæ. Hæc quantū ad 1. partē, in ſequenti verò Quęſito tractabitur de 2. parte, & in tertia de tertia difficultate. Quas tres difficultates ponit ipſe Petrus à Ledeſm. ſuper D.Thom. in addit. 3. par. q. 56. art. 5.

319. *Quæritur circa ſecundam difficultatem diſpenſationis in matrimonio vbi ſit aliquod impedimentum?*

Reſpondetur circa ſecundā difficultatē, quæ eſt hæc. Quādo quidā contraxerunt matrimonium cum impedimento, ſed habuerunt ſciēter copulam carnalem, antequā peterēt diſpenſationem, poſtea verò in petitione diſpenſationis declararunt impedimentū conſanguinitatis, vel affinitatis ſed non copulā, an talis diſpēſatio ſit ſubreptitia, & nulla?

Quidā tenēt, ꝙ nulla ſit iſta diſpēſatio, & eſt opinio Nauarri. Qui ab hoc mouetur, quia Papę occultatur talis circūſtantia, quā ſi ſciret, difficilius diſpenſaret, ergo fuit ſubreptitia iſta talis diſpenſatio, & contraria intentioni Papæ. Nam ibi ſunt duo impedimenta, ſ. inceſtus, & conſanguinitatis. Si verò tantum impedimētū conſanguinitatis Papę aperitur, non ſufficit; idq; confirmatur ex cap. ſuper literis de reſcrip. Vbi Papa cēſet ſubreptitias literas, & nullas, in quibus, vel exprimit aliquid falſum, vel occultatur aliquid verū, quādo id fit ſciēter, qn̄ autem ex ſimplicitate, vel ignorantia tacetur aliquid, quod ſi ſciret Papa, nō dediſſet illas literas, ēt cēſet Papa tales literas eſſe nullas.

Eſt alia opinio contraria, videlicet, ꝙ non ſit neceſſaria explicatio copulę habitę, ſecūdum iura cōia, & multa argumenta fiunt ad confirmationē huius opinionis, vt recitat Petrus à Ledeſ. hic in art. ſupra in pręcedēti quęſ. quæ ſi referre velim, eſſet contra breuitatē mihi ſemper intentam.

Verū tamen his omnibus relictis, neceſſe eſt opinio obſeruari, quæ ad præſens congregatio cardinalium recēter decreuit, & determinauit. Quę ita dicit, quod certa res eſt, ſi non exprimatur copula carnalis habita inter cognatos, vel affines, etiam poſt commiſſionē Romani Pontificis factam ordinario, diſpēſatio nulla eſt. Et congregatio Concilij cenſuit diſpenſationes factas, non expreſſa copula habita inter cognatos, vel affines, etiam poſt cōmiſſionem Romani Pontificis factam ordinario de diſpenſando, ante tamen, quam ab ipſo diſpenſetur, ſubreptitias eſſe, & nullas. Hæc ibi narrat ipſe Petrus ſuper eod. art. vt diximus.

320. *Quæritur circa tertiam difficultatem in diſpenſatione ſuper impedimētum matrimonij?*

Qvantū ad 3. difficultatē, quæ eſt iſta. Qn̄ ante diſpēſationis petitionē, nec contraxerūt matrimoniū, nec habuerūt copulā, nec verè intēdebat eā habere poſt factā petitionē: accidit tn̄, ꝙ poſt miſſas literas ad Pōt.

con-

Digitized by Google

continentis diſpẽſationis petitionẽ, ſe cognouerunt carnaliter, ex humana fragilitate, & non ſub alia fraude. An ſit ſubreptitia diſpenſatio, ſi tantum in literis declaretur impedimentum, & non copulam, ſiue illa contingat antequam Papa expediat cõmiſſionem diſpenſationis, reſpectu ordinarij, ſiue poſt expeditas literas Papę, ſed antequam ordinarius de facto diſpenſet.

A

In hac difficultate, quidam tenẽt, diſpenſationem eſſe validam, niſi Papa in ſuis literis, quibus ordinario cõmittit facultatem diſpenſandi, dicat vt ſi non affuerit copula, diſpenſet, quia, tunc non teneret. Secunda opinio eſt, quod non teneat iſta diſpenſatio, vel à Papa ſit facta, vel ab ordinario, cum habeatur pro ſubreptitia, cũ non ſit declarata culpa carnalis habita.

B

Prima concluſio eſt, quod ſi Papa in ſuis literis, non apponat conditionem ſi copulam nõ habuerint, quando committit ordinario ſuam facultatem diſpenſatio eſt valida, ſecundũ opinionem plurium Doctorũ. Quando Epiſcopus, cui commiſſa eſt facultas diſpẽſandi, & ex ſuo proprio motu interrogaret an habuerint copulã, cum in literis Papæ non ſit illa conditio negando veritatem peccarent, ſed tamen, diſpenſatio teneret, & eſſet valida, ſiue illi negarent, ſiue faterentur veritatem, quia ille habet facultatem ad diſpenſandum vt commiſſarius Papę ſine tali conditione.

C

Quando Papa in ſuis literis apponeret illam conditionem, ſi copulam non habuerint, ſi Epiſcopus diſpenſaret tacita tali culpa, nulla eſſet diſpenſatio, quia eſſet expreſſe contra intentionem Papæ.

D

Ex dictis patet, quod cum ibi ſint duo impedimenta, vt dictum eſt, nõ ſufficit vnum tantũ narrare, vt etiam docet Nauar. vide Sot. diſt. 34. q. vnica, artic. 1. quando concurrunt ſimul diuerſa impedimenta, diximus neceſſe eſſe ipſa explicare, intelliguntur ea impedimenta, quæ dirimunt matrimonium poſt cõtractum, non autem ea, quę non dirimunt, etiam explicãdum eſt, quando impedimentum eſt ex duplici cauſa, ſcilicet conſanguinitatis, & affinitatis, & quando coniungitur impedimentum publicæ honeſtatis, atque etiam quando affinitas eſt contracta per copulam fornicariam. Hęc dicit idem Petrus ſuper D. Thom. in additio. tertiæ partis in eadem quæſt. 56. art. 5.

321. *Quæritur quis poſſit diſpenſare impedimenta matrimonij vt licite, & ualidè, contrahantur?*

Reſpondetur primo, quod vel iſti contraxerunt mala fide, ſciẽtes impedimentũ, vel illud ignorãtes ignorãtia craſſa, & ſupina, quia nullã diligentiam adhibere voluerunt: vel contraxerunt bona fide, aut ſaltẽ non cum ignorantia craſſa. Secundò notandũ eſt, quod impedimentum iſtorum, aut eſt occultum, aut publicum. Item tale matrimoniũ aut poteſt diſſolui, ſine magno inconuenienti, & ſine graui ſcãdalo, quia occultũ fuit, & non in facie eccleſiæ, aut non poteſt dirimi, ſine graui inconuenienti, & ſcandalo. Tertio notandum eſt, quod vel iſti habent facilem, vel com-

modum

Digitized by Google

modum recurſum ad Papam, vel nuntium, vel non, quia ſunt pauperes.

Prima opinio dicit, quod ſolus Papa, & non Epiſcopus ordinarius poteſt diſpenſare in tali caſu, etiam ſi bona fide matrimonium cõtraxerint ignorantes impedimentum, etiam ſi ſit occultiſſimum, & quamuis nequeant ſeparari ſine graui inconuenienti & ſcandalo. Hæc opinio videtur placere Soto primo libro de iuſtitia & iure, quęſt. vltima, articulo vltimo, poſt medium. Vbi concedit, quod quando poſt contractum matrimonium, alter committit inceſtũ cum cõſanguinea alterius coniugis, Epiſcopus poterit cum illo diſpenſare, vt poſſit debitum petere, ſecus autem ſi antecederet matrimoniũ, quia tunc ſolus Papa diſpenſat.

Secunda opinio dicit, quod cum illis conditionibus de bona fide, & impedimento occulto, & quando non poteſt commodè diſſolui matrimonium, nec illi poſſunt habere commodum recurſum ad Papam, vel nuntium, fortè propter magnam paupertatem, poterit Epiſcopus ordinarius, vel Abbas habẽs iuriſdictionem Epiſcopalem diſpenſare in prædicto impedimento, & validè, & licitè poſſunt contrahere.

Tandem hæc ſit prima concluſio. Si loquamur de iure ordinario, certũ videtur quod ſolus Papa poterit diſpẽſare in ſimili caſu, vbi eſt aliquod impedimentum, impediens, & dirimens matrimonium, & ita eſt tenendũ abſolutè loquendo, & eſt hic vſus Eccleſię. Vide Sylu. verbo, matrim. 6. q. 5. p. 2. & Nauar. c. 22. nu. 84. & 85.

A Secunda cõcluſio loquendo in caſu ſpeciali de quo procedunt opiniones huius dubij probabilis videtur nobis, ſecunda opinio quod poſſit Epiſcopus in ſimili impedimento diſpenſare qñ eſt occultũ, & quãdo matrimonium fuit publicum, & non eſt facilis recurſus ad Papam vel Nuntium, quia non eſt credibile, quod Papa intendat animas ſic contrahentium manere illaqueatas cum ex vna

B parte bona fide proceſſerint, & ex altera non habuerint commodum recurſum ad Papam, & multi, & graues auctores id docent, & etiam Sotus multum fauet huic ſecundæ opinioni, diſt. 37. q. vnica, art. 2. in 4. ſententiarum.

Tertia concluſio. Quando mala fide cõtractum eſt matrimonium probabilius nobis eſt, quod non poſſit Epiſcopus diſpenſare in tali caſu nõ

C obſtante paupertate, vel nõ facili recurſu ad Papam, quia oppoſita ſentẽtia faceret multum culpæ, vel negligentiæ ſic contrahentium. Vnde ſibi imputent graue inconueniens, in id quod voluntariè inciderunt. Et licet in Concil. Trident. facultas datur Epiſcopis ſuper occultis. Epiſcopum poſſe abſoluere, ét reſeruata Pontifici, ſed notandum, quod Concil. loquitur de caſibus reſeruatis, non autem

D de diſpenſatione tali, ſed in quibuſdam irregularitatibus, & ſuſpenſionibus Et ibi dicitur de occultis. Hæc autem diſpenſatio, non eſt abſolutio in foro conſcientię, & ibi loquitur de poteſtate abſoluendi tantum in foro conſcientiæ.

Vltima cõcluſio eſt. Quidquid ſit de maiori probabilitate huius, vel illius

Digitized by Google

lius opinionis, certum tamen eſt opinionem ſecundam eſſe ſatis probabilem, & ſecuram in conſcientia: atque adeo poterunt Epiſcopi ſecurè in cóſcientia iuxta illam diſpenſare: & qui obtinuerint talem diſpenſationem, etiam erunt ſecuri in conſcientia. Hæc præfatus Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in addit. tertiæ partis quæſt. 56. art. 5. adducens multas auctoritates iuris, & decretorum, ſicut vbique ſemper facit. Quędam alia neceſſaria, ſcitu digna ad hoc vt diſpenſatio teneat; & quæ ſint cauſæ iuſtæ ad petendam diſpenſationem in matrimonijs contrahendis, vide in primo libro noſtro impreſſo quæſ. 188. Ne iterum eadem repetere videamur abſque neceſſitate, licet aliquid quandoque repetatur opportunum, vt magis menti fixum retineatur.

322. *Quæritur de impotentia naturali coeundi, an omninò tollat matrimonium?*

QVamuis hanc materiam ſcripſerimus in primo noſtro libro impreſſo, tamen quia nunc multa noua occurrunt, ideo iterum ſcribere intédimus ſuper eadē materia. Et in primis ponemus cōcluſiones Diui Thomæ in hoc art. 1. q. 58. ibi vt ſupra, ſuper quem art. præfatus Petrus Ledeſmius quamplurima ſcribit, & notat.

Prima ergo concluſio D. Tho. hęc eſt. Impotentia naturalis coeundi tollit matrimonium, ſi fuerit perpetua: ſi autem fuerit temporalis, non tollit matrimonium. Itaque ex parte eius, qui habet tale impedimentum, perA petuo manet abſque ſpe coniugij: alius vero poterit cui voluerit in Domino nubere.

Secunda concluſio, ſi non conſtat de qualitate impotentiæ, datur ab Eccleſia triennium vt experiātur ſuam impotentiam: & ſi poſt triennium, in quo fideliter ex vtraque parte dederūt operam copulę carnali, matrimonium non eſt cōſummatum, iudicio Eccleſiæ diſſoluitur.

B Tertia concluſio, ſi poſt ſeparationem matrimonij aliquis reperiatur habilis ad matrimonium, debet redire ad primum matrimonium, diſſoluto ſecundo.

Quarta concluſio, in ſolutione ad quintum. Nō poteſt eſſe perpetuum impedimentum naturale viro reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius. Prima concluſio D. Tho. habetur. c. 3. de frigidis, & maleficiatis, C & cap. ex literis, eodem titulo. ſecunda verò habetur in c. fin. eodem titulo 3. in c. fraternitas, eodem titulo, in quo etiam videtur determinari quarta. De hac materia præcipuè huius articuli diſputant Doctores in 4. diſt. 34. & Doctores Scholaſtici ibidem, Mag. Sotus in eadem diſt. q. 1. art. 2. & Sylueſter, verbo, Matrimonium. 8. quæſt. 15. iuris periti diſputant in titul. de frigidis, & maleſi. & Nauar. D in Manual. cap. 22. num. 59. & 60. hoc erit primum quęſitum in hac materia huius art. & quia cūm ſit nimis ampla, diuidemus per plura quæſita, vt facilius omnia ſpecialia, quæ videntur magis neceſſaria tractemus.

Digitized by Google

323. *Quæritur circa iſtum articulum ante omnia, quid ſit frigiditas, & impotentia coeundi?*

RESpondetur, quod potentia coeundi eſt potentia ad copulam carnalem: & ita per contrarium impotentia coeundi eſt impotentia ad copulam carnalem, vt dicunt omnes Doctores ſupra citati, præcipuè Sylueſter. Hæc autem impotentia coeundi duplex eſt, alia perfecta, alia imperfecta: ſicut etiam ipſa potentia coeundi eſt duplex, perfecta, & imperfecta. Impotentia perfecta eſt, quādo aliquis nullo modo poteſt habere copulam, ſcilicet, nec ſeminando intra vas, nec erigendo membrū, ſed non ſeminando: Alia vero eſt imperfecta, quando, licet quis non poſſit ſeminare intra vas, poteſt tamen erigere membrum, & ita licet non poſſit habere integram copulā, poteſt tamen habere aliquid illius. Secundò ſupponendū eſt, quod non eſt idem impotentia coeundi, & impotentia generandi. Nam vt dictum eſt, vt impotentia coeundi, eſt impotentia ad copulam carnalem: impotētia vero generandi eſt impotentia nō ad copulam, ſed ad generationem: Et ita aliqui habent potētiam coeundi, qui non habet potentiam generandi, quia ſemen eorum eſt ſterile, vt patet de Eunuchis, & idem poſſet dici de ſenibus. Tertio ſupponendum eſt, quod vt docet D. Thom. impotētia coeundi adhuc eſt duplex. Vna naturalis, quę prouenit à cauſa naturali, videlicet quando quis propter defectum caloris naturalis, non po-

A teſt ſeminare, vel quando quis propter defectum ætatis non poteſt etiā ſeminare. Altera eſt accidentalis, & extrinſeca: quando prouenit à maleficio, vel propter abſciſſionem membri, de qua agit D. Thom. artic. ſeq. in hoc verò agit de impotentia naturali veluti intrinſeca, quæ vocatur frigiditas, quia communiter prouenit ex defectu caloris naturalis. Quartò ſupponendum eſt, quod hęc

B impotentia naturalis eſt etiam duplex, vna perpetua, & alia temporalis. Perpetua eſt illa, quæ per nullam artem poteſt tolli, abſque periculo mortis: dixi per artem, quia quamuis poſſit tolli per diabolum, vel artem magicam, vel per miraculum, tamen dicitur perpetua. Nam in iure, quod non poteſt fieri ſine miraculo, cenſetur incurabile, vt colligitur ex Innocentio Tertio,

C capit. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis. Dixi etiam niſi cum periculo mortis: quia ſi eſſet aliqua mulier, ita clauſa, vt non poſſet aperiri niſi cum periculo mortis, cenſetur non poſſe aperiri. Temporalis vero impotentia, ſeu frigiditas eſt illa, quæ poteſt tali arte humana ſine periculo mortis. Vltimo ſupponendum eſt, quod du-

D plex eſt impotentia naturalis: vna reſpectu omnium perſonarum, & tam reſpectu virginis, quàm reſpectu corruptæ, & denique reſpectu omnium mulierum. Alia vero eſt impotentia naturalis reſpectu alicuius particularis perſonæ, vt verbi gratia, ſi aliquis poſſit habere rem cum muliere corrupta, non tamen cum integra. De his omnibus dicemus

Digitized by Google

cernus in ſequenti quæſito. Hæc præfatus Petrus Ledeſmius ibidem vt ſupra.

324. *Quæritur an omnis frigiditas, & impotentia naturalis tollat matrimonium?*

VIdetur non tollere; Nam vt conſtat, quilibet poteſt cedere iuri ſuo, ergo ſaltem ſi ipſi velint contrahere, non obſtante illa impotentia, validum erit matrimonium, imò videntur cedere iuri ſuo, ſi contrahant ſcientes impotentiam, & multa alia argumenta ſunt ad hoc probandum, in quorum ſolutione, poſtea vis eorum inualida demonſtrabitur.

Reſpondetur per primam concluſionem dicendo, quod, impotētia naturalis coeundi perfecta, & perpetua tollit omninò matrimonium, ſiue ex parte viri, ſiue ex parte fœminæ. Vt quando vir nullo modo poteſt penetrare vas, nec ſemiando, nec nō ſeminando, nec poteſt habere vllum actum coniugalem, vel ſit cognita talis impotentia, vel ſit ignorata. Idque expreſsè dicit D. Tho. in hoc artic. & etiam ex iure probatur, præcipuè in cap. quod ſedem, & in cap. ex literis, & in alijs. Et hoc probat Diuus Thomas multis rationibus, & alij Doctores, quas rationes, pro breuitate relinquimus. Si quis verò cupit videre, legat hunc præfatum Doctorem, Petrum Ledeſmium in hoc articulo primo, quæſtio. 58. qui multa dicit in confirmatione huius veritatis. Et ex concluſione ſequitur, quod falſa eſt ſententia Paludani in quarto diſtinct. 43. quæſt. 2. & D. An- A tonini tertia parte titulo 1. capit. 12. §. 3. Iſti enim authores aſſerūt, quod quando potens matrimonium contrahit cum impotente, ſciens impotentem eſſe, non poteſt ſe ſeparare ab illo contra eius voluntatem, eo quod eſt verum matrimonium, & ſibi debet imputare contrahens cum impotente? Hæc inquam ſententia falſa eſt, quoniam fundamentum eorum falſum eſt: nam vt conſtat ex di- B ctis, talis impotentia perpetua eſt impedimentum impediens, & ditimēs: & hoc aſſeritur expreſsè in cap. primo, & tertio, de frigidis, & malefic. & hoc conuincunt rationes adductæ pro concluſione: & hanc ſententiam tenet Syluest. verbo, Matrimonium, 8. 9. 16. §. 5. quamuis in eadem quæſtione videatur dicere oppoſitum. Idem tenet Nauar. in Manuali, cap. 22. nu. 60. ex quo ſubinfertur quod C is, qui ſcit hoc impedimentum, non poteſt vti tali matrimonio ad delectationem carnalem: quamuis illi tanquam frater, & ſoror conuenire poſſint, vt ſenſit Celeſtinus, & eius gloſ. in cap. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis. Verum tamen hæc huiuſmodi ſocietas ob periculū peccati mortalis à *Sixto Quinto* prorſus prohibetur, vt inferius eius verba producentur. Hæc voluimus dice- D re in hoc præſenti quæſito: in hoc ſequenti verò explicabimus ſecundam concluſionem, & reſpondebimus ad omnia argumenta in principio facta contra iſtam veritatem.

Digitized by Google

325. *Quæritur, quando impotentia naturalis eſt temporalis, & nō perpetua, & eſt ſcita, an tollat Matrimonium, ut ſit nullum?*

RESpondetur, quod in hoc caſu, matrimonium tenet, & eſt validum ſiue impotentia ſit ex parte viri, ſiue mulieris, Hæc concluſio eſt expreſſa Diui Thomæ hic, & eam tenent omnes Thomiſtæ, & Theologi, & iuriſperiti. Et ita diffinitur ab Innoc. iii c. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis. Nam vt ſatisfaciat debito matrimonij, ſufficit aliquando poſſe debitum reddere, licet non ſemper. Vnde impuberes poſſunt contrahere, licet eo tempore non ſint apti ad ſoluendum debitum, ſi tamē poſtea poterunt ſoluere: & idem eſt de infirmis, & de illis quibuſcunque poterint auferri impedimentam aliqua arte, vel natura.

Diximus ſupra, ſi talis impotētia ſit ſcita, nam ſi ſit ignorata, aliqui dubitant, an impediat. D. Thom. q. 52. ar. 1. & in hoc art. ad quartum comparat ſeruitutem cum naturali impotentia, ſeruitus ignorata tollit matrimonium, ſcita verò minimè, ita eſt de iſta impotentia iudicandum ex verbis ſancti Doctoris. Cæterum ait Petrus præfatus hic in hoc art. eiuſdem quæſt. ſuprà cita. mihi probabilis videtur, quod iſta impotentia tēporalis, ſiue ignoretur, ſiue ſciatur, non tollit matrimonium, quia nullum ius inuenitur, quod tale matrimonium irritet. Ergo talis impotentia nullo modo matrimonium tollit.

A Modò reſpondemus ad argumenta in principio adducta, in quibus reſponſionibus multa notatu digna videbantur. Et primo, quando dicitur, quod vnuſquiſque poteſt renunciare iuri ſuo, ideo impotentes perpetui poterunt contrahere ad inuicem, nolentes vnquam copulam habere, ergo non videtur verum, quod inter impotentes contrahi nō poſſint matrimonia. Reſpondetur, quod matri- B monium ordinatum in bonum naturæ, & totius ſpeciei, & non tantum ad bonum contrahentium, ergo contrahentes non poſſunt cedere iuri ſuo in his quę ſpectant ad ſubſtantiam matrimonij, & etiam ad bonū commune.

Ad aliud reſpondetur, quod impotentia generandi, non tollit matrimonium, ſecundum omnes, immo omnes, nullo excepto. Quanta C enim ſunt matrimonia ſine generatione, & ſunt vera matrimonia? Quidam etiam ſenes non poſſunt generare, & tamen eſt verum matrimonium. Atque etiam multę ſunt ſteriles, & inter eos eſt verum matrimonium. Et quamuis ibi non maneat finis principalis matrimonij, qui eſt proles, maneat tamen ſecundus, qui eſt remedium concupiſcentiæ. Hæc ſufficiant pro D præſenti quæſtione, ſecundum eundem præfatum Doctorem Petrum in eodem articulo, vt ſupra. Sequentia verò dicentur in ſequenti Quęſito 326.

326. Quæ-

326. Quæritur, an ſpadones poſſint contrahere matrimonium, & ſi contrahant ſit ualidum?

VIdetur eſſe validum ex vſu Eccleſię, in qua permittitur matrimonium ſpadonum, licèt ibi ſit impotentia generandi, quamuis ſit potentia coeũdi, & ſeminãdi, per quod matrimonium fit validum, ita dicitur de ſenibus.

Reſpondetur, in hac difficultate multi viri docti exiſtimant matrimonia ſpadonum valida eſſe, ita tenet Silueſter, verbo, mater, q. 15. dicto 7. Immo ſignificat, quòd ſit verũ matrimonium, etiamſi non ſeminãt, ſi poſſunt erigere membrum, & penetrare vas. Alij verò dicunt, quòd ſpadones ſunt in duplici differentia. Quidã ſunt penitus abſciſſi, qui non habent generandi potentiam, neque coeundi, & matrimoniũ inter iſtos eſt inualidum. Alij verò ſunt, qui nõ ſunt penitus abſciſſi, & potẽtiam coeundi habent, licet non generandi, & matrimonium iſtorum eſt validũ. Adducitur cap. conſultationi, & ca. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis, tamen dicunt, ſi mulier ignoret hunc defectum de iure naturali, matrimonium eſt inualidum: ſtando verò in iure poſitiuo, ſi illa nolit matrimonium nullum eſt, & ita Diuus Thom. in hoc ar. 4. comparat iſtum defectum cum ſeruitute, vt dictum eſt ſupra. Concluſio ergo ſit: Matrimonia contracta per eunuchos, vel ſpadones, vtroque teſte carentes, cũ quibuſcunque mulieribus, ſiue ſcientibus, vel ignorantibus, inualidũ eſt matrimonium, præcipuè poſt deter-

A minationem Sixti V. ſi verò vno teſte careãt, validum eſt matrimoniũ, vt ait Silueſter ibi ſupra, & oẽs auctores, quia huiuſmodi habent potentiã coeundi, & generandi. Item ſi habent illas partes obtritas, ita vt generare nequeant, poſſunt tamen omnia alia efficere, validũ eſt matrimoniũ. Ita tenet Sotus in 4. diſt. 34. quęſt. 5. ar. 2. & Silueſter ibidem vt ſupra, videtur inclinare in hanc ſententiam.

B Et Sixtus V. in bulla quadam emanata anno 1587. 27. Iunij ait, quod ſpadones vtroque teſte carentes, cũ quibuſcunque mulieribus dictũ defectum, ſiue ignorantibus, ſiue ſcientibus, nullum poſſint contrahere matrimonium, & qui ſic contraxerint, ſeparentur, & ſic contracta matrimonia nulla, irrita, & inualida eſſe decernit, & ſeparari præcipit, præſertim quia non caſtè viuunt, ſed actib. car-

C nalibus, & libidinoſis dant operam, ſimulq; in eodẽ lecto dormiunt. Probatur etiam iſta concluſio, nam iſti eunuchi, & ſpadones, carentes vtroque teſte, non poſſunt ſeminare, vt aliqui dicunt, cum ſemen tranſeat per ipſos teſtes, vel ſi ſeminare poſſunt, eorum ſemen non eſt eiuſdẽ rationis cum ſemine aliorũ, non enim eſt ſemen verè prolificum, vt apertè

D conſtat. ergo matrimonia iſtorum eunuchorum, vel ſpadonum, inualida ſunt. Addimus hæc pauca, cum inter impotentes non poſſit eſſe matrimoniũ. Sequitur per illã bullã Sixti V. & et de ſui natura, quũ inter iſtos nõ poſſint interuenire actus laſciui, vt ſunt amplexus, oſcula, & tactus venerei, & impudici, qui non ſint peccata mortalia, vt aliàs diximus in noſtro

ſtro

ſtro 1.libro impreſſo.Et ita hic affirmat præfatus Doctor Petrus.

327. *Quęritur nunc reſponſio ad argumenta contra veritatem concluſionũ, quæ habentur in præcedẽti Quæſ.326.*

Reſpõdetur quantũ ad primum. Arguebatur, ꝙ Eccleſia admittebat matrimonia ſpadonũ. Hoc negatur de eis,qui vtroq; teſte carent. De hac re in Eccleſia fuerunt varię opiniones,& pp iſtã opinionũ varietatẽ permittebat huiuſmodi matrimonia, ſicut permittit & alia, quæ fiunt in Eccleſia,ſecundum probabiles ſentẽtias. Modò verò iam determinatum eſt à capite eccleſię, vt dictum eſt immediatè ſupra,quod nõ ſint vera matrimonia, & ita matrimonia horum non ſunt permittenda ad præſens vllo modo in Eccleſia.

Ad ſecundum, quo dicebatur,etſi non ſit potentia generãdi, ſufficit potentia coeundi,& ita validum eſt matrimonium ſpadonum,negatur hoc, ꝙ ſpadones habeant potentiã coeundi carentes vtroque teſte, non .n. ſeminare poſſunt, vt ſuprà diximus:& quamuis videantur ſeminare, nõ eſt ſemen prolificum, vt eſt aliorum hominũ, qui generare poſſunt,& ideò iuſtè eis matrimonium interdicitur.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ matrimonia ſenum valida ſunt,cũ habeãt potentiam coeundi,& poſſunt ſeminare, & ſemen eorum eſt eiuſdem rationis cum ſemine aliorum, licet ex accidenti non ſit prolificum propter frigiditatem accidentalem. Verũ ſpadones,& eunuchi illud, quod emittunt,non eſt ſemen, & ex natura ſua eſt maximè ſterile,& non ex accidenti. Et ita diximus,quod non eſt eiuſ- A dem rationis cum reliquis.

Ad quartum vbi dicitur,ꝙ ſenes, & alij, qui poſſunt erigere mẽbrum, & penetrare vas, etſi non poſſint ſeminare,cõtrahant verè matrimoniũ, quia ille actus eſt in remedium cõcupiſcentiæ,ergo ſpadones,qui hęc poſſunt,matrimonia contrahere poſsũt. Negatur conſequentia, & quamuis id olim admitteretur, iã nõ habet locũ poſt determinationẽ Sixti V. qui B vt ſupra loquẽs de ſpadonib. reddit illos inhabiles ad contrahendũ,& cõtractus ipſos irritos,& nullos decernit;hęc ipſe illic vt ſupra pręfatus Petrus à Ledeſ.ead.q.& art.ibi citatis.

328. *Quæritur,an illi, qui habent potentiam coeundi imperfectam taliter, quod poſſunt erigere membrum, & penetrare vas, non tamen ſeminare in perpetuum, poſſint contrahere, & ſit ualidum matrimonium?*

C Reſpondetur, ꝙ quamuis aliqui dicant hoc matrimonium eſſe validum ob aliquas rationes,quas vltimò adducemus, tamẽ abſolutè dicendũ eſt, huiuſmodi matrimonium non eſſe validum,vt ex dictis in pręcedẽti quęſito elici poteſt.& ratio eſt propter impotentiã perpetuam naturalẽ ſeminandi. Sic tenet Palud.d.34.q.2.ar.1.& Silueſt. verbo,matrimon.8.q.16.dicto 3. Vbi dicit hanc D ſententiam eſſe communem, & Sot. in 4.diſt.34. quæſt. 1. art.2. & communiter diſcipuli D.Tho. & Pan.in c.quod ſedem. Et probatur, Impotẽtia perpetua ad copulam carnalẽ reddit matrimoniũ nullũ, vt iã ſupra diffinitũ eſt. Nã in iure actus venereus non cenſetur copula carnalis, ſine ſẽminatione, & ita dicit Silu.ſupra ꝙ

actus generationis non eſt commixtio corporum,ſed ſeminum, vel tenẽtium locum ſeminum, & nunquam contrahitur affinitas, niſi per copulã carnalem cum ſeminatione.

Primum argumentũ contra hanc veritatem erat, quod matrimonium non ſolum eſt inſtitutum ad prolem, ſed etiam in remedium concupiſcentiæ: ex hoc videtur apparere quod non ſit neceſſe habere copulam formalem cum admixtione ſeminum. Reſpondetur ad hoc, quod equidem verum eſt matrimonium ordinari in remedium concupiſcentiæ: at cum tale remedium ſit copula carnalis matrimonialis, & ſecundũ hanc opinionem, talis copula non ſit niſi cum ſeminatione, ideo quia ibi deficit potẽtiam ad talem copulam perfectã, matrimonium non poterit contrahi.

Ad ſecũdum, in quo dicitur, quod ſufficit ad conſummationem matrimonij tantum poſſe penetrare vas ſine ſeminatione, verum eſt, quod penetrare vas etiã ſine ſeminatione ſufficit ad conſummandum matrimonium, vnde talis non poſſet amplius dimittere vxorem, neque ingredi religionẽ, niſi vxor quoq; conſentiens fieret religioſa, &c. nihilominus per talem copulam non eſſet contracta affinitas, nec non contrahitur, niſi per ſeminum commiſtionem, & ideo ſecundum prædictam opinionem, potẽtia ad penetrandũ vas tantum, nõ ſufficit ad matrimonium contrahendũ, ſed requiritur: potentia ad copulam cum ſeminatione.

Ad tertium. Hæc ratio eſt manifeſtiſſima, qđ niſi viri, & mulieres poſſint euadere vna caro, hoc eſt habere

A copulam carnalem cũ ſeminis emiſſione, inter eos non poteſt contrahi matrimonium. Sed in præſenti vt diximus, non eſt huiuſmodi talis potẽtia, ergo, &c.

Ad quartum, dicimus, quod inter ſteriles, ſterilitate cognita, & inter ſenes poteſt eſſe verum matrimoniũ, vt ſtatim dicemus: quoniam inter illos poteſt eſſe corporum commixtio, quãuis non poſſit eſſe generatio, imò

B aliquando nec ſeminatio, ergo ſimiliter in noſtro caſu poterit eſſe verum matrimonium, cum ſit potentia ad corporum commixtionem. Hæc præfatus Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in addit. 3. par. q. 58. art. 1.

329. *Quæritur an ſenes poſſint contrahere matrimonium taliter quod ſit validum?*

C Reſpõdetur, quod huiuſmodi ſenes aliquando non habẽt potentiam generandi, nec ſeminandi, ideo videtur nullum eſſe matrimonium, vt diximus de ſpadonibus; tamen oppoſitum eſt vſus eccleſiæ: nam matrimonia iſtorum ſenum permittuntur in eccleſia, ergo eorum matrimoniũ etiam cum illa impotẽtia videtur validum. Et confirmatur ex eo, quod Dauid iam ſenex, etiam impotens (ſi quidem non poterat calefieri, vt dici

D tur 3. Reg. 1.) verè cõtraxit matrimonium cũ Sunamitide, ergo ſenes poſſunt contrahere matrimonium.

In hac difficultate Doct. multa dicunt, quę omnia breuiter explicanda ſunt duabus concluſionibus.

Prima cõcluſio ſit. Si ſenes habeãt potentiam coeundi, taliter quod poſſint emittere ſemẽ, validum eſt matrimonium

Digitized by Google

monliũ etiamſi generare nõ poſſint. Hoc docent omnes Doctores, & Sot. loc.cit. ſimiliter Syluest.dicto 5. Imò dicit, quod nemo eſt adeo ſenex quin calere poſſit natura, vel artificio, vt dicit glo.in c.Nuptiarum. 32.q.1. & probatur. Tales ſenes nõ habent impotentiam coeundi, vt manifeſtè conſtat ex ſuppoſitione facta, ergo poſſunt contrahere matrimonium validum. Secũdo vt dictũ eſt in ſecundo dubio huius artic. impotentia generandi nõ annullat matrimonium, & hęc concluſio probatur ex argumento facto ex vſu Eccleſię, in qua ſępiſſimè fit huiuſmodi matrimonium, & admittitur tanquam verũ & ſtabile.

Secunda cõcluſio. Si ſenes ſint ita ſenio cõfecti, & exhauſti, quod nullo modo ſeminare valeant, licet poſſint erigere membrum, & penetrare vas, non poſſunt cõtrahere matrimonium. Hanc concluſionem docet expreſsè Sot. loco cit. & ſimiliter Syluest adducentes Panor. & Richar. & faciliter probatur ex ſupradictis. Nã nullus poteſt ſe obligare ad impoſſibile, vt ait D.Tho.in hoc art. ſed impoſſibile eſt, quod iſti habeant copulam, carnalem neceſſariam ad matrimonium, quia vt diximus in dubio præcedenti ſecũdum dictam opinionem, potẽtia habendi copulam cum ſeminatione eſt neceſſaria ad matrimonium, quam iſti nõ poſſunt habere, ergo contrahere nõ poſſunt, vt diximus de ſpadonibus vtroq; teſte carentibus, & ſic reſpondetur ad obiectionem in principio factam.

Et ad confirmationẽ reſpondetur, quod Rex Dauid in illo tẽpore, licet non frequenter, tamen aliquando po- A tuit habere vſum matrimonialem ſeminando, ſed quia illud tempus non erat aptum amplexibus, nõ cognouit eam Dauid, nec illi fecit iniuriã, quia creditur illius conſenſũ eſſe factum. Vide D.Th.ad 3. vbi videtur inſinuare iſtas concluſiones. Hæc præfatus Doctor Petrus à Ledeſma in addit. 3.par.quæſt.58.art.1.

530. *Quæritur an poßit eſſe perpetuũ* B *impedimentum naturale viro, vel fœminæ reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius?*

Reſpondetur, quod dubiũ eſt, an detur impotentia coeundi naturalis perpetua reſpectiua, reſpectu vnius, & nõ reſpectu alterius, taliter quod reddat nullum matrimonium cum illa: non certa, res eſt, quod poteſt aliquis habere impotẽtiam reſpectu vnius, & nõ reſpectu alterius, po- C teſt enim eſſe potens reſpectu corruptæ, & nõ reſpectu integræ. Item poteſt habere potentiam ad mulierem aliam non ita arctam, nõ verò ad iſtã quæ eſt magis arcta, & idẽ eſt de muliere reſpectu viri. Dubium tñ eſt an talis impotentia reſpectiua tollat matrimonium, & reddat illud nullũ: Videtur enim pars affirmatiua: Nã iſte talis habet impotẽtiam perpetuã re- D ſpectu iſtius, ergo talis impotẽtia tollit omnino matrimoniũ cum iſta. Impotẽtia perpetua coeundi, ideo tollit matrimonium, ſecundum doctrinã D.Th. quia non poteſt aliquis ſe obligare ad id, quod non poteſt, ideo iſte quamuis poſſit ſoluere carnale debitum alteri, non tñ huic, ergo talis impotẽtia inter iſtos annullat matrimonium. In hac difficultate ſunt aliqui

Digitized by Google

auctores, qui aſſerunt, quod hæc impotentia reſpectiua, reſpectu huius mulieris, & nó reſpectu alterius, annullat matrimoniú: alij aliter dicunt. Tamen hæc ſit concluſio. Non datur potentia reſpectiua, quæ annullet matrimonium reſpectu huius, & nó reſpectu alterius: itaq; ſi aliquis ſit ineptus ad coeundũ cum virgine, aptus tamen ad coeundum cum corrupta, talis impotẽtia, quæ reſpectiua eſt, nõ tollit matrimonium. Hanc ſnĩam docet expreſsè D. Tho. in ſolut. ad 5. cũ dicit, quod non poteſt eſſe perpetuũ impedimentum, naturale viro reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius. vbi ſignificat, quod non tollit matrimonium. Nam ſi impedimentũ non eſt perpetuum, non annullat matrimonium, vt dictum eſt. Et in art. ſequenti circa finem corporis expreſsè dicit, qd̃ qui propter frigiditatem eſt impotens, ita eſt impotens ad vnam, ſicut ad aliã, & ideo qñ matrimoniũ dirimitur, non datur licentia ei, vt cõiungatur alteri. Et D. Tho. in loco citato regulam ponit dicẽs. Qui eſt habilis ad vnã, eſt habilis ad omnes regulariter loquendo, & ideo matrimonium, cum qualibet tenet. Hæc Petrus Ledeſmius in eodem loco, vt ſupra in præcedenti quæſito.

331. *Quæritur an ſi impotẽtia coeundi perpetua ſuperueniat matrimonio iã contracto, diſſoluat matrimonium?*

RESpondetur, quod licet Gratianus, 33. q. 1. c. 2. dicat, quod impotentia perpetua coeundi, ſi ſuperueniat matrimonio, ante conſummationem, diſſoluit matrimonium: hoc

A eſt falſum, & hæc opinio fundatur in hoc quod matrimonium non habeat omnimodã eſſentiam, niſi ſit cõſummatum. Nihilominus ſit concluſio: ſi impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio iam cõtracto, non diſſoluit matrimonium, etiã ſi non ſit conſummatum: hoc tenent oẽs Theologi, & iuris periti. Matrimonium enim ratũ non poteſt diſſolui quantum ad vinculum, niſi per ſolemnem profeſſionem religionis, vt ſæpe dictũ eſt: ſed

B illud matrimonium fuit validum, cũ tunc nullum eſſet impedimentum: ergo impotentia coeundi ſuperueniẽs, quantumuis ſit perpetua, nõ deſtruit matrimonium, & in Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 5. diffinitur, quod matrimonium ſemel ratum, per nullam moleſtam cohabitationem diſſoluitur, ergo etiam ſi impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio rato, non diſſoluit matrimonium, ſupra diffinitum eſt, quod ſępe aliqua ſunt neceſſaria ad hoc, quod fiat matrimonium, quæ tamen non ſunt neceſſaria, vt conſeruetur; & in particulari dicendum eſt, quod matrimoniũ fieri non poteſt, ſine eo, quod ſequatur obligatio reddendi debitum, tamen cõſeruari poteſt ſine tali obligatione, vt ſi vterq; poſt conſummationẽ matrimonij tranſeat ad religionem conſeruatur matrimonium, ſine obligatione reddẽdi debitum, ita & in alijs caſibus poteſt conſeruari verum matrimonium ſine tali obligatione. Dicitur etiam, ꝙ obligatio ad reddendum debitum non ſemper concomitatur matrimonium, vt propria illius paſſio, ſed ſolum à principio. Hæc præfatus Doctor vbi ſupra.

C

D

332. Quæ-

332. *Quæritur, an fœmina, & vir teneant pati aliquod medicamentum, vt poſſint reddere debitum matrimoniale?*

RESpondetur, ex dictis, quod periculoſum medicamentum, quod non poteſt admitti niſi cum periculo vitæ, fœmina non tenetur admittere, & ſi aliter ſubueniri non poſſit, matrimonium cēſebitur irritum, ſi tamen impotentia ad reddendum debitum præceſſerit ipſum matrimonium: vt patet in c. ex literis, de frigidis, & valdè aduertendum eſt: quod quamuis fœmina dicat ſe velle tale periculum ſubire, vir non tenetur expectare: ſed accepta ſententia iudicis, poteſt ad alias nuptias tranſire. Si autem ſuſcepto medicamine habilis efficiatur, primum matrimonium fuit validum ſine dubio, & ita debet reſtitui, vt dicunt omnia illa iura ſupra citata. Si ex parte virginis eſt clauſura arctior ſolito, cui tamen per artem, facili opera poteſt adhiberi remediū, impedimentum eſt temporale, ac ſubinde matrimonium validum, & illa tenetur medicinam admittere: quia tale medium eſt licitū, vt dicit D. Tho. in ſolutione ad quintum, & eſt neceſſarium ad reddendum debitum, ergo illa tenetur ſubire illud: quia ad reddēdum debitum temporale, tenetur homo pati aliquam iacturam. Præterea ſi ex parte virginis eſt dumtaxat ſolita clauſura, & ex parte viri, debilitas extraordinaria, qui tamen poteſt accedere ad corruptam, impedimentum eſt temporale ad ſubinde matrimonium validum, ſed fœmina non tenetur medicamentum admittere quamuis poſſit fieri habilior. Hic caſus videtur expreſſus in illo capit. fraternitatis, ſupra citato. Et notanda ſunt ad propoſitum vltima verba capituli illius. Similiter illa, quæ viro, cui nupſerat, adeò arcta eſt, vt nunquam ab eo valeat deflorari, ſi ab eo per iudicium ſit ſeparata, & nubat alteri, cui arcta non ſit, &c. vide ibi. Secunda pars dicti probatur: mulier nullam patitur ægritudinem, aut defectum, & per illam non ſtat quominus reddat debitum viro ſuo. Igitur viro incumbit remedium quærere. Veruntamen vt diximus, tale matrimonium, ob talem cauſam, non erit diſſoluendum, ſed in his ſeruanda eſt regula dicti pontificis, in cap. fraternitatis, quod non facilè proferatur finale iudicium. Hæc præfatus Doctor Petrus Ledeſmius ſuper D. Thom. in addit. 3. par. eadem q. 58. articulo primo.

333. *Quæritur quando mulier ita eſt arcta, quod licet poſſit recipere ſemen, & concipere, non tamen poteſt parere, ſine periculo vitæ, an tale matrimoniū ſit validum?*

RESpondetur in hac difficultate Magiſter Victoria ſapiētiſſimus in ſcriptis ſuis ſuper iſtum articulū, & aliqui alij Doctores dicunt, quod matrimonium non eſt validum, & ratio huius ſententiæ eſt. Nam cum tāto periculo nec poteſt, nec tenetur reddere debitum, aliàs peccaret mortaliter exponēdo ſe periculo mortis. Et ſine dubio hæc ſententia videtur vera, propter rationem factam. Aduertendum tamen eſt, quod eſt ap-

Digitized by Google

ponenda quædam reſtrictio; videlicet, niſi aliàs eſſet certitudo de ſterilitate illius mulieris: ſtante enim ſterilitate, validum eſſet matrimonium, quia poſſet reddere debitum, ſine periculo mortis, & ita non haberet impedimentum ad matrimonium. Hęc dicta ſufficiant de iſto art. nam plura ad hoc pertinentia facillime videri poſſunt in ſummiſtis pręcipue in Sylueſtro loco ſæpe citato. Quomodo vero ſit expectandum tempus triennij ad videndum, an impedimĕtum ſit perpetuum nec ne, dicetur in art. ſequenti. Hæc præfatus Doctor vbi ſupra.

334. *Quæritur an maleficium poſſit impedire matrimonium?*

RESpondetur ex D. Thom. in addit. tertiæ partis, quæſt. 58. art. 2. per tres concluſiones. Et prima hæc eſt.

Impotentia coeundi, quæ eſt ex maleficio, ſi ſit perpetua, tollit matrimonium, ſin autem minimè. Hanc concl. S. Doctor probat eadem ratione ſicut de frigiditate.

Secunda concluſio; Ad experiendum, an talis impotĕtia ſit perpetua, vel non, Eccleſia determinauit tempus triennij, ſicut dictum eſt de frigiditate.

Tertia cōcluſio eſt maximè adnotāda. Differentia eſt inter maleficium, & frigiditatem: nam qui propter frigiditatem eſt impotens, ita eſt impotens ad vnam, ſicut ad aliam: & ita quando matrimonium dirimitur, nō datur licentia frigido, vt contrahat cum altera: ſed ex maleficio poteſt ali-
A quis eſſe impotens ad vnam, & non ad aliam, & ideo quādo matrimoniū dirimitur, vtiq; datur licentia, vt aliam quærat: quod quidem fieri nō poteſt in impedimento frigiditatis. Hęc pręfatus Petrus ſuper D. Tho. in addit. tertiæ partis, q. 58. art. 2.

335. *Quęritur quid ſit maleficium, & quando dirimat matrimonium?*

B RESpondetur. Maleficium eſt ligamen quoddam arte dæmonis factum, Deo permittĕte, ratione cuius, homo non habet potĕtiam coeundi; quod verò dæmon poſſit hoc facere, explicatur à Soto in loco, vt ſupra citato, & à Sylue. ibidē vt ſupra. Et nos de huiuſmodi impedimento locuti ſumus in primo libro noſtro impreſſo Quæſito 150. ſed in præſenti aliqua recentiora addere voluimus.

C Secundo eſt aduertendum, & ſupponendum, quod cum D. Tho. dicit maleficium perpetuum impedire, & tollere matrimonium, & ſecundum iura antiqua, & ſecundum noua, non eſt intelligēdum quod habeatur hoc in aliquo cap. in tit. de frigidis, & maleficiatis. ſed habetur in c. fin. 33. q. 1. & illud cap. eſt videndum.

Tertio ſupponēdum eſt, quod maleficium eſt impedimĕtum matrimo-
D nij, ſicut & impotentia coeundi: nam maleficium in tātum reddit, nullum matrimonium, in quantum perſonæ redduntur inhabiles ad copulam carnalē. Vnde ſi ratione maleficij homines maleficiati habeant perpetuū impedimĕtum coeundi, nullū eſt matrimonium: ſi verò ſit temporale, matrimonium eſt validum, ſicut dictum

eſt

Digitized by Google

eſt de impotentia coeundi. Et hoc intelligitur, quando antecedit hoc impedimentum ipſum matrimonium: ſed ſi ſuperueniat, non dirimit matrimonium, ſicut nec impotentia ſuperueniens, vt dictum eſt ſupra. Et hæc eſt communis ſententia. Nam matrimonium etiam non conſummatum eſt indiſſolubile, niſi per profeſſionē ſolemnem Religionis.

Quartò, ſupponendum eſt, duplex eſt differentia inter maleficiū & impotentiam coeūdi. Prima, quod ſi impotentia coeūdi miraculosè curetur, non reddit validum matrimonium, quia impedimentum illud ſuapte natura eſt perpetuum, & ita matrimonium, quod anteceſſit miraculoſam curationem, nullum erat, cum perſonæ eſſent inhabiles, niſi poſt curationem de nouo conſentiant. Si autem maleficium curetur per remedia, quę apponuntur in illo cap. fin. 33. quæſtio. 1. quæ licita ſunt, validū eſt matrimonium: nam illum impedimentum non erat perpetuum, ſi quidem ablatum eſt per remedia ordinaria contra incurſus dæmonum.

Secūda differentia eſt: Si quis poſt ſeparationem coniugij propter impotentiam coeundi, repetiatur habilis ad aliā, validum eſt matrimoniū, & debet ad illud redire. Nam qui habilis eſt ad vnam per ſe loquendo, habilis eſt ad omnes eiuſdem ſpeciei: per accidens tamen habet impotentiam reſpectu huius. At verò ſi quis poſt ſeparationem coniugij propter maleficium, inueniatur habilis ad aliam, non debet redire ad primam. Ratio eſt, quia poteſt eſſe perpetuò ligatus, reſpectu vnius, & nō alterius.

Quintò, ſupponendum eſt, quod quando aliquis contraxit cum maleficiato perpetuo, vel impotentia, vel frigiditate naturali perpetua, ſi ſtatim hoc cognoſcatur, ſtatim ſunt ſeparandi per Eccleſiam, nec eſt expectandum triennium, cum ſit res certa, quod matrimonium fuit nullum, ſi verò res ſit dubia, expectandum eſt trienniū, vt dictū eſt & in illo triennio bona fide, & licitè poſſunt habere acceſſum carnalem, vt experiatur ſuam impotentiam. Et ita iure naturali poſſunt petere, & reddere debitum, de quo ſupra, quæſt. 45. artic. 1. Hæc præfatus Doctor Petrus à Ledeſma ſuper D. Tho. in addit. 3. par. q. 58. art. 2.

336. *Quæritur, an diſſoluto matrimonio ob maleficium, & maleficiatus contrahit cum ſecunda, ſi tunc euadit potens, an teneatur ad priorem redire?*

Reſpondetur, ſi maleficium eſt certum, non tenetur redire ad priorem, erit autem certum, ſi antequam contraheret cum prima, fuerit fornicatus cum alia, & poſtea videtur impotens ad primam, ſed non ad ſecundam. Probatur, quia ex hoc, quod poteſt accedere ad aliam, non eſt ſignum ſufficiens, quod poſſit accedere ad primam, ergo non tenetur redire ad priorem, ſed poteſt manere cum ſecunda.

Secunda concluſio: ſi in tali caſu accederet ad priorem, vt experiretur ſuam impotentiam, & inueniret ſe potentem ad illam, tenetur ad illam redire; quia tunc manifeſtum

Digitized by Google

eſt illud impedimentum fuiſſe temporale, & non ſufficiens ad dirimendum matrimonium.

Tertia concluſio; ſi conſtaret iſtum eſſe ligatum, vel impeditum per tale maleficium ad omnes mulieres, & contraxit cum ſecunda, ad quam expertus eſt ſe eſſe potentem, tenebitur redire ad priorem, nam tunc cenſeretur impedimentum temporale, reſpectu omnium mulierum, ergo non dirimitur matrimonium: ſed quid dicendum, ſi ſoluto matrimonio, iſte ſit ingreſſus religionem, vel factus ſit ſacerdos, & poſtea inuentus eſt potens.

Quarta concluſio: ſi fecit ſolemne votum religionis non tenetur, immò nec poteſt redire ad vxorem. Quia votum ſolemne religionis diſſoluit matrimonium ratum non conſummatum, in præſenti verò, non eſt conſummatum.

Quinta concluſio: ſi factus eſt ſacerdos, & vxor petit illum, poteſt tamen, ſi vult ingredi religionem, & ita non tenetur ad illam redire: ſi autem noluerit, tenebitur redire: Nam per ſuſceptionem ſacri ordinis non tollitur matrimonium, etiam ſi non ſit conſummatum.

Sexta concluſio: Si vxor non petat illum, poteſt manere in ſuo miniſterio ſacro, ipſa tamen ſi vult viuere ſeparata, tenetur vouere caſtitatem.

Septima concluſio: ſi vxor poſt diſſolutum matrimonium nuberet alteri, & ille ſacerdos qui erat ſuus vir, repertus eſt potens, non poteſt manere vllo pacto, cum viro ſecundo? Nam conſtat impedimentum fuiſſe temporale; & conſequenter conſtat primum matrimonium fuiſſe validum, & non diſſolutum per ordinem ſacrum; ſecus ſi ille iam eſſet religioſus profeſſus: nam tunc poſſet illa fœmina manere cum ſecundo, teneretur tamen ratificare illud matrimonium de nouo, quia illud matrimonium factum antequam prior vir profiteretur religionem fuerat nullum, vt conſtat. Hæc quantum ad præſens quæſitum ex præfato Doctore Petro ſuper Diuum Thomam, in additio. tertiæ partis, quæſtio. 58. articulo ſecundo. Eſſet nunc ſoluendum dubium, an maleficium poſſet ſolui alio maleficio, vel aliquo alio modo iuſto, ſed cum iſtud dubium ſit clariſſimè diſcuſſum in primo libro noſtro impreſſo, Quæſito 150. non eſt ad præſens denuò repetendum.

337. *Quæritur, an furia, vel amentia impediat matrimonium?*

Reſpondetur ex Diuo Thoma in additio. tertia par. q. 58. artic. 3. per concluſiones.

Prima concluſio: ſi furia ſubſequitur ad matrimonium, non diſſoluit matrimonium quod antea validum fuit, nam matrimonium ratum non diſſoluitur, niſi per ſolemnem religionis profeſſionem.

Secunda concluſio, ſi furia antecedat matrimonium, ita vt non maneat vſus rationis, matrimonium ſubſequutum nullum eſt, quia ad matrimonium requiritur conſenſus, ſed ſine

ne iudicio rationis, non eſt conſenſus, ergo matrimonium ſubſecutum eſt nullum.

Tertia cõcluſio eſt: ſi homo habet lucida interualla, & contrahit dum habet iudicium rationis, validum eſt matrimonium, quia habere poteſt conſenſum.

Quarta concluſio: ſi amentia teneat ſe ex parte vtriuſque, vel fœminæ ſolum, vſus matrimonij eſt interdicendus, tum propter periculum abortus, tam etiam propter detrimentũ prolis, quia vſus matrimonij ſuapte natura ordinatur ad bonum prolis, ſed tunc ſequitur detrimentum prolis, ergo interdicendus eſt.

Quinta concluſio: ſi amentia non ſe teneat ex parte fœminæ, vſus matrimonij non eſt interdicendus, quia tunc non eſt periculum abortus, nec detrimentum prolis. Ait Diuus Thomas circa primam concluſionem, quod eſt certiſſima, ſiue matrimonium ſit ſolum ratum, ſiue ſit conſummatum. Ita determinatum eſt in cap. hi, qui matrimonium impedire poſſunt. 32. quæſtione ſexta. Ratio aperta eſt. Nam matrimonium eſt indiſſolubile ex natura rei, & ſolum diſſoluitur per profeſſionem ſolemnem religionis.

Circa ſecundam & tertiam concluſionem apparet dubium, an matrimonium contractum in amentia ſit validum ex aliquibus argumentis, quæ ponit Petrus à Ledeſma in eadem quæſtio. vt ſupra, & artic. verum his relictis vera concluſio eſt hæc, quod matrimonium contractum in amentia nullum eſt, vt expreſsè tenet D. Thom. hic, & Sot. & alij Doctores, diſcipuli D. Thom. & probatur in cap. dilectus, de ſponſa. & matrim. Neque furioſus, ergo talem matrimonium nullum eſt. Sed illa ratio D. Thom. eſt potiſſima: cum ad matrimoniũ requiratur conſenſus legitimus, qui eſt cauſa efficiens matrimonij, ſine quo eſſe non poteſt, vt ſupra diffinitum eſt, quæſtio. 45. præcipuè articu. 1. ſed furioſus non poteſt habere legitimum conſenſum, cum non habeat vſum rationis tempore furiæ, ergo matrimonium eſt nullum. Idemque dicit capit. cum dilectus.

338. *Quæritur, an ſi furia ſubſequatur ad matrimonium validum, ſint permittendi habere vſum matrimonij?*

Videtur pars affirmatiua, nam ille vſus eſt licitus, ergo permittendus, nam talis vſus eſt verè matrimonialis, ergo, licitus, & bonus.

Reſpondetur, quod his non obſtantibus, ſi in vtroque coniuge ſit amentia, abſque dubio ſunt ſeparandi donec reſipiſcant, & dare operam, quod habeant vſum coniugij dum ſic habentur, peccatum mortale eſſe videtur, ſic tenent multi diſcipuli Diui Thomæ, & ratio eſt, quia ex tali congreſſu manifeſtum imminet prolis periculum, & ſaltem proles non poteſt commodè educari, quemadmodum natura intendit, ergo erit peccatum mortale, & verè ratio eſt apertiſſima.

Nam talis proles ita ſe habet, ac ſi non haberet parentes, cũ non habeat vſum

vſum rationis. Et ſicut vagus concubitus peccatum mortale eſt, ita erit peccatum mortale dare operam, vt iſti furioſi carnaliter coniungantur. Verum ſi alter fuerit ſanæ mentis & nulla eſt ſpes concipiendi, vel nullũ periculum abortus, talis acceſſus nõ videtur peccatum, puta ſi mulier eſt ſui compos, & permittat virum ad ſe accedere. Hanc concluſionem tenent multi diſcipuli Diui Thomæ: nam talis mulier vtitur re ſua, & nihil mali timet ex tali caſu, nec ſequitur mala educatio prolis, ergo talis acceſſus non eſt peccatum, ſed ſi fœmina fuerit amens, regulariter illicitus eſt acceſſus, ſi ſpes ſit concipiendi, quia ſemper eſt probabile periculum abortus, ſi fœmina ſit amens.

Ad argumentum in principio factum reſpondetur, quod ille vſus eſt illicitus, propter rationes ſupra poſitas: non enim ſemper eſt licitus vſus matrimonialis, vt aliàs pluries dictum eſt. Hæc præfatus Doctor Petrus à Ledeſma ſuper D.Thom. in addit. 3. partis, quæſtione 58. articulo tertio.

239. *Quæritur, an ſit peccatum copulare carnaliter duos amentes non cõiunctos matrimonialiter?*

RESpondetur, quod eſt peccatum mortale illos coniungere carnaliter, & ratio deſumitur hic ex Diuo Thoma in præſenti articulo citato in præcedẽti quęſito, & ex dictis, quia tali culpa ſequitur detrimentũ prolis, ergo illicitum eſt illos copulare ex ratione ſupra poſita, cum illa proles eſſet ac ſi non haberet patrẽ,

A & matrem, qui poſſent illam educare ſecundum eſſe rationale. Nam diximus, ideo vagus concubitus eſt illicitus ad prolem educendam. Et vltra hoc ſequitur etiam periculum abortus, vt diximus, ergo peccatum eſt illos copulare. Et reſpondetur ad illud, quod dicitur, quia amẽtes ſunt veluti pecora, & ſicut non eſt peccatum copulare huiuſmodi animalia, ita nec amentes. Reſpõdetur, inquã,

B quod non eſt eadem ratio, cum homines generent hominem, non pecus, in pecoribus verò nullum ſequitur detrimentum proli, nec actus eſt illicitus ex natura rei, at verò in amẽtibus ſequitur detrimentum proli, & actus ille eſt illicitus ex natura rei licet in indiuiduo nullum ſit peccatũ, videlicet illorum, qui ſunt amentes. Hæc præfatus Doctor ibidem vt ſupra eadem quæſt. & art. ſicut in prę-

C cedenti quæſito.

340. *Quæritur, an matrimonium contractum ante legitimam ætatem ſit validum?*

REſpondet Diuus Thomas in additione 3. par. quæſt. 58. ar. 5. dicens, quod matrimonium, cum fiat per modum contractus cuiuſdam ordinationis legis poſitiuæ, ſubiacet, ſi

D cut & alij contractus. Vnde ſecundũ iura determinatum eſt, quod ante illud tempus diſcretionis, qua vterq; poſſit ſufficienter de matrimonio deliberare, & debitum ſibi inuicem reddere, matrimonia non contrahãtur, & ſi non ita facta ſint, dirimuntur. Hoc autem tempus, vt in pluribus, eſt in maſculis in 14. anno in fœmina

nā autem in duodecimo anno. Quia tamen præcepta iuris poſitiui ſequũtur id, quod in pluribus eſt. Ideo ſi aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictum perueniat, itaque vigor naturæ, & rationis defectum ætatis ſuppleat, matrimonium non diſſoluitur, & ideò ſi contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum, carnaliter fuerint copulati, nihilominus matrimoniũ perpetuò ſtat īdiſſolubile. Hæc ſunt formalia verba ſancti Doctoris in corpore articuli. Sotus autē dicit, ꝙ non auderet aſſerere, quod ſit legitimum matrimonium ante tēpus legitimũ, niſi etiam copula fuerit conſummata, vel ſaltem ſponſi fuerint ad id idonei; citans Abbatem, & Silueſt. verbo matrim. 5. & hæc eſt vera ſententia, & videtur conformis dictis Diui Tho. Et eſt aduertendum, vt hic admonet Petrus de Ledeſma ſupra cita. quod completa ætate pubertatis, & ſtante vſu rationis licet fortè pro tunc non eſſet aptitudo, vel potētia ad copulam, nihilominus matrimonium tunc contractum eſſet validum, quia nihil deficit ex requiſitis ſecundum ius Eccleſiaſticum: Nam illa impotentia eſt tantum temporalis, vt ſupponimus, & ita non annullat matrimonium. Cætera omnia vide Sot. d. 35. ar. 5.

341. *Quæritur an omnes, qui naſcuntur ex illegitimo matrimonio ſint illegitimi, & an parentes illegitimorum teneantur educare eos, & alere?*

Reſpondetur primò ad primum, quod qui contrahunt matrimoniũ in facie Eccleſiæ, obſeruatis obſeruandis ſecundum Concil. Trid. neſcientes nullum adeſſe impedimētum, & bona fide contractum eſt matrimonium, ſi poſt copulam, & filios habitos inueniatur aliquod impedimentum, dirimēs matrimonium, nihilominus filij ſunt legitimi. Verum ſi mala fide contraxiſſent, dubitantes de impedimento, tunc non eſſent legitimi. Vnde ſequit, quod nō ſemper illegitimus concubitus ſufficiat, vt proles illegitimā cenſeatur; puta ſi eſt illicitus propter votum coniugum. Nota aliud exemplum, ſi coniuges poſt matrimonium conſummatum profiterentur in religione, & iterum ſuſciperent filios, quamuis congreſſus ille eſſet ſacrilegus, & mortale peccatum, tamen filij eſſent legitimi, quia adhuc perſeuerat vinculum matrimonij, vt benè ait Paludanus, quæſt. 3. ar. 1. qui naſcũtur ex ſimplici fornicatione dicũtur naturales, dũmodo fœmina non ſit meretrix. Cæteri verò dicuntur ſpurij, & nothi.

Quantum ad ſecundam partem quęſiti, dicimus, quod parentes tenētur alere filios, non ſolum naturales, ſed etiam ſpurios, quantumuis fuerit ſceleſtus concubitus, non ſolum humano, ſed etiam diuino iure. Probatur ex ca. cum haberet, de eo, qui duxit in Matrimonium eam, quam polluit per adulterium. Vbi Clemēs III. præcepit, quod parentes neceſſaria ſubminiſtrent filijs ex damnato coitu genitis, ſecundum ſuas facultates. Et licet Conſtantinus Imperator, & Iuſtinianus Ceſar, legibus editis dixerint tales filios non eſſe alendos, pluribus in locis, tamen re vera, iſtæ

leges

leges ſunt ſeueriſſimæ, & minus piç, ne dicam impiæ, & ideo reuocatæ, cũ iuri naturali expreſsè contrarientur, & meritò, inquam ſunt abrogatæ. Quid enim culpç illç miſellus puer contraxit, vt penitus fortunæ relinquatur ob aliena peccata. Pater tam communicat naturam filiis illegitimis, quàm legitimis, ſed educare filios, & conſeruare in illis naturã cõmunicatam, eſt iuris diuini, & naturalis, ergo impijſſimæ ſunt leges oppoſitum ſtatuẽtes, immo iuuare eos, & educare, vt virtutib. plenè imbuãtur, ad honorem Dei, & pro communi bono. Quot enim viros vidimus huiuſmodi claſſis maximè claros euaſiſſe. Petrus à Ledeſma ſuper Diuũ Thom. in addit. 3. par. quæſt. 68. ar. 1. & 2.

342. *Quæritur circa mutuationem diuerſarum monetarum, an ſit licitum vnam mutuare, vt reddatur alia alterius qualitatis?*

RESpondetur primò, quod non licet mutuare pecuniam argenteam, vt aurea poſtea pro ea ſoluatur. Ita ait Nauarrus cap. 17. nu. 226. quia ratione mutui non licet aliquid lucri velle reportare, aut aliquam obligationem ciuilem, vel oneroſam alteri iniungere. Ergo neq; licet mutuare pecuniam argenteam, vt aurea reddatur.

Præterea ſi Petrus mutuauit Paulo centum aureos, reſtituendos in aureos tantum, Paulus non poteſt reſtituere illos in alia materia, neq; in alia forma, inuito ipſo Petro. Hæc concluſio eſt Siluestri, verbo ſolut.

A quæſtione ſecunda. Sed ad quem pertineat tunc periculum quæritur, reſpondet Silueſt. ibi, quod pertinet ad debitorem. Vnde ait, quod tenetur reſtituere in florenis, vel aureis eiuſdem formæ, quando ſic fuit cautum, ſecundum exiſtimationem currentem tempore ſolutionis faciendę. Quia contractus ex pacto iuſto, quale eſt iſtud, ſortitur obligationem, & effectum.

B Præterea, ſi quis mutuauit centum libras in florenis, ſatis eſt reſtitui ſibi centum libras, etiam in alia moneta. Hæc eſt Bartol. in l. Paulus, in ff. de ſolutio. & eſt Silueſtri, & communis ſententia Doctorum.

Pręterea quando ſimpliciter ſine addito aliquo pacto, aliquis dixerit, Mutuo tibi centum florenos, tunç

C ſi mutuans paſſurus eſt aliquod damnum recipiendo in alia forma, puta Florentinos florenos pro Senenſibus, recipere eos non tenetur. Hęc ait Silueſter, citans Barto. in l. Paulus.

Sed quid ſi in iſto caſu mutuans recipiendo in alia forma, quando ſimpliciter ſic mutuauit, nullum pateretur damnum, an teneatur mutuans in alia forma monetæ ſolutionem iſtius mutui acceptare.

D Silueſter ait, quòd non tenetur in alia materia ſolutionem acceptare, quia mutuum debet reſtitui in eodem genere, & in eadem bonitate, & aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non debet.

Concludit Silueſt. per l. cita. quod in caſu, quo ſimpliciter mutuauit quis aurum, vel argentum, tenetur ac-

acceptare ſolutionẽ, ſic aurũ pro auro, argentum pro argento mutuato, in eadẽ materia, licet indiſtincta forma ſoluatur, ſi inde nõ reportat damnum, vel niſi aliter conſuetudo loci haberet.

Præterea, poteſt quis pecuniam aeris pecuniam argenteam, aurea, & auream argentea emere, & vendere, & etiam aliquod lucrũ moderatum accipere. Hæc eſt Nauarri loco citato, & Caieta.in ſummula, verbo, Vſuræ.not.2. caſu 3. Et patet, quia hic ſi quid lucratur, ex mutuo nõ lucratur, ſed ex permutatione, & emptione: ſicut etiam poteſt ex commodatione pecuniæ, ſiue, vt pignori detur, aut ad oſtentationem diuitiarum, quo apertius vxorem quis ducat, aut ob alium ſimilẽ finem, aliquid accipere, quia ad huiuſmodi fines etiam pecunia numerata commodari poteſt.

343. *Quæritur, quando quis accipit frumentum ab aliquo non ſoluto tunc pretio debet exponere, an mutuò, vel emptione, accipiat. Et ſi nil exprimatur quid ſit agendum?*

RESpondeo, quod qui tradit frumentum, ipſe interrogare debet accipientem an mutuò, vel emptione id intendat ſuſcipere: quia magni refert quo modo accipiat. Si enim mutuò accipit, tenetur reſtituere ipſum frumentum eiuſdem qualitatis, & quantitatis, vel ipſum frumentum in pretium creſcat, vel decreſcat; & ſi non præfixum ſit tempus ad reddendum, mutuator poteſt ad libitum quandocunque voluerit,

A repetere, etiam quando carius æſtimetur, & ille reſtituere tenetur. & ſi tũc nõ poſſit, mutuator poteſt eum debitorem ſibi conſtituere tanti pretij, quo ipſum frumentum tunc æſtimetur, & eum de iuſtitia cogere ad ſoluendum. Si autem mutuò non acceperit, ſed emptione ad tẽpus ſoluendum, ſi venditor nil aliud dicat, non aſſignando tempus ad ſoluendũ quãcunq; voluerit, exigere poterit, & de-

B bitor tenetur ad ſoluendum tali pretio, quali tunc valebat, quando traditum fuerat ipſum frumentum. Si verò venditor, tũc nolebat vendere, ſed ſeruare ad tempus, quo præſumebat plus valiturum frumentum, idq; explicuiſſet emptori, tunc eo tempore ſoluere tenetur, vel creuerit vel decreuerit pretium ipſius frumenti: Hæc eſt Soti, lib.6. de iuſti.& iur. quæſt. 1. ar. 2. Hæc aſſertio, præterquam quod

C eſt rationi conſonam, fulcitur quoq; ciuili iure, ff. de reb. cred. & idem iudicium eſt de vino, alijſq; rebus conſumptibilibus.

Et aduertendum, vt alibi diximus, quod peccatum eſt iniuſtitiæ, vt ait Nauarrus, vt ſupra, nume. 225. qui, quod ſibi debetur, non vult recipere vſque ad tempus, quo eius pretium creſcat, cum debitor illud tempus expectare non teneatur. Et patet, quia

D iſte talis nolens ſibi debitum triticum, aut vinum recipere, vult lucrari impenſam, quam in cuſtodiendo faceret, inſuper, & periculum amiſſionis vitare, ergo non caret iniuſtitia. Item dicendum eſt de illo, qui alteri mutuat, cum tali pacto, vt tali tempore, & non antea mutuatarius reſtituat. Aut quod in alio loco, extra

extra illum, in quo iure tenetur, reddat, quia illa obligatio eſt pecunia æſtimabilis vltra ſortem, ideo vſura. Hæc idem Doctor Lopez, vbi ſupra cap 67. ſecundæ partis. Et additur ex Soto, & Nauarro non eſſe peccatum, neque iniuſtitiæ præ ſe ferre, ex natura rei diſſimulare, & non petere triticum, quod ſibi debetur vſque ad annum, & tempus, in quo carius venditur, niſi directè, vel indirectè debitoris ſolutionem impediat, licet eſſet auaritiæ indicium euidentius, quàm charitatis. Magis mutuatario imputari debet, ſi ſibi non conſulat, quando ex re ſua fuerit ſoluere, ne maiori ſumma prematur ad ſoluendum.

344. *Quæritur, an qui mutuat ducatos centum, quando minori æſtimantur, ſi poſtea Regis pragmatica pretium augetur, quid ſit agendum?*

RESpondetur, quod Silueſt. verb. Vſura, 1. §. 14. refert Doct. Iuris dicentes, quod ſi veriſimiliter dubitatur tempore ſolutionis poſſe valere minus, vel plus, tunc eadem aurea moneta eſt reſtituenda. Sed Sot. putat ſi ducatorum augetur poſtea valor, nō eſſe reſtituendum centum aureos. Ratio eius eſt, quia aurei ſunt moneta, id eſt, menſura pretij rerum, & ideo quando per pragmaticam augeretur eorum valor, iam in ratione monetæ & menſuræ variarentur.

Ergo ſicut quando menſura tritici mutuata poſtea eſt aucta, non tenetur mutuatarius ſoluere illud augmentū, ità nec quando moneta in valore eſt aucta, tenetur mutuatarius ſoluere illam cum illa auctione, ſed

A ſicut qui modium tritici, cum accepit mutuò, caſu quo modius ſit auctus, ſat eſt, quando eandem menſurā reddat, quam ſuſcepit, ita ſufficit reddere centum aureos in menſura qua antea valebat, i. ſingulos ad valorē vndecim argenteorum, & non ad valorem tresdecim argenteorum, etiamſi ad talem valorem aucti eſſent: vnde non centum tunc integros reſtituturus eſſet.

B Igitur pro reſolutione quæſtionis ſit prima concluſio. Si quis mutuans, decē aureos, illos ſeruaturus erat ad id punctum temporis, quo per pragmaticam, eorum valor auctus eſt, licitè exigere poteſt illos decem aureos integros, licèt illos recipiendo numero integros, & in valore auctos per pragmaticam, plus in valore recipiat, quam mutuauit, ſic ait Silueſ. verbo, vſur. 1. §. 14. & Nauar. de vſur. num.

C 48. in Man.

Secunda concluſio: ſi quis illos decem aureos mutuans non erat illos ſeruaturus ad id tēporis, quo eorum valor auctor eſt per pragmaticā, quia parabat illos ſtatim expendere: tunc non poteſt licitè illos integrè, neque in valore aucto recipere. Et ſecūdum iſtam concluſionem ſaluatur ſententia Soti: quia ſi mutuans non erat ſeruaturus aureos vſque ad pretium eorum

D augendum, & mutuat pro totidem reddendis tempore aucti pretij, vſura eſt, & iniuſtitia. Sic vſurarius quoque eſſet, qui venderet triticum menſe Auguſti pro pretio cariori Maij, ſi ipſe nō erat ſeruaturus illud. Hæc Lopez cap. 67. 2. par. ſui Inſtructorij.

345.

Digitized by Google

345. *Quæritur, an miniſtri iudicum exequi debeant quamcunque ſententiam a iudicibus latam?*

RESpondetur, ſi ſententia iudicis contineat intolerabilem errorē, vel manifeſtam iniquitatem,& iniuſtitiam,non tenetur miniſter illā exequi,dummodo apertè eam cognoſcat iniuſtam. Hæc eſt cōmunis omnium Doctorum ſententia, quia miniſter tantum tenetur obedire iudici in rebus licitis,& honeſtis: exequi autem talem ſententiam,eſt omnino illicitum, & contra Dei præceptum, eſſetq; cooperari iniquitati iudicis, quando ipſe miniſter certò nouit illam iniuſtitiam,quia aliter carnifices martyrum non eſſent culpandi, cum exequerentur in illis tormentis ſententiam ſuorum ſuperiorū, quos tamen cōſtat grauiter deliquiſſe,nec excuſari poſſunt ignorantia,quia culpabilis erat,& affectata. Quando autem ſententia iudicis non continet manifeſtum errorem,aut iniquitatē, etiam ſi ſit contra veritatem, quā miniſter priuatim nouit,debet illam exequi,quia miniſter, cum ſit perſona publica,debet ſtare ſententię publicæ,& non ſuæ ſcientiæ priuatæ,ſicut iudex iuridicę probationi. Poteſt tamē, & debet miniſter, quando ſententia eſt contra veritatem, quam ipſe priuatim nouit,vel orando iudicē, vel aliquo modo niti, ne exequatur ſententia,ſed alteri mandetur. Similiter,ſi videat ſententiam illam,nō ſolum eſſe contra veritatem, verum etiam procedere ex probationibus non ſatis ſufficientibus, neque ſatis

A conſtare ex proceſſu poterit, & debet,antequam terminus appellandi excidat, & ſententia illa tranſeat in rem iudicatam, admonenere reum, vt appellet; & indicare ei defectus proceſſus, & ſententiæ, & pro illo apud alium iudicem teſtificari,quod ſi non appellet, vel quia non ſit locus, vel quia excidit tempus, tenetur illam exequi, etiamſi ſciat procedere ex inſufficienti B probatione propter rationem dictam, quia ipſe non eſt iudex illius proceſſus, aut ſententiæ, ſed ſolum exequutor. Hæc aſſertio eſt Diui Thomæ,& Caiet.art.2. huius quęſt. 69. & Silueſter verbo, iudex. 2.§.6. & Couarr.libro 1.variar.reſolu.c.1. numero decimo. Quos omnes citat Salon in 2.2. Diui Thom.quæſt. 67.art.4.

C 346. *Quæritur, an mentiri in rebus letalibus in iudicio, quando reus legitimè interrogatur ſit peccatum mortale, ac etiam in ſacramentali confeſſione?*

RESpondetur ſecundum Caieta. quomodocunque quis mentiatur in iudicio peccat mortaliter, ſicut & qui mentitur in confeſſione, quia vtrobique fit iniuria, vel iudici, vel ſacramento,quod ſine graui culpa eſ- D ſe non poteſt. Mihi tamen omnium minimo hæc opinio nimis rigida videtur. Quocirca diſtinguendum exiſtimo. Nam vel talis legitimè interrogatus mentitur, cum iuramento, vel ſine illo. Si cum iuramento mortaliter peccat, quia quodlibet falſum iuramento affirmatum,quantumuis leue ſit illud,eſt mortale, vt dictum eſt

ſupra

Digitized by Google

ſupra de iuramento: ſi aũt mentitur A ſine iuramento, etiamſi ſub excõmunicationis pœna, vel in virtute obedientiæ veritas requiratur, in rebus leuibus erit tantum veniale, in grauibus verò mortale. Poſſunt enim hæc peccata ex leuitate materiæ fieri venialia ſicut & quæcunque alia. Nonnulli dicunt, quod ſi præceptum ſit particulare, vt ſi v.g. mihi prælatus ſpecialiter pręcipiat, vel ſub excommunicatione, vel in virtute obedien B tiæ, vt rem ſibi leuem reuelarem, ſub peccato mortali teneor dicere veritatem. Aliàs peccarem, circa principalem materiã præcepti, quod ſine culpa mortali fieri non poteſt, ſic iſti dicunt. Mihi tamen verius dicendum videtur, Prælatos in rebus leuibus, non poſſe ponere præceptũ ſub mortali, & ſi illud ponunt eſſe irrationabile, & ſic facere contra illud, non eſſe peccatum mortale, quod eſt intelli C gẽdum, dummodo certum ſit talem rem eſſe leuem: nã in dubijs certior pars eſt eligenda ſub mortali. Similiter etiam mentiri in cõfeſſione in rebus leuibus, non eſt mortale, niſi quã pœnitens vult illa efficere materiã principalem ſacramenti pœnitentię, quod contingit, quando non habet mortalia quę confiteatur, & vult cõfiteri venialia, tunc enim grauem in D iuriam irrogat ſacramento. Cęterum ſi pœnitens habet peccata mortalia, quę confitetur, nec vult confiteri venialia, quę non ſunt materia neceſſaria huius ſacramenti confeſſionis, etiamſi circa illa mentiatur in confeſſione, non peccabit mortaliter, vt cõmuniter dicunt Doctores, præcipuè Sot. in lib. de iuſt. & iur.

Ad argumẽta Caiet. reſpondetur, quod iniuria facta iudici, aut Sacramento, in re leui non eſt neceſſariũ, quod ſit peccatum mortale. Quotieſcunque autem reus legitimè interrogatur de re graui, tenetur ſub mortali dicere veritatem, quod niſi fecerit, peccabit contra iuſtitiam, & tenebitur ad reſtitutionem cuiuſcumq; nocumenti inde alteri ſubſecuti. Si verò interrogatio facta fuerit contra ordinem iuris, ſiue mentiatur in re leui, ſiue in graui, non erit mortale, ſed tantum veniale. Erit enim id mẽdacium ſolum officioſum, & non iniurioſum, cum nulli eo faciat iniuriã. Quod eſt intelligendum, dummodo id faciat ſine iuramento. Nam qui cũ iuramento mentitur, modo illud in particulari exigatur, quod contingit, quando aliquis ſub particulari iuramento interrogatur, an tale, vel tale furtum commiſerit, ſemper peccat mortaliter. Dixi modo iuramentum in particulari exigatur. Nam ſi exigitur in vniuerſali, quod contingit, quando iudex, vel prælatus vniuerſaliter ab aliquo accipit iuramentum dicendi veritatem in omnibus, de quibus fuerit interrogatus, quamuis poſtea ipſe peculiariter interrogatus de crimine illo, de quo iudex iure quærere non poteſt, falſum dicat, credo illum non peccare mortaliter, nec contra iuramentum facere. Secus enim legitimus illius communis iuramenti, quo promiſit ſe veritatem dicturum, debet in illis, in quibus iudex poteſt legitimè interrogare. Et quia de illo crimine, ſecundum iuris diſpoſitionem non interrogat, idcirco nec frangit iuramentum, nec mortaliter

taliter peccat. Hæc Petrus de Arragona ſuper D. Tho. quæſt. 69. in 2. 2. art. 1. & 2.

347. *Quæritur, an ſicut non licet malos miniſtros inducere ad miniſtranda ſacramenta, & ab eis illa recipere, niſi in aliquibus caſibus permiſſis, ita etiã nec liceat eorum Miſſas audire, aut videre?*

Videtur non eſſe eadem ratio, de perceptione ſacramẽtorum, & de auditione Miſſæ, vt videre eſt in Eccleſia, quod omnes omnium ſacerdotum miſſas indiſcriminatim audiunt; præſertim diebus feſtis, vt eſt præceptum ſub mortale.

Reſpondetur tamen eſſe eandẽ rationem de vtroque, vt ait D. Thom. 3. p. q. 82. ar. 9. propterea audire Miſſam publici cõcubinarij, mortale peccatum eſt, vt ex D. Tho. habetur 3. p. q. 82. ar. 9. Notorius quidem concubinarius appellatur, qui per ſententiã iudicis ſic eſt declaratus; vel per eius confeſſionem in iure factam, vel per euidentiam facti, vt ſi manifeſtè concubinam teneat, quod oĩbus pateat. Si quis autem ex ignorantia, audiat Miſſam ſacerdotis concubinarij, vt ſunt laici, ſæculares, & alij, qui probabiliter legitimè hanc prohibitionem ignorant, non peccant, quia in his ignorantia non eſt culpabilis: ſecus autem qui ſciunt, vel ſcire tenentur. Quando verò ſacerdos concubinarius non ſit notorius, & non denunciatus, peccant illi, quorum auditus eſt cauſa, vt ſacerdotes publici concubinarij miſſam dicãt, & ſine iuſta cauſa eam audiunt: quia mortale peccatum eſt præbere cauſam mortaliter peccandi, niſi ea cauſa ſit iuſta; vt habet Nauar. cap. 25. §. 78. & D. Thom. ait, quod quicunque communicat alicui in peccato; ipſe particeps peccati efficitur, ſic habetur 3. p. q. 82. art. 9. Ideo, vt dictum eſt, non ſolum iudicare talem ſacerdotem concubinariũ publicum ad celebrãdum, ſed etiam concubinarium occultum eadem ratione, q̃a, ſcilicet, dat ei cauſam mortaliter peccandi, dum eum ad celebrãdum inducit, prece, vel pretio. Si autem ſit concubinarius occultus, & toleratus, & paratus eſt celebrare, vel iam acta celebrat, poteſt eius miſſa audiri, quia nõ eſt cauſa vt ille celebret. Si verò eſt concubinarius notorius non licet audire, etiam ſi eſſet paratus ad celebrandum, aliàs mortaliter peccaret, niſi ignorantia eum excuſet, vt diximus; dixi quando eſt iuſta cauſa, non peccat. Exemplo ſit de iuſta cauſa; quando vrgens neceſſitas adſit; vt ſi quis indigeret pecunia, & acciperet ab vſurario parato, tunc non peccat non inducens eum ad fœnerandum: poteſt enim gratis mutuare, & ſi vſuras exquirit, ex ſua malitia eſt. Ita de Baptiſmo idem eſt dicendum, ſi non poſſit haberi, niſi ab huiuſmodi malis ſacerdotibus, cum hoc ſacramentum ſit neceſſitatis. Ex doctrina Diui Thomæ, vt ſupra, vt Silueſt. verbo, Miſſa, 2. §. 3. Concluditur, quod ſi accidat in die feſto, non adeſſe, niſi miſſa talis mali ſacerdotis, potius tenemur miſſam dimittere, quam illam audire, tunc iuſtè liberi ſumus à præcepto audiendi miſſam. Imò ſi eam audiremus, peccatũ mortale eſſet. Et q̃d

eſt illud impedimentum fuiſſe temporale, & non ſufficiens ad dirimendum matrimonium.

Tertia concluſio; ſi conſtaret iſtum eſſe ligatum, vel impeditum per tale maleficium ad omnes mulieres, & contraxit cum ſecunda, ad quam expertus eſt ſe eſſe potentem, tenebitur redire ad priorem, nam tunc cenſeretur impedimentum temporale, reſpectu omnium mulierum, ergo non dirimitur matrimonium: ſed quid dicendum, ſi ſoluto matrimonio, iſte ſit ingreſſus religionem, vel factus ſit ſacerdos, & poſtea inuentus eſt potens:

Quarta concluſio: ſi fecit ſolemne votum religionis non tenetur, im mò nec poteſt redire ad vxorem. Quia votum ſolemne religionis diſſoluit matrimonium ratum non conſummatum, in præſenti verò, non eſt conſummatum.

Quinta concluſio: ſi factus eſt ſacerdos, & vxor petit illum, poteſt tamen, ſi vult ingredi religionem, & ita non tenetur ad illam redire: ſi autem noluerit, tenebitur redire: Nam per ſuſceptionem ſacri ordinis non tollitur matrimonium, etiam ſi non ſit conſummatum.

Sexta concluſio: Si vxor non petat illum, poteſt manere in ſuo miniſterio ſacro, ipſa tamen ſi vult viuere ſeparata, tenetur vouere caſtitatem.

Septima concluſio: ſi vxor poſt diſſolutum matrimonium nuberet alteri, & ille ſacerdos qui erat ſuus vir, repertus eſt potens, non poteſt manere vllo pacto, cum viro ſecundo? Nam conſtat impedimentum fuiſſe temporale, & conſequenter conſtat primum matrimonium fuiſſe validum, & non diſſolutum per ordinem ſacrum; ſecus ſi ille iam eſſet religioſus profeſſus: nam tunc poſſet illa fœmina manere cum ſecundo, teneretur tamen ratificare illud matrimonium de nouo, quia illud matrimonium factum antequam prior vir profiteretur religionem fuerat nullum, vt conſtat. Hæc quantum ad præſens quæſitum ex præfato Doctore Petro ſuper Diuum Thomam, in additio. tertiæ partis, quæſtio. 58. articulo ſecundo. Eſſet nunc ſoluendum dubium, an maleficium poſſet ſolui alio maleficio, vel aliquo alio modo iuſto, ſed cum iſtud dubium ſit clariſſimè diſcuſſum in primo libro noſtro impreſſo, Quæſito 150. non eſt ad præſens denuò repetendum.

337. *Quæritur, an furia, vel amentia impediat matrimonium?*

Reſpondetur ex Diuo Thoma in additio. tertiæ par. q. 58. artic. 3. per concluſiones.

Prima concluſio: ſi furia ſubſequitur ad matrimonium, non diſſoluit matrimonium quod antea validum fuit, nam matrimonium ratum non diſſoluitur, niſi per ſolemnem religionis profeſſionem.

Secunda concluſio, ſi furia antecedat matrimonium, ita vt non maneat vſus rationis, matrimonium ſubſequutum nullum eſt, quia ad matrimonium requiritur conſenſus, ſed ſine

ne iudicio rationis, non eſt conſenſus, ergo matrimonium ſubſecutum eſt nullum.

Tertia cõcluſio eſt: ſi homo habet lucida interualla, & contrahit dum habet iudicium rationis, validum eſt matrimonium, quia habere poteſt conſenſum.

Quarta concluſio: ſi amentia teneat ſe ex parte vtriuſque, vel fœminæ ſolum, vſus matrimonij eſt interdicendus, tum propter periculum A- B bortus, tum etiam propter detrimentũ prolis, quia vſus matrimonij ſuapte natura ordinatur ad bonum prolis, ſed tunc ſequitur detrimentum prolis, ergo interdicendus eſt.

Quinta concluſio: ſi amentia non ſe teneat ex parte fœminæ, vſus matrimonij non eſt interdicendus, quia tunc non eſt periculum abortus, nec detrimentum prolis. Ait Diuus Thomas circa primam concluſionem, C quod eſt certiſſima, ſiue matrimonium ſit ſolum ratum, ſiue ſit conſummatum. Ita determinatum eſt in cap. hi, qui matrimonium impedire poſſunt. 32. quæſtione ſexta. Ratio aperta eſt. Nam matrimonium eſt indiſſolubile ex natura rei, & ſolum diſſoluitur per profeſſionem ſolemnem religionis.

Circa ſecundam & tertiam concluſionem apparet dubium, an ma- D trimonium contractum in amentia ſit validum ex aliquibus argumentis, quæ ponit Petrus à Ledeſma in eadem quæſtio. vt ſupra, & artic. verum his relictis vera concluſio eſt hæc, quod matrimonium contractum in amentia nullum eſt, vt expreſsè tenet D. Thom. hic, & Sot. & alij Doctores, diſcipuli D. Thom. & probatur in cap. dilectus, de ſponſa. & matrim. Neque furioſus, ergo talem matrimonium nullum eſt. Sed illa ratio D. Thom. eſt potiſſima: cum ad matrimoniũ requiratur conſenſus legitimus, qui eſt cauſa efficiens matrimonij, ſine quo eſſe non poteſt, vt ſupra diffinitum eſt, quæſtio. 45. præcipuè articu. 1. ſed furioſus non poteſt habere legitimum conſenſum, cum non habeat vſum rationis tempore furiæ, ergo matrimonium eſt nullum. Idemque dicit capit. cum dilectus.

338. *Quæritur, an ſi furia ſubſequatur ad matrimonium validum, ſint permittendi habere vſum matrimonij?*

Videtur pars affirmatiua, nam ille vſus eſt licitus, ergo permittendus, nam talis vſus eſt verè matrimonialis, ergo, licitus, & bonus.

Reſpondetur, quod his non obſtantibus, ſi in vtroque coniuge ſit amentia, abſque dubio ſunt ſeparandi donec reſipiſcant, & date operam, quod habeant vſum coniugij dum ſic habentur, peccatum mortale eſſe videtur, ſic tenent multi diſcipuli Diui Thomæ, & ratio eſt, quia ex tali congreſſu manifeſtum imminet prolis periculum, & ſaltem proles non poteſt commodè educari, quemadmodum natura intendit, ergo erit peccatum mortale, & verè ratio eſt apertiſſima.

Nam talis proles ita ſe habet, ac ſi non haberet parentes, cũ non habeat

vſum

vſum rationis. Et ſicut vagus concubitus peccatum mortale eſt, ita erit peccatum mortale dare operam, vt iſti furioſi carnaliter coniungantur. Verum ſi alter fuerit ſanæ mentis & nulla eſt ſpes concipiendi, vel nullũ periculum abortus, talis acceſſus nõ videtur peccatum, puta ſi mulier eſt ſui compos, & permittat virum ad ſe accedere. Hanc concluſionem tenent multi diſcipuli Diui Thomæ: nam talis mulier vtitur re ſua, & nihil mali timet ex tali caſu, nec ſequitur mala educatio prolis, ergo talis acceſſus non eſt peccatum, ſed ſi fœmina fuerit amens, regulariter illicitus eſt acceſſus, ſi ſpes ſit concipiendi, quia ſemper eſt probabile periculum abortus, ſi fœmina ſit amens.

Ad argumentum in principio factum reſpondetur, quod ille vſus eſt illicitus, propter rationes ſupra poſitas: non enim ſemper eſt licitus vſus matrimonialis, vt aliàs pluries dictum eſt. Hæc præfatus Doctor Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in addit. 3. partis, quæſtione 58. articulo tertio.

239. *Quæritur, an ſit peccatum copulare carnaliter duos amentes non cõiunctos matrimonialiter?*

Reſpondetur, quod eſt peccatum mortale illos coniungere carnaliter, & ratio deſumitur hic ex Diuo Thoma in præſenti articulo citato in præcedẽti quęſito, & ex dictis, quia tali culpa ſequitur detrimentũ prolis, ergo illicitum eſt illos copulare ex ratione ſupra poſita, cum illa proles eſſet ac ſi non haberet patrẽ, A & matrem, qui poſſent illam educare ſecundum eſſe rationale. Nam diximus, ideo vagus concubitus eſt illicitus ad prolem educendam. Et vltra hoc ſequitur etiam periculum abortus, vt diximus, ergo peccatum eſt illos copulare. Et reſpondetur ad illud, quod dicitur, quia amẽtes ſunt veluti pecora, & ſicut non eſt peccatum copulare huiuſmodi animalia, ita nec amentes. Reſpõdetur, inquã, B quod non eſt eadem ratio, cum homines generent hominem, non pecus, in pecoribus verò nullum ſequitur detrimentum proli, nec actus eſt illicitus ex natura rei, at verò in amẽtibus ſequitur detrimentum proli, & actus ille eſt illicitus ex natura rei licet in indiuiduo nullum ſit peccatũ, videlicet illorum, qui ſunt amentes. Hæc præfatus Doctor ibidem vt ſupra eadem quæſt. & art. ſicut in prę- C cedenti quæſito.

340. *Quæritur, an matrimonium contractum ante legitimam ætatem ſit validum?*

Reſpondet Diuus Thomas in additione 3. par. quæſt. 58. ar. 5. dicens, quod matrimonium, cum fiat per modum contractus cuiuſdam or- D dinationis legis poſitiuæ, ſubiacet, ſicut & alij contractus. Vnde ſecundũ iura determinatum eſt, quod ante illud tempus diſcretionis, qua vterq; poſſit ſufficienter de matrimonio deliberare, & debitum ſibi inuicem reddere, matrimonia non contrahũtur, & ſi non ita facta ſint, dirimuntur. Hoc autem tempus, vt in pluribus, eſt in maſculis in 14. anno in fœmi-

na

nū autem in duodecimo anno. Quia tamen præcepta iuris poſitiui ſequūtur id, quod in pluribus eſt. Ideo ſi aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictum perueniat, ita que vigor naturæ, & rationis defectum ætatis ſuppleat, matrimonium non diſſoluitur,& ideò ſi contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum,carnaliter fuerint copulati, nihilominus matrimoniū perpetuò ſtat indiſſolubile. Hæc ſunt formalia verba ſancti Doctoris in corpore articuli. Sotus autē dicit, ꝙ non auderet aſſerere, quod ſit legitimum matrimonium ante tēpus legitimū, niſi etiam copula fuerit conſummata,vel ſaltem ſponſi fuerint ad id idonei;citans Abbatem, & Silueſt. verbo matrim. 5.& hæc eſt vera ſententia, & videtur conformis dictis Diui Tho. Et eſt aduertendum, vt hic admonet Petrus de Ledeſma ſupra cita. quod completa ætate pubertatis, & ſtante vſu rationis licet fortè pro tunc non eſſet aptitudo,vel potētia ad copulam, nihilominus matrimonium tunc contractum eſſet validum,quia nihil deficit ex requiſitis ſecundum ius Eccleſiaſticum: Nam illa impotentia eſt tantum temporalis, vt ſupponimus, & ita non annullat matrimonium. Cætera omnia vide Sot.d.35.ar.5.

341. *Quæritur an omnes, qui naſcuntur ex illegitimo matrimonio ſint illegitimi, & an parentes illegitimorum teneantur educare eos, & alere?*

RESpondetur primò ad primum, quod qui contrahunt matrimoniū in facie Eccleſiæ, obſeruatis obſeruandis ſecundum Concil. Trid. neſcientes nullum adeſſe impedimētum,& bona fide contractum eſt matrimonium,ſi poſt copulam, & filios habitos inueniatur aliquod impedimentum,dirimēs matrimonium,nihilominus filij ſunt legitimi. Verum ſi mala fide contraxiſſent, dubitantes de impedimento,tunc non eſſent legitimi. Vnde ſequit, quod nō ſemper illegitimus concubitus ſufficiat, vt proles illegitima cenſeatur; puta ſi eſt illicitus propter votum coniugum. Nota aliud exemplum. ſi coniuges poſt matrimonium conſummatum profiterentur in religione,& iterum ſuſciperent filios, quamuis congreſſus ille eſſet ſacrilegus, & mortale peccatum,tamen filij eſſent legitimi,quia adhuc perſeuerat vinculum matrimonij, vt benè ait Paludanus, quæſt.3.ar.1.qui naſcūtur ex ſimplici fornicatione dicūtur naturales,dūmodo fœmina non ſit meretrix. Cæteri verò dicuntur ſpurij, & nothi.

Quantum ad ſecundam partem quæſiti,dicimus, quod parentes tenētur alere filios,non ſolum naturales, ſed etiam ſpurios,quantumuis fuerit ſceleſtus concubitus,non ſolum humano,ſed etiam diuino iure. Probatur ex ca.cum haberet,de eo,qui duxit in Matrimonium eam, quam polluit per adulterium.Vbi Clemēs III. præcepit, quod parentes neceſſaria ſubminiſtrent filijs ex damnato coitu genitis, ſecundum ſuas facultates. Et licet Conſtantinus Imperator, & Iuſtinianus Cefar, legibus editis dixerint tales filios non eſſe alendos, pluribus in locis,tamen re vera, iſtæ leges

Digitized by Google

leges ſunt ſeueriſſimæ, & minus pię, ne dicam impiæ, & ideo reuocatæ, cũ iuri naturali expreſsè contrarientur, & meritò, inquam ſunt abrogatæ. Quid enim culpę illę miſellus puer contraxit, vt penitus fortunæ relinquatur ob aliena peccata. Pater tam communicat naturam filiis illegitimis, quàm legitimis, ſed educare filios, & conſeruare in illis naturã cõmunicatam, eſt iuris diuini, & naturalis, ergo impijſſimæ ſunt leges oppoſitum ſtatuẽtes, immo iuuare eos, & educare, vt virtutib. plenè imbuãtur, ad honorem Dei, & pro communi bono. Quot enim viros vidimus huiuſmodi claſſis maximè claros euaſiſſe. Petrus à Ledeſma ſuper Diuũ Thom. in addit. 3. par. quæſt. 68. ar. 1. & 2.

342. *Quæritur circa mutuationem diuerſarum monetarum, an ſit licitum vnam mutuare, vt reddatur alia alterius qualitatis?*

RESpondetur primò, quod non licet mutuare pecuniam argenteam, vt aurea poſtea pro ea ſoluatur. Ita ait Nauarrus cap. 17. nu. 226. quia ratione mutui non licet aliquid lucri velle reportare, aut aliquam obligationem ciuilem, vel oneroſam alteri iniungere. Ergo neq; licet mutuare pecuniam argenteam, vt aurea reddatur.

Præterea ſi Petrus mutuauit Paulo centum aureos, reſtituendos in aureos tantum, Paulus non poteſt reſtituere illos in alia materia, neq; in alia forma, inuito ipſo Petro. Hæc concluſio eſt Silueſtri, verbo ſolut.

A quæſtione ſecunda. Sed ad quem pertineat tunc periculum quæritur, reſpondet Silueſt. ibi, quod pertinet ad debitorem. Vnde ait, quod tenetur reſtituere in florenis, vel aureis eiuſdem formæ, quando ſic fuit cautum, ſecundum exiſtimationem currentem tempore ſolutionis faciendę. Quia contractus ex pacto iuſto, quale eſt iſtud, ſortitur obligationem, & effectum.

B Præterea, ſi quis mutuauit centum libras in florenis, ſatis eſt reſtitui ſibi centum libras, etiam in alia moneta. Hæc eſt Bartol. in l. Paulus, in ff. de ſolutio. & eſt Silueſtri, & communis ſententia Doctorum.

Pręterea quando ſimpliciter ſine addito aliquo pacto, aliquis dixerit, Mutuo tibi centum florenos, tunc
C ſi mutuans paſſurus eſt aliquod damnum recipiendo in alia forma, puta Florentinos florenos pro Senenſibus, recipere eos non tenetur. Hęc ait Silueſter, citans Barto. in l. Paulus.

Sed quid ſi in iſto caſu mutuans recipiendo in alia forma, quando ſimpliciter ſic mutuauit, nullum pateretur damnum, an teneatur mutuans in alia forma monetæ ſolu-
D tionem iſtius mutui acceptare. Silueſter ait, quòd non tenetur in alia materia ſolutionem acceptare, quia mutuum debet reſtitui in eodem genere, & in eadem bonitate, & aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non debet.

Concludit Silueſt. per l. cita. quod in caſu, quo ſimpliciter mutuauit quis aurum, vel argentum, tenetur ac-

Digitized by Google

acceptare ſolutionẽ, ſic aurũ pro auro, argentum pro argento mutuato, in eadẽ materia, licet indiſtincta forma ſoluatur, ſi inde nõ reportat damnum, vel niſi aliter conſuetudo loci haberet.

Præterea, poteſt quis pecuniam aeruniam argenteam, aurea, & auream argentea emere, & vendere, & etiam aliquod lucrũ moderatum accipere. Hæc eſt Nauarri loco citato, & Caieta. in ſummula, verbo, Vſuræ. not. 2. caſu 3. Et patet, quia hic ſi quid lucratur, ex mutuo nõ lucratur, ſed ex permutatione, & emptione: ſicut etiam poteſt ex commodatione pecuniæ, ſi ue, vt pignori detur, aut ad oſtentationem diuitiarum, quo apertius vxorem quis ducat, aut ob aliũ ſimilẽ finem, aliquid accipere, quia ad huiuſmodi fines etiam pecunia numerata commodari poteſt.

343. *Quæritur, quando quis accipit frumentum ab aliquo non ſoluto tunc pretio debet exponere, an mutuò, vel emptione, accipiat. Et ſi nil exprimatur quid ſit agendum?*

Reſpondeo, quod qui tradit frumentum, ipſe interrogare debet accipientem an mutuò, vel emptione id intendat ſuſcipere: quia magni refert quo modo accipiat. Si enim mutuò accipit, tenetur reſtituere ipſum frumentum eiuſdem qualitatis, & quantitatis, vel ipſum frumentum in pretium creſcat, vel decreſcat; & ſi non præfixum ſit tempus ad reddendum, mutuator poteſt ad libitum quandocunque voluerit,

A repetere, etiam quando carius æſtimetur, & ille reſtituere tenetur. & ſi tũc nõ poſſit, mutuator poteſt eum debitorem ſibi conſtituere tanti pretij, quo ipſum frumentum tunc æſtimetur, & eum de iuſtitia cogere ad ſoluendum. Si autem mutuò non acceperit, ſed emptione ad tẽpus ſoluendum, ſi venditor nil aliud dicat, non aſſignando tempus ad ſoluendũ quãcunq; voluerit, exigere poterit, & de

B bitor tenetur ad ſoluendum tali pretio, quali tunc valebat, quando traditum fuerat ipſum frumentum. Si verò venditor, tũc nolebat vendere, ſed ſeruare ad tempus, quo præſumebat plus valiturum frumentum, idq; explicuiſſet emptori, tunc eo tempore ſoluere tenetur, vel creuerit vel decreuerit pretium ipſius frumenti: Hæc eſt Soti, lib. 6. de iuſti. & iur. quæſt. 1. ar. 2. Hæc aſſertio, præterquam quod

C eſt rationi conſonam, fulcitur quoq; ciuili iure, ff. de reb. cred. & idem iudicium eſt de vino, alijſq; rebus conſumptibilibus.

Et aduertendum, vt alibi diximus, quod peccatum eſt iniuſtitiæ, vt ait Nauarrus, vt ſupra, nume. 225. qui, quod ſibi debetur, non vult recipere vſque ad tempus, quo eius pretium creſcat, cum debitor illud tempus expectare non tenetur. Et patet, quia

D iſte talis nolens ſibi debitum triticum, aut vinum recipere, vult lucrari impenſam, quam in cuſtodiendo faceret, inſuper, & periculum amiſſionis vitare, ergo non caret iniuſtitia. Item dicendum eſt de illo, qui alteri mutuat, cum tali pacto, vt tali tempore, & non antea mutuatarius reſtituat. Aut quod in alio loco

extra

Digitized by Google

extra illum, in quo iure tenetur, reddat, quia illa obligatio eſt pecunia ęſtimabilis vltra ſortem, ideo vſura. Hæc idem Doctor Lopez, vbi ſupra cap 67. ſecundæ partis. Et additur ex Soto, & Nauarro non eſſe peccatum, neque iniuſtitiæ præ ſe ferre, ex natura rei diſſimulare, & non petere triticum, quod ſibi debetur vſque ad annum, & tempus, in quo carius venditur, niſi directè, vel indirectè debitoris ſolutionem impediat, licet eſſet auaritiæ indicium euidentius, quàm charitatis. Magis mutuatario imputari debet, ſi ſibi non conſulat, quando ex re ſua fuerit ſoluere, ne maiori ſumma prematur ad ſoluendum.

344. *Quæritur, an qui mutuat ducatos centum, quando minori æſtimantur, ſi poſtea Regis pragmatica pretium augetur, quid ſit agendum?*

REſpondetur, quod Silueſt. verb. Vſura, 1. §. 14. refert Doct. Iuris dicentes, quod ſi veriſimiliter dubitatur tempore ſolutionis poſſe valere minus, vel plus, tunc eadem aurea moneta eſt reſtituenda. Sed Sot. putat ſi ducatorum augetur poſtea valor, nō eſſe reſtituendum centum aureos. Ratio eius eſt, quia aurei ſunt moneta, id eſt, menſura pretij rerum, & ideo quando per pragmaticam augeretur eorum valor, iam in ratione monetæ & menſuræ variarentur.

Ergo ſicut quando menſura tritici mutuata poſtea eſt aucta, non tenetur mutuatarius ſoluere illud augmentū, ita nec quando moneta in valore eſt aucta, tenetur mutuatarius ſoluere illam cum illa auctione, ſed

A ſicut qui modium tritici, cum accepit mutuò, caſu quo modius ſit auctus, ſat eſt, quando eandem menſurā reddat, quam ſuſcepit, ita ſufficit reddere centum aureos in menſura qua antea valebat, i. ſingulos ad valorē vndecim argenteorum, & non ad valorem tresdecim argenteorum, etiamſi ad talem valorem aucti eſſent: vnde non centum tunc integros reſtituturus eſſet.

B Igitur pro reſolutione quæſtionis ſit prima concluſio. Si quis mutuans, decē aureos, illos ſeruaturus erat ad id punctum temporis, quo per pragmaticam, eorum valor auctus eſt, licitè exigere poteſt illos decem aureos integros, licet illos recipiendo numero integros, & in valore auctos per pragmaticam, plus in valore recipiat, quam mutuauit, ſic ait Silueſ. verbo, vſur. 1. §. 14. & Nauar. de vſur. num.

C 48. in Man.

Secunda concluſio: ſi quis illos decem aureos mutuans non erat illos ſeruaturus ad id tēporis, quo eorum valor auctor eſt per pragmaticā, quia parabat illos ſtatim expendere: tunc non poteſt licitè illos integrè, neque in valore aucto recipere. Et ſecūdum iſtam concluſionem ſaluatur ſententia Soti: quia ſi mutuans non erat ſeruaturus aureos vſque ad pretium eo-

D rum augendum, & mutuat pro totidem reddendis tempore aucti pretij, vſura eſt, & iniuſtitia. Sic vſurarius quoque eſſet, qui venderet triticum menſe Auguſti pro pretio cariori Maij, ſi ipſe nō erat ſeruaturus illud. Hæc Lopez cap. 67. 2. par. ſui Inſtructorij.

Digitized by Google

345. *Quæritur, an miniſtri iudicum exequi debeant quamcunque ſententiam a iudicibus latam?*

RESpondetur, ſi ſententia iudicis contineat intolerabilem errorē, vel manifeſtam iniquitatem, & iniuſtitiam, non tenetur miniſter illā exequi, dummodo apertè eam cognoſcat iniuſtam. Hæc eſt cōmunis omnium Doctorum ſententia, quia miniſter tantum tenetur obedire iudici in rebus licitis, & honeſtis: exequi autem talem ſententiam, eſt omnino illicitum, & contra Dei præceptum, eſſetq; cooperari iniquitati iudicis, quando ipſe miniſter certò nouit illam iniuſtitiam, quia aliter carnifices martyrum non eſſent culpandi, cum exequerentur in illis tormentis ſententiam ſuorum ſuperiorū, quos tamen cōſtat grauiter deliquiſſe, nec excuſari poſſunt ignorantia, quia culpabilis erat, & affectata. Quando autem ſententia iudicis non continet manifeſtum errorem, aut iniquitatē, etiam ſi ſit contra veritatem, quā miniſter priuatim nouit, debet illam exequi, quia miniſter, cum ſit perſona publica, debet ſtare ſententię publicæ, & non ſuæ ſcientiæ priuatæ, ſicut iudex iuridicę probationi. Poteſt tamē, & debet miniſter, quando ſententia eſt contra veritatem, quam ipſe priuatim nouit, vel orando iudicē, vel aliquo modo niti, ne exequatur ſententia, ſed alteri mandetur. Similiter, ſi videat ſententiam illam, nō ſolum eſſe contra veritatem, verum etiam procedere ex probationibus non ſatis ſufficientibus, neque ſatis

A conſtare ex proceſſu poterit, & debet, antequam terminus appellandi excidat, & ſententia illa tranſeat in rem iudicatam, admonere reum, vt appellet; & indicare ei defectus proceſſus, & ſententiæ, & pro illo apud alium iudicem teſtificari, quod ſi non appellet, vel quia non ſit locus, vel quia excidit tempus, tenetur illam exequi, etiamſi ſciat procedere ex inſufficienti probatione propter rationem
B dictam, quia ipſe non eſt iudex illius proceſſus, aut ſententiæ, ſed ſolum exequutor. Hæc aſſertio eſt Diui Thomæ, & Caiet. art. 2. huius quęſt. 69. & Silueſter verbo, iudex. 2. §. 6. & Couarr. libro 1. variar. reſolu. c. 1. numero decimo. Quos omnes citat Salon in 2. 2. Diui Thom. quæſt. 67. art. 4.

C 346. *Quæritur, an mentiri in rebus leuibus in iudicio, quando reus legitimè interrogatur ſit peccatum mortale, ac etiam in ſacramentali confeſſione?*

RESpondetur ſecundum Caieta. quomodocunque quis mentiatur in iudicio peccat mortaliter, ſicut & qui mentitur in confeſſione, quia vtrobique fit iniuria, vel iudici, vel ſacramento, quod ſine graui culpa eſ-
D ſe non poteſt. Mihi tamen omnium minimo hæc opinio nimis rigida videtur. Quocirca diſtinguendum exiſtimo. Nam vel talis legitimè interrogatus mentitur, cum iuramento, vel ſine illo. Si cum iuramento mortaliter peccat, quia quodlibet falſum iuramento affirmatum, quantumuis leue ſit illud, eſt mortale, vt dictum eſt

ſupra

taliter peccat. Hæc Petrus de Arragona ſuper D.Tho.quæſt.69.in 2.2. art.1.& 2.

347. *Quæritur, an ſicut non licet malos miniſtros inducere ad miniſtrandã ſacramenta, & ab eis illa recipere, niſi in aliquibus caſibus permiſſis, ita etiã nec liceat eorum Miſſas audire, aut videre?*

VIdetur non eſſe eadem ratio, de perceptione ſacramẽtorum, & de auditione Miſſæ, vt videre eſt in Eccleſia, quod omnes omnium ſacerdotum miſſas indiſcriminatim audiunt; præſertim diebus feſtis, vt eſt præceptum ſub mortale.

Reſpondetur tãmen eſſe eandẽ rationem de vtroque, vt ait D.Thom. 3.p.q.82.ar.9. propterea audire Miſſam publici cõcubinarij, mortale peccatum eſt, vt ex D.Tho. habetur 3.p. q.82.ar.9. Notorius quidem concubinarius appellatur, qui per ſententiã iudicis ſic eſt declaratus; vel per eius confeſſionem in iure factam, vel per euidentiam facti, vt ſi manifeſtè concubinam teneat, quod oĩbus pateat. Si quis autem ex ignorantia, audiat Miſſam ſacerdotis concubinarij, vt ſunt laici, ſæculares, & alij, qui probabiliter legitimè hanc prohibitionem ignorant, non peccant, quia in his ignorantia non eſt culpabilis: ſecus autem qui ſciunt, vel ſcire tenentur. Quando verò ſacerdos concubinarius non ſit notorius, & non denunciatus, peccant illi, quorum auditus eſt cauſa, vt ſacerdotes publici concubinarij miſſam dicãt, & ſine iuſta cauſa eam audiunt: quia mortale peccatum eſt præbere cauſam mortaliter A peccandi, niſi ea cauſa ſit iuſta; vt habet Nauar. cap.25.§.78.& D.Thom. ait, quod quicunque communicat alicui in peccato; ipſe particeps peccati efficitur, ſic habetur 3.p.q.82.art.9. Ideo, vt dictum eſt, non ſolum iudicare talem ſacerdotem concubinariũ publicum ad celebrãdum, ſed etiam concubinarium occultum eadem ratione, qa, ſcilicet, dat ei cauſam mortaliter B peccandi, dum eum ad celebrãdum inducit, prece, vel pretio. Si autem ſit concubinarius occultus, & toleratus, & paratus eſt celebrare, vel iam acta celebrat, poteſt eius miſſa audiri, quia nõ eſt cauſa vt ille celebret. Si verò eſt concubinarius notorius non licet audire, etiam ſi eſſet paratus ad celebrandum, aliàs mortaliter peccaret, niſi ignorantia eum excuſet, vt diximus; dixi quando eſt iuſta C cauſa, non peccat. Exemplo ſit de iuſta cauſa; quando vrgens neceſſitas adſit; vt ſi quis indigeret pecunia, & acciperet ab vſurario parato, tunc non peccat non inducens eum ad fœnerandum: poteſt enim gratis mutuare, & ſi vſuras exquirit, ex ſua malitia eſt. Ita de Baptiſmo idem eſt dicendum, ſi non poſſit haberi, niſi ab huiuſmodi malis ſacerdotibus, cùm hoc ſacramentum ſit neceſſita- D tis. Ex doctrina Diui Thomæ, vt ſupra, vt Silueſt. verbo, Miſſa, 2.§.3. Concluditur, quod ſi accidat in die feſto, non adeſſe, niſi miſſa talis mali ſacerdotis, potius tenemur miſſam dimittere, quam illam audire, tunc iuſtè liberi ſumus à præcepto audiendi miſſam. Imò ſi eam audiremus, peccatũ mortale eſſet. Et qđ

Digitized by Google

dictum eſt de cõcubinario notorio, idem dicitur de tali fornicario notorio, vt ibi Silue. Extra verò hos duos concubinarios, & fornicarios, textus alios peccatores non includit. Ideo aliorum peccatorum miſſam audire poſſumus, ſed non inducere. Quia dictum eſt, neminem licet inducere ad faciendum, quod eſt peccatum.

348. *Quęritur, an miſſam celebraturus impediatur propter immunditiam corporalem, quæ ex pollutione nocturna naſcitur?*

RESpondetur, quod quãdo pollutio cauſatur a peccato mortali, ita quod eius cauſa ſit mortalis: tunc de neceſſitate impedit Euchariſtiæ ſumptionem. Itaq; qui ſic in nocte eſt pollutus, non debet in mane ſumere Euchariſtiam: & quod dictum eſt de pollutione nocturna, dicendũ eſt etiam de pollutione diurna, & de quacunque alia culpa carnali illicita ex ſancto Thoma, 3. par. quæſt. 8. artic. 7 & D. Antoninus, & multi alij doctores id aſſeuerant. Verum quando pollutio immunis fuit a culpa, vel venialem tantum, habuit annexam, non impedit de neceſſitate ſacramenti ſumptionem. Tametſi ex quadam congruentia ſumptionẽ impedit, idque propter duo. Primò propter corporalem fœditatem, quæ ſemper accidit, cum qua propter reuerentiam ſacramenti, non decet ad altare accedere. Secũdò impedit propter euagationem mentis, quę nocturnam pollutionem ſubſequitur.

A Verum hoc impedimentum S. Gregor. inquit, quod ex congruitate prouenit: vnde poſtponi debet propter aliquam neceſſitatẽ, vt ſi feſtus dies id exigit, vel miniſterium, quando ſacerdos habet neceſſario miniſtrare ex officio, puta, quia in parochia celebrare debet. Hæc ille ad Auguſt. Epiſcopum Anglorum, epiſto. vltima. Hęc etiam omnia ex S. Thom. vbi ſupra, & Soto, & alijs Doctorib.

B accidit quandoque pollutio in somnis per illuſionem diabolicam, & tũc non debet propter illam homo ceſſare a communione. Propterea diabolus venit illuſus, & in poſterũ nil tale efficere audet. Etiam matrimonialis actus non impedit ſacramenti ſumptionem, quando verò actus matrimonialis in exigendo, vel reddendo debitum, cauſa prolis ſit, non impedit, ſed talis eſt in hoc ſuo iu-

C dicio relinquendus, iuxta ſententiã Diui Gregorij, qui ſic inquit: Si quis coniuge, non cupidine voluptatis raptus, ſed tantum creandorum liberorum cauſa vtitur, ille profectò, ſiue de ingreſſu Eccleſiæ, ſiue de ſumendo Dominici corporis miſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus. Hæc ille in epiſtola ad Auguſtinum Epiſcopum Anglorum, & refertur 34. q. 4. can. Vir cum propria. Ex quo

D fit rem vxoriam, quando omnino fit licitè, cauſa prolis generandæ, aut reddendi debitum, non impedire de neceſſitate ſacramenti ſumptionẽ. Sed, vt ſuprà diximus ex quadam congruentia, deberẽt coniuges poſt copulam etiam legitimam abſtinere ob reuerentiam ſacramenti. At verò, ſi in ipſa coniugali opera uolu

Digitized by Google

ptas dominetur, tunc prohibere debent coniuges, ne ad ſacramentum accedant. Sed tamen non erit mortale accedere, ſi non præceſſit mortale in opera, cuius reatus manet. Si enim in ipſa copula mortaliter peccaſſent, nullo modo deberent poſtea accedere ad Sacramentum. Hęc omnia ex ſancto Thoma ibidem vt ſupra cum alijs Doctoribus. Vnum autem hoc verum eſt, quod qui Sacramentalem communionem mane ſumpturus eſt, non eſſet liber a culpa, ſi illa nocte debitum exigeret, immo illo exigente, deberet alter, antequam redderet, petitionem honeſtis precibus, & excuſationibus repellere, iuxta monitionem ſancti Hieronymi, vt Sotus quarto ſententiarum diſtinctione 32. quæſtione prima, articulo 3. refert. Nam eſt eadem ratio de alijs peccatis, quia Veneris ſordes peculiarem quādam indecentiam ad ſacramentum, præ alijs ſceleribus auferunt; inducunt enim corporalem immunditiam, & nimiam mentis diſtractionem, ac ſenſuum deordinationem. Et ideò ſpecialiter propter pollutionem, & culpam carnalē quis a communione meritò impeditur, nō autem qui alia commiſit crimina. Veruntamen non eſſet conſulendum amicum, quod ſtatim poſt peccatum mortale commiſſum, quodcunque ſit illud, etiam contritus, & confeſſus ad ſacramētū accederet niſi magna neceſſitas vrgeat. Sic ait Sot. ibidē vt ſuprà. Nullū extat profectò crimē, ꝙ hominis mēte a diuinorū contēplatione fortius diſtrahat, quā carnis pollutio, etiāſi ſine peccato contingat. Sic ait Diuus

A Hieron. & D. Thom. in 4. diſt. 9. q. 1. ar. 3. Poſt talem pollutionem debet quis per 24. horas abſtinere a ſacramento percipiendo. Sic ait D. Thō. & quaſi omnes Doctores, licet id nō ſit de pręcepto. Dicunt quidam, & certè melius, & verius abſolutè loquētes, quod quis poteſt ſine peccato mortali accedere ad ſacramētum poſt pollutionem, vel fornicationē, & huiuſmodi, dummodo ſit contri-
B tus, & confeſſus, & deſit conſenſus, etiam quod non expectet ſpatiū prædictarum horarum 24. licet ſit quędam irreuerentia, tamen nō eſt mortalis, immo poſſet eſſe ſine culpa, ſi neceſſitate vrgente hoc fieret, puta, cum quis ex pręcepto Eccleſię communicare, vel celebrare habet, vel propter honorē tuendum, ne aliquā notam infamiæ incurreret, ſi non cōmunicaret, vel celebraret cum alijs.
C Immo poſſet quis cum tanta præparatione, contritione, & deuotione ſe diſponere, quod nedum ſine culpa, ſed etiam meritoriè poſſet illa dicere, communicare, vel celebrare, etiam ſine neceſſitate. Debet tamen etiam poſt contritionem, & confeſſionem non illicò citra horam ad ſacramentum accedere, ſed expectare aliquantulum temporis, vt ſe diſponat, & natu-
D ra reordinetur. Vltimò dicendum eſt poſt ſacramentum acceptum ſe continere debeat per illud tempus. Sic habetur à Diuo Thoma, & pluribus Doctoribus.

ſunt de neceſſitate præcepti, propterea mortaliter peccat. Ibidem Diuus Antoninus, Nauarrus, cap.25. §.83.& Silueſter, §.2.& alii Doctores. Ita id eſt obſeruandum, vt ſi eſſet dies feſtus, & ſacerdos non haberet ſtolam, in tali caſu debet relinquere miſſam potius, quàm ſine aliqua veſte benedicta celebrare. Ibidem Diuus Antoninus, Nauarr. Silueſt. & alij Doctores: & Caiet. tenet, quod ſacerdos potius eligere debet mortem, quàm celebrare miſſam ſine veſtibus ſacerdotalibus, vt ait 1.2.q.96.ar.4. & hoc dicitur, quia homo potius debet mori, quam mortaliter peccare, immo venialiter, vt nos cum ſancto doctore in ſuo quodl. 1.art.9. adnotauimus in 1. quæſito noſtri 1. libri, immo verò nemini vlla de cauſa licitũ eſt mentiri mendacio officioſo, neq; ad tollendum ſcandalum, neque ad liberandum hominem à morte æterna, vt benè Sotus ait 4.ſent. diſt. 18. q.2.ar.4. At quod pluris eſt, nec deberet, nec licitè poſſet homo dicere vnum mendacium paruiſſimum, vt conſeruaret totum mundum cũ ſuis ſpeciebus, vt affirmat Caieta. 2.2.q. 154.ar.9. in reſp. ad 3. ſuper D.Tho. Celebrare ſine calciamentis, ſine contemptu, cum non habentur, mortale nõ vř. Huiuſmodi veſte nullo modo debent, nec poſſunt cõuerti in vſum humanum, ſiue prophanum, ex quo ſemel dicata fuere, & ita dicunt oẽs. Doc. Vide Silue. ver. Benedictio. §.5. Diximus, quòd corporale conſeruare tantum poſſunt prouinciales ord. prædicatorum, & cuſtodes fratrum minorum. Nunc addimus, quod per priuilegium Innocentij VIII. etiam A omnes prælati, religionũ priores, & guardiani illud conſecrare poſſunt, per communicationem priuilegiorum, etiam non mendicantium, vt patet in lib. fratris Barto. Neapo. ordinis prædicatorum, qui theſaurus mendicantium inſcribitur. Cuius priuilegio, non ſolum ſua, ſed & aliorum corporalia conſecrare poſſunt.

B 350. *Quæritur iterum circa ſacrificium Miſſæ, quæ de præcepto ſint obſeruanda, & pariter uitanda, ne peccatũ incurratur?*

RESpondetur per multas concluſiones, quia multa ſunt dubia, & in primis Corporalia per priuilegiũ Sixti IV. poſſunt tangere conuerſi noſtri, & etiam calices cum reuerentia, & moniales, ac ſorores tertij ordinis, C ſic conceſſit monialibus ſanctæ Claræ, & conſequenter per communicationem noſtræ etiam poſſunt, vt apparet in compendio priuilegiorũ fratrum minorum: In celebratione Miſſę debet ſeruire maſculus, & non fœmina, etiam ſi ſit monialis. Et non poteſt miſſa celebrari, niſi adſit ſaltem vnus, qui gerit perſonam totius populi Catholici. Peccat ſacerdos, ſi ſine lumine celebrat pec- D cato mortali, ſimiliter mortaliter peccat, ſi ſine libro celebrat, & celebrando, debet altè vocem emittere, ita vt populus audire poſſit, quia cum ipſa ſit oratio publica, & communis, quæ fit per miniſtrum Eccleſiæ in perſona totius populi fidelis, debet toti populo innoteſcere, vt ad deuotionem excitetur. Sic ait D.Tho.4.

ſent.d.15.q.4.ar.2. & 2.2.quæſ.83. art.12.

Ita dicendum eſt de officio diuino in choro, quod debet ita ſolui, vt ab vtraque parte audiatur, nec facere vt quidam ſolent, mouentes labia, vt quaſi ſe ipſos non audiant, quos credo non ſatisfacere officio diuino, quãdo ſuum verſum altera pars chori non audit. Ita ait Caieta. in opuſc. to.2.8. reſpõſ. ad fratrem Vinc. & in Summula, verbo, Horæ canonicæ. Sacerdos celebrans, ſi dimittat, quæ neceſſario ad conſecrationem requirũtur, peccat mortaliter, & non conficitur ſacramentum. Similiter, ſi ſcienter omittat aliquid notabile ex inſtitutione, vel conſuetudine Eccleſiæ, puta miſſę introitum, epiſtolam, vel Euangelium, & huiuſmodi, peccat mortaliter, aliàs modicum quid dimittens ex obliuione, vel negligẽtia, non eſt mortale. Silueſter, verbo, Miſſa, 1.§.2. & 3. & D. Anton. 3. par. titu. 13 §.6. cap.6. Diebus feſtis ab Eccleſia præceptis, vt Dominica die, ſi ſacerdos dimittat celebrare miſſam de dominica, vel de aliquo feſto præcepto ab Eccleſia, & illorũ vice dicat miſſam pro mortuis, vel alias miſſas votiuas, peccat grauiter, & apud aliquos mortaliter, ſed hoc non credo mortaliter peccare, ſed maximè reprehenſibile eſt. Vide D. Anton. 2.par.tit 9. cap. 10.§.1. Pro excommunicatis celebrare non poteſt ſine peccato mortali, tamen in Memento in mente ſua pro illis orare poteſt, tanquam priuata perſona, vt ait D. Thom. quodlib. 11. articulo nono, & Silueſter excommunicatio prima, §.2. & etiam Nauar. in die Paraſceues tamen, quamuis non nominet orando pro hæreticis, eos nominando, tamen orando pro hæreticis, & ſchiſmaticis, qui ſunt excommunicati, dicimus, quod Eccleſia, quamuis non oret pro excommunicatis ſub illo nomine, ſcilicet excommunicatorum, orat tamen pro eis, quia orat pro hæreticis, & ſchiſmaticis, qui ſunt excommunicati, ſic ait Sotus ibidem in 4. diſt. 22. quęſtione prima, art. 1.

351. *Quęritur, an ſtipendium miſſæ taxari, & ſtatui poſſit, & ſub excommunicatione, ſi minus a laicis detur?*

Videtur negatiuè reſpondendum ex Soto lib 9. de iuſt. q.6. ar. 1. in reſp. ad 2. & ex Nauarro in Man. ca. 23. num. 109. quoad laicos facientes miſſas dicere, tenent tale ſtatutum eſſe illicitum, nec aliqua ratione obligare tali ratione. Quia quod datur ratione Miſſæ, nonniſi per viam eleemoſinæ datur, de cuius ratione, quod liberè, & non coactè datur. Et quamuis cogi poſſint poſt exhibitionẽ ſpiritualium, ſecundum laudabilem cõſuetudinem, vt habetur in c. ad Apoſtolicam de ſimonia, non tamen ante ſpiritualiũ adminiſtrationem fieri debet, quia ſpeciem mali, aut ſimoniæ pręfert, vt ait D. Thom. q. 10. ar. 3. ad 2. His tamen non obſtantibus, dicitur contrariam eſſe ſententiam, verã, atque tenendam, quam ſequitur Cord. lib. 1. q.4. Et probatur: lex & ſtatutũ ſuperioris poſsũt omne id, quod eius ſnĩa, & conſuetudo efficere poſsũt, tũ qa lex põt agere ſpecialiter, & drogare cõſuetudinẽ ęquè, aut ma-

magis quàm conſuetudo poteſt contra legem præualere. Tū etiam, quia ex lege eſt poteſtas Iudicis ſupra eadem re, ſecundum legem iudicantis, ſententiamque ferentis: ſed ſuperior in ſpiritualibus, videlicet Epiſcopus per ſuam ſententiam poteſt decernere iuſtum ſtipendium deberi ſacerdoti celebranti: ſicut & iure naturali, & diuino debitum eſt, ipſumque taxare, vt dictum eſt, ſicut, & conſuetudo eam taxationem efficere poteſt: & eadem ratione, idem ſuperior decernere poteſt minus ſtipendium, non eſſe ſufficiens, nec iuſtum. Ergo poterit per legem ſic taxare & ſtatuere, ſiue præcipere, etiam ſub excommunicatione, vt minus debito ſtipendio taxato laici non dent, ſed iuſtum, vti ex quocunque iure, & conſuetudine reddere tenentur.

Ad primum argumentum Soti, reſpondetur negando, quod id, quod datur pro Miſſa, ſolum detur ſacerdoti per viam eleemoſynæ, ſed datur potius per viam debiti ſtipendij, ad iuſtitiam quodammodo pertinentis, & non ad puram miſericordiam: quod ita eſſe conſtat. Nam alioquin eadem ratione, nec poſſent laici, etiā poſt Miſſæ celebrationem per iudicē compelli ad illud ſoluendum, ſicut nec ad alias eleemoſynas etiam conſuetas compelluntur, niſi in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate. Imò nec ipſe ſacerdos, ſi diues eſſet, poſſet per ſolam viam eleemoſynæ ſtipendium Miſſæ, non neceſſarium etiam poſt eius celebrationem exigere: Imò nec accipere libenter oblatum, cum eleemoſyna non niſi indigenti debeatur, nec niſi ab eo licite re- A cipiatur, vt omnes Doctores concedunt.

Ad ſecundum argumentū reſpondetur, negando ſemper eſſe illicitam exactionem iuſti ſtipendij, ante ſpiritualium adminiſtrationem, ſed tūc tantum, quando fit per ſpiritualium ſubtractionem, niſi ſtipendia ſoluantur, ante miniſterium eorum, aut quando ante miniſterium exiguntur ſtipendia cum ſcandalo, vel quan- B do habent ſpeciem ſimoniæ, vel alterius mali. Hæc contra hoc dicit D. Thom. ibidem. Per prædictam autem legem, vel ſtatutum, nullum iſtorum malorum fit, quia nec ſubtrahuntur ſpiritualia, quæ debentur, nec aliqua intentio, aut ſpecies ſimoniç ibi inuenitur. Eo vel maximè quod per talem legem, nec fit exactio, nec executio ſtipendij, ſed ſolum prouidetur prudenter contra C iuſtitiam, & innumera alia inconuenientia, quæ ex eo, quod laici minus dant, & clerici minus accipiunt, suboriri poſſunt. Et in hac ratione fundant, vti ſupra articulo quarto, ad tertium, & Sot. quæſtione ſeptima, articulo primo, in fine iuſtitiam, & æquitatem illius legis, qua annatæ beneficiorum eccleſiaſticorum, exiguntur, ac ſolui præcipiuntur, antequam adminiſtren- D tur, vel conferantur. Hæc Petrus de Arragona ſuper D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtione 85. articulo tertio.

Digitized by Google

352. *Quæritur an per ſtatutum poſſit præcipi ſub excommunicatione ne de ſtipendio per legem taxato pro Mſſa celebranda aliquid clerici remittant?*

RESpódetur, quod tale ſtatutum, regulariter & ſimpliciter eſt illicitum, nec aliquam obligationem inducit, etiam ſi excommnnicatione ſit firmatum. Tum quia ſi clericus poteſt minori pretio alia bona ſua vendere, miniſteriaque ſua, tam corporalia quam ſpiritualia, & ſe ipſum, & ſuas operas locare & obligare; imo ea omnia omninò gratis, & libenter facere, atque donare, quę ex ſua natura, nec gratis fieri, neque donari debent: vt pſallere, cantare, ſcientiamque aliquam docere: à fortiori Miſſam pro minori ſtipendio, & omninò gratis poterit celebrare, non obſtante prædicto ſtatuto, cum Miſſa, & miniſtratio ſacramentorum ex ſua natura magis debeant fieri gratis; ſicut & poteſtas hæc faciendi omninò gratis à Deo fuit accepta, iuxta illud Matth. decimo. Gratis accepiſtis, gratis datæ. Tum etiam, quia taxatio omnium rerum, & miniſteriorum in temporalibus, & ſpiritualibus non fit; vt gratia & liberalitas volentis impediatur, ſed vt iniuſtitia vndique vitetur. Atque adeò fieri non poterit, niſi ita, vt nec plus, nec minus illo iuſto taxato pretio detur, aut exigatur, altera parte inuita, non obſtante, tamen prędicto ſtatuto remiſſo in toto, vel in parte, ſicut, & amplior donatio vtrinque fieri poterit. Et deniq; quia opus virtutis, aut con-

A filij, quale eſt prædicta remiſſio liberalis ſiue ex amicitia, ſiue ex liberalitate, ſiue ex miſericordia fiat, prohiberi humana lege vniuerſaliter non poteſt abſque errore intolerabili, qui ipſam legem, & excommunicationem nullam reddit ipſo facto, vt communiter dicunt Doctores in materia de excommunicatione, ex hoc infertur propter eaſdem cauſas, in vniuerſitatibus ſtatui non poſſe, vt

B graduati de ſuis iuribus taxatis alicui remiſſionem facere non poſſint. Nec id ſtatutum obligaret, etiamſi eſſet iuratum, vtpote quod prohibet opus miſericordiæ, aut alterius virtutis ſimpliciter, & vt ſonat. Fateor tamen, quod ſi alicubi lites, fraudes, vel tyrannides, ſiue alia inconuenientia, ex tali liberalitate clericorum, aut graduatorum ſequerentur, vel ipſi clerici, aut graduati va-

C rijs modis etiam palliatis, per laicos, vel graduandos de ſibi debito ſtipendio taxato, aut non taxato in toto, vel in parte remiſſionem facere cogeretur. Tunc certè credere licitum eſſe tale ſtatutum, etiam ſub excommunicatione prohibens, ne de illo quicquam remittatur: quia tunc ex iuſta cauſſa ad illa inconuenientia præcauendum, quæ vel remiſſionem coactam faciunt, vel vitiant, vel ex

D illa quouis modo, vel occaſione ſequuntur procedit. Et ſic vim habebit in conſcientia. Hæc Aragona ſuper Diuum Thomam ſecunda, ſecundæ, quæſtione octuageſimaquinta, articulo tertio.

353. Quæ-

Digitized by Google

353. *Quæritur an ſacerdos anticipãs vel poſtponens notabiliter Miſſæ ſacrificium, ad al quam teneatur reſtitutionem ijs faciendam, à quibus ſtipendiũ acceperat. Verbi gratia, ſunt ſacerdotes, qui multam Miſſarum multitudinem ſub ſua fide accipiunt anticipato ſtipendio, quas per longum tempus non perficiũt: & ſunt alij è diuerſo, qui cum non habeant eleemoſynas, dicunt Miſſas anticipatas, vt cum poſtea aliquis venerit cum eleemoſyna, ea accepta, Miſſæ iam à ſe dictæ ei faciãt applicationem?*

A

B

Reſpondetur, quãtum attinet ad poſtponentes plana eſt quęſtioni determinatio, cum certum ſit eos peccare, ſi notabiliter ſint in mora, & ad reſtitutionẽ teneri, nam ſi Miſſa dici iubetur ratione impetrationis, vt pro aliqua neceſſitate ſalutis, vel pacis, vel pro iter agente, vel pro quouis alio ſimili bono, poterit contingere, quod ſi Miſſa cito diceretur, proximus conſequeretur fidem intẽtum: ob moram autem ſacerdotis, vel nunquam, ſi iam tempus neceſſitatis eſt elapſum, vel tardè illum cõſequatur, quorum vtrumque in damnum ſpirituale, vel temporale illius cedit, idque iniuſtè illatum.

C

Si autem Miſſa dici iubetur ratione ſatisfactionis præcipuè animarum purgatorij, plana eſt etiam iniquitas in eo, quod acerbiſſimis doloribus detentæ, debito ſuffragio non liberantur, quod ſine manifeſta iniuſtitia fieri non poteſt. Et in eodem etiam damno ſunt teſtamentorum executores, quorum negligentia ſimilia mala patiuntur defuncti, vt nos adnotauimus in primo libro noſtro impreſſo aliquanto fuſius.

D

Peccant ergo mortaliter quicunque ſacerdotes hãc notabilẽ Miſſarũ poſtpoſitionem facientes, tenenturque ad reſtitutionem modo ſibi poſſibili, atque etiam ad Miſſas, quàm primũ fieri potuerint dicendum. Non dico teneri ſacerdotem præcipuè mercenarium, omnes ſtatim Miſſas dicere. Cum ſi ita ſe gereret, vt nullam eleemoſynam acciperet, niſi quando nullam aliã priorẽ obligationẽ haberet, viuere certè non poſſet, & dum aliã quæreret, oporteret ſæpe in vacuum Miſſam dicere. Sed quod affirmo eſt, non poſſe eum multas, & longinquo tempore anticipatas eleemoſynas habere, quod arbitrio boni viri, & ſuæ conſcientiæ, & honeſtæ cõmoditati relinquendum cenſemus. Syluest. verbo, Miſſa, quęſt. 10. in fin. De hac re loquens in hunc modum dicit. Si ſacerdos dicere tardat, peccat mortaliter, quia faciet iniuſtitiam expectantibus, ſoluere ergo tenetur quam citius poſſit. Hæc Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. quæſtione 85. articu. 3. Ad aliam particulam Quæſiti, reſpondebimus inferius in Quęſito 355.

354. *Quæritur an ſacerdos qui recipit abundantiora ſtipendia pro Miſſis celebrandis. V. g. duos iulios pro qualibet Miſſa, & ipſe alijs ſacerdotibus imponit dicendas pro vno iulio conſueto dari: an inquam ſit tutus in conſciẽtia, vel teneatur ad aliquam reſtitutionem?*

Reſpondetur ex Soto libro 9. de iuſtit. & iur. quęſt. 3. articulo 1.

Qui

qui affirmat huiuſmodi ſacerdotem licitè id facere, nec ad aliquam reſtitutionem teneri, dūmodo ipſe ſit curatus, aut eius populi curam habeat. Et ratio illius eſt: nā cum talis ſacerdos iuſtum ſtipendium, vt ſupponitur, alijs concedat, nulli facit iniuriā, ſi ipſe pro cura, & onere, quod ex officio paſtorali ſubit, cui creditum eſt, vt quā potuerit honeſto ſtipendio, illas miſſas pro ſuis ſubditis faciat celebrari, reliquum accipiat. Si autem ſacerdos dans illas miſſas non ſit curatus, aut eius populi curam gerens, affirmat quod nec erit tutus in cōſcientia, nec liber à reſtitutione, niſi totū ſtipendium acceptum alijs tribuat. Nauarr. in Man. cap. 25. nu. 91. dicit, quod nec habens vſuram, nec nō habens erit tutus, niſi ex lege, vel conſuetudine, vel ex voluntate, ſaltē tacita imponentium, & dantium maiora ſolito ſtipendia, ſit ordinatum, atque receptum, vt aliqua pars illorum determinata, vel indeterminata, ſit pro ipſo curato, cui pro debito ſtipendio, eas miſſas facere celebrari incumbit. Quæ ſententia proculdubio eſt vera, atque tenenda. Hæc eſt opinio Soti, & Nauarri; ſed R. P. F. Bartholom. ab Angelo, ordinis noſtri Prędicatorum in quodam ſuo libello ſic dicit: Re vera, ſi iuſtum ſtipendium mercenario relinquatur, non video in hoc apertā iniuriā, ſi qui dedit pecuniam, dedit vltrà, quàm dari ſolet, & ſaltē implicitè contentatur; vt ſibi retineat illud plus pro ſuo labore. Tandem dico, ſi quis accipit pecuniam ad tot miſſas per ſe dicendas, ſi poſtea eas dici faciat ab alio ſacerdote ſibi familiari, ſeu amico, qui renuat eleemoſinā ab

A eo acceptare, & gratis voluit eas dicere, nō videtur ipſe peccare, nec ad reſtitutionem teneri, ſi ceſſante omni fraude, & dolo hoc fecit retinēdo pecuniam ſibi traditam pro eleemoſina miſſarum: nulli enim, vt dictum eſt, in hoc, iniuriam facit, nec aliquem defraudat. Modo ſacerdos, qui gratis miſſas perſoluit ſit liber ad celebrandum, & nō teneatur celebrare ſecundū intentionem ſuperioris, quia tunc
B non ſatisfaceret, & peccaret promittendo, quod ſeruare nō poſſet. Et nota quod ſacerdos, ſi eſt Regularis, ſeu religioſus, qui votū paupertatis profitetur, nō poteſt ſine licentia Superioris pecuniam retinere, ſed illam tenetur cōſignare ſuperioribus, aliàs mortaliter peccat, niſi à ſuperiori data eſſet ei facultas, eas pecunias retinendi, expendendas pro tempore cum licentia ſui ſuperioris, pro ſuis neceſſi-
C tatibus.

355. *Quęritur, an Miſſas anticipatas applicare poſſimus illis, qui eas petūt, v. g. ſunt aliqui, qui non habent eleemoſinas, & dicunt Miſſas anticipatas, vt cum poſtea aliquis venerit, cum eleemoſina, ea accepta, Miſſæ iam à ſe dictæ, ei earum faciant applicationem: Quod eſt prima petitio ſuperioris Quæſiti 353. & ſi quis id faciat, an ad re-*
D *ſtitutionem teneatur?*

VIdetur nullo modo hoc poſſe fieri. Miſſæ ſacrificium conſiſtit in vſu: tā diu enim eſt ſacrificiū, quādiu durat conſecratio, oblatio, & ſumptio: ergo his finitis, iam non eſt ſacrificium: & ex cōſequenti, nec effectus, aut fructus illius: ſed efferre pro ali-

quo

quo Miſſam ſine fructu, eſt defraudare eum, qui illam petijt: & hoc facit qui miſſam iam dictam applicat alicui: ergo non poteſt pro illa ſtipendium accipere.

Præterea, Miſſa, & quodcunq; opus bonum, niſi pro certa intentione offeratur, pertinet ad theſaurũ eccleſiæ, cuius diſpenſatio ad ſolum ſummum Pontificem ſpectat, vt omnes id confirmant: ſed Miſſæ anticipatæ nõ offeruntur pro certo fine: ergo ſtatim ac fuerint dictæ, pertinebunt ad theſaurum Eccleſiæ; atque ex conſequenti non erunt in poteſtate ſacerdotis, qui illas dixit, eas, cui voluerit applicare, ſed in poteſtate ſummi Põtificis. Et ſic non poterit ſacerdos pro illis ſtipendia accipere.

Reſpondetur certum eſſe, quod ſacerdoti alias Miſſas non habenti eſt licitũ dicere anticipatas ex illis, quas in poſterum dicere debet pro certa intentione, v.g. habet quis Capellaniã, qua ſingulis hebdomadis ter pro fundatore, & alijs defunctis ſacrificare tenetur, & facit tria ſacra, quibus ſatisfacit hebdomadæ, dico quod poterit alias tres Miſſas, quas ſequenti hebdomada eſt celebraturus, in illa facere; & in ſequenti hebdomada omnes pro alia intentione offerre: & ſic deinceps. Probatur intentum, quia ille dicit Miſſas pro certa intentione, & ex alia parte pſoluit anticipatè, quod eſt boni debitoris, ergo nulli facit iniuriam, ſed potius laudem meretur. Maximè quod citius proderunt illa ſuffragia defunctis, quàm ſi ad terminum expectaret.

Dico ſecundo eſſe etiam certum, quod ſi quis dicat miſſam pro intentione eius, qui ſolitus eſt miſſas commendare, adhuc ipſo ignorante, poterit pro Miſſa taliter dicta ſtipendiũ accipere, v.g. nõ habet ſacerdos Miſſas, & celebrat pro intentione cuiuſdam ſui amici, quem ſcit plures Miſſas ad dicendum habere, poterit poſtea illum commonere, quod tot ſacrum peregerit pro eius intentione, & totidem pro illis ſtipendia accipere. Hæc certa ſunt, ita vt dubitare nemo poſſit, vt arbitror. Non eſt autem eadem ratio de ſacerdote celebrante ſine determinata intentione: is non poteſt applicare in poſterum cui placuerit. Miſſæ hoc pacto celebratæ ad Theſaurum eccleſiæ deuenire exiſtimo: nec pro illis eleemoſinas accipere quis poteſt: ſed diſtribuendæ relinquuntur ſummo Pontifici. De primo autem, quamuis ſit opus præteritum reſpectu noſtri, tamen in Dei acceptatione, & æternitate manet præſens, ac ſi eo momento offerretur, atque adeo habet eundem valorem, quem antea habebat, & erat velut in depoſito, vſque ad tempus applicationis: ſicut ſi artifex vas aliquod pretioſum fingeret, illudque Regi offerret, apud ſe retinendum vſque dum idoneum tempus veniret, quo ipſe artifex debitam ſatisfactionem poſtularet: nec refert hoc eſſe permanens, ſacrificium autem Miſſæ ſucceſſiuum, & præteritum: nam reſpectu Dei, nec præterita prætereunt, nec futura expectantur, vt veniant, ſed omnia tempora ſuper greditur, ſuaque æternitate illa omnia recentia, & præſentia tenet. Alioqui nec etiam ſummus Pontifex poſſet illas Miſſas, & orationes, aliaque bona opera, quæ contenta ſunt in eccleſiæ

cleſiæ theſauro applicare, quoniam iam prætierunt, nec paſſio Chriſti modo placeret Patri, cum iam non extet. Satis eſt ergo, quod Miſſæ ſacrificium extet in æternitate, & diuina acceptatione, vt ſuū poſtea effectum ſortiri valeat. Merita mortificata reuiuiſcunt, & valent, vt verior & probabilior tenet ſententia, & hoc ſacrificium, quod nec tempore ſeneſcit, nec Dei acceptationem, & ęternitatem fugit reſeruatum non valebit? & pro hoc patet reſponſio ad argumenta. Hæc Arragona ſuper D.Thom.2.2. q.85.artic.3.

356. *Quæritur, an ſacerdos, qui in vna, vel duabus Miſſis aliquem defraudat peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur?*

VIdetur pars negatiua vera: nam vnus vel duo argentei non ſunt materia peccati mortalis, atque ex cōſequenti nec neceſſario reſtituendi.

In contrarium tamen eſt. Nā qui defraudat proximum in vna, vel duabus Miſſis, in ſpiritualibus damnificat plurimum, ſcilicet in gratia, in ſatisfactione, in impetratione, alijſque inextimabilibus huius ſacramēti effectibus. Imò poterit aliquando contingere quod maxima vtilitas rei impetrandæ, vel ſatisfactionis, maximè defuncti impediatur, ex eo, quod qs ſacrificium offerre deſijt, ad quod ex lege iuſtitiæ tenebatur.

Ad hanc difficultatem, breuiter reſpondendum cenſeo, ſub diſtinctione. Nam vel ille, qui miſſam commendauit, cognouit eā eſſe omiſſam, quia ex ore ſacerdotis id audiuit, vel alia
A via: Aut id omninò ignorat. Si ſciuit, dico nullam reſtitutionem ei eſſe faciendā ſub mortali, nec ratione damni temporalis, nec ſpiritualis. Nō ratione temporalis, quod inuoluntariè patitur: Nam vnius, vel duorum argēteorum quantitas non eſt materia ſufficiens peccati mortalis. Nec ratione damni ſpiritualis, quia poſtquam res eſt cognita, poterit ipſe aliam miſſam commendare ad leues expenſas, ſi vo-
B luerit: & ſi non commendat, iam videtur remittere iniuriam, vel ſaltem nō reputare illam grauem. Quod eſt ſatis, vt venialis culpa habeatur: ſi autem ille, qui Miſſam dici iuſſit ignorat, quod non fuerit dicta, tunc tenebitur ſacerdos ſub mortali illam per ſe, aut per alium dicere. Alioquin erit efficiens cauſa magnī damni ſpiritualis. Vel certè tenebitur, vt à mortali liberetur ſignificare alteri, quod Miſſa
C non dixerit, à peccato omninò non liberabitur aliter faciendo. Nam ratione eleemoſinæ fraudulenter acceptę peccabit peccato furti, quamuis ex leuitate materiæ erit ſolum veniale. Hæc Arragona ſuper D.Thom.2.2. q.85.artic.3.

357. *Quæritur, an Confeſſarij regulares, & alij collegiales, quibus à ſuperio-*
D *ribus ſuis conceduntur eleemoſinæ in confeſſionibus à pœnitentibus ſibi ſpontè oblatæ, & tam etiā pecuniam, quam in ipſa confeſſione pro celebrandis Miſſis accipiunt, tuta conſcientia retinere poſſint?*

REſpondetur negatiuè: nam dum prælati, & ſuperiores concedant ſibi ſubditis eleemoſinam ſibi ſpon-

Digitized by Google

tè factam à pœnitentibus, & alijs fa-
miliaribus amicabiliter datam ex ra-
tionabili cauſa, puta vt poſſint ſibi ꝓ
uidere de libris, & alijs neceſſarijs,
non intendant eis feciſſe conceſſio-
nem retinendi etiam pecuniam obla
tam pro miſſis dicendis, quia ipſi nõ
poſſunt celebrare niſi ſecundum in-
tentionem præſidentium, quorum o-
nus eſt, vt Miſſæ celebrẽtur iuxta in-
tentionem offerentium eleemoſinas.
Itaque regulares tenentur fideliter
ſuo priori, ſeu alteri ſuperiori omnẽ
eleemoſinam reportare, & nihil oc-
cultare, aliàs mortaliter peccant, &
furti iudicio commendari merentur,
iuxta regulam B. Auguſtini. Si quis
rem ſibi collatam celauerit, furti iudi
cio commendetur. Idq; intelligitur,
niſi facultatem habeant etiam de re-
tinendis pecunijs, quæ quidem pecu
niæ extrahere regularis non poteſt, ſi
ne licentia ſpeciali regulariter loquẽ
do. Hęc patent ſine aliqua ꝓbatione,
& allegatione Doctorũ quorũcunq;.

Quilibet ſacerdos poteſt, tuta con
ſcientia, & iuſtè miſſę valorem ſpecia
lem ſibi debitum applicare ſibi, vel
alij, cui voluerit, ſic Nauar. cap. 25. §.
92. Et idem poteſt etiam religioſus,
vt ait Sot. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. ar. 2.
Et qui ſic celebrat applicans ſuã par-
tem alteri, aliam ſecundum intentio-
nem præſidentis, nulli damnum in-
fert, nec aliquem defraudat.

358. *Quæritur, an liceat confeſſarijs iniungere pœnitentibus, vt faciant celebrare tot Miſſas pro pęnitentia?*

RESpondetur vtique confeſſor po
teſt Miſſas iniungere pro pœni-
tentia, ſicut & orationes, & alia ope-
A ra pietatis. Non. n. maior ratio eſt de
vno, q̃ de alio. Modo confeſſor bonã
intentionem habeat, & abſit fraus, &
ſimoniæ labes, & hoc facit ſecundum
cognitionem perſonæ, & delicti qua
litatem, & vt viderit expedire. Verũ
his non obſtãtibus, dico, ꝙ tutius eſt,
& ſanum conſilium eſt à talibus im-
poſitionibus pęnitentię abſtinere. Vt
rectè conſulit Summa confeſſorũ lib.
3. tit. 34. q. 127. & ſi cõfeſſarius iniũ-
C xerit alicui in pęnitentia, vt faciat ce-
lebrare tot Miſſas pro peccatis ſuis, re
cipere poteſt huiuſmodi eleemoſinã
pro Miſſis celebrandis oblatã, ſed ſpe
cies mali eſt, & ideo ſi põt præſume-
re, quod pęnitens, vel alius aliqđ ſcan
dalũ ex hoc concipiat, non dẽt accipe
re, ſed aliũ mittere. ſecus eſt aũt, ſi nul
lũ inde ſcandalũ, vel admiratio ſequa
tur, tunc. n. licitè poteſt accipere, vt te
net Silueſt. verbo, Decimæ, §. 6.

B Alij aũt dicunt, quod huiuſmodi
Miſſas celebrare non debẽt, quia ſpe
cies mali eſt, & qđ confeſſarius nõ in
iungat huiuſmodi pęnitentias, vel ſi
iniũgat, dicat, quod per alios celebra
re faciat. Certò tutior iſta pars eſt, ad
vitandũ oẽ periculũ ſimonię, & alijs
temerariorũ iudiciũ tollere, cũ penè
oẽs in deteriorem partem res vertãt.
Verum tñ non damnarem cõfeſſariũ
timoratæ conſcientiæ, ſi pecuniã pro
D Miſſis dicendis oblatã reciperet, ſi nõ
ex auaritia, imò ex charitate, & ſine
ſcandalo, aut admiratione, & rogatu
pœnitentis, & eius perſuaſione id fa-
ceret, qui ad aſſecurandam ſuam con
ſcientiam, vult tunc in cõfeſſione pę
nitentiam ſibi impoſitam exoluere,
quia fortè poſtea, vel illius obliuiſce-
retur, vel nunquã perſolueret. Si autẽ
ſacer-

Digitized by Google

ſacerdotes ſint auari, & ſimulent charitatem non effugient manum Domini, qui corda intuetur. Qui verò huiuſmodi pœnitentias imponit illis, qui ieiunare, nec peregrinari poſſunt, vel aliquid aliud oneroſum, conueniens eſt pœnitentijs pecuniarijs eos grauare. Et ad tollendum omnẽ ſuijpſius ſuſpitionem, poterit confeſſarius conſulere, vt per alios ſacerdotes faciat eaſdem celebrare miſſas.

359. Quæritur, an ſacerdos poſt Miſſam inceptam licitè poſſit deſiſtere, ſacrificium non perficiendo. Et quando impeditur, quid & quomodo ſit agendum?

Reſpondetur mortaliter peccare, & excommunicationem incurrere ſacerdotem, ſi ſine caſu rationabili non perficiat ſacramentum: iuxta cap. Nihil, nullusque. & de conſecrat. diſput. 1. Nullus Epiſcopus, vt S. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad 1. & Silueſt. Miſſa, 1. §. 2. & alij Doctores.

Si ſacerdos poſt inceptam miſſam moreretur, aut in aliquam infirmitatem incideret, vt non poſſit ſacrificiũ perficere, ſi id contingat ante conſecrationem, poteſt miſſa imperfecta relinqui: quia cap. nihil, quod habet diuinum officium non debere relinqui imperfectum, intelligitur ſine iuſta cauſa. Ita omnes affirmant, præcipuè D. Tho. 3. p. q 83. art. 6. ad primum. Nauar. cap. 25. nu 86. & Silueſt. Euchariſt. 2. §. 12. Et ſi ignoratur, an cõſecrauerit, ſeu neſciatur, vbi dimiſerit, alius ſacerdos debet inchoare à principio miſſæ ſecundum omnes, præcipuè S. Thom. 4. ſent. diſt. 8. q. 2. art. 4. & alij Doctores, ſi dum ignoA ratur locus, vbi prior ſacerdos dimiſerit, & neſcitur, an conſecrauerit; alter ſacerdos ſeorſum poſita priori hoſtia, & calice, accipiat nouam hoſtiã, & aliud vinum, & cum his totã miſſam iteret; & hoc ſecũdum Innocentium III. cui conſentit D. Thom. vbi ſupra. Et S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 3. Attendendũ tamen, quod poſt ſumptionem calicis debet ſacerdos ante ablutionem ſumere priorẽ B hoſtiam, & calicem, quia adhuc ieiunus reputatur. Si ſacerdos non conſecrauerit, poteſt dimitti miſſa imperfecta, vt dictum eſt, vel alter ſacerdos poteſt ſupplere, & hoc eſt ſecurius, ſi prior ſacerdos defecit ante canonẽ, debet ſecundus à principio miſſæ incipere, & totam ritè peragere, vt ait S. Antoninus loco citato. Si verò incepit canonem, ſed non dum conſecrauit, ſecundus ſacerdos non debet C à principio inchoare. Et ſi ignoratur vbi prior dimiſit canonem, ſecũdus ſacerdos debet incipere à principio canonis, & proſequi deinceps. Si ſacerdos deficiet poſt conſecrationem hoſtiæ, & ante conſecrationem calicis, tunc alius ſacerdos debet incipere ab illis verbis: Simili modo, &c. ſuper calicem iam per alium præparatum, & totum reliquum canonis, D & Miſſam proſequatur ſumendo hoſtiam iam conſecratam per alium, & calicem per ſe conſecratum: ita ibidẽ S. Antoninus ait: Si ſacerdos deficit poſtquam incepit conſecrare hoſtiã, & non cõpleuit ipſius conſecrationẽ, ſeruetur illa hoſtia in altari, & ſecũndus ſacerdos celebret inchoando ab illo loco: Qui pridie quàm pateretur, &c. Et poſt ſumptum ſacramentum,

Digitized by Google

tum, iam per ſe conſecratā hoſtiam, & calicem ſumat, etiam illam hoſtiā relictam à primo ſacerdote, ita inquit San. Antoninus ibidem. Poſſet etiam conſecrare eandem hoſtiam conſecratam à priori ſacerdote, & cōſecrare, incipiendo ibi: Qui pridie quā pateretur, &c. Et ſi ſacerdos defecit in prolatione formę ſanguinis, & non compleuit conſecrationem, debet ſecundus ſacerdos ſuper eodē calice proferre verba conſecrationis, incipiēdo ibi: Simili modo, &c. Si ſacerdos moriatur, vel deficiat poſt cōſecrationem corporis & ſanguinis, tunc debet ſuppleri, & perfici Miſſa per alium ſacerdotem, qui poterit incipere vbi ille defecit, ſi ſcitur, ſi autem neſcitur, incipere debet ab illis verbis: Hæc quotieſcunque feceritis, &c. Ita inquit Nauar. c. 25. nu. 86. Et ſi ſacerdos deficiat poſt ſumptionem corporis, calice non ſumpto, tūc debet alter ſacerdos ſumere aliā hoſtiam, & alium calicem, ſeruato priori calice, & īcipere ibi: Te igitur, &c. Et poſt ſumptionem ſacramenti, antequam ablutionem ſumat, recipiat etiam priorem calicem reſeruatum. Et ſi defecit poſt ſumptionem hoſtiæ, & calicis, tunc nō eſt neceſſe ſupplere per alium ſacerdotem, quia iam ſacrificium expletum eſt: ſi quis autē vellet ſupplere, poſſet incipere vbi ille dimiſit. Si ſacerdoti celebrāti ſanguis per nares erumpat, pauſare debet donec fluxus ceſſet, & cauere tenetur ne veſtes, vel aliqua ſacra ſanguine coinquinentur, ſed poteſt illum in aliquo vaſe, vel panniculo recipere, vſquequo ceſſet: ſi autem ceſſare non poteſt, agendum eſt

A ſicut ſuperius dictum eſt de alijs impedimentis.

360. Quæritur an in aliquo caſu ſacerdos licitè poſſit legere, vel cantare Miſſam, & non conſecrare, & an liceat cōſecrare tantum hoſtiam, & non calicem, & e contra?

Reſpondetur, quod omnes Doctores negant id fieri poſſe, ſci-

B licet dicere Miſſam, & non conſecrare: & quod grauius peccat ſacerdos criminoſus, qui ſe conſecrare ſimulat, & non cōſecrat, quàm ſi cōſecrat, in ſtatu peccati mortalis, vt ait Sanctus Thomas tertia parte, quæſt. 80. art. 6. ad ſecundum, & in quodlibet. 5. art. 12. & Petrus de Palude. S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 6. c. 11. & alibi item dicit Syluest. Euchariſtiæ, 2. §. 11. & 15. & idem dicitur de eo-

C dem ſacerdote qui hoſtiam tantum & non calicem conſecrat, & è contra peccat quidem mortaliter conſecrare vnum ſine altero: perfecta debent enim eſſe ſacramenta. Chriſtus autē hoc ſacramentum ſub ſpeciebus panis & vini inſtituit. Vnde vtrumque offerri, & conſecrari debet, vt ait S. Thom. in 4. diſt. 11. q. 2. ar. 1. ſacerdos ſemper tenetur poſt conſecratio-

D nem ſumere ipſum ſacramentum, videlicet Euchariſtiam, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub mortali, niſi impediatur per mortem vel infirmitatem, & huiuſmodi, vt habetur de conſecra. diſt. 2. cap. relatum, ex Concil. Toletan. & ita omnes tenent præcipuè S. Thom. 3. par. q. 82. art. 4. & Sylue. verb. Euchar. 3. §. 17. Et ſi quæratur an ſacerdos teneatur

ſumere

ſumere totum panem, quem ipſe conſecrauit in Miſſa: dico quod nō ſemper tenetur ſacerdos ſumere totum panem, quem conſecrauit. Nam ſi cōſecrat plures hoſtias pro viatico reſeruandas, vel alijs pro tunc diſpenſandas, non tenetur niſi vnam ſumere. Et ſi denuo quæratur an teneatur totam illam vnam hoſtiam, quam cōſecrauit ſumere, dico eum teneri totam illam hoſtiam ſumere, niſi in caſu quo aliquis ſub ipſa Miſſa incideret in infirmitatem, vbi immineret periculum mortis, & non haberetur alia hoſtia conſecrata: Tunc enim ſacerdos debet illam hoſtiam, quam ipſe ſumpturus erat diuidere, & partē infirmo dare, vt dicit S. Tho. 4. ſent. diſt. 12. q. 3. art. 2. & Sanctus Antoninus 3. par. tit. decimotertio. c. 6. & Syl ueſter Euchariſtia, 2. §. 15. Si verò non eſt articulus mortis, idem poteſt idem ſacerdos facere pro qualibet rationabili cauſa, puta deuotione magna alicuius ad communicandum, videlicet, quod poſſet ſacerdos dare aliquam partem hoſtiæ conſecratæ, quā ipſe erat ſumpturus alicui perſonæ deuotæ, quę peteret communionem, etiam extra articulum mortis, vt ait Syluest. ibidem vt ſupra. Præterea ſacerdos poſt ſumptionem ſacramenti tenetur vt mos eſt, os vino profundere ne aliquæ reliquiæ remaneāt ad reuerentiam ſacramenti. Et eadem ratione debet digitos vino perfundere, quibus corpus Chriſti tetigerat, idq; intelligitur, quando non debet aliam Miſſam celebrare. Et prima ablutio facienda eſt vino, & ſumma cum reuerentia ſumenda, vt habetur in dicto cap. Ex parte, de celebra. Miſſ. Si A autem aliqua particula hoſtiæ in ore remanſerit, licitè poteſt ſacerdos ad huc bibere vinum, vel aquam, toties, quoties opus fuerit ad hoſtiam deglutiendam, etiam ſi ipſa ablutio oris prius deſcenderet in ſtomachum, quā ipſa particula: & hoc decentius eſt, quàm ad id digitum ori inferre, vt ait Syluest. ibidem, & Nauar. cap. 25. num. 90.

B 361. *Quæritur an ſacerdos completa Miſſa ſemper benedictionem dare debeat, & quædam alia circa ipſam Miſſam aduertenda?*

RESpondetur, quod ſacerdos ſemper benedictionem dare debet in fine Miſſæ. Ita ait D. Antoni. 3. p. tit. 14. c. 16. § 9. Sed in Miſſis mortuorum ordinatum eſt paucis abhinc annis, vt qui celebat officium ſecun-C dum curiam Romanam, ipſam dimittat. Quando verò eſt præſens epiſcopus, debet ſacerdos annuere, vt epiſcopus benedicat. Non enim conuenit minori benedicere, præſente maiore, vt S. Thom. affirmat quodlibet. 4. q. 12. art. 1. ad tertium, ſicut ante Miſſam, vt dictum eſt ſupra, ſacerdos debet ſe præparare diligentiſſimè cū maxima deuotione, intimo dolore de peccatis commiſſis, & in poſterum D firmiſſimo propoſito non offendendi amplius ſuum creatorem, imò potius vitam propriam exponere, quàm eum amplius offendere. Ita & poſt celebrationem, vel communionem, cohibēda eſt lingua, ne loquatur leuia, inutilia, ſcurrilia, vel doloſa verba, ſed in ſilentio viſus, & omnes ſenſus cuſtodiendi ſunt, & cætera multa quæ

quæ eos deuotum ſuggerere poteſt, & gratias agere de tanto beneficio. Vt notat S. Antoninus tertia parte, titulo 13.cap.6. §.9. Et tanto diligentius, atque deuotius, quanto inter omnia beneficia hominibus à Deo collata, illud vnum de maximis habetur, ne propter ingratitudinem de tanto beneficio grauius à domino iudicetur, & vt ad craſtinam celebrationem præparatius reddatur: ſemper enim præcedens celebratio, diſpoſitio, ac præparatio eſſe debet ad ſequẽtẽ, idq; fit magis feruida cordis deuotione, q̃ prolixa labiorum oratione. Præterea celebrata Miſſa, vel ſumpta communione, non eſt ſtatim comedendum, vel bibendum, ſed abſtinere debet quiſque donec debitæ actiones gratiarum ſint redditę, & ſpecies ſacramentales veriſimiliter exiſtimẽtur corruptæ. Ita ait D.Thom.3.par. quæſt.80.artic.8. ad ſextum. Debet etiam ſacerdos poſt ſumptionem ſacramenti, & ablutionis in fine nõ ſtatim expuere, & excreare, ne ſic ſpecies ſacramentales emittantur: ſi autem ex nimia violentia hoc fieri non poſſet, tunc expuat, vel excreet in aliquod vas, ſeu panniculum, propter reuerentiam. Verum ſi ante Miſſam hæc præſentiat, abſtineat à celebrando, vel communicando.

362. *Quæritur de loco, vbi celebrari deceat ipſa Miſſa. An vbique poſſit celebrari?*

RESpondetur regulariter loquendo, debitus locus eſt Eccleſia, vel oratorium ad diuinum tãtum cultum dedicatum. ſecundum D. Tho. A tertia parte, quæſtione 83. artic.3. in corpore, & in reſponſione ad primum, & S. Anton. tertia par. titu. 13. cap.6. §.4. & quinto. Sylueſt. Miſſa. §. quinto, Nauar. cap.25. §.8. not.16. Et expreſsè habetur ex decret. Concilij Tridẽtini, cuius verba ſunt hæc. Vt Epiſcopi omninò prohibeant, ne ſanctum hoc ſacrificium extra eccleſiam, ac ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria à ſecularibus, aut B regularibus quibuſcũque peragatur. ſeſſio.22. decreto de obſeruan. & euitan. in celebran. Miſſ. & habetur etiã de conſecrat. diſtinctione prima, ca. Miſſarum. Dicitur quod Epiſcopis non licet hoc alicui cõcedere contra decretum Concilij. Neque ipſe Papa concedit hanc licẽtiam Epiſcopis, neque alijs quàm Cardinalibus. Vt refert Nauar. cap.25. numero 81. Si caſus daretur, quod populus ma- C gnus ad Eremitorium in campum cõflueret, quod omnes capere non poſſet, creditur quod nõ eſſet peccatum altare in campo decenter extruere, & ibi Miſſam celebrare, vt omnes ſacrũ videant, dicit Sotus quarto ſenten. diſtinctione 13. quæſtione 2. articulo tertio, & Nauar. vbi ſupra, & ita dicit de primis Miſſis ſacerdotum, vbi maxima multitudo conuenit, D quia Eccleſia capere non poteſt, Nauar. cap.25. num. 82. & ſimiliter in bello licet in tentorio, & ſub dio cõſecrare cum altare portatili, etiam ſine licentia Epiſcopi. Ita ait S. Anton. vt ſupra, & Syluest. Miſſa. §.5. & Sotus quarto ſenten. diſtinctione 13. quæſtione ſecunda, articulo tertio, & Nauar. vt ſupra. In mari vero, in nulla neceſſitate licet celebrare

vel ſuper fluuium propter periculũ effuſionis ſanguinis exagitatione nauis, vt dicit S. Antoninus 3.par.titu. 13.cap.6.§.4.& Sylueſt. Miſſa, primo,§.quinto, & Nauar.cap.25. numero 82.

363. *Quæritur an in omni Eccleſia celebrari liceat?*

RESpondetur, non licet celebrare in Eccleſia polluta, ſeu violata, aut interdicta, niſi propter neceſſitatem,& de licentia Epiſcopi, vt elicitur ex S.Tho. 3.par. q.83.art.3.ad ſecundum,& Sotus 4. ſenten.diſtin. 13.quæſt.2. art.3. idque intelligitur de omni Eccleſia, ſiue ſit conſecrata, ſiue non conſecrata, nam ita prohibitum eſt, celebrare in Eccleſia non cõſecrata, ſi fuerit polluta, ſeu interdicta, ſicut in Eccleſia conſecrata,& ita affirmat S. Antoninus tit. 12. cap.6. §.4.Nauar.ca.27.num.251. Sylueſt. cõſecratio.2 §.5. Et ſi quæratur quot modis Eccleſia violetur. Dico quatuor modis Eccleſia violari, per homicidium, per ſanguinis effuſionem, per ſeminis humani effuſionem, vel ſi fuit per Epiſcopum publicè excõmunicatum cõſecrata, ac etiamſi excommunicatus in Eccleſia ſepeliatur, vt dicunt oẽs,& præcipuè S.Antoninus ibi ſupra, & ſumma ſacramẽtorum, de Euchar.§.98. Verum, quãdo huiuſmodi delicta commiſſa in eccleſia ſint publica, quia ſi ſint occulta non violatur. Requiritur enim, vt factum ſit publicum, ſaltem per famam exiſtat, aut vterque delinquentium, vel alter eorum publicè de crimine confitetur. Et ſic intelligitur extra de

A adulte. ſignificaſti. Itaque nulla pollutio occulta, ſiue ſanguinis, ſiue ſeminis impedit celebrationem in Eccleſia ſecundum gloſ.ca.1.de conſec. Eccle.lib.6. & ita affirmat S.Anton. 3.par.tit.12.cap.6.§.4. Syluest. conſecratio.2.§.5. Nauarr. cap.27.num. 251. Summa ſacram. de Euch. §.98. Vnde infertur fieri poſſe vt effuſio ſanguinis vel ſeminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedi-

B re,& non ante, nam facta tunc videntibus duobus, & vſq; nunc tacentibus, nunc autem publicantibus ita vt fama gignatur, nõ impediat, vt ita dixerim, ex tũc, ſed ex nunc, vt benè aduertit Nauar. c.27.§.251. Concluditur ergo quod per omnem ſeminis effuſionem humani, non autem animalis Eccleſia polluitur, quamuis ſit hominis infidelis, ſiue pagani, aut hæretici,& quod ſit voluntaria ſiue per

C ſe ſolum, ſiue cum alio, ſiue pro mollitie, ſiue per coitum cum fęmina, vel maſculo,& à fortiori ſi fiat cum brutis. Ex S.Antonino 3.par.tit.12.cap. 6.§.4.& Syluest.conſec.2.§.5. & Nauar.cap.27.§.252. Non autem id intelligitur de aliqua parua humectatione, quæ propriè non ſit ſemen; nec polluitur ſi in ſomnijs contingat. De coniugali concubitu dubium inter Doct. eſt: dico per copulam matrimo-

D nialem, ſed magis conueniunt, vt per ipſam copulam eccleſia polluatur, quamuis illa ſit iuſta, vt ait S.Anton. titu.12. cap.6.§.4. & Nauar.cap.27. nu 252. etiam Sotus ad partem negatiuam pendet, tanquam veriorem, & communiorem, non enim inconuenit coniuges teneri ad caſtitatem, ob reuerentiam loci ſacri, cum teneatur

Digitized by Google

ex mutua abſentia p multos annos, viro exiſtente occupato in militaribus, & huiuſmodi, vt benè notat Caietanus, verbo, vſus matrimonialis.

364. *Quæritur, quo tempore Miſſa celebrari debeat.*

RESpondetur, quod celebrari miſſa in die inſtitutum eſt, non autem in nocte, tum quia Chriſtus ipſe in hoc ſacramento præſens eſt, qui ait Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quando nemo operari poteſt, &c. Tum etiam, quia hoc ſacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quod per dié deſignatur, iuxta illud Pauli ad Roman. 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Ita ait S. Thom. 3. par. q. 83. artic. 2. ad 4. & Sotus 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. art. 2. Dies autem iudicatur in hoc, nó ſolum ab ortu ſolis, ſed ex quo incipiunt ſigna orituri ſolis manifeſtari per aliquam aeris illuſtrationem, quę dicitur aurora, quando eius ſplédor apparere incipit. Ita ait D. Thom. 3. par. q. 83. excepta nocte Natalis, in qua media nocte vna tantum Miſſa celebrari poteſt, vt habetur can. Nocte, de conſecrat. diſt. 1. & S. Thom. loco citato. Ante lucem verò vna tãtum celebretur. Et ſi quis celebraret in nocte extra diem Natiuitatis, peccaret mortaliter, niſi ſuper hoc diſpẽſaretur per Epiſcopum, vel ſuperiorem in caſu, vt ſi aliquis contigerit infirmari ad mortem, & non poſſet haberi Euchariſtia, niſi conficeretur ante diem. Immo in tali caſu etiam ſi ne licentia ſuperioris, vt ſpecialiter dixit Nauarr. & idem dicendum de Epiſcopis itinerantibus, videlicet, ꝙ poſſunt ante diem celebrare, ſeu celebrari facere, ne impediatur in via. Ita affirmat Palud. 4. ſent. d. 13. q. 2. concl. 2. ar. 2. Et S. Antoninus, vt ſupra, & Nauar. cap. 25. nu. 83. Si quis etiam credat eſſe diem, cum ſit nox, & celebret, excuſaré a mortali, quia ĩ hoc crebro quis decipitur, & quod parum deeſt, nihil deeſſe videtur. S. Antoninus, vbi ſupra. Et Silueſt. 1. §. 6. immo vbi eſſet conſuetudo non inhibita, neque contra diuinam reuerentiam celebrandi ante lucem, talis conſuetudo poſſet ſeruari ſine peccato, & ita expreſsè ſentire videtur Nauarr. qui refert multis in locis ipſum vidiſſe hanc conſuetudinem ſeruari. Et ſimiliter poteſt celebrari miſſa, vſque ad meridiem. Ex priuilegio verò, vt nos habemus, hora parua, tum anticipari, tum & poſtponi poteſt. Pius V. anno Domini 1566. reuocauit per breue Apoſtolicum omnes licentias celebrandi miſſas veſpertino tempore.

365. *Quæritur reſponſio ſuper hæc ſequentia dubia, & primò ſi poſt ſumptionem Euchariſtiæ ſacerdos percipiat panem non fuiſſe triticeum, vel non fuiſſe conuenientem, & alia quędam circa Miſſam?*

RESpódetur, ſi ſacerdos poſt ſumptionem hoſtiæ, & ante ſumptionem ſanguinis, percipit, ꝙ hoſtia nó fuit conueniens, non obſtante, ꝙ nó ſit ieiunus, nihilominus accipiat aliã hoſtiam debitam, & incipiet: Qui pridie

die quam pateretur,&c. vſque . d Similimodo, &c. & poſtea alijs omiſſis, proſequatur vbi dimiſit, & ita ſentit S. Thom. prout refert S. Antoninus, videlicet, quod ſacerdos debet ſumere aliam hoſtiam, &c. & Silueſ. verbo, Euchar ſtiæ, 2. §. 14.

Aliud dubium, ſi ſacerdos poſt ſumptioné hoſtiæ, percipiat eius defectum, & nó habeat vnde ſuppleat, ſeu non poteſt habere aliam hoſtiã. In tali caſu debet nihilominus ſumere calicem conſecratum, & ſimiliter, ſi poſt conſecrationem panis aduertat defectum vini, & non habeat materiam conuenientem, nec poſſit habere, debet tamen ſumere corpus, ne remaneat non aſſumptum, ita ait Tabien. Miſſa. §. 36.

Aliud dubiũ, ſi ſacerdos poſt ſumptioné hoſtię, & ſanguinis pcipiat defectum hoſtiæ, in tali caſu ſecundum S. Anton. & S. Thom. ſacerdos debet rurſum nouum panem, & nouum vinum, & incipere, ſecundum aliquos à canone, vel ſecũdum alios ibi. Qui pridie, &c. Sic euoluitur ex S. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. ad 4. & ſanctus Ant. 3. p. titu. 13. cap. 6. ante §. Richardus autem videtur huic opinioni contrarius. Sed credo hanc opinionem eſſe veram, quando perpendit defectum hoſtiæ poſt ſumptionem ſanguinis non debet illa die ſacerdos aliam hoſtiam conſecrare, quia ieiunus non eſt, ideo refertur per S. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. ante §. & Tab. miſſa. §. 36. Opinio verò præcedens, quæ eſt ſancti Tho. eſt magis rationabilis, videlicet quod ſacerdos ſumeret aliã hoſtiam, & aliud vinũ, & conſacret, & ſumat omnia, ne ſacramentum

A maneat imperfectum. Nam præceptum, vt diximus, de perfectione ſacramenti, maioris eſt ponderis, quam præceptũ, quod a ieiunis ſumatur. Hęc eſt vera opinio, & aſſertio S. Doctoris. Si autem panis nó eſt corruptus, ſed tantum diſpoſitus ad corruptionem, vt videri poteſt, & ſentiri ex aliqua mutatione ſaporis, coloris, odoris, vel ſi habeat aliquod foramé, vel fracturam, vel ablata ſit aliqua particu-

B la, vel non ſit rotondus, vt moris eſt, vel habeat maculam, aut alium ſimilem defectum, & percipiatur ante cóſecrationem, propter reuerentiam tãti ſacramenti remoueatur panis ille, & apponatur alius aptus: ſi autem alius haberi non poſſit, procedatur nihilominus in Miſſa, & perficiatur niſi defectus in pane adeò notabilis fuerit, quod graue ſcandalum aſtantiũ timendum ſit, ſi procedatur, ſi autem

C poſt conſecrationem, uel in ipſa conſecratione percipiatur talis defectus, procedatur, & perficiatur officium. fractio. n. & quadratura, & huiuſmodi non vitiant ſacramentum, vt ait Tab. Miſſa. §. 41.

366. Quæritur iterum reſponſio ſuper ſequentia dubia circa Miſſam?

D ET primò, ſi ceciderit hoſtia cóſecrata, vel pars eius ſuper terrã, vel lapidé, pannum, aut aliud conſimile. Statim reuerenter leuetur, & reponatur illuc, vnde ceciderat, & perquiratur diligenter, ſi quæ particulæ de hoſtia ibi remanſerint, quæ ſimiliter leuentur. Deinde locus, vbi hoſtia iacuit, radatur, & abraſa comburatur, cinereſque in ſacrario reponatur,

Digitized by Google

tur,& ſi locus non poſſit ſtatim conueniēter radi, circūſignetur, & cooperiatur, ne pedibus tangatur, donec commodè radi poſſit, & ſi ſuper pannum, vel veſtem, & huiuſmodi ceciderit, diligenter pars illa, vbi iacuit, excutiatur ſuper corporale, vel patenam, & poſtea poterit lauari, & aqua lotionis in piſcinas mitti. Et ſi occurreret caſus, quod ſacerdos non poſſet conueniēter, vel ſine graui ſcandalo leuare, vel ſi eſſet periculum in mora, vt ſi timeretur, q̄d animal, aut puer ſumeret, vel pedibus conculcaretur, vel aliud huiuſmodi, in tali caſu debet reuerenter leuari à miniſtrante, vel alio etiam laico, ſi non adſit alius ſacerdos, & porrigi ad manus celebrantis, vt ait quidam Doctor, quādo verò ſacerdos caſualiter tangat hoſtiam cum naſo, mento, barba, veſte, & huiuſmodi. Si notabiliter tetigerit, ita vt veriſimiliter timeri poſſit, quod alia particula minima hoſtiæ ibidē manſerit, adhærens, ſtatim poſt ſumptionem hoſtię, vel ante, ſi cōmodè fieri poſſit, fricetur cum extremitate patenę ſuper corporale illa pars naſi, menti, vel illius partis, quo tacta fuit hoſtia, deinde excutiatur corporale ſuper patenam, & ſi aliquid ibi appareat de hoſtia ſumatur, vel mittatur in calicē, & ſumatur cum ſanguine, & nihilominus poſt ablutionem digitorum diſcretè lauetur, vel hunc tergatur cum digito eadem pars rei cōtactæ, & abſtergatur cum panniculo abſterſiuo quo calix abſtergi ſolet, & ſi cum veſte, aut cum ſimili tetigerit, excutiatur pars illa per patenam, vel corporale, & agatur, vt ſupra, hæc ait quidam Doctor.

A 367. *Quæritur iterum reſponſio ſuper alia dubia, circa Miſſam?*

ET primo, ſi hoſtia cōſecrata per vētum, vel aliquo alio modo fuerit mota de altari, & amiſſa, fiat diligentiſſima perquiſitio ad eam inueniendam, quæ inuenta reuerenter reponatur, & procedatur in Miſſa, ſi autē inueniri non poſſit, accipiatur noua hoſtia, & reincipiatur à canone, & conſecretur, deinde procedatur more ſolito, ſed quid agēdum ſi propter

B frigus, aut aliam cauſſam accidentalem, hoſtia vel pars eius ceciderit in calicē de manu ſacerdotis? ſi tota hoſtia ceciderit, nihil iterandum eſt; ſed obſeruatis cæteris obſeruandis ſumatur ſimul cum ſanguine; ſi verò pars aliqua in manu remanſerit, frangatur illa, & pars vna mittatur in calicem, & procedatur vlterius more ſolito. S. Thom. in 3. par. queſt. 83. art. 6. ad

C 6. & Tabie. §. 39. ſi deprębendantur aliquæ particulæ ſuper corporali, palla, vel patena, quæ de hoſtia conſecrata ſint reſolutæ, quid agendū eſt? Debent diligēter colligi, & ſumi à ſacerdote cum hoſtia ſumēda, vel ſanguine ante ſumptionē ablutionis. Immò aliquis Doctor dicit quod ſi poſtquā ſumpſit cōmunionē, & ēt purificationem inuenerit reliquias, de quibus nō aduertat ſacerdos ante purificatio

D nem, debet ſumere illas poſt purificationē. Si poſt ablutionē ſacerdos reperit aliquas reliquias ſacramenti, ſi poſt ſuſceptionē ſanguinis, & ablutionis reperiuntur in aliqua notabili parte hoſtię cōſecratæ, vel tota hoſtia conſecrata, reſeruari debet, & nō pro tunc ſumi, Immò qui reliquias ſuas q̄ in calice, aut patena remanſerit, ſumi

poſſunt poſt ablutionem, nec qui ſumit, mortaliter peccat ſecundum Caiet. ſi id facit ſine interuallo, aut paruo, hæc neruosè probat ipſe Caiet. 3. tomo, de celebr. Miſſæ, quæſt. 1. Quia quæ incontinenti fiunt in eſſe videntur. Si verò has reliquias ſacerdos ex interuallo inuenerit, cuſtodire debet in altero die ſumendas, aut certè miniſtrare eas alicui ad communicandum diſpoſito, iuxta eoſdem auctores, & concordat Nauar. ca. 25. §. 89. Et ideo cautum videtur, vt ante ablutionem reliquiæ diligenter perquirantur, & recolligantur atque ſumantur.

368. *Quæritur iterum ſuper alia dubia reſponſio, circa Miſſam?*

ET primo, ſi in ſumptione ſanguinis remaneat pars hoſtię in fundo calicis. Dicunt aliqui, quod cum vino extrahere debet ſacerdos illam particulam, ſed mihi hoc parum placet, ex quo vinum citius deſcēdit in ſtomachum, & amplius non eſt ieiunus ſacerdos, & ego pluries probaui id difficulter fieri poſſe, cum quādoque illa particula tam durè calici adhæret, vt non poſſit niſi digito conſecrato eam amouere, ideo ipſo digito trahatur ad ſummum labium calicis, & poſtea ore trahatur, ſic mihi experto videtur agendum, licet appareat aliqua indecentia, ſed commodius fieri nequit. Si verò in ore eodem modo, adhæreat illa particula poſt ſumptionem calicis licitè adhuc vino eam mouere, & ſumere quoties opus fuerit ad hoſtiam deglutiendam, quam digito eam tangere.

A Præterea ſi ſacerdos poſt conſecrationem, vel ante inueniat aliquas partes hoſtię, vel integram, dubitans an ſint conſecratę, nec ne, debet cum reuerentia tractari, & aſſumi poſt ſumptionem ſanguinis ante ablutionem, cum hac tamen generali intentione, ac conditione, videlicet, ſi ſint conſecratę, hoc eſt vt ſacerdos intendat ibi adeſſe corpus Chriſti, ſi dictæ reliquiæ vel hoſtiæ ſint conſecratæ, id- B que elicitur ex Richardo 4. ſenten. diſtinct. 8. articulo 2. quæſt. 2. Et ſi hoſtia conſecrata comeſta fuerit à mure vel alio animali, debet ſtatim apprehendi ſi poſſit, & eius corpus aperiri, & diligenter inquiri, tam in ore, quam in inteſtinis. Si quæ ſpecies inueniri poſſent, & inuentæ recolligantur, & recondantur in tabernaculo, & tamdiu ibidem dimittantur, quouſque naturaliter conſumantur. C Corpus verò animalis comburatur, & cineres ſimiliter recondantur in ſacrario, vt habetur ex D. Thom. 3. par. quæſtio. 83. articulo 6. ad ſeptimum; & S. Antonin. tertia parte titulo 13. cap. 6. §. 3. Si verò homo eſſet tanti feruoris, quod nō aborreret huiuſmodi ſpecies ſacramenti ſic inuentas in corpore animalis, vel in vomitu, & huiuſmodi, & vellet ſumere illas, laudandus eſſet, ſi tamen eſſet di- D ſpoſitus, & ieiunus. Et ſi hoſtiæ inuētæ ſint putrefactæ, ita vt ſumi nō poſſint, recondantur in ſacrario vſque quo naturaliter conſumentur: nec vllo pacto comburantur, quia, eſſet immane ſacrilegium.

Digitized by Google

369. Quæritur iterum ſuper alia dubia reſponſio, circa Miſſam?

ET primo, ſi ſacerdos apponés plures hoſtias pro populo communicando conſecrandas, & in ipſa prolatione verborum conſecrationis non dirigat intentionem actualiter in omnes, ſed ſolum ad illam, quam manu tenet, an non conſecret? Dico quod nõ ſit neceſſe, tunc actualiter habeat intentionem ad omnes, ſed tantũ ſufficit habuiſſe intẽtionem à principio ad omnes, & conſequenter oẽs erunt conſecratæ. Secus autem eſſet, ſi dum cõſecrat intendit excludere alias, tũc enim ſolum illam, quam manibus tenet conſecrat, ita aiunt omnes, & Nauar. cap. 25. §. 91.

Præterea ſi intendat conſecrare cẽtum, & non plus; nec minus, aliàs nõ intendat, ſi ibi ſint plures, vel minus ante ſe in altare, nulla illarum eſt conſecrata: ſi autem eius intentio feratur ſuper omnes, quas habet ante ſe, licet, ſint plures, vel pauciores, tũc omnes conſecratæ ſunt. Et ita ſacerdos ſemper intendere debet, vt quas habet ante ſe, velit conſecrare, vt ſecurius agat.

Repetimus, quod ſi ſacerdos conſecraret hoſtiam, & non vinum, & è conuerſo vinum, & nõ hoſtiam, peccaret mortaliter, tamen quod conſecraſſet eſſet cõſecratum, vel ſit hoſtia vel ſit vinum.

Aquam in vinum commiſcere ſacerdos tenetur, & ſi dimiſerit ꝑ obliuionem, antequam conſecret, commiſceat aquam, non autem poſt conſecrationem.

Si contingat vinum non eſſe appo-
A ſitum in calice, vel ſit poſt conſecrationem panis, vel ante, ponat tunc vinum, & conſecret illud, ait D. Thom. 3. par. q. 83. art. 6. ad quartum.

Si ſacerdos poſt cõſecrationem calicis, aduertat non fuiſſe vinum in calice, ſed aquam, & hoc aduertat ante ſumptionẽ corporis, debet deponere aquam de calice, & ponere vinum cum aqua more ſolito, & conſecrare calicem reſumendo à verbis cõſecra-
B tionis calicis, vt ait D. Thom. 3. par. q. 83. art. 6. ad quartum.

Si verò ſacerdos poſt ſumptionẽ corporis aduertat in calice non fuiſſe vinum, vel fuiſſe tantum aquã, tunc deponere debet aquã, & accipere aliã hoſtiam non conſecratam cum nouo vino, aqua more ſolito mixto, & incipiens à verbis. Qui pridie, quàm pateretur, conſecrare ſub vtraq; ſpecie, & Miſſam in finem vſq; proſequi, &
C idem facere debet poſt ſumptionem aquæ, quæ poſita fuit loco vini, in calice per errorem, debet inquam, nouam hoſtiam, & nouum vinum conſecrare, & miſſam proſequi, per inde ac ſi alteram hoſtiam non conſecraſſet, nec ſumpſiſſet, neq; aquã calicis guſtaſſet, & hoc ſecundum mentem S. Thom. 3. par. q. 83. art. 6. ad 4. quẽ ſequuntur multi Doctores, videlicet Summa ſacramentorum de Euchari.
D §. 100. & Tabien. Miſſa. §. 34. Et alia opinio Scoti quæ mihi non placet, & rationabiliter, quã deſcribere noluimus, cum opinio D. Th. ſit præferenda, quia rationi magis cõſona eſt. Nã ſi ſacerdos ſolum conſecraret vinum, non ſeruaretur debitus ordo conſecrandi, & ſicut dicitur in c. Toletani Concilij, perfecta non poſſunt videri

Digitized by Google

ſacrificia, niſi perfecto ordine compleantur, ſi verò ſacerdos inciperet a conſecratione ſanguinis, & repeteret omnia verba conſequentia, non compleret, niſi adeſſet hoſtia conſecrata, cùm in verbis illis occurrant quædam dicenda, & facienda, nõ ſolum circa ſanguinem, ſed etiam circa corpus, vt benè notat D. Thom. ibidem, vt ſupra.

Et quando ſacerdos ſumit calicẽ antequã degluciat, aduertit aquam eſſe, & non vinum. Dico, quòd in tali caſu, ſi poteſt ſacerdos ſine ſcandalo, ſpuat ipſam aquam, & extrahat particulam hoſtiæ, & aquam reponat in alio vaſe, & ſumat de nouo vinum, & conſecret calicem, & in eo ponat particulam, & illam aquã, quã extraxit de calice. Si timet de vomitũ, non accipiat, ſed reponat in ſacrario. Sed melius eſt vt ſacerdos ſumat aliam hoſtiã, & vinum, & de nouo conſacret omnia, & ponat illam particulam cum reliquijs, ſecundum S. Thom. vbi ſupra, & Tabien. Miſſa, §. 34. Vel illam particulam hoſtiæ ſimul ſumat cum hoſtia tunc conſecrata.

370. *Quæritur etiam ſuper quædam alia dubia, quid ſit reſpondendum circa Miſſam?*

ET primò quid ſit agendum, ſi ſacerdos deprehendat vinum eſſe congelatum in calice, quando vult conſecrare, dico curam eſſe adhibendam, vt reſoluatur per applicationẽ pannorum, ſecus calicem, vel alio aliquo modo, ita vt poſſit bibi tanquã

A potus. Et ſi dum ſacerdos ſumere velit ſanguinem, inueniat ſpeciem vini congelatam, in tali caſu ſacerdos curam adhibere debet, vt vinum reſoluatur, vt iam dictum eſt, hoc tamen obſeruato, q nullo modo ſuper infundatur vinum, neq; calidum, neq; frigidũ, nec aliqua alia materia, quia nihil omnino debet admiſceri vino cõſecrato, eſſet peccatum valde graue. Tab. § 42. Sed quid agendum, ſi muſca, vel aranea, aut aliud animal, & venenoſum ſi ceciderit in calicem. Dico,

B ſi hoc acciderit poſt cõſecrationẽ calicis, animal illud cautè debet capi, vt ſupra habitũ eſt, & diligẽter lauari, & comburi, & ablutio cum cineribus in ſacrarium mitti. Et ſi ſanguis in quem ceciderit, abſq; horrore, & periculo ſumi poteſt, a ſacerdote ſumatur more ſolito. Si autem propter horrorem, vel periculum, vel timorẽ

C uomitus ſumi nõ poſſit, tũc debet effundi in aliud vas ad hoc aptũ, & cũ reliquijs reſeruari, & tunc ne ſacramentum remaneat imperfectũ, debet aliud vinũ cum aqua ſolita in calicẽ poni, & vlterius procedi, ſi ante ſumptionem acciderit, ſi autem poſt ſumptionem hoſtiæ hoc acciderit, tũc ſacerdos accipit aliã hoſtiam, & vinũ, & ordinatè procedat conſecrando vtrumque, ſi autem hoc acciderit ante

D conſecrationẽ calicis, tunc debeat ſacerdos effundere, & abluto calice, aliud vinum de nouo ponere cõſecrandũ, ita ait D. Tho. 3. p. q. 83. art. 6. ad 3. & S. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 3. Et ſi ipſe ſacerdos deprehendat venenũ eſſe immixtũ in calice cũ vino, ſi ante cõſecrationem hoc aduerteret, debet illud effũdere, & abluto calice

de

Digitized by Google

de nouo aliud vinum ponere conſecrandum. Si verò poſt conſecrationẽ hoc deprehenderet, nullo modo debet ſumere, nec alteri dare, ne calix vitæ vertatur in mortem: ſed debet infundere in aliud vas aptum, & vlterius procedere, accipiendo aliud vinum, & conſecrare, ſed ſi hoc aduenerit poſt corporis ſumptionem, debet ſumere aliam hoſtiam, & conſecrare de nouo illam, & ordinatè procedere, ex S. Thom. 3. par. q. 83. art. 6. ad 3. & ſanctus Antonin. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 3. & Tabien. Miſſa. §. 33. Et ſi ſacerdos poſt ſumptionem calicis deprehendat venenum, aut animal venenoſum fuiſſe in calice, & illud ſe ſumpſiſſe, ſi per vomitum ſperet ſe liberare, & præſertim ſi medicus id cõſulat, licebit ei euomere: hoc tamen cautè fieri debet in aliquod vas mundum, & ſi quæ ſpecies ſacramentales ibi appareant, recolligãtur, & in ſacramento reſeruentur, reliquæ verò materiæ comburantur, & cineres ſimiliter reſeruentur, ex S. Tho. ubi ſuprà.

371 *Quæritur, quid ſit reſpondẽdum ad hæc ſequentia dubia, circa Miſſam.*

ET primò, ſi ſanguis effundat aliquo caſu non ex toto, ſed in parte, uel aliquid inſtillauerit de calice? Dico, quod quocunque ſanguis ceciderit extra calicem, ſtatim, & reuerenter recolligat diſcretiori modo, quo fieri poterit, & in calicem refundatur, & locus ſuper quem cecidit prædictus ſanguis, ſi fuerit tabula, vel terra, aut huiuſmodi radat, & quod abraſum fuerit, comburatur, & cinis in ſacrariũ recõdatur. Si verò ſanguis ceciderit ſuper altare, & tetigit linteum altaris vnum vel plura, ſacerdos meliori modo quo poterit ſanguinem recolligat, & fiat trina lotio illius, vel illorum cum aqua munda calice ſuppoſito, vt illum aqua ablutionis recipiatur, & poſtea ſumatur à celebrante, vel miniſtro, vel recondatur iuxta altare, vel mittatur in piſcinam, ſi propter nauſeam ſumi nõ poſſit. Et idem faciendum, ſi ſuper veſtẽ ſacrã ceciderit, vel tetigerit. Hæc omnia ex S. Thom. 3. par. q. 83. art. 6. ad 7. & S. Antonin. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 3. & Nauar. cap. 83. num. 89. ſi cadit in corporali non debet comburi, vt quidam fecit, ſed malè, ſatis eſt illud lauare, vt dictum eſt. Si verò ſanguis ceciderit ſuper aliquam veſtem non ſacram, vel ſi eam tetigerit, tunc poſt trinam lotionem factam, reſcindatur illa pars veſtis, & in altari, vel in ſacrario cum reliquijs reponatur, vel comburatur, & cineres recondantur in ſacrario. Tutum eſt etiam, ſi verbis illa non aſſumatur in uſum priorem. Sed uel ueſtis conſecranda, ex ea fiat, uel recondatur, aut comburatur. Si autem ſanguis ceciderit ſuper capillos, ſeu barbam ſacerdotis, uel alterius, ſimili modo agendum eſt, ut ſupra, uidelicet poſt trinam lotionem fiat abraſio barbæ, uel capillorum, & comburantur, & fiat ut ſupra. Et ſi ceciderit ſuper faciem, uel manum, & huiuſmodi, aut in aliam partem corporis nudam, uel tetigerit illam, ſufficit, quod diligentiſſimè, & diſcretè lauetur

tur pars illa, & de ablutione fiat, ut dictum eſt ſuprà immediatè. Quando verò totus ſanguis effundatur, ita quod nihil penitus remaneat in calice, quod ſumi poſſit, in iſto caſu, ſi aliquid de ſanguine colligi poſſit, tunc ſtatim debet ſacerdos reuerenter colligere, & in calicem refundere, ſi verò non poteſt colligi, tunc debet lambi, aut ſorberi, aut ſugi per ipſum ſacerdotem, ne vel defluat, vel imbibatur rei, ſuper quam cecidit: nec obſtat, ſi nondum ſacerdos ſumpſit corpus Chriſti, quia neceſſitas hic cogit, vt ſanguis ſumatur ante corpus, & quod dictum eſt de toto ſanguine effuſo, dicendum eſt de parte ipſius effuſa, videlicet, quod lâbatur, & ſugatur, vel ſorbeatur, ſi non poteſt colligi, & in calice reponi. Si verò totus ſanguis effundatur, & nec colligi, nec ſorberi, nec ſugi, nec lambi poſſit, in tali caſu, ne ſacramentũ remaneat imperfectum, debet ſacerdos de nouo præparare calicem cum vino, & aqua, & conſecrare, vel ſi iã ſumpſit hoſtiam, ſumere aliam hoſtiam, & conſecrare vtrumque ordinatè procedendo, & quando ſanguis effundatur, & ſacerdos tam celeriter illum colligere, vel ſorbere, aut ſugere, vel vbi de hoc graue ſcandalum timeretur, ſi ipſe hoc faciet. Tũc debet, & poteſt miniſter altaris, ſi ſaltem ſit diſpoſitus ad minus per veram contritionem, & propoſitum cõficiendi hoc facere, & præcipuè ſi ſacerdos verbo, vel ſigno id iubeat, & ſi miniſter non ſit diſpoſitus, poterit & debet alius diſpoſitus facere, etiã ſi ſit ſecularis neceſſitate ad hoc cogente. Idque melius eſt ſic fieri, quã

A quod enormis irreuerentia fieret ſacramento, vt puta quod canis, vel aliud animal incipiat lambere, vel de ſuper mingere, aut quod pedibus cõculcetur, aut alia huiuſmodi irreuerẽtia abominabilis cõtingat, ſic ait quidam Doctor. Quando verò aliqua gutta appareat in ſummitate calicis, vel alibi, tunc debet ſumere illam ante ſumptionem ablutionis.

B 372. *Quæritur denuò ſolutio ad alia dubia ſequentia?*

Et primò quid ſit agendum, ſi ſacerdos omiſit apponere aquã in calice. Si ſacerdos hoc aduerterit poſt conſecrationem panis, & ante conſecrationem vini, debet ſtatim ponere aquam in calice, & conſecrare, ſi autem hoc percipiat poſt conſecrationem ſanguinis, videlicet, C non fuiſſe aquam appoſitam, debet nihilominus procedere, quia appoſitio aquæ non eſt de neceſſitate ſacramenti pro aliqua parte, vt ait ſanctus Thomas 3. par. quæſt. 83. art. 6. ad 4. Et quando ſacerdos percipiat aliquẽ defectum panis, vel vini poſt datam benedictionem, non debet iterum reficere huiuſmodi errata poſt benedictionem, ſi verò ante ablutionem hæc aduerteret, poſſet ſupplere D illos defectus, ſicuti iam ſupra dictum eſt. Poſt verò benedictionem, iam non eſſet perficere miſſam, ſed miſſam iterare, ſecundum Diuum Antoninum. & ideo dico, quod in tali caſu, non debet ſacerdos ſupplere defectus panis, & vini, & huiuſmodi: ſed agere pœnitentiam de errore commiſſo. Et ita conſulit Anton.

Digitized by Google

coh. qui ſic ait: & cum Miſſæ celebri
tas terminetur in benedictione ſacer
dotis, cum adhuc ſtet in officium
Miſſæ, & poſt benedictionem, quan-
do tunc ſolutum eſt officium Miſ-
ſæ. Quia poſt benedictionem quic-
quid fieret, magis fieret iteratio Miſ-
ſæ, quàm reparatio defectuum. Hæc
ille 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 1. & concor
dat Tab. Miſſa, §. 36.

373. *Quæritur, an ſacerdos, ſi non e-
mendet defectus Miſſæ ante benedi-
ctionem, mortaliter peccet, & quædam
alia dubia ſoluenda?*

RESpondetur, ſi is, cui hoc contin
git, ignorat præceptum Eccleſiæ,
quo quis celebrat tenetur ſub vtraq;
ſpecie conſecrare, & ſumere, aut ino-
pinato caſu perturbatus nõ ſuſcipit,
nec cõſecrat vinum, in caſu, quo poſt
ſumptionem calicis, deprehendat ſa
cerdos in calicem non fuiſſe, niſi a-
quam, & non de nouo ſumeret vinũ,
& conſecret modo ſolito, ſecundum
Adrianum in 4. de ſacramento Eu-
char. col. 23. & Nauar. ca. 25. nu. 91.
nõ peccaret mortaliter propter hoc,
& quod dictum eſt de vini defectu,
intelligendum eſt etiam de alijs defe
ctibus, quibus ſacerdos non occurre
ret, ipſi excuſant ſacerdotẽ ſi hoc fiat
ex ignorantia iuris: ſed valdè errant,
non enim decet ſacerdotem ignora-
re ea, quæ ad eius officium ſpectant,
præſertim in rebus grauiſſimis: & hu
iuſmodi ignorantes vltra peccatum
puniri debent aliqua corporali pęna
per ſacros canones taxata, quia mor-
taliter peccant, quoniam in re tam ex
cellentiſſima diligentiſſimam curam
A tenentur ſacerdotes habere. Sed &
puniri etiam debet iuxta ſacros cano
nes; & primo, ſi quid ſanguinis ſtil-
lauerit ſuper altare, non interpoſi-
ta palla, ſacerdos debet pœnitere tri-
bus diebus, & ſi ſtillauerit ſuper lin-
teum altaris, & ſanguis ad illud lin-
teum peruenerit, pœnitere debet qua
tuor diebus Et ſi peruenerit ad tertiũ
linteum, pœnitere debet nouem die-
bus: & ſi ad quartum linteum, pœni-
B tere debet per viginti dies: & ſi ſtilla-
uerit in terrã, vel ſupra tabulam, qua-
draginta diebus pœnitere debet. Ita
affirmat S. Tho. 3. par. q. 83. art. 7. ad
ſeptimum, & S. Antonin. 3 p. tit. 13.
cap. 7. § 3. & ſi euomerit Euchariſtiã
per voracitatem, vel ebrietatem, ſi ſit
laicus pœnitere debet quadraginta
diebus: ſi verò clericus, vel mona-
chus 70. diebus, ſi verò epiſcopus
90. diebus. Verum tamen ſi hoc acci-
C dat, cauſa infirmitatis, ſeptẽ diebus,
idque fit ad cautelam, quia non de-
buit ſumere, nec celebrare. Ita dicit
S. Thom. & S. Antoninus, & Tabien
ſis, vbi ſuprà immediatè. Si mus, vel
aliud animal propter negligentiam
cuſtodis, ſpecies ſacramenti comede
rit, pœnitere debet per 40. dies, vt ait
S. Thom. vbi ſupra, & S. Antoninus
ibidem. Et qui perdiderit hoſtiã, vel
eius partem, pœnitere debet ipſe ſa-
D cerdos 30. diebus, ſi illa hoſtia inue-
niri nõ poterit. Sed hoc intelligitur,
quando ex negligentia ſacerdotis e-
uenerit. Secus ſi ex miraculo, ſicut le-
gitur de B. Catherina de Senis, quod
ſcilicet celebrante quodã fratre ipſa
præſente, vna pars hoſtiæ in eius fra-
ctione proſilijt de manibus eius ex-
tra calicem, quam nunquam potuit
inue-

Digitized by Google

inuenire, quia miraculoſè fuerat Beatæ Catherinæ delata, vt refert S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 6. § 3. & vltimo. Tandem ſi is ad quem ſpectat cuſtodia Euchariſtię, incautè dimiſit illam, quamuis inde nihil nefandum acciderit, tamen tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, & ſi per eius incuriam aliquid nefandum acciderit, grauioris pœnæ vltioni ſubiaceat; vt dicit Hoſtienſis, extra de cuſtod. Euchariſt. cap. 1. & S. Antoninus, vbi ſupra: Et qui per eius negligentiam Hoſtiæ conſecratæ putreſcunt, debet per triginta dies pœnitere, vt ait S. Tho. 3. par. q. 83. ar. 7. ad ſeptimum, & Tabien. Miſſa, §. 40.

374. *Quæritur de iſtis pœnitentijs iniunctis ſacerdotibus ob defectus commiſſos in celebratione, quomodo ſint intelligendæ?*

RESPONDETUR, vt quidam dicunt, quod iſtæ pœnitentiæ ſunt taxatæ ad cautelam, vt negligentia magis caueatur, & ideo circunſtantijs penſatis, tam delicti, quàm perſonæ, poteſt addi, vel minui ad dictam pœnitentiam. Et quod diebus illis debet ſacerdos ieiunare, & à communione ceſſare: & huiuſmodi ieiuniũ debet eſſe ſicut in ſexta feria, vel quadrageſima: vel prædictis diebus debet imponi à ſuperiore pœnitentia arbitraria, penſatis conditionibus perſonæ, & negocij. Hæc ex S. Thom. 4. ſent. diſt. 13. & S. Antonin. 3. par. titu. 13. c. 6. §. 3. Itaque iuxta eorum ſententiam, quãdo dicitur vt ille pœniteat per tres, vel quatuor dies; intelligitur, vt ieiunet his diebus comedendo ſemel in die, & ſecundum arbitrium ſuperioris.

A

An teneamur totam miſſam audire, & an poſſit qs ſine peccato dimittere mediam Miſſam vnius ſacerdotis, & ſupplere aliam medietatẽ per alterum ſacerdotem, & an Miſſa concubinarij poſſit audiri ſine peccato mortali, & ſicut peccatũ mortale eſt audire Miſſam publici concubinarij. Non propterea de alijs peccatoribus publicis ſequitur eadem ratio, quia textus tantum loquitur de publicis fornicarijs. Vtilitas magna eſt, audire eodem die plures Miſſas, & nõ ſinere tranſire diem ſine auditione Miſſæ. Audi quod refert S. Antonin. 2. p. tit. 9. cap. 10. Cum quadam die feſtiua iuuenes ſocij exirent ciuitatem ſuam ad aucupandum, vnus eorum prius audiuit, alter non, proficiſcentibus igitur cœpit aer conturbari, & minari pluuias, tonitrua rugire, & corruſcationes frequẽtare. Audita eſt autem vox de cœlo ab his duobus dicens, percute, percute eum, qui miſsã non audiuit, quo viſo alius præ pauore quaſi amens effectus quid ageret ignorans, quia ad locum deſtinatum appropinquabat, ſecutus eſt viã ſuã, & iterum audiuit vocem, dicentem, percute, percute eum, ſed poſt hanc vocẽ ſuperuenit alia vox dicens: Nõ poſſum, quia audiuit hodie Verbum caro factum eſt, ex eo, ſ. qui audiuerat Miſſam, & ſic euaſit mortem terribilem. Et an Miſſam teneamur ſenſibiliter audire. Et an dum audit Miſsã poſſit ſoluere officium diuinum pręceptum. Et an ſatisfaciat auditioni Miſſæ, quando per totam miſſam aliqui confabulantur non attendentes

B

C

D

ſan-

ſanctiſſimo illi ſacrificio. Et quo animo debeant audire Miſſam, an ſufficiat tantum corpore illi præſens eſſe. Et an puellę nubiles peccent mortaliter in diebus feſtiuis non audire Miſſam ſi poſſent. Qui vadit ad Eccleſiam principaliter, vt videat aliquam mulierem, cuius amore ardet, & per totam Miſſam ſemper oculis intentis ad eam, de ea cogitat, ſi quæratur an ſatisfaciat præcepto de audienda Miſſa; reſpondetur quod ſicut dum ſoluitur officium diuinum in peccato mortali, & ieiunatur diebus præceptis, ſatisfacit ipſi præcepto de ieiunio & officio diuino, quamuis in peccato mortali audiat, ita ait Diuus Thomas diuerſis in locis, dummodo intendat ſatisfacere præcepto de audienda Miſſa; hæc in primo libro noſtro impreſſo ſunt diſcuſſa, & reſoluta, etiam de valore Miſſæ, an celebrando ſacerdos pro vno, tantum proſit quantum ſi pro pluribus offerret. Et paulo ſuperius in hoc volumine tractauimus de ſtipendio, quod cõuenit ſacerdoti pro eius eleemoſyna, vide in præcedenti libro de ſuffragijs, de indulgentijs, & de ipſa Miſſa, quæ per indicem copioſum inueniri poſſunt. Ideo vanum eſt eadem velle repetere.

375. Quæritur an Mortui aliquando apparuerint de facto?

RE ſpondetur affirmatiue. Vnde legitur anno Domini 1323. In Francia hoc accidiſſe, quod quidam Gulielmus de Coruo defunctus eſt, in cuius domo, poſt eius obitum, per A octo dies, vox quædam flebilis, debilis, horrida, & deſerta audita eſt à multis. Qua voce vxor eius ſic perterrita fuit, vt in lecto recumberet, & penè moreretur. Mittitur ad fratrem Ioannem Priorem Cõuentus ibidem ordinis Prædicatorum, vt ſociatus aliquibus fratribus, & ciuibus, prouidè viſitarent eam, qui aſſumptis ſecum tribus patribus comitatuſque ciuibus, nulloque fratre, aut ciue ſciente, B reuerenter accepto corpore Chriſti in ſinu, proficiſcitur probaturus, an vox illa fictitiam eſſet, vel illuſio Dæmonum. Cumque diligentiſſimè omnia loca domus, clandeſtina, & fictionibus apta, ne decipi poſſet, ſcrutatus fuiſſet, interrogat vxorem, in quo loco, ab ea vox illa magis audiretur, quæ reſpondit; In lecto, in quo vir eius deceſſerat: & illi ſedere ſuper lectum defuncti, & ibidem C nouem lectiones mortuorum, cum Litanijs dicere cęperunt, in fine verò rogationum, vmbra, quædam ante eos ire cępit, verſus lectum vxoris, ſonumque faciebat, ac ſi per ſolum ſcopa duceretur. Vxor concuſſa, & tremula cępit clamare. Ecce, ecce, ò patres. Illi aliqualiter perterriti tacuerunt. Sed Prior vxorem monuit, vt peteret quis eſſet. Qua in- D terrogante, ille reſpondit voce mirabili, in medio cameræ ſe eſſe animam conſortis ſui Guilielmi de Coruo. Tunc Prior omni timore depoſito cũ ſocijs acceſſit propinquius, vbi vox illa intonabat; Munienſque ſe ſigno crucis, interrogauit ſpiritum, ſi eum, & ſocios patres cognoſceret, & reſpõdit, quod ſic, eos ex nomine ſingulariter nominando, tunc Prior cępit

cunctis

Digitized by Google

cunctis aſſtātibus, & audientibus, ſic adiurare eū. Adiuro te creatura Dei per potentiam Dei infinitam, per eius ſapientiam ineffabilem, per eius bonitatem indicibilem, per virtutem ſanctiſſimæ Trinitatis, quibus omnia creauit, per myſteriū ſanctę Incarnationis, Paſſionis, & Reſurrectionis, per virtutem omnium ordinum ſanctorum Angelorum, & per omne illud, quod Dei virtute poteſt plus aſtringere, conſtringo, & aſtringo, ne recedas de loco hoc, donec ad ea, de quibus te interrogauero, veraciter reſpondeas. Et primò, an eſſet ſpiritus bonus, vel malus, & dixit eſſe bonus. Secūdò, ſi animæ finaliter, ſiue in omni defectu tranſmigrantes haberent ſtatim beatitudinem, & annuit. Iterū interrogauit quis eſſet; dixit quod anima Gulielmi de Coruo, quæ ibi propter offenſam matris, in qua peccauerat, quæ ante Deum grauiſſima reputatur, purgatorium particulare pati debebat per duos annos, niſi ſuffragatus orationibus liberaretur. Iterū dixit, an bonus angelus, vel malus ibi eum adduxiſſet, & dixit, bonus. Iterū interrogauit, quæ ſuffragia mortuis melius opem ferāt? Reſpondit Miſſæ, & Pſalmi pęnitentiales. Item poſt multa dixit ſpiritus: Rogo te Pater, ne amplius crucias interrogando. Scias tamen, quod præſentia corporis Chriſti, quod in ſinu tenes, leuior fit pęna mea. Quidam doctor de aſtātibus interrogat eum: Quid ſuper ſe ferret? Reſpōdit latinè, cum antea eſſet idiota, portas ſub cingulo abſconditum officiū B. Virginis, & ſic erat. Interrogatus iterum, An ſpiritus mali occurrerent cuilibet morienti, & ſi

A omnis ſcientia animabus exutis infunditur? Reſpōdit, ſic: Iterum interrogatus, qua pœna ibi in hoſpitio ſuo pateretur? Reſpondit pœnam ignis. Item ſi aliam pœnam haberet? reſpōdit, aliam in purgatorio cōi, & ſciſcitatus quomodo in duobus locis diſtātibus ſimul pati poſſet? Reſpondit, quod de die, patiebatur de igne in purgatorio communi, & de nocte ignem purgatorij domus ſuæ.

B Rurſus, vt ſe ſignaret ſigno crucis? Reſpondit ſe non habere manus; Interrogatus ſi audiret? Reſpondit, ſic, ſed non per aures, ſed per potentiam Dei. Interrogatus quantum ibi ſtare deberet? Reſpondit altiſſima voce clamans: Orate pro me orationibus, Miſſis, & Pſalmis pœnitentialibus, vſque ad feſtum Paſchæ, & tunc liberabor; & ſtatim euanuit, & velut quidam ventus, exiuit, & ve-

C lut quidam ventus omnes aſtantes inſufflauit ad modum cuiuſdam debilis flatus, & ex tunc nihil auditum ibi fuit. De hoc inſtrumentum veridicè factum fuit, & tranſmiſſum fuit ſummo Pontifici, & Cardinalibus, tunc temporis apud Auinionem commorantibus.

Hæc frater Bartholomæus Sibilla Ordinis Prædicatorum.

D

376. Qua-

N

376. *Quæritur, an mortaliter peccet Notarius conficiendo contractum taliter, vt non appareat vſurarius, cum ſit; & ad quid teneatur?*

RESPONDETUR planè tales notarios eſſe periuros, & infames, ac per conſequens peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem, niſi prout dixit Ioannes della Penna, ad inſtantiam, & preces petentis mutuũ ſub vſuris, eius gratia, & non gratia vſurarij, tale inſtrumentum confecerit; Conficiunt huiuſmodi contractus vſurarios ſub forma liciti cõtractus, vt quia ſcitur eſſe pignoratio, & dicitur eſſe vẽditio, vel quia ſcitur quod ſunt centum, & dicitur quod ſunt nonagita, ita quod iuſtificatur contractus iniuſtus, ita inquit Silueſter, verbo, Vſura, ſeptimò, quæſt. 7.

Si verò tales Notarij fecerunt inſtrumentum clarum vſurarium, licet ſint periuri, ſecundũ Silueſt. ibidem, non tamen tenentur reſtituere, quia, qui ſunt grauati, poſſunt per tale inſtrumentum ſe iuuare. Quam ſententiam ego limito, ſecundum ipſum Silueſtrum, eſſe veram, niſi tale inſtrumentum clarè vſurarium conficeretur à Notario in illis regionibus, vbi lu lices iniquitatis, virtute talium inſtrumentorum, cogerent ad vſuras ſibi ſtipulatas ſoluendas. Eodem modo dic de teſtibus, & de alijs concurrentibus, qui reſtituere non tenentur, quando non dederunt cauſam

A ſufficientem damni, ſecus ſi dederunt.

Ac per hoc quæri poſſet, an inſtrumenta confecta per Notarium falſarium ſint valida; & reſpondetur breuiter, quod ſi inſtrumenta in ſe falſa non ſint, ſed aliàs vera, non redduntur inualida ex eo ſolũ, quod confecta ſunt per notarium falſarium, ſi ea confecit ante ſententiam condemnationis de crimine falſarij in ſe latam,
B qui ante condemnationem, etiam q̃d eſſet falſus, ſi non eſt condemnatus, vel ſi condemnatus ſit, ſed non in tali officio, talia inſtrumẽta per ipſum confecta, ſunt valida; ſecus eſſet, ſi talia inſtrumenta, etiam in ſe non falſa confecta fuerint per notarium falſarium, poſt eius cõdemnationem commiſſam in officio tabellionatus, quia tunc hæc inſtrumenta non valent.

Falſus notarius etiam appellatur,
C qui depoſita inſtrumẽta oſtendit aduerſario, vt ſoliti ſunt facere mali notarij, & procuratores, qui incidunt in crimen falſi. Vt ibi in d. l. 1. ſed qui plura de falſarijs videre optat, videat, Silueſt. verbo, falſarius, atque etiam Lopez hic cap. 43. ſecundæ partis ſui Inſtructorij caſuum conſcientiæ: vbi videbis ſpecialiter de falſificantibus litteras Pontificis, quõ intelligat iſta
D falſificatio, & an icidat ipſo facto in cẽſuras ſũmo Pontifici reſeruatas, vt habetur in Bulla Cœnę Domini, quã in hoc libro detulimus. Nauarrus tenet, quod in conſcientia quis non incidat, ſi aliquam literam, vel punctum accommodet bona mente, ſine dolo, non mutans ſubſtantiam aliquam, non peccat, neq; incurrit aliquam cenſuram; in foro fori autem

iudi-

Digitized by Google

iudicaretur, falſarius etiam appellatur ſecundum Innocentium alterius litteras aperiens, vt eas legat, regulariter eſt mortale peccatũ, niſi ſit eius ſuperior, vel ſub ratihabitione, vt fit inter caros amicos, vel inaduertenter ſine malitia, vel quando non creduntur eſſe alicuius momenti. Et D. Antoni. aſſeuerat, ſi litteræ ſint alicuius manifeſti aduerſarij, & dubitaret de aliquo graui malo contra ſe contento in litteris, non peccaret mortaliter eas tunc aperiendo. Hoc enim nõ eſt cõtra charitatem, ſed in ſui defenſionem, quia plus ſibi tenetur, quàm alteri. Hæc Lopez ibidem, cap. ſupra citato 19. ſecundæ par.

O

377. *Quæritur, an ſi epiſcopus, ſub pœna excommunicationis mandans Petro, vt det ei ſuam domum, vel aliquid aliud, obedire ei Petrus teneatur?*

REſpondetur, quod dare non tenetur, nec ideo incurrit in excommunicationem, cùm ipſa excõmunicatio, in hoc caſu contineat, intolerabilem errorẽ, quippe quæ eſt contra iuſtitiam, ſuppoſito, quod epiſcopus nullã habeat actionem ſuper illam domum; imò, vt ait Silueſt. verbo, Obedientia, 6. q. nec etiam ſummus Pontifex habet hanc auctoritatem, in rebus temporalibus. Loquimur circa ſæculares: In rebus verò ſpiritualibus, & eccleſiaſticis pertinentibus ad ſalutem, & bonorum morum cõſeruationem, quia in baptiſmo ſe obligarunt ad renunciandum Satanæ, & operibus eius. Propterea ſi præciperet ſæculari, vt ſibi tribuat bona ſua, obedire non tenetur. Et ſimiliter de temporalibus dominis, quoad ſpiritualia. Vide Panormitanum, & Innocentium in cap. inquiſitioni, ab ipſo *Silueſt.* citat. Si verò ſit in dubio, an epiſcopus habeat aliquam auctoritatem ſuper illud, quod petit, excommunicatio teneret, vel ſaltem non erit inualida exterius, vt ait Silueſt. quia in dubio ſẽtẽtia Paſtoris, iuſta, vel iniuſta timẽda eſt. At ſi conſtat omnibus tale præceptũ Epiſcopi eſſe iniuſtum, quia palã eſt omnibus alienum petere, & iniuſtè velle vſurpare, non eſt timenda, neq; in foro exteriori, ſicut nõ valet, ſecundum Silueſtrum, & Sotum, ſi ferret excommunicationem pro debito, qđ conſtat omnibus iam eſſe ſolutum. Hæc idem Auctor, vt ſupra Lopez, cap. 12. ſecundæ partis.

378. *Quæritur quæ ſit illa occaſio vitanda peccandi, vt ſi non tollatur, abſolutio impendi non poſſit?*

REſpondetur, quod occaſio propinqua, à qua neceſſariò ſe debet abſtinere pœnitens, & ſtatuere in animo nunquam ſe ea vſurum, vt abſolui poſſit. Hæc eſt omnis illa, quæ eſt peccatum mortale: aut eſt talis occaſio peculiaris, qua credit, vel debet credere confeſſarius, vel pœnitens nũquam vel rarò ſe vſurum ea ſine peccato mortali, benè perpenſis eius circumſtantijs. Hæc eſt Nauar. ſẽtẽtia. Diximus confeſſarius, aut pœnitens, quod ſatis eſt, quod alter eorũ credat,

aut

Digitized by Google

aut credere debeat, quod eſt talis occaſio. Diximus verò nunquam, aut rarò ad includendum eas occaſiones, quibus rariſſimè vtimur ſine mortali. Diximus perpenſis circumſtantijs, vt ſignificaremus, quod hæc poſſunt eſſe cauſæ, vt eadem occaſio ſit talis vni pœnitenti, & non alteri. Vis veritatis huius concluſionis eo fundamento nititur, quod nemo poteſt abſolui, niſi ſtatuat nunquam ſe impoſterum peccaturum mortaliter, & conſequenter vitaturum occaſionem, quæ ſi ſit mortifera, aut peculiaris eiuſmodi, quam credit probabiliter peccati mortalis cauſam ſibi fore: iuxta illud Eccleſiaſt. tertio: Qui amat periculum, peribit in illo. Siquidem non vitare occaſionem huiuſmodi non caret culpa mortali. At talis eſt occaſio, qua credit quis ſe ferè ſemper ad ſic peccandum impulſum iri; Vnde qui dubitat de caſu, aut credit ſe caſurum, probabiliter, quia conſcius eſt propriæ fragilitatis, ſi eat ad locum, ſiue ſocietatem, vbi eſt ſibi periculum tale peccandi mortaliter, propter aſpectum, perſonarum, commoditates, aut aliquid huiuſmodi: quia iam experientia teſte, didicit ſe non ſubſtinere in huiuſmodi, ſed ſtatim, aut quaſi ſtatim cadere, peccabit mortaliter illuc eundo, neque vlla neceſſitas in tali caſu excuſabit illum ſic fragilem, ſi illuc eat, aut ibi moretur. Hæc eſt aſſertio Caietani in Summula, verbo, Periculum, cuius gratia ait ſcriptum eſſe: Si pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te. Addit etiam ipſe Caietanus, quod qui

A ſcienter facit opus dubium, an ſit licitum, vel illicitum, exponens ſe periculo peccandi, eſt peccatum: & ſi agitur de licito, aut illicito, mortaliter, eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia voluntas ex hoc ipſo exorbitat à recta ratione, & diuino amore, quod mauult opus illud cum dubio incurrendi tranſgreſſionem diuini præcepti quàm abſtinere ab opere illo, cum certitudine non errandi,

B ac pro hoc voluntas magis amat opus illud, quàm Deum in ſuo præcepto, & ſic verificatur ſententia illa; exponēs ſe periculo peccati mortalis, peccat mortaliter. Hæc ex Caietano in Summula ibidem: & Ludouico Lopez, capite decimo nono, & vigeſimo, primæ partis, lege ſuper hanc materiam latam additionem, & ſcitu per quam neceſſariam in primo libro noſtro impreſſo, Quæſito

C decimoquinto.

379. *Quæritur, an opera noſtra ſit ſatisfactoria pro peccatis?*

Reſpondetur, quia Lutherani ſatisfactionem auferunt ab operibus noſtris, ſupereſt declarandum, quid Eccleſia de hoc ſentiat. Diſtinguendum in primis eſt de ſtatu, in

D quo fiunt opera, an in ſtatu peccati mortalis, an in ſtatu gratiæ, & rurſus de ſatisfacere pro peccatis, vel quoad culpam, vel quoad pœnam. Dicimus itaque primo, quod nulla noſtra opera ſunt ſatisfactoria pro peccatis noſtris quoad culpam, quia nec facta in ſtatu peccati mortalis faciunt Deo ſatis pro offenſa, vt patet, & facta in ſtatu gratiæ præſupponūt

culpam ſeu offenſam abolitam ex diuina gratia ex ſatisfactione Chriſti, qui fecit Deo ſatis pro offenſis, quibus offendimus Deum, offerendo vitam propriam in ara Crucis.

Dicimus ſecundò, quod nulla opera noſtra in ſtatu peccati mortalis ſunt ſatisfactoria Deo pro pœna debita peccatis noſtris, quamuis prius abolitis in ſacramento pœnitentiæ. Et ratio eſt. Quia cum remittitur à Deo peccatum quoad offenſam, fit peccator de inimico amicus Dei, & conſequenter non remanet puniendus hoſtiliter, quod eſſet puniri pœna inferni, ſed ſi non tam copioſum diuinæ gratiæ donum collatum, tunc eſt, vt cum remiſſione culpæ remiſſa ſit tota pœna, remaneat obligatus ad amicabiliter ſoluendum reſiduum pœnæ, & propterea ſi in recidiuum lapſus eſt, & iterum factus eſt inimicus Dei, antequam illud recidiuum pœnæ ſolueret, opera eius, quia ſunt opera in ſtatu hoſtili, non poſſunt amicabiliter exſoluere, quod eſt non poſſe ſatisfacere pro illa pœna.

Dicimus tertiò, quod opera perſeuerantis in amicitia Dei, nulli habet impedimentum, ad hoc quod ſint ſatisfactoria pro illo reſiduo pœnæ. Et in hoc errant Lutherani dupliciter, primo dicendo, quod cum remittitur peccatum quoad offenſam, remittitur quoque quoad pœnam omnem, ita quod nō remanet obligatus ad pœnam conſecutus peccati veniā à Deo. Hoc enim manifeſtè contrariatur ſacræ ſcripturæ, dicenti, ſecundo Regum duodecimo, quod quamuis Dauid conſecutus fuerit remiſſionem peccatorum, dicendo, Peccaui Domino, non tamen conſecutus eſt remiſſionem totius pœnæ, ſed remanſit obligatus ad pœnas multas, vt Scriptura teſtatur. Deinde errant quod tollunt ab operibus viuorum Chriſti membrorum vim ſatisfactoriam pro pœna non remiſſa. Hoc enim contrariatur efficaciæ Chriſti capitis in nobis, nā ſatisfacio ego, iam non ego, ſatisfacit autem in me Chriſtus, contrariatur, & Eccleſiæ Catholicæ vſui, quia conſueuit ſalutares ſatisfactiones imponere per miniſteriū ſacerdotum verè pœnitētibus, & confeſſis. Hæc Caieta. in opuſcul. tom. 3. tract. 10. q. 11.

380. *Quæritur, an pro ſpiritualibus atque temporalibus conſequendis ſit Deus orandus?*

Respondetur, quod triplex fuit circa orationem antiquorum error. Quidam enim poſuerunt, quod res humanæ non reguntur diuina prouidentia, ex quo ſequitur, quod vanum ſit orare, & omninò Deum colere. Secunda fuit opinio ponentium omnia etiam in rebus humanis, ex neceſſitate contingere, ſiue ex immutabilitate Diuinæ prouidentiæ, ſiue ex neceſſitate ſtellarum, ſiue ex connexione cauſarum: & ſecundum hos, etiam excluditur orationis vtilitas. Tertia fuit opinio ponentium quidem res humanas diuina prouidentia regi, & quod res humanæ non proueniunt ex neceſſitate: ſed dicebant ſimiliter diſpoſitionem diuinæ prouidentiæ variabilem eſſe, & quod orationibus, & alijs

quæ

quæ ad diuinum cultum pertinent, diſpoſitio diuinæ prouidentię immutatur. Hæc omnia improbata ſunt aliàs. Et ideo oportet ſic inducere orationis vtilitatem, vt neq; rebus humanis, diuinæ prouidentię ſubiectis, neceſſitatem imponamur, neque etiã diuinam diſpoſitionem, mutabilem extimemus. Ad huius ergo euidentiam conſiderandum eſt, quòd ex diuina prouidentia non ſolũ diſponitur qui effectus fiant, ſed etiã ex quibus cauſis, & quo ordine proueniãt. Inter alias autem cauſas ſunt etiam quorundam cauſæ actus humani: vnde oportet homines agere aliqua, nõ vt per ſuos actus diuinam diſpoſitionem immutent, ſed vt per actus ſuos impleant quoſdam effectus, ſecũdũ ordinem à Deo diſpoſitum. Et idem etiam eſt in naturalibus cauſis. Et ſimile eſt etiã de oratione. Non. n propter hoc oramus, vt diuinam diſpoſitionẽ immutemus, ſed vt id impetremus, quod Deus diſpoſuit per orationes Sanctorum eſſe adimplẽdum, vt ſcilicet homines poſtulando, mereantur accipere quod de eis Deus omnipotẽs ante ſecula diſpoſuit donare. Sic ait S. Gregorius in libro dialogorum. Propterea dico, quod non eſt neceſſarium nos Deo preces porrigere, vt ei noſtras indigentias, vel deſideria manifeſtemus, ſed vt nos ipſi conſideremus in his ad diuinum auxilium eſſe recurrendum. Nec oratio noſtra ordinatur ad immutationem diuinæ diſpoſitionis, ſed vt obtineatur noſtris precibus ꝙ Deus diſpoſuit nobis donare. Dicendum etiam eſt, quod Deus nobis multa præſtat ex ſua liberalitate, etiam non

A petita. Sed quod aliqua vult præſtare nobis petentibus, hoc eſt, propter noſtram vtilitatem, vt ſcilicet, fiduciam quandam accipiamus recurrendi ad Deum, & vt recognoſcamus eum eſſe bonorum noſtrorum auctorem. Vnde Chryſoſtomus ait; Conſidera quanta eſt tibi conceſſa fœlicitas, quanta gloria attributa orationibus fabulari cum Deo, cum Chriſto miſcere colloquia, optare quod velis, quod deſideras poſtulare. Caieta.

B ibi ait, quod D. Tho. reddit cauſam eſſentialem neceſſitatis orationis, ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ, & prouidentiæ, vt ſcilicet ſicut diſpoſuit multiplicare homines medio actu generationis, & triticũ, mediãte ſemine, ac cultura, & domos, mediãte artifice cum tot medijs ita diſpoſuit multorum ſalutem, & multos effectus efficere, mediante oratione, reliquoque diuino cultu. Hęc eſt ve-

C ra, & eſſentialis ratio reddita a ſancto doctore in hoc articulo ſecundo, quęſtione octuageſimatertia in ſecũda ſecundæ. Quam quia reddiderat, nunc ſecundarias, & acceſſorias reddit ex parte noſtri in intellectu, vt cognoſcamus ipſum eſſe auctorem, ad quem ſit confugiendum: in voluntate, vt fiduciam habeamus recurrendi ad ipſum. In

D natura, vt magnificemur ĩ hoc, quod cum eo loquimur, conuerſamur, & petimus.

381. *Quæritur, an ſolus Deus ſit orandus?*

REſpondetur, q Iob 5. ait: Voca, ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere. Ex his verbis videtur prçter Deum etiã ſanctos eſſe orandos. Oratio. n. porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quaſi per ipſum implenda. Alio modo, ſicut per ipſum impetranda. Primo quidẽ modo ſoli Deo orationem porrigim⁹: quia omnes orationes noſtræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam conſequendam, quæ ſolus Deus dat, ſecundum illud Pſal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Sed ſecundo modo orationem porrigimus ſanctis Angelis, & hominibus, non vt per eos Deus noſtras petitiones cognoſcat, ſed vt eorum precibus, & meritis orationes noſtrç, ſortiantur effectum. Et ideò dicitur Apoc. 8. Quod aſcendit fumus incẽſorum de orationibus ſanctorũ de manu Angeli coram Deo. Et hoc etiam patet ex ipſo modo, quod Eccleſia utitur in orando. Nam à S. Trinitate petimus, ut noſtri miſereatur: ab alijs autẽ ſanctis quibuſcũq; petimus, ut orent pro nobis & ideo illi ſoli impendimus orando religionis cultum, a quo quærimus obtinere, quod oramus, quia in hoc proteſtamur eum bonorum noſtrorum auctorem, qui eſt ſolus Deus, non autem eis, quos requirimus quaſi interpellatores noſtros apud Deum. Mortui enim ea quç in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, non cognoſcunt præcipuè interiores motus cordis noſtri, ſed beatis, vt Gregorius dicit in 12. Moral. in ver. manifeſtatur illud, quod docet eos cognoſcere de eis, quç circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis, maximè autem excellentiã eorum decet, vt cognoſcant petitiones ad eos factas, uel uoce, uel corde. Et ideo petitiones ad eos dirigimus, Deo manifeſtante cognoſcunt: Prçterea dicendum eſt, quod illi qui ſunt in hoc mundo, aut in purgatorio, nondum fruuntur viſione verbi, ut poſſint cognoſcere ea, quç nos cogitamus, uel dicimus. Et ideo eorum ſuffragia non imploramus orando, ſed a uiuis petimus colloquendo.

Difficultas occurrit, vtrum ſanctos orare aliqua oratione ſit conueniens. Sancti enim in triplici ſunt differentia, quidam ſunt beati, alij viatores, & alij in Purgatorio exiſtentes. Concluſio eſt de fide tenenda, quod Sancti in cœlo exiſtentes, ſiue homines, ſiue Angeli ſint, honorandi ſunt, atque etiam orandi, non tamquam illi, per quos implenda eſt oratio, ſed tanquam illi, per quos eſt à Deo impetranda, quamuis in cçlo martyres, & alij ſancti illic aliquid non poſſint mereri. Nolumus ſignificare, quod exaudiantur, ad cumulum ſuorum meritorum: quia hoc eſt impoſſibile, cum ſint extra ſtatum merendi. Sed ſignificare volumus, quod exaudiuntur, hoc modo, quia in vita meruerunt, vt orantes pro nobis in patria exaudirentur. Et ſic quod exaudiantur, potius cedit illis in præmium præcedentium meritorum, quam in nouum meritum.

Quan-

Quantum verò ad animas, quæ ſunt in purgatorio, an ipſæ pro nobis orare poſſint; D. Thom. in hoc articulo, negat, & alij Doctores, adducentes quaſdam rationes valdè probabiles. Tamen Gabriel ſuper can. lect. 58. ex Medina in tract. de oratione, affirmatiuè loquuntur; qui dicunt ſi Sancti in hac vita exiſtentes poſſunt à nobis conuenienter orari, vt dictum eſt, etiam iſtę poterunt cum non ſint Deo minus charę, quam illę. Et nil obſtat, quo minus animæ in purgatorio exiſtentes poſſint ſuis interceſſionibus nobis prodeſſe, ergo conuenienter illę à nobis orari valet, ſicut Sancti in patria exiſtentes ſunt extra ſtatum merendi, tamen ipſæ nobis ſuccurrunt. Nam Sancti viatores ſunt etiam aliquando in pœnis actu, & reatu, imò in peccatis venialibus, ſaltem, tamen nobis eorum orationes proſunt. Et licet in particulari animæ purgatorij neſciant quis, & quando eas oret, poſſunt tamen intelligere, ſaltem in genere coniectari, quod miſeri viatores illarum ſanctarum animarum precibus cupiunt in ſuis neceſſitatibus adiuuari: ſicut è contra ipſe ſimiliter per viatores adiuuari deſiderant; poſſunt etiam ex Angelorum, qui nos cuſtodiunt, reuelatione certiores fieri, vt pro nobis orent. Et etiam aliquando venientes ad nos ex diuina diſpoſitione orari à nobis poſſunt ex loquela noſtra, vt plura exempla recitat Diuus Gregorius eueniſſe. Et eo admiſſo vehementius accedentur homines ad orandum pro purgatorij animabus, cum ea ſit hominis conditio, vt eas libentius bonis operibus afficiamus, quas ſcimus nobis benefacere poſſe. Hæc ex Diuo Thoma ſecunda, ſecundæ quæſtione octuageſimatertia, articulo quarto, & ex Petro de Arragona in eodem loco.

382. *Quæritur an in oratione noſtra aliquid determinatè, à Deo petere debeamus?*

Reſpondetur, quod in oratione dominica, quam recitat S. Matth. cap. ſexto, & S. Luc. 11. docemur determinatè petere ea, quæ continentur in ipſa oratione, quæ incipit, Pater noſter, &c. Ille Gentilis Philoſophus Socrates. Nil vltra petendum à Dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent; quia hi demum ſcirent, quid vnicuique eſſet vtile. Nos autem plerumque id votis expetimus: quod non impetraſſe melius foret. Quæ quidem ſententia aliqualiter vera eſt, quantum ad illa, quæ poſſunt malum euentum habere: quibus etiam homo poteſt malè, & benè vti; ſic diuitiæ, quæ vt ibidem dicitur, multis exitio fuere. Honores etiam, quam plures peſſundederunt regna, quorum exitus ſępe miſerabiles cernuntur. Splendida coniugia, quæ non nunquam funditus domus euertunt. Sunt tamen quædam bona, quibus homo malè vti non poteſt, quæ ſcilicet malum euentum habere non poſſunt. Hæc autem ſunt, quibus beatificamur, & quibus beatitudinem meremur: quæ quidem Sancti orando abſolutè petunt. Secundum illud Pſalm. 79. Oſtende faciem tuam, &

ſalui erimus. Et iterum 118. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorũ. Et licet homo ex ſe ſcire non poſſit quid orare debeat: ſpiritus tamen in hoc, adiuuat infirmitatem noſtram; quod inſpirando nobis ſancta deſideria rectè poſtulare nos facit. Vnde Dñs dicit Io. 4. Quod veros adoratores adorare oportet in ſpiritu, & veritate. Quãdo verò orando petimus aliqua quæ pertinent ad noſtram ſalutem, tunc conformamus voluntatem noſtram, voluntati Dei, de qua dicitur 1. ad Tim. 2. Quod vult oẽs homines ſaluos fieri. Sic Deus ad bona nos inuitat, quod, ad ea non paſſibus corporis, ſed pijs deſiderijs, & deuotis orationibus accedamus. Hæc D. Tho. 2.2. quæſt. 83. art. 5. & ibidem Arragona.

383. Quæritur an homo debeat temporalia petere à Deo orando?

RESpondetur ex D. Thom. 2.2. q. 83. ar. 6. licitum eſſe in oratione petere à Deo temporalia, non principaliter, vt in eis finem cõſtituamus; ſed ſicut quædam adminicula, quibus ad obtinendam beatitudinem adiuuemur. Quia id licet orando petere, quod licet deſiderare, vt ait D. Auguſt. in epiſtola ad Probã, de orando Deum, cap. 12. Sed bona temporalia licet deſiderare, non principaliter, vt eius finem conſtituamus: ſed ſicut quædam adminicula, vt dictum eſt, quibus adiuuemur, & tandem beatitudinem, in quantum, ſcilicet, per ea vita corporalis ſuſtentatur, & in quãtum nobis organicè deſeruiunt ad

A actus virtutum, vt ait Philoſophus: ergo licet ea appetere, & petere. Super hoc Petrus de Arrag. ibidem ſcribit dicendo, qđ oratio eſt petitio conuenientium à Deo: & tam remotio mali, quam collatio boni poſſit eſſe conueniens: ex hoc fit, vt vtrunq; veniat à Deo poſtulandum, ſed ſicut bonũ eſt duplex, vnum quod per ſe, & ſecũdum ſe eſt appetibile, vt vita Beata, & virtutes ad eam conducentes;

B aliud quod poteſt prodeſſe, & obeſſe, id ſcilicet, quo poteſt homo benè, & male vti; quale eſt bonũ corporis; ita etiam cõueniens poteſt eſſe in duplici differentia. Vnum quod per ſe, & ſemper eſt conueniens: quale eſt primi generis bonũ. Aliud quod aliquando conuenit, & aliquando non cõuenit, qualia ſunt bona corporalia. De primi generis cõuenientibus, ait S. Doctor, quod illa licet petere deter-

C minatè, vt habetur in oratione Dominica, qua dicimus. Adueniat regnum tuum, idemque in multis locis ſacræ ſcripturæ. De conuenientibus autem ſecundi generis etiam Eccleſia petit, dum in litanijs orat Deũ pro pluuia congruente, & vt fructus terræ dare, & conſeruare dignetur. Huiuſmodi tamen bona, ſiue corporis illa ſint, ſiue fortunæ non ſunt abſolutè, & de-

D terminatè à Deo petenda, ſed cũ remiſſione ad ipſius Dei beneplacitũ, ſi ille pro futura cognouerit ad æternæ beatitudinis conſecutionem. Et ratio eſt: nam cum beatitudo ſit primum, & principale obiectum, circa qđ oratio noſtra verſatur, nihil quod ipſius cõſecutioni aduerſetur, erit licitũ poſtulare. Sæpe autem poterit contingere, vt bona temporalia quæ petũtur, ſi den-

Digitized by Google

ſidentur potius noceant, quàm proſint, atque ideo illa abſolutè petere non licebit: Vnde in Prouerb. Salomon. 14. dicit: Eſt via quę videtur homini iuſta: nouiſſima autem illius ducunt ad mortem; ſępe euenit, quod aliquis deſiderat aliquod temporale bonum ad ſuſtentationē vitę, quod ſibi vertetur in periculum mortis: Et aliquando aliquis deſiderat liberari ab aliqua moleſtia tentationis, quæ tamen eſt ſibi ad cuſtodiam humilitatis: vt patet in Paulo, qui petebat amoueri à ſe ſtimulum carnis: qui tamen datus ei erat, ne magnitudo reuelationum ipſum extolleret; hoc exemplum dedit Chriſtus, cum dixit, Si poſſibile ſit, tranſeat à me calix iſte: tamen Patri dixit, fiat voluntas tua, ſicut & nos quotidie dicimus in oratione fiat voluntas tua. Cui petitioni, cōtrariè videtur facere, qui abſolutè, & determinatè aliquid huiuſmodi à Deo petit, cum talis potius ſuam petat fieri voluntatem, quam Dei. Et hinc eſt, quod filijs Zebedæi abſolutè petētibus mediante Matre, vt vni dexteram, & alteri ſiniſtram in regno ſuo daret, quod ipſi temporale futurum exiſtimabant, Chriſtus dixerit; Neſcitis quid petatis.

Et ſi quis quærat, vtrū ſemper ſit neceſſarium, quod talis conditio in oratione exprimatur, videlicet, ſi expediat: an verò ſatis ſit, quod virtute in petitione ſubintelligatur. Reſpondetur, quod ſufficit virtualiter, talem habere intentionē. In oratione enim Dominica, ſine aliqua conditione bona temporalia petimus; dicentes, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hęc petitio eſt generalis. Deus

A autem diſponit pro ſuo beneplacito, quid nos magis iuuet, &c.

384. *Quæritur, an in petendis temporalibus bonis, ſit opus imperfectionis?*

Videtur quidem eſſe opus imperfectionis, temporalia quærere, & petere, cum Chriſtus dixerit illi iuueni: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & ſequere me,

B & Matth. 6. Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis, nec corpori veſtro, quid induamini, & ſubdit ſtatim; Hæc enim gentes inquirunt. Scit autē pater veſter, quod his omnibus indigetis. Propter hoc Alexander Alenſis affirmat eſſe opus imperfectionis, petere à Deo huiuſmodi bona temporalia.

Reſpondetur dicendo, quod ea, quæ ſunt neceſſaria ad vitam degen-

C dam, non eſt opus imperfectionis: cum teneamur ex charitate conſeruare propriam vitam, imò Chriſtus ipſe in oratione, quam nos docuit, ait, Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Quæ quidem petitio, vt S. Auguſtinus docuit, concernit omnia, quæ ad victum ſunt neceſſaria; ergo non eſt imperfectio illa petere. Bona verò, quæ ſunt ſuperflua etiam ſi ad bonum finem dirigantur, eſt opus

D imperfectionis, ea à Deo petere: vt quotidie fieri videtur à quibuſdam, qui non contenti de neceſſarijs, ſemper quærunt, vt ait quidam Propheta addere domum, domui; & quod indecentius eſt, de clericis, qui ad plura beneficia, plura dico, vltra ea, quæ illis ſufficiunt, procurāda ſemper anhelant, fieri enim non poteſt, vt ſit

opus perfectionis, ea bona a Deo petere, quorum poſſeſſio ſine periculo animæ, non inuenitur. Ergo illa petere eſt opus imperfectionis. Falſum eſt ergo dicere, quod ea, quæ ſunt nobis neceſſaria, ſint opus imperfectionis, ea à Deo petere. Et licet Chriſtus dixerit illi. Vade vende oĩa q̃ habes, non propterea cõſuluit, vt nulla tibi ratione victũ pares: vel petendo eleemoſinas, vel ſuis manibus operãdo. Vel dico ſecundò: quod etiam ſi verum eſſet, quod eſt conſilium ſpernere bona temporalia neceſſaria ad victum, non tamen inde ſequitur eſſe opus imperfectionis, Deum pro illis orare. Nam licet ſit imperfectio illa bona deſiderare; ſuppoſito tamen iã iſto imperfecto deſiderio, velle illa per Deum obtinere, non eſt hominis imperfecti, ſed potius religioſi, atq; teſtantis ſe nolle aliquid ſperare, niſi à Deo, etiam quantum ad n animã. Ad illud Matthæi reſpõdetur. Quod tantum prohibetur ſolicitudo, id eſt, anxietas, & cura nimia rerum temporalium. Qui autem illa petit à Deo, non eſt ſollicitus. Hæc Arragona in eodem loco, 2.2. D.Tho. q.83. art.6.

Ex quibus infertur licitum eſſe, in oratione, petere mortẽ, vel propriã, vel alienam, non abſolutè, ſed conditionaliter, ſi homo finaliter non ſit corrigendus. Nam hæc etiam inter bona temporalia connumerantur, vt Cyrillus fecit orando Deum, vt hæreticum quendam reſipiſcere nolentem occidat. Idem ſimiliter poterit in ſe optari, ſi timetur, quod diu viuens in peccatum cadat. Id. n. eſt licitum viris iuſtis deſiderare; quod inter Dei beneficia computatur, iuxta illud di-

A uinæ Scripturæ. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam eius. Tale aũt eſt eos de hoc ſeculo nequam tollere, ne mali fiant. Hoc etiam petebat pro ſeipſo D. Paulus quãdo dicebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Iob quoq; mortem deſiderabat propriã. Nec in hoc vir tam iuſtus peccauit. Melior eſt. n. mors, quàm vita amara: de duobus aũt, quorũ alterum eſt eligendum,
B illud videtur præeligendũ, quod eſt melius. Et quia optare ſibi mortẽ, eſt de re particulari, vt ſupra dictum eſt, hoc deſiderium conditionale debet eſſe, videlicet, ſi Deus expedire viderit; & ſic à Deo eſt petendum, cum ſit quid temporale.

385. *Quæritur, an liceat in oratione petere ſibi, vel alijs mala pœnalia?*

C RESpondetur negatiuè. Nũquam licet mala optare, niſi in ordine bonum, vt, ſ. per flagella quis ad Deũ conuertatur. Et ſic ſunt intelligendæ innumeræ imprecationes, quæ ponũtur in diuina ſcriptura, contra inimicos. Quale eſt illud: Erubeſcãt, & cõturbentur vehementer omnes inimici mei. Pſal. 6. & illud: Conſtitue ſup eum peccatorẽ, & diabolus ſtet à dextris eius: cum iudicatur, exeat condẽ-
D natus, & oratio eius fiat in peccatũ. Pſal. 108. Quibus in locis conturbationem inimicorũ per tribulationes petit Propheta, vt per eas corrigãtur, & conuertantur ad Dñm. Poſſunt & vltra dictam expoſitionem loca illa tripliciter intelligi. Primò, vt ſit ſenſus, quod ſancti poſtulant; non vt ipſi peccatores [illegible]antur, ſed tantũ,

quod

Digitized by Google

quod in eis deſtruatur regnum pecca ti, deſtructis, ſ. in eis peccatis ipſorũ. Secundò, ꝙ verba illa fuerunt dicta non per modum imprecationis, ſed ꝑ modũ prophetiæ, quod illis eueniet, enunciãtis tunc præſens optatiui, vel imperatiui ponitur pro futuro modi indicatiui. Quale eſt illud: duplici cõtritione contere eos Dñe, i. conteres. Tertiò, ꝙ Prophetæ verba illa dixerint cõformando voluntatẽ ſuã cum volũtate diuina, circa damnationem perſeuerantiũ in peccato. Mala temporalia orare, & petere alijs ex odio eſt peccatũ mortale: & ſimiliter poſtulare poſſe facere mala culpæ, vt furtũ aut adulterium. Ibidem Arrag. ſuper D.Thom. 2.2.q.83.art.6.

386. *Quæritur, an vniuerſaliter ſit pro omnibus orandum viatoribus, & quibuſcunque peccatis implicatis?*

VIdetur negatiuè reſpondendum, dicente Ioan. 5. ſua canon. c.5. in hunc modũ: Qui ſcit fratrem ſuũ peccare, peccatum ad mortẽ, petat & dabitur ei vita peccati, nõ ad mortẽ, & peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, vt roget qs. Quibus verbis ſignificat, aliqua eſſe peccata, in quib. qui inuenti fuerit, ad mortẽ vſq; nõ expiabit.

Rñdetur in hoc quæſito; D.Tho. breuiter reſpondet, dicendo, qđ ſicut tenemur omnes diligere, ita ꝑ oĩbus orare tenemur: ita etiam charitas requirit. Vnde Iaco.5. ait, Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Arragona verò in hoc art. 7. 2.2.q.83. multa dicit, q̃ ad breues concluſiones perſtringere conabor. Et primo dico, ꝙ ex natura rei, ꝑ oĩbus viatoribus ſit orandũ, cũ

A oĩbus ſalutem optare debemus; ẽt, ꝑ obſtinatis orare debemus; ait D. Aug. Qui põt, Deo aſpirante, in momẽto conuerti. Vñ Chriſtus pro oĩbus mortuus eſt, & vult oẽs hoĩes ſaluos fieri: & venit vocare peccatores ad pœnitentiã. Ergo ex ſui natura pro oĩbus orare tenemur. Secundò dicimus, ꝙ ex ordinatione Eccleſiæ pro excõicatis, qui orat nomine Eccleſiæ, nõ põt pro illis orare, ſed tantum qñ priuatè orat tunc pro oĩbus orare põt, etiã

B in Miſſa, in Memento. Sic ait Nauar. in ca. Quando, de conſecr. diſt. 1. notab. 19. nu. 71. & Couarr. ſuper c. Alma mater, §.6. nu. 4. quamuis Arrag. dicat, ꝙ hæc opinio q̃uis clemens ſit, & forſan vera, periculo tñ non caret; qa Eccleſia põt priuare excõicatum, ẽt de priuata oratione. Et tunc pro tali non dẽt orari. Tum ẽt, quia ſacrificio Miſſę ſemper ſacerdos orare videtur nomine eccleſiæ. Vt D. Tho. do-

C cet loco citato in ſolu. ad ſecundum.

Nec obſtat, ꝙ Eccleſia in die Paraſceues ſpecialiter orat pro hæreticis, & ſchiſmaticis, quia hoc facit in exẽplum Chriſti, qui ea die pro omnib⁹ orauit, ſicut pro omnibus paſſus eſt. Ad argumentum ex verbis Ioannis nonnulli affirmãt peccatum ad mortem, vocari ſolum finalem impœnitẽtiam, hoc eſt peccatum, quod vſque

D ad mortem durat. Sed ſi credit illũ aliquando pœnitere, tunc poteſt pro eo orari. Alij dicũt vocari a Ioãne peccatũ ad mortẽ illud, quod a Chriſto alio noĩe appellatur peccatum in Spiritum ſanctum, nõ remittitur ei, nec in hoc ſeculo, neq; in futuro. Dicunt D.Tho. D.Antoninus, D.Hieronymus, & D.Chryſoſtomus, & alij Do-

ctores

A

ctores, quòd uerbũ in filiũ hominis eſt blaſphemia in Chriſti humanitatem iactata, quales fuerunt illæ Iudæorum, dicentium, Chriſtũ eſſe voracem, potatorem uini, amicum Publicanorum, &c. Verbum autem in Spiritum ſanctum, eſt blaſphemia in Chriſti diuinitatem prolata. Qualis fuit illa in Beelzebub, principe dæmoniorum eijcit dęmonia, quia opꝰ diuina virtute factum, uirtuti dæmonis tribuebant.

B

Diuus Auguſtinus verò ait in Enchiridio, cap. 83. Blaſphemiã in Spiritum ſanctum eſſe finalem impœnitentiam, ut ſupra dictum eſt. Hoc eſt, peccatum mortale ad finem uſque uitæ perſeuerans. Blaſphemia uerò in Filium eſt quodcunque aliud peccatum. Vlterius D. Thomas loco citato, & alij recentiores doctores aiunt, quod peccata, quę committuntur per fragilitatem,

C

ſunt in Patrem, cui tribuitur potentia. Quæ uerò per ignorantiã ſunt in Filium, cui tribuitur ſapientia, quę autem procedunt ex certa malitia, illa ſunt in Spiritum ſanctum, cui tribuitur bonitas. Et intelligit Diuus Thomas, per operari ex certa malitia, operari ex ipſa electione mali, ut ipſe ſe exponit, citans ea, quæ dixerat 1.2. quęſtione 78. articulo primo, & tertio.

D

Ait tandem hic auctor ex quodam ſcriptore: non eſſe ullos peccatores, pro quibus non ſit orandum. Aliæ concluſiones in ſequentibus quæſitis ponentur.

387. *Quæritur, an ſit orãdum pro his, quorum non eſt vlla ſpes, vt corrigantur?*

VIdetur certè pro talibus non eſſe orandum, quia cum oratio fiat, vt exaudiamur, ſi ſpes exauditionis tollatur, fruſtra oratur. Vnde D. Th. in reſponſione ad ſecundum huius articuli, 2.2. quęſt. 83. ait, quod contingit aliquando, quod oratio pro alio facta, non impetrat, etiamſi fiat piè, & perſeueranter, & de pertinentibus ad ſalutem, propter impedimẽtum, quod eſt ex parte eius, pro quo oratur, ſecundum illud Hieremiæ 15. Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me non eſt anima mea ad populum iſtum. Et illud Eccleſiaſt. cap. 7. Nemo poteſt corrigere, quẽm Deus deſpexerit, & habetur etiam de correctione fraterna, quod quando nõ ſperatur emendatio, non tenemur corripere, ita videtur de oratione ſentiendum.

Reſpondetur, quod non ſit eadẽ ratio. Quia quod homo non poteſt, poteſt Deus, quamuis etiam ſit uerum, quod multi dicuntur derelicti, atque deſpecti a Deo, in ſacris literis: non eſt, quia ipſis deneget illa auxilia, quæ neceſſaria ſunt, & ordinaria, quibus conuerti poſſent, ſed illa uberiora, & extraordinaria, quæ ſi conferrent, ſine dubio conuerterentur. Quamuis enim interdum Deus aliquibus peccatoribus, dum ſunt in peccato, immittat copioſa auxilia, & illos, momento temporis, conuertat ad ſe, ut Paulo contigit, atq; Magdalena, tamen ut plurimum, & maio

Digitized by Google

ri ex parte in conuerſione procedit ſenſim, atque paulatim. Prius ſcilicet reuocando ipſum peccatorem ad ſobriam mentem, & deinde illum paulatim diſponendo, & idoneum efficiendo ad ſuſcipienda illa auxilia, quibus vltimatè ad gratiam diſponatur. Itaque Deus in conuerſione peccatoris regulariter hoc modo procedit, quod primò incipit a generalib. & minoribus auxilijs, aptis tamē ad producendos ſuos effectus, ſi homo permittat ſe ab illis duci, atque regi. Cuiuſmodi ſunt morbi, ſeu euentus felices, uel aduerſi. Quibus auxilijs, ſi homo ſe remoueat a uoluntate peccandi, tunc Deus magis fauet, & ſuppeditat illi maiora auxilia, quibus magis arceat voluntatem eius à ſtudio peccandi, idq; efficit per prædicatorū voces, per lectiones, per timores, &c. Quibus auxilijs, ſi homo rectè vtitur, & magis, ac magis continet ſe a peccato, & ſibi totus diſplicet, incipit Deus tunc acrius inſtare, & abundantiori auxilio efficit, ut perfectè deteſtetur peccata, & ad Deum ſe toto corde, & anima conuertat; cæterum, ſi èconuerſo peccator contēpſerit illa priora auxilia gratiæ, & magis generalia, Deus etiā quaſi ſubſiſtit, & ſe quodā modo cōtinet à cōferendis ulterioribus auxilijs. Sed illa eadem priora iterum, atque ſępius repetit, atque multiplicat: ſemper paratus, ſi prioribus auxilijs homo rectè utatur maiora conferendi. Nam qui infidelis eſt in minimo, ideſt, qui contemnit priora auxilia, in maximo infidelis erit. Dicitur ergo Deus peccatores derelinquere, atque deſpicere, cum propter ſua peccata dene-

A gat illis, non illa auxilia, quæ neceſſaria ſunt, & ordinaria, quibus conuerti poſſunt, ſed illa vberiora, & extra ordinaria, quæ ſi conferret, ſine dubio conuerterentur. Nam ſi cū Deus aliquem peccatorem iacentē in peccato, vocat & excitat ad pœnitentiā per illa priora auxilia, quæ diximus paratus conferre poſteriora, ſi prioribus rectè utatur, vehementioribus, & extraordinarijs auxilijs pulſaret,

B ut fecit in Paulo, ſine dubio conuerteretur, ſed tamen non dat hæc auxilia, ſed potius illa priora ſæpius repetit, & continet ſe a conferendis ultimis auxilijs, & maioribus, quoad vſque prioribus rectè vtatur. Idque facit, quia propter illa priora peccata habet illum exoſum, & in hoc conſiſtit ea derelictio, a qua peccatores dicuntur derelicti, eſtque effectus ſuorum peccatorum. Quod ita eſſe

C intelligitur ex illo Matth. 11. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ in te factæ ſunt, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent, ex quo conſtat, quod quamuis Deus ſciebat Tyros, & Sydonios eſſe conuertendos, ſi vidiſſent ea miracula, quæ viderunt ciues Corozaim; tamen nec denegauit illis auxilia neceſſaria, & ſufficiētia, quibus poſſent

D cōuerti, nec dedit illis hoc auxilium miraculoſum, quò ſine dubio conuerterentur: quia erant reprobati à Deo propter ſua peccata: & ideò iuſtè hoc modo derelicti: Quamuis ergo nemo poſſit corrigere, quem Deus deſpexerit, & multi dicuntur derelicti: & deſpecti a Deo ad modum iam explicatum: nō tamen ex hoc infertur, non

eſſe

eſſe orandum pro illis, cum oratio nõ ad id ordinari debeat, vt aliquid contra diuinam voluntatem fieri velimus, ſed tantum, vt Deus ea auxilia conferre dignetur, quæ efficacia fuerint, vt homo exeat a peccato, niſi cõtrarium eius diuinę conforme fuerit voluntati. Cui, ſi nec expreſsè, nec tacitè homo votum ſuum, aut deſiderium ſubmiſerit, ſuperba, & deprauata erit oratio, quia perinde erit, ac ſi peteret: Domine fiat quod ego volo, non quod tu vis, quod eſt diuinæ voluntati temeritas: ac proinde illicitũ, & contra illud Matth. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra: Propter quod Diuus Auguſtinus ſuper Pſal. 100. in illa verba. Non adhæſit mihi cor prauum: dicebat cor prauũ habet, qui non vult, quod Deus vult. Idem Arragona ſuper D. Tho. loco citato.

388. *Quæritur circa infideles, an pro ipſis ſit orandum priuata, & publica oratione?*

RESpondetur affirmatiuè, ꝙ ſiue priuata, ſiue publica oratione licitum eſt vnicuique pro illis orare, propter rationes à nobis ſuperius poſitas, quæ non minus militant in infidelibus, quàm in alijs peccatoribus, quod inſinuare videtur Paulus. 1. ad Timoth. cap. 2. dum dicit: Obſecro primum fieri obſecrationes, orationes, & poſtulationes pro omnib. hominibus, pro regibus, & omnibus, q in ſublimitate conſtituti ſunt. Certũ eſt autem tempore Pauli omnes Reges, pro quibus orationes fundendas eſſe dicit, eſſe infideles. Ac etiam Au-

A guſtinus in epiſtola ad Marcellinũ, in hunc modum dicit. Legimus fratribus noſtris, & veſtris librum Beatiſſimi Cypriani, de oratione Dominica, vbi demonſtrauimus, quemadmodum docuerit omnia, quæ ad mores pertinent a Patre noſtro, qui in cęlis eſt, eſſe poſcenda, & etiam quomodo admonuerit pro inimicis noſtris, qui nondum in Chriſtum crediderunt, nos, vt credant debere orare.
B Quod vtique inaniter fieret, niſi Eccleſia crederet, malas, atque infideles hominum voluntates, poſſe per Dei gratiam ad Deum conuerti. Et reprobans idem Auguſtinus hæreſim Pelagianorum in libro de hæreſibus, & nominibus hæreticorum, dicit: Deſtruunt etiam orationes, quas facit Eccleſia, ſiue pro infidelibus, & doctrinæ Dei reſiſtentibus, vt cõuertantur ad Deum, ſiue pro fidelibus,
C vt augeatur in eis fides, nec obſtat illud, quod obijcitur ex Ioanne, cap. 3. Qui non credit, iam iudicatus eſt. Nã loquitur ibi Chriſtus de iudicio damnationis æternæ, quam in Chriſtum credere nolentes, proculdubio ſubibunt. Qui enim non peccant in lege, ſine lege iudicandi ſunt. In pręſenti tamen non debemus eos iudicare. Quia qui hodie infideles ſunt,
D cras fideles eſſe poſſunt. Et ideo pro eis eſt orandum. Hæc ibidem Aragona eodem articu. 7. Thom. 2. 2. quæſt. 83.

389. *Quæritur an ſit orandum pro præſcitis, & reprobis?*

RESpondetur ex D. Thom. in eodem artic. 7. quæſt. 83. 2. 2. qui reſpon-

reſpondet, quod quemadmodum nemini debemus ſubtrahere correctionis beneficium, quia neſcimus quis ſit quẽ Deus proiecerit: ita etiã pro pręſcitis orandum eſt, quandiu ſunt in hac vita, quia non poſſumus eos a prędeſtinatis diſcernere. Quib. verbis ſignificare videtur, ꝙ ſi ſciremus, q ſunt reprobi, nec eos corrigere, nec pro eis orare debemus. Et qm̃, quamuis in particulari de nullo viuẽte ſciamus, ꝙ ſit pręſcitus, in genere tamẽ conſtat, aliquos eſſe prędeſtinatos, & aliquos pręſcitos. Ex hoc ſequi videtur, ꝙ nec poſſimus orare pro pręſcitis in cõmuni, quicũq; ſint illi. Quod & confirmari poteſt exẽplo Chriſti, qui nũquã legitur pro reprobis oraſſe, ſed tantum pro electis, & pro illis, qui in eum erant credituri, & ſic Ioan. 17. de Apoſtolis docens, vel loquens ſic dicit: Ego pro eis rogo, nõ pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt, & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt & ego ad te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint vnum ſicut & nos, &c. Et ratione ſic argumentor. Oratio pro reprobis fuſa, eſt omnino ſuperflua, cũ repugnet pręſcitos a Deo ſaluari, ergo pro illis orandum non eſt. Qui enim orat, debet ſecundum ſuam uoluntatẽ, & petitionem Dei ſubijcere, ſed qui pro pręſcitis orat, vt ſaluentur, cum ſciat voluntatem Dei oppoſitã eſſe, non ſolum non ſubijcit ſuam uoluntatem Deo, ſed illi uidetur reniti, & aduerſari: ergo eius oratio non ſolum ſuperflua, verum etiam culpabi-

A lis, & temeraria erit dicenda.

His tamen non obſtantibus, dico. Quod quamuis quiſque benè poſſit nominatim orationẽ fũdere ad Deũ pro prędeſtinatis, nulla facta mentione de reprobis, tũ quia nõ ſemper, ꝙ aliquis orat, tenetur orare ꝓ oĩbus, atq; adeò poterit pro ſolis prędeſtinatis orare, vt illa oratio dicit. Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ, in ſuperna felicitate locãdus, &c. nõ B tenemur reprobos noĩatim, nec in cõi, nec in particulari à noſtris orationibus excipere. Exẽplo Chriſti, q pendens in ligno generaliter, ꝓ crucifixorib. patrẽ orauit, quorũ plures certũ eſt fuiſſe reprobos. Et ẽt eccleſia cõiter pro viuis, & defunctis fidelibus ſacrificium offerre ſolita eſt: & tñ dubitari non poteſt, inter viuos, alios eſſe reprobos, & alios prędeſtinatos: & tãdẽ dico, licet noſtra oratio C pro reprobis fuſa ad glorię conſecutionẽ prodeſſe nõ poſſit, ut minus tñ peccent, atq; ex conſequẽti vt minus puniãtur poterit prodeſſe, & ſic erit vtile, ẽt ꝓ reprobis orare: & ad illud Ioan. dico, ꝙ ſolũ orat Chriſtus pro prędeſtinatis, & nõ pro reprobis, ut ex verbis ipſius ſufficiẽter colligere licet. Et ex hoc tñ non infertur, ꝙ nõ ſit licitũ orare pro reprobis, cũ non ſemp quis tenet orare pro oĩbus, pro D quib. orare nõ ꝓhibetur. Et ad rõnẽ in contrariũ dico, ꝙ põt oratio ꝓ reprobis fuſa ad hoc deſeruire, ut rarius peccent, & mitius finaliter torqueantur, vt modo dicebã. Quia tñ abſolutè loquẽdo quiſq; uiator põt ſaluari, hinc fit, ut ꝓ quolibet abſolutè poſſimus orare. Arragona, ut ſupra art. 7. 2. 2. queſt. 83. D. Thom.

390. Que-

390. *Quæritur, an ſi Deo reuelante, mihi certo conſtet, Petrum eſſe reprobum, poſſim & debeam orare pro illo?*

VIdetur affirmatiuè reſpondendum. Ille enim homo abſolutè poteſt ſaluari: ergo & ego poſſum ſperare illi beatitudinem, atque ex conſequenti orare pro illo. Et confirmatur. Si eidem Petro fuiſſet facta reuelatio, de ſua damnatione, adhuc teneretur ſperare, quamuis eſſet certus, quod beatitudinem non conſequeretur: alioquin deſperans peccaret nouo peccato: ergo ego ſimiliter teneor ſperare illi beatitudinem, in caſu poſito, atque ex conſequẽti poſſum orarẽ pro illo.

Reſpondetur tamen in contrariũ. Nam talis oratio eſſet ſuperflua cum certum ſit Petrum beatitudinem nõ cõnſequuturum. Ad hanc difficultatem Ioãnes de Medina c. de oratione, cap. de ijs, pro quibus orandũ eſt, vt reſpõdeat, ſupponit dupliciter poſſe cõtingere, quod Deus aliquem reprobet: vno modo abſolutè ſponte ſua, nulla interueniente culpa, ex parte reprobi: alio modo ex culpa & flagitio præuiſo. Quo ſuppoſito dicit; quod pro eo, quod conſtat eſſe reprobum, primo modo non eſt orandum: quia tunc, inquit, voluntas Dei eſt abſoluta, cui contrarie, & inutile, & temerariũ eſt. At verò pro eo de quo conſtat eſſe reprobum ſecundo modo eſt orandum. Quia tunc reprobatio partim pendet ex voluntate hominis reprobi, quam flecti, & in melius mutari poſſe, nemo eſt qui ambigat. Hæc dicit Medina, quem etiã ſequitur Corduba lib. 1. quæſtionarij. q. 51. Cæterum hic modus dicendi mihi nõ placet. Præſupponit enim non eſſe in Deo vnam, & eandem rationem reprobandi homines; ſed illũ quoſdã reprobaſſe nulla præuiſa culpa, alios autem culpa præuiſa; quod planè falſum eſt. Nam cum Deus nõ habuerit actum voluntatis, quo voluerit abſolutè, & ſine ordine ad peccatum, quoſdam homines excludere à gloria, vt ex ſententia D. Thom. colligunt Doctores. 1. 2. q. 23. art. 3. fieri non poteſt, vt aliquos reprobauerit, nulla culpa præuiſa. Quod & iſta ratione probatur. Quæ Deus decreuit, & ſtatuit facere ab æterno, nullo modo poſſunt melius à nobis peruestigari, quam ex ijs rebus, quas videmus in tempore feciſſe: nam proculdubio Deus id ab æterno ſtatuit facere, quod in tempore fecit; ſed Deus in principio omnibus creaturis rationalibus, quas cõdidit, dedit gratiam gratum facientem, quæ forma ſupernaturalis eſt, ex natura ſua ordinans illum, in quo eſt ad vitam æternam; & ſic omnes Angeles creauit in gratia, & omnes homines ſimiliter, cum primo homini, in quo reliqui erant, & ex quo alij erant propagandi, gratiam, & iuſtitiam contulerit, ea lege, quod ſi perſeueraſſet vſque ad finem, omnes ex illo nati, eſſent in gratia naſcituri: ergo circa omnes creaturas rationales in communi habuit Deus actum voluntatis; quo quãtum ex ſe erãt, voluit illos eſſe beatos ſupernaturaliter, atque ex conſequenti non fuit in illo actus voluntatis, quo voluit abſolutè, & ſine ordine ad peccatum quoſdam homines reprobare, illos à gloria excludendo. Et confirmatur:

tur: ſi in Deo eſſet talis actus, nec eſſet actus miſericordiæ, neque iuſtitię, quia nullam culpam præſupponit, nec ēt prouidentię. Quia quāuis prouidentia, quæ verſatur circa res defectibiles, permittat aliquando aliquos deficere a fine propoſito; tum quia ad bonum vniuerſi, quod Deus principaliter intendit, pertinet quod rerum naturę, quę ſunt partes illius nō perturbentur; ſed vnaquæque in ſuo naturali eſſe integra, & perfecta maneat, tum etiam quia quando Deus prouidet creaturis habentibus libertatem arbitrij, qua poſſunt, ſe in quācunque partem maluerint vertere, non ita prouidet illis, vt neceſſario ſuum finem conſequantur. Nam hoc eſſet perturbare rerum naturas. Prouidentia enim Dei, quantum eſt ex parte ſua, intendit, vt omnia finē propoſitum aſſequantur. Ergo cum ille actus, quo Deus voluit abſolutè, & ſine ordine ad peccatum, quoſdā homines excludere à gloria, nec ſit miſericordiæ, neque iuſtitiæ, neque prouidentiæ, nullo modo eſt ponendus in Deo. Alio modo dicēdum eſt, quod mihi magis placet. Et hoc eſt, quod Deus aliquando omninò vult res ſic eſſe determinatè, vt de damnatis, qui ſunt in inferno, vbi nulla eſt redemptio. Aliquando autem non eſt omninò irreuocabiliter determinata diuina voluntas, ſed adhuc pendet ex noſtra diſpoſitione, vt ſi nos conuertemur, & ipſe ad nos conuertetur, ſi verò non conuertemur, nec ipſe conuertetur ad nos. Nec propterea ipſe mutatur, quia ſic ab ęterno decreuit, facta reuelatione à Deo, de propria vel alterius damnatione, regulariter loquendo intelligitur conditionalis, ideo eſt orandum, vel pro ſe, vel pro altero, etiam ſi conditio non exprimatur. Si autē abſolutè à Deo manifeſtetur illa damnatio, non eſt oratio fundenda, quia vanum eſſet: niſi oretur, vt minori pœna puniatur. Quia vbi deeſt obiectum ſpei, vt eſt in damnatis, non poteſt quis orare, neque pro ſe, neque pro alijs. Hæc ex Arrag. ſuper D. Thom. 2. 2. quęſt. 83. articulo 7.

391. *Quæritur an ſit orandum pro illis, qui ſunt extra mundum?*

RESpondetur, & dico, quod certū eſt pro illis, qui ſunt in purgatorio eſſe orandum, vt fides Catholica docet: & prout manifeſtè ex illo lib. 2. Mac. 2. vbi dicitur. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluātur. Quod etiam habetur diffinitum in Concilio Cabilonenſi, & refertur de conſecra. diſt. 1. ca. Viſum. & confirmatur ex vſu Eccleſiæ. Dicimus ſecundo etiam eſſe certum de fide, quod fęlicitas beatorum in cœlis, & tormenta damnatorum in inferno, ſunt futura perpetua, vt ex ſacris literis manifeſtè colligitur pluribus in locis: & ideo pro huiuſmodi non eſt orandū, ſcilicet nec pro beatis, nec pro damnatis. Quātum ad eos, qui ſunt in inferno, habetur exemplum de Diuo Gregorio, de quo legitur quod orauerit pro Traiano Imperatore: tum etiā quia Beata Agnes ſuſcitauit filium illius præfecti, qui cum eſſet infidelis certum eſt, quod erat in inferno damnatorum, & multi Sancti, atque Apoſtoli,

ſtoli, ſic ſimiliter orauerunt multoſq; infideles ad vitam ab inferis reſuſcitauerunt, vt eccleſiaſtica refert Hiſtoria. Tamen dicimus, quod non licet orare Deum pro illo, de quo conſtat eſſe damnatum in inferno, vt reſtituatur ad vitam, & pœnitentiam agens ſoluatur, niſi ex ſpeciali reuelatione, vel motione diuina id fiat, vt notat Sotus in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 2. Illa autem hiſtoria Traiani non eſt certa; nõ eſt enim vero ſimile, quod D. Gregorius illam, ſi vera eſſet, litteris non mandaſſet in dialogis, qui multa alia minora ſcripſit. Vel ſi admittamus hiſtoriam dicendum erit Beatum Gregorium, & omnes alios Sanctos, qui infideles ad vitam reſuſcitauerunt, id ex ſpeciali reuelatione diuina fecerũt, vt Sotus loco citato, & Medina c. de oratione, cap. de his, pro quibus orandum eſt, fatentur. Nec tunc erãt finaliter, & irreuocabiliter damnati, ſicut ſunt alij de lege communi, vbicunque eorum animæ detinerentur. Vltra hæc argumẽta, poſſet fieri aliud deſumptum ex verbis, quibus Eccleſia vtitur in orationibus, quas pro defunctis ad Deum fundit, quibus etiã pro illis, qui in inferno ſunt orare videtur dicens. Abſolue Domine animas omnium fidelium defunctorũ, & gratia tua illi ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. Et alibi Domine Ieſu Chriſte libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, & de ore leonis, ne cadant in obſcurum: à morte æterna: & ne peremni cremer igni. Quæ de his, quæ ſunt in purgatorio commodè intelligi nõ poſſunt, cum certa ſit Eccleſia de il-

A lis, quod non abſorbebuntur à leone, nec caſuræ ſunt in obſcurum lacum, & ſic de alijs fidelibus, qui ſine gratia diſceſſerunt videntur intelligenda. Hæc ex Arrag. ſuper D. Tho. eodem art. 7. 2. 2. quæſt. 83.

392. *Quæritur an qui orat non ex præcepto, ſed ex propria voluntate, non orans attentione, ſic cognita, aliquo peccato peccet?*

B

Videtur non peccare, vllo modo; vt ait Gabriel in can. lect. 62. & ratio illius eſt. Quia cum oratio, in illo caſu non ſit neceſſaria, ſed ex propria volũtate, non eſt peccatum; quia ſicut poteſt, ſine peccato dimitti, ita poteſt etiam ſine peccato ab ea attentione abeſſe; ita ipſe aſſeuerat.

Reſpondetur ſiue ex præcepto, ſiue ex voluntate otioſa, ſemper attentio requiritur, non ſolum ad aſſequẽdum fructum orationis, ſed etiam ad vitandam culpam. Quia eſt magna irreuerentia loqui cum Deo oretenus tantum, & corde vago ad alia diuertere. Vnde Matth. 15. Chriſtus tales reprehendens adduxit illud prophetæ. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Et D. Cyprianus ait. Hoc eſt cum oras Dominum, maieſtatem Dei offendere. Et D. Chryſoſt. etiam ait. Quod qui ita Deum orat, ſimilis eſt illi, qui ante principem loquendo, illi terga vertit, quo facto magis irritat quam eum prouocet ad tribuendum quod deſideratur. Verum quia non orat ex præcepto. Sotus lib. de iuſt. & iur. 10. q. 5. art. 5. ait non peccare niſi venialiter. Ego verò putarem, ſi quis dedita opera,

tà opera, ſic oraret conſiderans quod Deo huiuſmodi oratio diſpliceret, & tamen non curat, de diſplicentia Diuina fortè amplius, quàm venialiter peccaret. Cum quaſi videatur quædā irriſio. Secus eſſet, ſi non conſideraret hanc Dei diſplicentiā, ſed ex quadam incuria & negligētia, ſic oraret, non attendens quid dicat, nec cui loquatur. Hæc Arrag. ſuper D.Thom. 2.2.q.83.art.13.

393. *Quæritur, an orantes ex præcepto, nec habentes attentionem, vt ſæpe ſæpius contingit in clericis recitantibus horas canonicas, teneantur denuo diuinum officium dicere?*

VIdetur ſecūdum D.Antoninum 3.par.tit.13.cap.4.& Medina in tract.de oratione partem tenere negatiuam; dicentes quod quamuis clerici recitantes diuinum officium ſine attentione peccent mortaliter, non tamen diuinum officiū iterum perſoluere ſunt obligandi. Et probant ſic. Qui Eccleſiam ad audiendam rem ſacram die feſto intrat cum animo tamen mortaliter corrupto, ſi ſacrum audiat, præceptum adimplet, ergo pari ratione dicendū eſt, quod qui Pſalmorum ſubſtantiā profert, eſto ſciens & prudens vaga mente id faciat, ſatisfaciat debito orandi?

Reſpondetur dicendo, quod qui officium diuinum, ad quod tenetur ſine actuali, vel virtuali attentione dicit, ad illud in integrum perſoluendum ſub mortali obligatur, vt ait Sotus, lib. 10.de Iuſtit.quæſt.5.artic.5. & alij Doctores. Pro quo nota, ſecundo poſſe contingere, quod quis dum

A orat ex præcepto, conſultò, & dedita opera vagetur, vno modo, cum propoſito iterum idem officium dicēdi, quoniam intelligit illud à ſe non rectè dici: & talis tenetur ſine dubio totum officium iterum perſoluere, quā uis in eo, quod ſine attentione orauerit non peccat mortaliter, ſed tātum venialiter. Quia cum nolit illa ſua oratione ſatisfacere præcepto, illud iudicium habendum erit de illa, ac de

B alijs orationibus volūtarijs. Alio modo poteſt ſe quis voluntariè diſtrahere in oratione cum animo ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ, per illam orationem, nec iterum eam recitandi: & talis peccat mortaliter: Et præterea tenetur iterum idem officium in integrum dicere; & quidem quod ſic orans peccet mortaliter eſt res manifeſta: quia non orat ſicut præcipit Eccleſia, nec habet animum iterum le-

C gitimo modo, orandi. Quod autem etiam tenetur iterum diuinum officium perſoluere, quando adeſt tempus & facultas ſatisfaciendi, cū nondum ſit dies elapſa, vt ſupponimus: ergo adhuc tenetur ſoluere diuinum officium cum attentione. Hæc Arragona ſuper D.Thom.2.2. quæſt.88. artic.3.

D 394. *Quæritur, an clerici horas canonicas non dicentes, aliquam teneantur facere reſtitutionem?*

REſpondetur, non habentes beneficium, ad nullam tenentur reſtitutionem, nec temporalem nec ſpiritualem, quamuis mortaliter peccent. Ita ait hic Arrag. ſuper D.Tho.2.2. quæſtio.83.artic.13. Hoc eſt contra

Digitized by Google

quod ſcripſimus in Quæſito noſtro olim impreſſo 240. vbi recitatur opinio Ioan. Viguerij, qui tenet, q̄ ad ſpiritualem reſtitutionē unumquemq; clericū in ſacris conſtitutū teneri ad reſtitutionē circa officium non ſolutū, vt alijs orationibus reſarciri debeat, cū fraudauerit Eccleſiā de ſuffragijs, quibus aīæ viuorū, & defunctorum iuuantur. Quę quidem opinio ſemper mihi valde placuit, atque conſului quibuſcunque in hoc delinquentibus inueni. Quantum verò ad eos qui ſunt beneficiati, quomodo teneantur ad reſtitutionem, vide in pręfato articulo noſtro citato, vbi uidebis noſtras diſtinctiones, quas facit Ludouicus Lopez benè, & conueniēter digeſtas, cum moderamine iuſto circa reſtitutionem, quam in multis caſibus non tenemur, vel tantum aliquam partem contra aliquot, qui nimis rigidè procedunt. Et ſi Canonici teneantur in choro perſonaliter eſſe, & pſallere ſimul cum alijs: tamen quando figuratè cantatur, tunc cum illis canere non tenentur, ſed poſſunt intra ſe dicere. Pręterea ſi quis eorum, ex iuſta cauſa, non cantet, vt pręinfirmitate, & huiuſmodi, non amittit diſtributiones, neq; fructus. Veruntamen, ſi eſſet aliqua ſpecialis conſuetudo, & conſtitutio, ut non lucraretur, niſi qui adeſſet, etiāſi legitimè abeſſet, illa uideretur ſeruāda, quamuis id eſſet irrationabile.

Huius auctoris opinio, qua dicit Canonicos non teneri corporali pręſentia pſallere in choro cum alijs, non mihi placet, poſita in calce huius articuli, uidetur enim eſſe contra Concil. Tridcnt. atque contra Extrauagā A tem Pij V. vt ſupra tactum eſt in quæſito noſtro pręallegato.

395. *Quæritur, an inueniri poſſit aliqua oratio, per quam infallibiliter obtineatur a Deo id, quod poſtulatur?*

RESpondetur, certum eſſe de fide eſſe aliquam orationem infallibiliter efficacem ad impetrandum, B quod poſtulatur ex verbis Chriſti dicentis, & promittentis Ioan. 16. Amē dico uobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. & iterum. Quodcūque volueritis, petetis, & fiet vobis. Veruntamen quatuor oratio habere debet. Prima, quod ſit pia, hoc eſt, ex fide, ſpe, & charitate procedens. Secunda, quod ſit de neceſſarijs ad ſalutem. Tertia, quod ſit C facta perſeueranter. Quarta, quod ſit pro ſe, non autem pro alio. Has conditiones ponit D. Thom. in hoc articulo 15. 2. 2. q. 83. in reſponſ. ad 2. Modo aſſecutio peccato non impediatur, ſi hæc omnia affuerint ex debito promiſſionis, ad uotum condeſcendet orantis. Et D. Chryſoſto. ait: Ab oratione non recedas, donec accipias finem poſtulati. Illud enim omnino eſt obſeruandum, quod pro ſe oret, vt accipiat, quoniam Chri- D ſtus dicit: Si quid petieritis in nomine meo fiet uobis, non dicit alijs, ſed vobis. His igitur, quę diximus cōcurrentibus, certi ſimus, ſicut eſſe debemus, quod oratio noſtra erit impetratoria, immo ex debito, & ex iuſtitia legali complenda, ſiquidem ad id Chriſtus ſua ſe obligatione, & promiſſione obligauit. Et quamuis non

iſta-

Digitized by Google

ſtatim Deus vota orationis cōpleat, non propterea diffidendum eſt. Differt enim aliquando vota complere, prout ipſe ſcit, ad gloriam ſuam, & noſtram ſalutem magis expedire. Et hæc dicta ſint de iſta difficultate. Arragona in dicto articulo citato, vt ſupra annotauimus 2. 2. Diui Thomæ.

396. *Quæritur, an oratio viuentis pro viuente poſſit, & quid operetur, an ſcilicet valeat, ut ei prima gratia detur, vel augumentum illius?*

VIdetur affirmatiuè reſpondendū ex Matth. ca. 9. vbi dicitur, quod videns Ieſus fidem illorum, dixit paralitico: Confide filij, remittuntur tibi peccata tua. Quibus verbis apertè ſignificatur, aliorum preces valuiſſe paralitico; ad remiſſionem peccatorum ſuorum, & ex conſequenti priſtinam gratiam obtineret. Et Diuus Iacobus ait: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, &c. Et addit: Et oratio fidei ſaluabit infirmū, & ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Ergo valet oratio aliorum, vt ille, pro quo funditur, remiſſionē peccatorum, & primam gratiam conſequatur. Hæc ſunt valida argumenta.

Reſpondetur, dupliciter intelligi poſſe, quod oratio vnius valet, vt primam gratiam alter conſequatur, vno modo, vt oratio vnius valeat alteri ad primam gratiam, ſecluſo omni bono motu illius, ita. ſ. vt ex parte eius, pro quo oratur, nihil aliud ſit neceſſarium, quam non ponat obicem. Et in hoc ſenſu, certum eſt, ſecundum fi-

A dem, quod oratio vnius non poteſt alteri mereri primam gratiam. Certū. n. quod peccatori in mortali peccato iacenti eſt neceſſaria cordis pœnitentia, ut viuat. Quod ſæpiſſimè Scriptura dicit, & D. Tho. declarat. 1. 2. q. 113. artic. 5. Alio modo poteſt intelligi, quod oratio vnius proſit alteri, vt primam gratiam habeat, ita ſcilicet, quod ex parte eius, pro quo oratur, ſit neceſſaria pęnitentia cor-

B dis, non tamen tanta, quæ per ſe ſufficiat ad gratiam obtinendam, ob ſui remiſſionem. Et tali diſpoſitione exiſtenti in illo, prodeſt ei alterius oratio. Sed nec hic modus poteſt habere verum. Nam ut in materia de pœnitentia, dicitur in cōtritione, ſeu pœnitentia cordis, non eſt neceſſaria gradualis intenſio, ſed qualibet etiā remiſſa eſt efficax, vt ſit ſufficiens diſpoſitio ad gratiam. Quare ſi ita eſt,

C quod ſine pęnitentia cordis formali, aut virtuali, non poteſt peccator primam gratiam habere, & quæcunque talis, etiamſi remiſſa ſit, ſufficit, vt illam obtineat, conſequens eſt orationem alterius ad primam gratiam directè non valere, quandoquidem ea correſpondet pœnitentiæ, ſeu propriæ diſpoſitioni ipſius pœnitentis, & ſecundum eius exigentiam ſibi præſtatur. Vtrum autem oratio vnius

D taliter alteri ad gratiam proſit, quod vltra illam gratiam propriæ diſpoſitioni correſpondentem impetret illi alium gradum, non eſt ita certum.

Non enim eſt ſecundum legem, nec contra legem, ſed præter, vt conſtat. Cæterum, quamuis in libera Dei poteſtate ſit, ſalua lege, hoc modo,

orationem vnius ad gratiam alteri conferendam acceptare, probabilius tamen eſt, quod non facit, ſed ſemper prima gratia correſpondet propriæ diſpoſitioni, vt communiter docent Doctores in materia de gratia. Ex dictis infertur orationem vnius, propriè loquendo, nunquam valere, ut alteri, pro quo orat, prima gratia conferatur, valere tamen, vt ei a Deo diſpoſitiones, ad quas gratia ſequitur, tribuantur, non ex lege, nec ex iuſtitia, ſed tantum de congruo. Quo ſolummodo vnus alteri mereri poteſt, vt docet D.Thom. 1.2. quæſt. 114. art.6.

Ad argumentum de illo paralitico; reſpondetur non ſolum illi aſtantes, & precantes, ſed etiam fides eiuſdem paralitici ſibi profuit, quia ſine propria fide vitam habere nō potuit. Vnde Chriſtus dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et quando dixit. Videns fidem illorum. Cōprehendit fidem illius ſimul.

Ad aliud de verbis D. Iacobi, idē aſſeritur, quod uon ſolum oratio ſacerdotum, cum ſacramento extremę vnctionis, ſed etiam fides, pœnitentia, & deuotio infirmi ſibi ſalutē obtinent. Hęc Arragona ſuper D.Tho. 2.2.q.83.ar.15.

397. *Quæritur, an peccatores à Deo exaudiautur, impetrando aliquid, quod ipſi aſſequi deſideraut?*

Videtur nullo modo peccatores quicquam a Deo obtinere poſſe, cum eius inimici ſint. Vnde Io. 9. dicitur, Scimus quia peccatores Deus

A non audit. Et Pſal.65. Iniquitatē, ſi aſpexi in corde meo, nō exaudiet Dominus, idemque pluribus in locis diuinę ſcripturę inuenitur.

Reſpondet D.Tho. 2.2.q.83.art. 16. ſuppoſito, quod in peccatore duo ſunt conſideranda, ſcilicet, natura, & culpa. Peccator, vt peccator nō auditur à Deo: ex miſericordia quandoque tamen auditur ad vindictam, ut Auguſtinus dicit, quod Deus quædā

B negat propitius, quę concedit iratus: vt cum permittit peccatorē amplius ruere in peccata, quæ poſtulat. Tunc enim dicitur peccator, inquantum peccator orare, quando petit aliquid ſecundum deſiderium peccati. Verū quando peccator ex bono deſiderio naturę aliquid petit, tūc exauditur à Deo, non quaſi ex iuſtitia, cū nō meretur, ſed ex pura miſericordia.

C Et notandum, quod hic loquimur de peccatore in mortali peccato exiſtēte, & dicim⁹, quod hęc duo: Mereri, & Impetrare differunt, poteſtque unum ſine alio inueniri. Nā oratio Pauli 2 Corinth. 12. fuit meritoria, & non impetratoria. Et oratio Iudæorum Regem petentium. 1. Regum, cap. 8. fuit impetratoria, & non meritoria. Præterea qui diceret peccatorem nunquam exaudiri à Deo, vel ſemper exaudiri. Vtrumq;

D eſt falſum, quia in ſacra Scriptura vtrumque inuenitur: quoſdā exauditos, quoſdā verò minimè, ſi peccator petat bona neceſſaria ad ſalutē, ſemper exauditur, vt ait D. Aug. libro 2. contra epiſtolam Parmeniani. c. 8. id que intelligitur, quādo oratio habet cōditiones requiſitas, vt ſupra dictū eſt, & infra dicetur, quę ſint illæ.

Exem-

Digitized by Google

Exemplo ſit de Publicano peccatore à Deo exaudito, de filio prodigo recepto à patre, & induto ſtola prima, quæ ſignificat gratiam. Quando Chriſtus præcipit, vt oremus, dicendo: Dimitte nobis debita noſtra, quæ debita ſignificant mortalia peccata, niſi remittere vellet, non præcepiſſet.

Cõditiones autem, quas diximus, ꝙ oratio habere debeat, ſunt, quod ſit pia, perſeuerans de rebus neceſſarijs ad ſalutem: & pro ſe ipſo orante, & non pro alio fuſa, & quamuis peccator non poſſit piè orare, cum ſit impius: poteſt tamẽ eius oratio eſſe pia, vt hic ait D.Tho. quantum ad hoc, quod petit aliquid ad pietatem pertinens. Præterea quando peccator peccato, conducẽtia petit, vt dictum eſt, aut non auditur, aut ſi auditur, cõceditur in maiorem eius damnationem: quare nec hi, quorum orationes ſemper exaudiuntur, ſuperbire, nec illi, quos Deus non audit, differre, aut deſperare debebunt.

Ad illud Ioan.c.9. D.Aug. ait: illa verba eſſe hominis cæci, nondum in veritate ſatis illuminati. Voluit cæcus ille oſtendere, Chriſtum non eſſe peccatorem, vt Phariſæi dicebant. Ideò eos voluit cõuincere hoc ſyllogiſmo: Vos dicitis hominem peccatorem non poſſe facere hæc ſigna, quia miracula non fiunt, niſi virtute diuina, ſed Chriſtus illud fecit, ergo non eſt peccator, quoniam Deus peccatores non audit. Hæc Arragona ibidem, vt notatum eſt, D.Thomam ſcripſiſſe.

A

398. *Quæritur de oratione Dominica, quomodo intelligatur, de eius dignitate, atq; utilitate, quæ formam tradit, quomodo Deus ſit orandus?*

CVm circa orationem plura Quæſita ſint deſcripta, operæpretium mihi videtur aliquantulum verſari, & mentem occupari circa ipſam orationem Dominicam, quo optimè diſcamus, quid ſit a Deo petendũ, quo modo, & quare, id eſt, quo fine. Et quomodouis præſens opus, pro caſibus conſcientiæ, priori intentione cõdatur, tamen non eſt ab re, vt per auxilium Dei, quod congrua oratione captatur, de ipſa oratione loquamur, vt cor noſtrum excitetur ad orandũ pro opere perficiendo.

B

In primis D. Auguſt. dicit, quod oratio dominica eſt omnium præſtãtiſſima. Vnde ſi rectè, & congruenter oremus, nil aliud dicere poſſumus, quã quod in iſta oratione dominica poſitum eſt. Hæc.n. oratio nõ ſolum inſtituit poſtulare, ſed eſt etiã informatiua totius noſtri affectus, ut D.Tho. demonſtrat in hoc ar. 9. 2. 2. q. 83. Super quem Arragona multa dicit valde notanda, quæ quam breuius potero, hic perſtringam.

C

Eſt ergo oratio dominica omniũ præſtantiſſima, primò ratione auctoris, quia ab ipſo Chriſto, qui oratur edita, & edocta fuit, & ideò omnib⁹ alijs exaudibilior. Quomodo pater non poteſt non exaudire orationem proprij filij cum dixerit de eo nobis: Ipſum audite; hic eſt filius meus dilectus. Et ſi ergo Chriſtus dixit: ſic orabitis, Pater noſter, &c. quomo

D

Digitized by Google

do quis dubitare poterit orationem illam quacunque alia eſſe Patri acceptiorem.

Secundò præſtat cæteris omnib' in breuitate. Vnde ipſe promiſit dicens: Orantes nolite multum loqui. Dānat Christus multiloquiū, quod eſt mos gentilium, non autem damnat multorum lachrymas, & cordis ignea ſuſpiria. Docuit breuitatem, ſignificans ſe citò exauditurum. Prӕterea quando oratio eſt breuis, feruentior eſt, & frequentior, & attentior. Et Diuus Auguſtinus ait: Hoc negotium plus gemitibus, quā ſermonibus agitur, plus fletu, quàm afflatu.

Tertiò ſuperat omnes alias orationes in fœcunditate. Vnde D. Aug. ait, ſi omnia ſanctorum precum verba diſcurras quantum exiſtimo, non inuenies, quod iſta oratio dominica non contineat, & includat.

Nunc autem conſiderandum eſt principium huius excellentiſſimę orationis; ſolent ſolertiſſimi oratores, cum aliquid impetrare cupiunt a laudibus ipſius, quem rogaturi ſunt, ſuā exordiri orationem, quatenus eum beneuolum, & attentum reddant. Id que non ſolum inuenitur in prophanis ſcriptoribus, ſed etiam in diuina Scriptura. Hoc etiam magiſter, ac redemptor noſter Chriſtus pro ſua infinita miſericordia, nos habituros eſſe docuit, dum orationem inſtituens laudis exordium præmiſit, dicens: Sic autem orabitis, Pater noſter, qui qui es in cœlis, &c. Captamus autem hoc exordio Dei beneuolentiam, nō vt ipſum flectamus, cum eius voluntas ſit immutabilis. Nec vt eius beneuolentiam præueniamus, quoniā ipſe prius dilexit nos: ſed ut in nobis ipſis de ſua beneuolentia certā fiduciā excitemus. In illiſq; verbis Deus, qui petitur, ex quatuor præcipuè cōmendatur. Primò a dilectionis magnitudine, cum dicitur, Pater: Secundò à liberali bonitatis ſuæ diffuſione, cum additur, Noſter. Tertiò ab immutabili perpetuitate, cum ſubiūgitur: Qui es. Quartò a ſublimitate potentiæ declarata, per illam particulam: In cœlis. In veteri enim lege appellabatur Dominus, illius enim temporis homines magis ſeruiebant Deo timore, quam amore, quod eſt proprium ſeruorum. Nunc autem per Chriſti incarnationem, tantum Deus humano generi condeſcendere dignatus eſt, ut eos per adoptionis gratiam filios ſuos conſtituerit. Ideo nunc dicimus, Pater noſter. Nō tamen quod pater ſit ratione creationis, ſed magis rōne adoptionis, qua nos miſericorditer a filio ſuo renatos in tanti nominis honorem adoptauit: dicendo ergo, Pater gratias agimus Deo, quod gratuita adoptione facti ſumus filij Dei. Hoc nomen Pater, eſt nomen amoris, & pietatis, quoniam ipſe amat nos. Ioann. 16. paratus dare, antequā petamus, & pluſquā petamus, utpotè natura miſericors, ſemper aures eius attētæ ad preces iuſtorū. Et dicēdo, Noſter, annuit ſeipſū nobis donaſſe. Et ſi ſe ipſum donauit, quanto magis oīa ſua. Summa hęc nobilitas eſt noſtra, ut filij Dei ſimus. Quid huic dignitati comparari poteſt? Dicit, Noſter, quo exprimitur, quod nos omnes, ut fratres amari debeamus.

Non

Nō enim fit diſtinctio inter nobiles, & ignobiles, omnes in dignitate æquales ſumus. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Præterea dicens: Qui es in cęlis, ſignificat ibi ſpecialiter gloriam eius, & omnes virtutes reſplēdeſcere, licet ſit vbique omnia continens. Sed ibi ſummo dono, creaturæ intellectuali ſe communicat facie ad faciem. In hoc verbo etiā vult Saluator noſter animos, effectuſque noſtros à terrenis rebus abducere, & ad cęleſtia vera, ęternaque bona referre, vt Patrem noſtrum, & hæreditatem noſtram in cœlis eſſe agnoſcentes, cęleſtia, & non terrena, & fluxa appetamus. Ideo dicit: Qui es in cœlis. Quid terrena quæris, cū nō propter terram poſſidendam creatus ſis? Præterea cum hic non ſit habitatio noſtra, ideo his verbis ob oculos nobis ponit, vt agnoſcamus Patrem, non modo clementem, benignum, & pium, ſed eminētiſſimum, qui in cęlis eſt: Nos verò filios exules, inopes, miſeros, orphanos, in hac lachrymarum valle degētes, longè à patria vera poſitos, varijs calamitatibus vndecunque circundatos; ex quo vehementi deſiderio, ad tam benignum Patrem clamamus vt ad ſupernam ciuitatem noſtram perueniamus. Tandem ſummo ſtudio curemus, nè vel minimum quid admittamus, quò tanti patris bonitas offendi poſſit. Agnoſcamus genus noſtrum, & nobilitatem præcellentiſſimam noſtram, qua cognita, & tantis beneficijs perfuſi, ſemper gratias ſummas Deo Patri noſtro agamus, qui eſt benedictus in ſecula.

399. *Quæritur circa primam petitionem Dominicæ orationis, videlicet, Sanctificetur nomen tuum. Quomodo intelligatur, cum illius ſanctitati, nihil quiſquam addere poſſit, neque etiam auferre?*

POſtquam Christus in exordium ſuæ precationis, animos noſtros, effectuſque erexit, ac fiduciam impetrandi dedit, nunc docet quid ſit petendum, & quo ordine. Nos enim ignoramus. Ideo ſæpe cōtingit quod Iacobus dicit: Petitis, & non accipietis, eo quod malè petatis. Septem itaque petitiones ponit; Breues quidē, verborum contextu, ſed ſenſus fęcūdiſſimæ. Nam vniuerſa, quæ à Domino licitè deſiderari poſſunt, & poſtulari, his petitionibus continentur, & extra has nihil legitimè petitur. Prima ergo potiſſima, & ꝓfundiſſima, hæc eſt: Sanctificetur nomen tuum. Conditio filij nō degeneris eſt, quod ingenti affectu, honeſtum parentum fama deſideret; vnde ſi parentibus aliquid honoris contingat, valde geſtit, & exultat: parētis enim gloriam, ſuam arbitratur, & pro ſua ducit. Cum igitur, in hac oratione preces dirigamus ad Deum; filij ad patrem, ob id Chriſtus ante omnia, iubet petere gloriam patris. Neq; enim filius eſt, qui Dei patris gloriam non quærit. Vnde per prophetam Malac. 1. ſi ego pater veſter, vbi eſt honor meus? Cōfundantur igitur, qui temporalia ſolum quærunt, nihil curātes patris gloriam: ſerui ſunt, & mercenarij: temporale pręmium accipiunt, nihil ad eos hæreditas patris, cum non ſint fi-

lij; petere autem iuſſit, vt ſanctificetur nomen Dei, non quod per orationes noſtras, aliquid gloriæ accreſcat. Sanctum enim eſt nomē Dei, & ſemper fuit. Sicut enim blaſphemia noſtra nihil ei ſanctitatis adimit in ſe, ſic nec glorificatio noſtra quicquam addit: ſed oramus, vt ſanctificetur in nobis, hoc eſt ſanctum prędicetur, & declaretur, eius ſanctitas credatur, laudetur, diligatur, &c. ad quod omnes aliæ petitiones referuntur. Nunc vidēdum eſt, qua ratione, & quo modo, ſatisfaciendum. Non ſanctificas nomen Dei, etiam ſi illud nomen aureis litteris ſcribas, auro includas, honeſto loco reponas, caput detegas, aut etiam genua flectas. Non eſt hęc abſolutè ſanctificatio, de qua hic ſermo, à ſolis pijs fit. Hac igitur precatione, primo petimus fidem omnis boni originem, vt Deum, hoc eſt charitatem, iuſtitiam, benedictionē, &c. In dies, magis, ac magis agnoſcamus, agnitum diligamus, dilectum glorificemus: hoc modo ſanctificatur nomen eius. Alio modo petimus ſanctificare, vt omnia vitia, mendacia, hæreſes, errores, ac quidquid gloriæ Dei obſiſtit, penitus à toto modo euaneſcat, & eradicetur: quo quid vtilius petere poſſes? Vlterius petimus, vt nomen Dei, non modo in intellectu, per fidem, & notitiam Dei, verum etiam corde, ore, corpore, vitaque tota ſanctificetur, & glorificetur. Glorificamus Deum, cum præcepta ſeruamus: Glorificatur Deus, ſi mundus nos conſpiciat iuxta Chriſti doctrinam viuentes Deum ſuper omnia diligentes, beneuolentes omnibus, etiam inimicis, &c. Ecōtra certè

A Dei nomen mala noſtra vita blaſphematur. An nō Dei nomini fit iniuria, ſi ſub nomine Chriſti, ſub prætextu euāgelij gentiliter viuis? propriā gloriam quæris? Ventrem habes pro Deo? Auaritiæ, ſuperbiæ, cæteriſque vitijs inſeruis? profecto huiuſmodi vitijs, nedum Deum blaſphemas, ſed & facis, vt apud alios nomen Dei malè audiat, præſertim apud Gentiles, & Iudæos, qui Deum ex ipſis cultoribus æſtimat. Valeant inquiunt, ille

B Deus qui tales habet cultores: denique quando ad Chriſtum conuertentur, cū videant inter nos ſcelera quæque, & frequentiora, & impunitiora eſſe, quàm inter paganos? Vnde in nos competit illud Iſai. 52. Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. Præterea petimus hic, vt mens, lingua, corpus, vita, denique & quidquid ſumus Deum glorificent. Peti-

C mus etiam, vt vnum Deum verum agnoſcamus, credamus, atque viua fide complectamur; atque vt nomen Dei benedictum ob ſingularem reuerentiam, quam tam tremendæ maieſtati debemus, inter nos ꝑpetuò maneat, ne blaſphemetur (quemad modum infames, & blaſphemi faciunt, vulnera ſanguinem, mortem, &c. noſtræ redemptionis inſignia propha-

D no ore polluentes) ſed & ne ſine cauſa, & vanè aſſumamus. Ad contemplādam itaq; miſeriam noſtrā, corda noſtra dirigit, vt ſuperbia, ac omnis animi tumor, ex animis noſtris eradicetur. Quid enim noſtra vita infelicius? in qua plurimi ſedulo non verbis tantum, ac lingua, vt blaſphemi ſolent, ſed & reliquis membris, actibus, operationibus, quamdiu in hac

lachry-

Digitized by Google

lachrymarũ valle commoramur; nomen Dei dehoneſtant, ac blaſphemant? Tandem eſt hæc vltima petitio Chriſtianæ vitæ regula. Docet enim vt in omnibus, tum verbis, tũ operibus laudem ſolius Dei, gloriã, honoremque quęramus, & in omnibus honorificetur Deus. Ad hoc enim ſumus nati, & vocati, & ad hoc Chriſtiani ſumus, vt Deus in nobis, & per nos glorificetur, & annuntiemus virtutes eius, qui nos vocauit. Ad hanc orationem pertinẽt omnes Pſalmi, & orationes, quibus laudamus, veneramur, & gratias agimus Domino Deo noſtro.

400. *Quæritur circa ſecundam petitionẽ Dominicæ orationis, quæ dicit, Adueniat regnum tuum, quæ eius ſit intelligentia?*

RESpondetur, quod in hac petitione, duo præcipuè videntur intẽdi. Primũ, vt Deus in nobis regnet, ſcilicet, in anima noſtra, expulſo protſus diaboli regno, quia ſi Deus in homine regnet, illa omnia Deo ſubiecta ſunt, corpus, anima, vita, verba, cogitationes, opera, intellectus, voluntas, omneſque vires hominis. Itẽ vbi Deus regnat, illic membra & corpora noſtra efficiuntur templum Spiritus ſancti, in quo, habitat Deus, vt ille promiſit. Veniemus, & manſionem apud eum faciemus, ſitq; noſter Deus, & nos viciſſim populus eius. Tunc anima diuinis præceptis, prompto, hilariq; affectu obtẽperat, tũc fructibus ſpiritus, gaudio, pace, oĩbuſq; virtutib. adornatur: tunc pax conſciẽtię redditur, & ſecuri ſumus ab aduer-

A ſarijs; tunc vires reſiſtendi tentationibus homo accipit. En hoc eſt regnũ Dei, & arrha æternæ fęlicitatis. Fęlix quidẽ in quo ſic Deus regnat. Vbi aũt hoc regnũ nõ eſt, nihil miſerius homine. Illic. n. diabolus, & mũdus, & caro, cũ vniuerſo vitiorũ ſatellitio regnant, in varia vitia adducunt, & deniq; in æternæ damnationis miſeriã deijciũt. Petendũ igitur, & orãdũ eſt, vt aduenia t regnũ Dei, B quaſi dicamus, ò pater tua gratuita pietate, nos ex huiuſmodi regno ſelegiſti, ac in tuũ regnũ coaptaſti, verũ nondum in totum abſorptum eſt regnũ diaboli in nobis: adhuc veteris peccati reliquiæ repollulare moliuntur, impugnat mũdus, impugnat diabolus, & inimicus domeſticus caro polluta, quæ die, noctuq; ſanguineũ bellum procaciter ingerit, de hoc D. Aug. ait. Continuum bellum, rara vi-C ctoria. Da igitur omnipotens Deus, vt omninò in nobis pereat peccatũ. Da vt quos tuo ſanguine emiſti, tuo regno aſcripſiſti, eiuſdem tuæ pietatis beneficio in noſtra libertate perſiſtamus, nec vnquã abs te filioq; tuo, deficientes reuoluamur in diaboli tyrannidem. Adueniat igitur regnum tuum. En quam pia precatio hæc, quamque neceſſaria; admonemur D enim in hac petitione miſeriæ noſtræ cum regnum Dei abeſſe videmus, & nos exules, inter crudeles hoſtes degentes, à dulciſſima patria deſtitutos agnoſcimus. Hic etiam docemur, quod ſummum Chriſtianorum votum eſſe debet, vt gratia Dei in nobis augeatur, ſit, viuat, & operetur, & iam nihil in nobis noſtrum ſit, ſed omnia Dei. Hoc eſt enim beatum

eſſe.

eſſe. Primum igitur, quærite regnum Dei. Nec ſilere libet, quod hic mihi occurrit, videlicet, quod cum anima legibus Dei obedit, regnum Dei eſt. Quæ vis omnia cum Deum habet ſibi fauentem, regnum intra ſe habet: O verè rem admirabilem? totus ſanè mundus regnum Dei eſt. At verò ita cupit Deus imperium animæ: vt vni animæ imperare, regnum ſibi eſſe putet. Equidem multo plurius regnum Deo eſt vnica anima, quam totus hic viſibilis orbis. Siquidem corporeus mundus ſubiectus eſt animæ: & propter animam hic mundus factus eſt totus. Quis igitur non ſtupeat animę capacitatem, intra quā regnum Dei eſt: ex Chriſti regis, huius regni præſcripto? Imò quis non ſtupeat, quod ipſius etiam Dei anima noſtra, ſit ſuo modo capax? vehemētius ſtupeo, qđ Deus ad animam veniat, & in eam manſionē faciat, quam quod regnū Dei intra nos ſit.

Secundum punctum, quod dixi, eſt hoc, quod in ſecunda petitione, ſummum donum noſtrum, quod eſt beatitudo, & regnum cœlorum nobis poſtulamus; & meritò quidē. Ratio enim ipſa exigere videtur, vt filij adoptionis poſt petitionem eorum, quæ ad patris pertinet honorem, tanquam ad hæreditatem Dei aſciti, regnum ipſius petant tanquam filij. Quare idem erit dicere: Adueniat regnum tuum; ac orare, vt æterna Dei beatitudo, q̄ eſt clara Dei viſio, poſt huius vitæ finem, intra nos veniat. Ex quo redundabit gloria corporis poſt reſurrectionem: & ſic omnis humanus appetitus ſatiatus erit. Vt ait diuus Auguſtin. quando dicit: Feciſti

A nos Domine, ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec perueniat ad te; & Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Petimus etiam, vt adueniat regnum Dei, id eſt, vt veniat tempus, quod ſit terra cœlum, vita Deus, tempus æternitas, patria requies, diuitiæ ſanctitas, ſalus immortalitas, pax pulchritudo, honor æqualitas, angelorum Deus omnia in omnibus, in illa regione viuorum: ſed væ nobis dicit

B diuus Cyprianus, ſi cū regnum Dei venire quotidie petierimus, quotidie petierimus, quādo euocat nos Deus, & auertit de mundo, non modo, non libentiſſimè amplectimur, ſed obnitimur, & reluctamur, & peruicaciam more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore producimur, exeūtes hinc, neceſſitatis vinculo, non obſequio, ac deſiderio voluntatis, & volumus ab eo præmijs

C honorari cœleſtibus, ad quem venimus inuiti. Quid precibus frequenter iteratis rogamus, & poſcimus, vt acceleret dies regni, ſi maiora deſideria, & vota potiora ſunt ſeruire mundo, & pręmi multitudine malorum in hac lachrymarum valle, quàm regnare cum Chriſto? Da ergo amantiſſime Pater, vt omnes vires noſtræ tibi plenè ſubijciantur: oculi noſtri aperiantur, vt videant, & clarè per-

D ſpiciant ſordes huius mundi, quibus inuoluuntur filij tui relinquentes æternas delitias, quas illis ſanguinis filij tui pretio mercatus fuiſti.

Digitized by Google

401. *Quæritur de tertia petitione Dominicæ orationis, quę dicit, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Videtur enim ſuperflua, quia voluntas Dei, velimus, nolimus ſemper fit?*

Reſpondetur, quod non hic petimus, vt Deus faciat quod velit. Omnia enim quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra: in ditione eius cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati eius: immò velle eius eſt facere. Non ſic eſt in homine, qui multa vult, quæ nõ poteſt. Petimus enim vt eius voluntas fiat nobis, vt nihil in nobis ſit, niſi Dei opera. Voluntas enim noſtra eſt radix omnium malorum, ideo petimus, vt ea penitus intereat. Id autem admodum graue eſt, id eſt, relinquere ſeipſum; omnia alia facilius relinquuntur. Profundè nobis inſita eſt ꝓpria voluntas. Nilq; magis amatur, nihilque difficilius relinquitur. Plerique varia atq; ardua opera faciunt, at propriam voluntatẽ mortificare neqeũt. A Deo itaque hoc petendum docet Chriſtus. Ob eam cauſam ſanctis tribulationem plerumque immittit: ob id & noſtrum inſtitutum, & propoſitum ſæpe in contrarium vertit, vt noſtra voluntas mortificetur, ſuaq; fiat, quæ ſola noſtrum profectum vult, & nouit, ac promouet, niſi ei ſtultè obſiſtamus. Non igitur murmurandum in aduerſitatibus, cum ad noſtram vtilitatem deſeruiant, nec iraſcendum iniuriãtibus, qui ad totum bonũ nos promoueat. Vide igitur quam longè abſint à ſcopo, quibus ſi leuis aliqua tribulatio aduenerit, ſtatim murmurant, fugiũt, & omnibus viribus eandem reijcere conãtur: interim tamen orant, Fiat volũtas tua. Quid hi aliud faciunt, quam Deum deridere? Verbis quidem petunt fieri Dei voluntatem, ſed opere refragantur. Crucem effugere conatur, ſed miſeri decipiuntur, cum eam duplicent. Chriſtus per crucem ad gloriam patris intrauit: per eamdem viam nobis incedendũ eſt. Satius enim eſt, cũ vno oculo cęlum ingredi, &c. Petimus etiam cum noſtra voluntas obliqua ſit, ac plerũque in obliquum tendit, vt Dei volũtatem, quæ ſemper recta eſt, & nunquam in obliquum tendit, eiuſq; vim agnoſcamus, agnitam diligamus, eique nos adamuſſim conformemus, vt omnia quæ circa nos, in nobis, per nos, aut etiã noſtros operetur Deus, ſeu in præſtando beneficia, ſeu pœnas, & infortunia inferendo, ſiue velit nos mori, ſiue viuere: hæc omnia nobis placeant, vt à rectiſſima voluntate profecta. Solus enim miſericordiarũ pater eſt, & nouit, & vult quæ nobis expediunt, quoniam ipſi cura eſt de nobis: deinde vt omnibus Dei iuſſionibus acquieſcamus, ac in nullo penitus reluctemur, non ex triſtitia, aut coactione, ſed ſumma hilaritate agamus, quæ fieri præcipit, fugiamus, quæ prohibuit, amemus quod commendat, deteſtemur, quod odit, illique in omnibus, vt veri, & obedientes filij obediamus, non dijudicãtes, quare Deus illud faciat, aut iubeat; verum ſatis habentes, quod ita ſit voluntas Dei, quem perſuaſiſſimum habemus, nihil velle, niſi quod eſt optimum. Hæc eſt vera diuinæ voluntatis adimpletio. Hoc modo voluntas Dei impletur in cœlo. Vnde addit

Chri-

Chriſtus, Sicũt in cœlo,& in terra. In cęlo enim omnia fiunt integrè: nõ alia audiunt,alia contemnunt,ſed voluntati cedũt diuinæ,ac eidem promptiſſime in omnibus obſequũtur, adeoque addicti ſunt rectitudini diuinæ voluntatis, vt ab eodem deflectere non poſſint. Vlterius petimus,qa in membris noſtris alia lex inuenitur reluctans legi diuinæ,caroque concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Vt eadem lex deprimatur: vt ſicut ſpiritu, ſic &carne ſeruiamus legi Dei,vt fiat totus homo ſpiritualis,ac dicat cum Pſalmiſta. Cor meum,& caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et igitur hæc petitio noſtræ infœlicis vitæ ſpeculum, quæ in totum nihil aliud eſt, quàm perpetua inobedientia, ac diuinæ voluntatis oppugnatio. Quid aũt horribilius, & execrabilius, quã diuinę refragari voluntati? Illam pro viribus præpedire, ac nihil facere? Quis hoc aduertens non propriã expaueſcat orationem? Quis præſentẽ vitam diligat,hæc conſiderans? Nemo igitur ſibi placeat,& iuſtum ſe æſtimet: ſed ad diuinam voluntatẽ cõfugientes,noſtram inobedientiã confiteamur. Vltimò dicimus, quod in his verbis,Chriſtiana,ac ſalubris datur doctrina, vt totis viribus conemur,tum in proſperis,tum in aduerſis cum Iob dicamus, ſicut Domino placuit,ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum.

402. *Quæritur circa quartam petitionem,quæ dicit: Panem noſtrum quotidianum,da nobis hodie: De quo inquam pane intelligatur?*

RESpondetur, quod cum duplex vita hominis ſit, ſcilicet corporalis,& ſpiritualis,ob id,& duplex alimentũ eſt neceſſarium: Sicut autem vtraque vita à Deo eſt, ſic vtriuſque alimentum à Deo petendum. Primò tamen petendus eſt panis, quo ſpiritualis vita, vt pote dignior, & nobilior ſuſtentatur, de quo igitur pane potiſſimum hic loquitur Chriſtus, dicens,noſtrum. Hoc eſt filiorum proprius,qui nõ terrenum, ſed cœleſtem patrem agnoſcunt: ibi etiam dicitur. Panis ſuperſubſtantialis: atque alij dicunt panem eximium,peculiarẽ proprium,& egregiũ: vt intelligas eum non de pane corporali loqui. Vult enim, quod ſui filij maiorem curam habeant pro cibo animæ quàm corporis. Solus Chriſtus eſt noſter panis ſuperſubſtãtialis, vt ipſe dicit: Ego ſum panis viuus. Panẽ ſe nominat,vt conſideremus quã ſit nobis neceſſarius Chriſtus. Sicut enim ſine pane corporali corpus viuere nequit, ſic nec anima ſine Chriſto, qui eſt panis viuus ſpiritualis viuere poteſt. Vnde ipſe dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis,non habebitis vitam in vobis. Ioã. 6. Hic panis reficit afflictos, erigit colliſos,robur dat infirmis,cõſolatur puſillos, confortat dubios,dirigit errantes. Crebris igitur ſingultibus hunc panem efflagitemus, ac cũ gratiarum actione ſuſcipiamus. Petimus vt quotidie nobis detur; & certè quotidie indigemus,cum quotidie venenum accipimus,quotidie medicinam accipere debemus. Venenum dixi quod eſt peccatũ. Petimus quoque corpoream fragilitatis ſuſtentationem: nomine enim panis in ſcriptura cuncta noſtræ vitæ neceſſaria intelliguntur. Vide autem quo pacto tem-

A temporalia petamus, non ſimpliciter iuſſit orare, vt habeamus quod mā ducemus, id.n.& inter iuſtos, eſt, & peccatores; ſed vt, quod mā ducamus, de manu Dei, accipiamus, quod tantum iuſtorum eſt, nam illi dat Deus panē, qui cum iuſtitia præparat. Nō igitur filius Dei eſt, nec recte orat, qui aliunde diuitias q̃rit, & non è manu Dei. i. non cum iuſtitia, ſed furto, vſuris, rapina, fraudibus, ac iniuſtitia, &c. B Deinde nō propter diuitias, aut delitias, non ob pretioſæ veſtis ornatum, ſed pro cibo dūtaxat quotidiano nos orare iuſſit. Quid.n. Chriſtiano cum diuitijs huius mundi, cui aliæ diuitiæ promiſſæ ſunt? Vt in nobis appareat Pauli verbum: Habentes uictum, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Addit, Noſtrum, quo docemur, vt nedum pro nobis, verum ēt ex Chriſtiana charitate, pro cunctis fidelibus in C defeſſè precemur. Addit, & illud: Hodie; vt nunq̃ nos vlterioris diei cura torqueat. Quid.n. torqueris ſollicitudine diei craſtinæ, cū incertus ſis, an ſuperuicturus ſis in craſtinū? Quāto minus nos ſollicitos eſſe cōuenit, qui tam pium, benignum, opulentum Patrem habemus, qui ēt paſſerulis de victu proſpicit? Petimus demū, vt debitus vſus eorū, quæ poſſidemus nobis concedatur, ne eis per gulā abuta D mur, ne diuitiæ vitiorum pabula ſubminiſtrent: ne diuitijs cor noſtrum apponamus, ſed nos earum diſpenſatores agnoſcamus. Plerumq; enim difficilius eſt parta iuſtè poſſidere, ritè adminiſtrare ad Dei honorē, tuā, aliorumq; ſalutē, q̃ acquirere. Poſtremò admonemur, & hic miſerię noſtræ. Quid.n. gloriaris? quid te extollis? En hæc petitio medicū te oſtendit eſſe, & panem efflagitātem. Si, ne panem quidem a te ipſo habes, multo minus cætera. Hæc agnoſce, gratias age, nec te extollas ſupra alios: quo.n. maiora percepiſti, eo grauiora ſupplicia ſenties, ſi ingratus fueris. Atq; ſic precatio Dñica non tm̄ oratio eſt, ſed & breuis, & cōpendiaria totius vitæ Chriſtianę regula. hęc quarta petitio. ſequit̄ quinta, q̃ valdè attēdenda eſt.

403. *Quæritur circa quintam petitionem Dominicæ orationis, quæ dicit: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quomodo hæc verba intelligantur?*

Reſpōdetur, quod cum oratio Dominica plures contineat petitiones, planè per hoc innuitur, non in vno, aut altero nos indigere diuino auxilio, ſed certè in omnibus, noſq; in nullo prorſus nobis ſufficere. Inter alia autē mala, quibus obnoxij ſumus, vel illud in primis connumerandum eſt, quod ſemper nobis timēdum eſt de malo futuro, ac quod nūquam dū viuimus, ſecuri ſumus. Quicquid enim patitur homo, pati poteſt, & alter homo. Adeo lubrica eſt via, tā varia pericula, ac multiplices laquei, tm̄ poteſt noſter hoſtis, vt nulla poteſtas ſit ſuper terram, quæ cōparet̄ ei ſumma. Ita viuimus, vt ne momento quidem ſecuri ſimus de bono propoſito noſtro. Et hæc vel ſola iuſtiſſima, & ſufficiens cauſa eſſe deberet mortis optandæ, cum videamus, & ſentiamus, quod quamdiu ſani ſumus, & viuimus, continuè nos in peccatis eſſe, in plura ruere poſſe, & quo-

Digitized by Google

quotidie ruere, & contra amabiliſſi-
mum patrem agere. Qui hoc peccan-
di malum, non præfert mortis malo,
parum diligit Deum patrem ſuũ,qui
mortem ad hoc ordinauit, vt hoc pec-
candi malum aliquando finem acci-
piat. Propter quod D. Paulꝰ dicebat:
Infœlix ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius. In hac.n.pe-
titione admirari valdè licet Diuinæ
miſerationis immenſitatẽ. Semel per
lauacrum regenerationis, ſua largiſſi-
ma bonitate nobis cõdonauit omnia
peccata, abluit nos, & ſanctificauit p
nomen Domini Ieſu; ſed quia (proh
dolor) contingit in hac infœlici pere-
grinatione, vt poſt innocentiam acce-
ptam, poſt Spiritus ſancti aram pluri-
mum delinquamus, hic quoque miſe-
ricordię ſuę diuitias oſtendens, quoti-
dianis filiorum ſuorũ delictis certũ,
ac paratum remediũ demonſtrat: nẽ-
pe, vt humiliter nos peccaſſe fatea-
mur, & dimitti nobis peccata ſuppli-
ces fidenteſq; poſtulemus, non quidẽ
noſtro merito, aut intuitu, ſed eius q
ſemetipſum tradidit pro peccatis no-
ſtris oblationem mundam. Illius ſo-
lius liuore ſanati ſumus: ipſum.n.de-
dit Deus propitiationem pro pecca-
tis noſtris. Ex hoc igitur vides quam
vere dixerit Deus: nolo mortem pec-
catoris. Itemq; Chriſtus, Hæc eſt vo-
luntas Patris mei, vt omne quod de-
dit mihi, non perdã, &c. Obſerua aũt
quod non dixit remitte peccata, ſed
debita, pro hoc.n.peccati grauitatem
ſubindicat. Hoc.n.ſcire plurimum re-
fert. Qui.n.peccati grauitatem non
ſentit, diſſimulat, nec clamat; magna
itaq; gratia, peccatum eiuſq; grauita-
tem hîc ſentire. Quã graue aũt ſit pec-
A catum ex eo patet, quod debitum no-
minatur, non qđ Deo ipſum debeas
aut tibi: ſed quod p peccatũ ſummo
bono, debitum honorem, amorẽ, ob-
ſequium, & obedientiam ſubtrahi-
mus. Item quod pp peccatum pœnæ
æternæ debitores conſtituimur, iuxta
illud, Anima quæ peccauerit, ipſa mo-
rietur. Hoc itaq; nomine, peccati atro-
citatem ſubindicare voluit; hanc pec-
cati grauitatem ſentiebat Dauid, cũ
C diceret: Dñe ne in furore tuo arguas
me, &c. Qm̃ iniquitates meæ ſuper-
greſſę ſunt caput meũ, &c. Deinde ob-
ſerua quod non ſimpliciter dixit; Di-
mitte debita, ſed addit, noſtra: p hoc
mirum miſeriæ noſtrę nos admonẽs.
Noſtrum eſt peccatum, & oĩa quæ ſe-
quũtur ex peccato. Quicquid aliàs ha-
bes, ex Dei dono habes; ſi ex Deo ha-
bes, quid iactas vires tuas? quid blãdi-
ris tibi ipſi? quid erigis criſtas? Dein-
B de dicit noſtra eſſe peccata, quia à no-
bis admiſſa à noſtra voluntate, ob id
nulli prorſus, quã nobis imputanda.
Perditio tua ex te Iſrael Oſe. 33. Con-
tra eos, qui peccata ſua in Deũ reijce-
re conantur, vel conſtellationibus tri-
buũt, dicẽtes: Si Deus hoc nõ vellet,
hoc non facerem, voluntati eius quis
reſiſtet? Fidelis namq; eſt Deus, qui
non permittit nos tẽtari ſupra id qđ
poſſumus. Nec peccatũ imputãdum
D eſt fato, fortunæ, & influentiæ cęleſti,
ſed ſoli proprię voluntati; verè igitur
fidelis dicit: Ego tibi ſoli peccaui Deꝰ
meus: Non natura, non fortuna, non
fatũ, non conſtellatio; non gens tene-
brarum me peccare cogit, ſed meum
liberum arbitrium me peccatorẽ con-
ſtituit. Sequitur dicens: Sicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris. Attẽ-

de

Digitized by Google

de hæc põderoſa verba, quib. ꝑcamus A nobis peccata dimitti, hac cõditione, vt & nos dimittamus ꝓximo noſtro. Debitores noſtri ſunt, qui nos lædũt, iniuria afficiunt, aut mali quippiam, in rebus corpore, aut fama, inferunt. Omnia iſta tenemur dimittere, ne in corde noſtro reſideat quicquam rancoris, odij, inimicitiæ, nec vllam vindictam expetere: Ait enim Dominus Mihi vindictam, & ego retribuam. Manet Chriſti ſententia immobilis, B & certa Matt. 7. ſi nõ remiſeritis, nec Pater remittet vobis. Vide igit' ne cõtra te ipſum hanc precationem dicas. Si vindictam cupias de fratre tuo, ꝓuocas Deum, vt vindictam ſumat de peccatis tuis, & æternis pœnis te tradat. En quid horribilius dici poteſt? Non ne tota oratio huiuſmodi hominis ſui ipſius maledictio eſt, & execratio; quo tandem ore dicis, remitte irã, C cum tu perſeueras iraſci fratri tuo? ſi igitur dimiſerimus proximo noſtro; promiſſionem à Deo certã habemus, vt remittat omnia peccata noſtra. Ergo in noſtra poteſtate ſitum eſt. Ergo ſi perimus perditio noſtra, ex nobis eſt.

404. *Quæritur circa ſextam petitionem Dominicæ orationis, quæ dicit. Et ne nos inducas in tentationem; Quomodo hæc verba intelligantur?*

RESpondetur, ꝙ Chriſtus ſummo ſtudio, hoc hic agit, vt Deũ agnoſcamus patrem, & agnoſcentes cũ fiducia ad ipſum recurramus, ac toti ab ipſo pendeamus: ſicut filij in periculo conſtituti, opem paternam implorantes. Initium enim omnis boni, eſt, agnoſcere Deum patrem eſſe, iuxta illud. Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & neſcierunt, quod curarẽ eos. Obſerua autem eos non hic petere immunes præſeruari ab omni tentatione, vt vitam ſecuram, & otioſam citra omnem tentationem tranſigamus: ſiquidem hoc ſaluti noſtræ minimè expediret, Qui certat in agone ait Paulus. 2. Timoth. 2. non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Sed quomodo geretur certamen, ſi nullus adſit hoſtis impugnans? Quomodo euades victor, ſi non ſit quo cũ manu conſeras? Hinc Dauid, ait, Proba me Domine, & tenta me. Et Iacobus primo. Omne gaudium exiſtimate fratres, ſi in tentationem incideritis. Beatus enim vir qui ſuffert tentationem. Summa enim tentatio eſt, nõ tẽtari, ait D. Chryſoſt. Hic enim plus indigemus auxilio diuino, ne inſoleſcamus, ac Dei obliuiſcamur, quàm in tribulatione. Vnde Pſal. 90. Cadet à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Videmus id in externis plura vbique committi peccata tempore pacis, quam belli tempore, contingit, & id in ſpiritualibus. Qui non tentatur facilè ſibi placet, iuſtum ſe reputat, alios iudicat, nõ compatitur, D deſpicit, &c. ob eã cauſam diuina pietas hoc decreuit, vt quam diu hic viuimus, luctandum nobis ſit cum aduerſario, vt ſemper ſimus in tentationis metu, ne dormitantes, & oſcitantes inciperemus noſtris fidere viribus. Non igitur petimus omnino à tentatione liberari, ſed ne nos inducat in tentationem, ne derelinquat, ne vincamur; ſic & Apoſtolis dicebat:

bat: Vigilate, & orate, non vt non tentemini, ſed ne intretis in tentationẽ. Hoc igitur vult ſibi hæc petitio, dicẽdo. Pater, quamuis ſciamus nihil nobis extimeſcendum, te propitio: incerti tamen ſumus, quos tua bonitas dignos iudicet, vt ipſos in amore tui confirmes vſque in finem vitæ. Videmus enim pleroſque in fine prorſus abs te deficere; ſi Saul prius electus poſtea à te reiectus eſt. Sic Salomon, ſic Iudas, ſic alij multi. Hæc audientes meritò timemus. Videmus etiam ſanctiſſimos viros nonnunquam grauiter cecidiſſe, vt Dauid, & Petrum. Et quotidie multos videmus ruere, propter aduerſitates, & perſecutiones malorum hominum. Ac etiã multo plures ruere, mundum proſperitate allecti. Sic nobis cõſiderata noſtra fragilitate, contingere poteſt. Non petimus Domine, vt omninò liberi ſimus à tentatione, quia ſic decreuiſti, ſed petimus auxilium tuum, ne vincamur. O verè neceſſaria oratio, vt aiebat Dauid. Miſerere mei Deus, quoniam cõculcauit me homo: quoniam multi bellãtes aduerſum me. Vt enim ouis ſemetipſam cuſtodire nequit à lupi ferocitate, ita Domine, ſine tua protectione verſutias diaboli declinare, aut ſuperare poſſumus. Nunc ſi vis Domine oues tuæ nõ peribunt in æternum: nec quiſquã rapere de manu tua poteſt. Tu ſolus es refugium noſtrum & virtus. Ne nos ergo inducas in tentationem, qua pereamus. Docemur hic, nihil contra nos aduerſarium, aut quamlibet etiam creaturã poſſe, niſi Deus ante permiſerit. Ea propter omnis timor, deuotio, & obſeruatio ad Deum ſolum cõuertatur.

A Hinc Chriſtus ait. Oues meæ vocem meam audiunt, &c. Hinc Sarra orabat. Hæc pro certo habet omnis, qui colit te, quod vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi, ſi in tribulatione fuerit, liberabitur, &c. Sic & Sapiens. Timenti Deum ait, Non occurret malum, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit. Hinc Dauid ait. Deus noſter refugium, & virtus. Et Ioan. Vos ex Deo eſtis, & viciſtis ma-

B lignum: Maior enim eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mundo eſt. In exordio oſtendimus non tantum quid petamus, ſed & quo ordine petendum ſit. Cum igitur homo ad ęternam beatitudinem vocatus ſit, prius petenda ſunt, quæ ad ſpiritualem vitam conducunt, quàm quæ ad corporalem. Verum cum vtranque vitam debeamus Deo ſequitur vt plurimum, quæ Dei gloriam concernunt petamus:

C iuxta illud Pauli: Nõ eſtis veſtri. Empti eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in cordibus veſtris. Itẽ Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam non ſibi viuãt, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. In tribus itaq; primis petitionibus nos petere docuit Chriſtus ea, quæ Dei gloriam concernunt: in tribus ſequẽtibus, ea, quæ ad ſpiritualem vitam neceſſaria ſunt. Nunc vltimo peti-

D mus etiam liberari à malis præſentis vitæ, cum dicimus, ſed libera nos à malo. Quam petitionem in ſequenti Quæſito declarabimus. quod erit 405.

405. *Quæ-*

Digitized by Google

405. *Quæritur de ſeptima, & vltima petitione Dominicæ orationis, quæ dicitur, Sed libera nos à malo. A quo malo intendit nos liberari?*

RESpondetur, quod in hoc verbo: Primò peregrinationis noſtræ miſeria ob oculos nobis ponitur. Nõ enim dicimus præſerua nos à malo, ſed libera, à malo, in quo ſcilicet iam actu, ſemperque ſumus. Etenim vita noſtra plena, refertiſſimaque omnibus malis. Quis enim corporis, bonorum fortunæ, famæ, & animæ incõmoda recenſere poſſent? Nulla ſors tam fęlix, quæ non amaritudine vitiata ſit; nihil tamen iucũdum, quod non habeat triſtam appendicem. Nunc morbus nos affligit, nunc orbitas, & bonorum amiſſio cruciat, nũc famę conficimur, nunc calumniam patimur, nunc peſtilentiam, bella, homicidia experimur, nũc mortem horremus. Omnia hæc & huiuſmodi mali nomine ſubintelliguntur, quando dicimus, Sed libera nos à malo. Vult Chriſtus, vt in huiuſmodi calamitatibus, ad patrem recurramus petentes, non vt ſimpliciter huiuſmodi mala auferantur, id enim non petitur præſentis vitæ conditio, neque conducibile eſſet animę noſtrę, imò eſſet contra illud qñ dicimus, Fiat voluntas tua: eſt enim voluntas Dei, vt per crucem mortificemur. Sed ne occaſione harum miſeriarum huius præſentis vitæ, protrahamur ad Dei offenſam. Petimus ergo, & petere debemus, vt vel illa mala tollat, vel ita moderari, vt perferre ea valeamus, dicendo: Pater æternæ, qui in filios

A tuos nos adoptaſti, vt filij tui, igitur ad te recurrimus. Scimus mala hæc noſtra à tua bona voluntate proficiſci, ſcimus item nobis vtilia eſſe, ſed cõſideramus noſtram infirmitatem, quia plerumque propter hæc in peccata incidimus. Petimus igitur, vt gratiam nobis tribuas ne in tantis tẽtationibus ſuccumbamus. Sunt autem aliqui, qui dicunt per illud verbum; malum, hoc loco diabolum in-

B telligi, qui verè malus eſt non natura, ſed ſua culpa, quia cuncta, quæ creauit Deus erant valdè bona. Scimus enim quãtum nobis ille inſidietur. Non ignoramus cogitationes eius, quantis inuidiæ ſtimulis vratur, quod nos à paradiſo expulſos ſubuehis in cœlum, morte deſtinatos ad immortalitatem transfers. Petimus igitur, vt ab hoc maligno hoſte nos liberes, ne denuo prouoluamur in

C eius poteſtatem. Tertiò petimus hic, liberari à miſeria hac, mortalique vita: eſt igitur ſenſus. En pater optimè, ſummum noſtrum ſtudium eſt, ac deſiderium, vt ſolum nomen tuum in nobis glorificetur; vt nihil in nobis ſit, quo offendaris. Sed quia illud in via hac mortali non contingit, petimus igitur ab hac miſera, & blaſphema vita eripi, vt cum Sanctis omnibus in æternum, &

D perfectè te laudemus, tibi in omnibus ſeruiamus, diligamus ac nunquam à te ſeparemur. Nunc vt ſummatim habeas omnia, quæ circa hanc orationem dicta ſunt, Epilogum accipe. Primum pater vocari vult Deus, vt clementem, & benignum agnoſcamus, eiuſque bonitati nos debere, quicquid in nobis boni eſt.

In cœlis eſſe dicitur, vt ſuſtollamus animos noſtros illuc, vbi eſt pater, & hæreditas noſtra. Noſtrum appellamus, ne quis proprium aliquid ſibi vendicet. In prima petitione petimus quicquid ad gloriam Dei pertinet. In ſecunda quicquid ad propagationem, & conſummationem Euangelij. In tertia quicquid ad obſeruationem præceptorum. In quarta quicquid ad corroborationem ſpiritus noſtri, aut etiam B ad neceſſitatem huius vitæ. In quinta, quicquid ad fraternam concordiam, ac pacem cum Deo ſeruandam attinet. In ſexta quicquid ad impetranda præſidia cœleſtis gratiæ, quibus munimur aduerſus inſidias Dæmonum, carnis, & mundi. In ſeptima quicquid pertinet ad finienda mala omnia, & conſummationem noſtræ fœlicitatis, quæ perfectè non contingit, niſi poſt hanc C vitam. En hæc ſunt, quæ à patre Deo petere debemus, nihilque aliud petendum, quod non ad has petitiones referri poſſit: alioqui non in Saluatoris nomine poſtulamus, nec exaudimur. Quod ſi exaudimur in talibus malo noſtro fit. Non tamen hoc intelligendum, quod ſemper his verbis, & non alijs vti debeas, non enim propter verba tantum hanc D orationem dedit, ſed vt ſciamus quid petere debeamus. Poteſt enim & oratio fieri ſine verbis: poſſumt, & eadem petere alijs verbis, ſicut Chriſtus alijs verbis vſus eſt, cum ait: Pater clarifica, &c. Item Apoſtoli non his verbis vſi ſunt in electione Matthiæ, &c. licet non diuerſum aliquid petierint. Sic & prophetæ alijs verbis vſi ſunt in orationibus ſuis, & tamen nihil aliud orauerunt, quàm, ea, quæ in hac oratione comprehenduntur. Quid enim aliud voluit Dauid cum diceret, Exaltare ſuper cœlos Deus, &c. Item omnes gentes venient, vt adorent te Domine; & glorificent nomen tuum, &c. quam quod nos petimus, Sanctificetur nomen tuum? Ad idem eſt oratio Sapientis, Miſerere noſtri Deus omnium, &c. Idem quod Dauid dicit; Deus iudicium tuum Regi da, &cæt. Item, Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, &c. nihil aliud ſibi vult quam, Adueniat regnum tuum. Item quod ait; Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, &cæt. Item, Deduc me Domine in via tua, &c. nihil aliud vult, quam fiat voluntas tua. Ad quartam petitionem pertinet illud, Mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi, &c. Item illud: Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam; Item illud: Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua, &cæt. Ad quintam pertinet illud, Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, &c. Si reddidi retribuentibus mihi mala, & cætera. Hæc enim nihil aliud ſibi volunt, quàm, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus, &c. Ad ſextam pertinet illud: Ne tradas beſtias animas confitentes tibi, &cæt. Item, Ne tradideris me in animas tribulantium me. Item, Eripe me Domine ab homine malo. Item, Domine Deus ne derelinquas me, in cogitatu maligno, &c. Ad ſeptimam pertinet illud: Educ de cuſtodia animam

ſuam meam; &c. omnes igitur Scripturæ petitiones ad hanc orationem referuntur. Potes igitur, vel his verbis, vel Scripturæ verbis vti, cum idē ſignificent, vel velint. In fine.n.additur, Amen, quod Hebræis ſignificat, fiat, vel verum, optamus itaque hac particula, vt omnes iſtæ orationes, & petitiones a nobis indubiè impetrentur.

Exprimit etiam fidem orationis, quā habere oportet in oratione, iuxta illud, Quicquid orātes petitis, credite quod accipietis; ita finis orationis melior eſt principio. Nam qui firmiter credit ſe exauditum iri, nō propter ſuæ orationis dignitatem, ſed propter bonitatem illius, qui hæc orare docuit, exauditionemq; promiſit, is nunquam repulſam patietur: vt enim verax eſt, Qui hæc pollicitus eſt, ita in veritate pręſtabit.

406. *Quæritur de oratione in Miſſa fuſa, quibus proſit, & in Miſſa quot ſunt, quæ in ea continentur ad noſtram ſalutem conducentia?*

RESpondetur, tria ſpecialiter in Miſſa contineri, ſ. ſacramentū, ſacrificium, vel oblatio; & oratio Eccleſię, vel ſacerdotis, ſacramentū eſt quatenus cōtinetur ibi Chriſtus ſub ſpeciebus ſacramentalibus. Cuius cōſecratio conſiſtit in illis ſolis verbis: Hoc eſt enim corpus meum: & Hic eſt calix ſanguinis mei, cum reliquis, &c. Vſus autem cōſiſtit in ſumptione. Sacrificium eſt, quatenus ibi offertur Chriſtus hoſtia ꝓ peccatis, tam ipſius ſacerdotis, quàm aliorū, A oratio verò, quatenus ibi adiunguntur precationes Deo fuſæ, ſiue nomine Eccleſiæ, ſiue nomine ipſius offerentis. Et quidem quādo quærimus, vtrum Miſſa oblata pro pluribus, tātum proſit ſingulis, ac ſi pro vno tantum offerretur, non eſt ſermo de miſſa, quatenus eſt ſacramentum, cum certum ſit, hac ratione tantum prodeſſe ſumentibus, quibus ceu alimoniam ſpiritualis vitæ gratiam confert, B & dulcedinem, deuotionemque excitat. Sed loquimur de Miſſa, ſecundum alias duas rationes, nempe quatenus eſt ſacrificium, & quatenus continet orationes, ſecundum quas etiam eſt certum, quod non ſolum ſumentibus, verum & offerentibus, & illis, pro quibus offertur, confert. Dixi offerentibus. Nam in ſacrificio Miſſæ non ſolum ſacerdos offerens cenſetur, verum & aſtā C tes, & eleemoſinas largientes. Prodeſt autem ad ſatisfactionē pro peccatis, ſcilicet, ad remiſſionem pęnarum eorum criminum, quorum culpa per pœnitentiam eſt deleta. Hæc habet Arragona ſuper Diuum Thomam, quæſtione 85. in 2.2. articulo tertio.

407. *Quæritur, quid ſit ordo Eccle-* D *ſiaſticus, an ſit unum Sacramentum, in quot partes diuiditur, & quis ſit auctor?*

RESpondetur, quod ordo Eccleſiaſticus, ſecundum Magiſt. ſenten. in 4. d. 24. eſt ſignaculum quoddam, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Et dicitur ſignaculū,

Digitized by Google

quia dum traditur per ſignum exterius videtur; & poteſtas, quia ordinatus poteſt aliquid facere de iure, quod alij non poſſunt. Et hæc prima reſponſio eſt.

Secundò dicimus, quod ordo eſt vnus de ſeptem ſacramentis, vt patet per Concil Florent. & Concil. Trid. ſeſſione 23. de ſacramen. ord. can. 3. qui quidem ordo diuiditur in ſeptẽ, videlicet in maiores, qui ſunt Preſbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus. Minores verò ſunt Exorciſtatus, Lectoratus, Oſtiariatus, & Accolutatus: Qui quidem quatuor non dicuntur ſacri, ratione materiæ, quia non habent actum circa materiam ſacram, puta calicem, vel Euchariſtiam, licet ſint ſacri, ſecundum ſe, cum ſint vnum ſacramentum cum alijs tribus, &c.

Et notãdum, quod omnes iſti ſunt vnum ſacramentum, ut dicit ſanctus Thomas, quia diuiſio ordinis in ſeptem non eſt totius integralis, aut vniuerſalis, ſed proteſtatiui, cuius plenitudo eſt tantum in ſacerdotio, omnes. n. ordinantur ad vnum actum, ſ. conſecrationem Euchariſtię, vt ait Silueſt. verbo, ordo. 1. §. 2. Auctor autem omnium ordinum Chriſtus eſt, vt S. Thom. ſentire videtur, quia hic dicit, quod omnes ſeptem ordines conferunt gratiam ex opere operato, quod non poſſet eſſe, ſi ab Eccleclesia eſſent inſtituti. Ait Franciſcus à Victoria, quod dicere poſſumus, quod omnes hi ordines fuerũt inſtituti a Chriſto in particulari, ipſo viuente, vel ſaltem generaliter. Quia Chriſtus dedit poteſtatem Eccleſiæ conſtituendi miniſtros, & conſecrã- A di eos ad ſacrificium Euchariſtię. Et ad hunc ſenſum omnes hi ordines ſunt iſtituti a Chriſto, per hoc, quod dedit poteſtatem Eccleſiæ conſecrãdi, & ordinandi miniſtros, quotquot uiderit expedire. Sotus autem 4. ſententent. diſt. 24. quæſt. 1. attic. 4. contrarius eſt dicens. Reliquos quatuor ordines minores abſque erroris periculo ſuſtineri poteſt, non eſſe propriè ſacramenta, quibus vel gratia infundatur, vel imprimatur character. B Et inferius dicit. Neque arbitror profectò, quod ſi D. Thom. ad hunc locum in ſumma perueniſſet, in cõtraria perſtitiſſet opinione, quam in 4. vulgus ſecutus tenuit. Et confirmatur per id concluſio, quod ſubdiaconatus, & ordines ſuperiores dicuntur ſacri, inferiores verò non ſacri. Nam etſi D. Thom reſpondeat omnes ſecundum ſe eſſe ſacros: quia C omnia ſunt ſacramenta: ſed ſuperiores dici ſacros, ratione materiæ ſacræ, circa quam exercentur: Gratior tamen ſolutio eſt, quod ſuperiores dicuntur ſacri, quia verè ſunt ſacramenta, reliqui verò non niſi ſacramentalia quædam. Atque hac de cauſa ſimplex presbyter poteſt ex commiſſione minores ordines conferre, non tamen maiores. D Hæc ait ipſe Sotus; tamen ut ſupra ſcripſimus in hoc pręſenti Quæſito, non diſcederem a verbis Diui Thomæ, quem ſequitur Silueſter ibidem ut ſupra.

408. Quæ-

408. *Quæritur an ordo ſumendus præ-requirat aliquem characterem, & ſcrutinium ſuper ordinandum, & qui ſint proprij actus ſingulorum ordinum?*

Reſpondetur ex S.Thom. quod quilibet ordo præſupponit characterem baptiſmalem de neceſſitate, cum Baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum. de charactere confirmationis verò, non de neceſſitate, ſed de congruo. Si quis aũt pręposterè accipiat ordines ſcienter, mortaliter peccat, vt ſi accipiat Diaconatum, & poſtea Subdiaconatum: nec oportet iterum accipere Diaconatum: & ſic de ſingulis. Tamen, ſi quis non ſacerdos conſecraretur in Epiſcopum, non reciperet, quia fundamentum talis conſecrationis eſt ſacerdotium. Sed ſi ſit ſacerdos, quocunque alio ordine deficiente, non impediret conſecrationem Epiſcopalem. Et omnes ordines conferre poſſet, excepto eo, quem non habet: non tamen exequi deberet officium ſuum ante ſuſceptionem ordinis prętermiſſi: nec habet executionem ante. Syluest. ordo. 2. Quantum ad ſcrutinium, quod fieri debet per Archidiaconum, valdè diligenter, antequam ordinationẽ Epiſcopus exequatur, & ordinandus teneatur aperire omnia impedimenta, quę nouerit, vel noſſe tenetur obſtare ordini ſuſcipiendo, vt eſt homicidium, ſimonia in ordine, & huiuſmodi, etiam ſi ſint ſecreta, non autem alia, quæ non impediunt, & ſi ſcienter ſubticet, non habebit executionem ordinis ſic ſuſcepti. Et ſi ſine examine ordinetur, ſi ſit dignus, & notus, non eſt peccatum. Si verò A ſit indignus debet deponi, & ſimiliter ſi ſit dignus, ſed ignotus. Iterum dico de Archidiacono, quod diligentiſſimè aduertere debet, quem pręſentet Epiſcopo ordinandum: dicens eũ eſſe dignum, qui ſi non ſit grauiſſimè peccat, & de quocunq; malo, inde eueniente, ipſe ſtrictiſſimè rationẽ reddet coram Deo. Hic mihi ſubuenit narrare; qđ olim acciderat. Quidam nobilis ciuis ad me acceſſit, vt B eius confeſſionem audirem, quia craſtina die in ſacris ordinari cupiebat, ob quoddã beneficiũ valde pingue illi oblatũ. Qui qđẽ ciuis prouectæ ætatis erat, & ſemper in diuerſis ſceleribus verſatus, ita vt de difficili coniectura haberi poterat de mutatione vitæ, conſilium ei dederam, vt prius ſe probaret per aliquod temporis ſpatium de mutatione vitæ in melius, & facta mutatione, tunc accederet ad C ſacros ordines ſuſcipiendos, & ſi ſic facere promiſiſſet, beneficium abſolutionis impenderem, aliàs minimè. Id aduertere placuit, vt confeſſarij in huiuſmodi caſibus, ſint valdè cauti, quando eis id tale occurreret.

Quãtum ad vltimam Quæſiti particulam, dico quod ad exorciſtã pertinet exorciſmos memoriter retinere, manuſque ſuper energumenos, & cathecumenos exorcizando imponere. D Ad lectorem prædicare vaticinia Prophetarum, loquendo ſimpliciter, non prædicando: quod nulli licet, niſi ſaltem ſit Diaconus. Magiſter tamen, & Baccalaureus, in cathedra auctoritatem habet exponendi ſcripturas, & docendi. Ad hoſtiarium reijcere malos de Eccleſia, vt ſunt excõmunicati, qui diuinis intereſſe nequeũt.

Digitized by Google

Ad accolitum, præparatio luminariũ in ſacrario, portare cereum; præparare vinum, & aquam ad ſacrificium. Ad ſubdiaconum, calicem & patenã ad altare portare, & eis materiam parare, & aquam præbere ad lauandum manus, &c. Ad Diaconum pertinet, aſſiſtere ſacerdoti, & miniſtrare in omnibus quæ aguntur in ſacramentis, & prædicare, & quæcunque in altari oporteat, etiã veſtire ſacerdotem. Ad presbyterum, conſecrare corpus, & ſanguinem, orationes dicere, benedicere, & miniſtrare omnia ſacramenta, præter confirmationem, & ordines, ſi habet curam animarum, & prędicare, ſi ad hoc inſtituatur. Hæc omnia ex Sylueſtro, verbo, ordo. Vbique inuenitur auctoritas canonum, conciliorum, atque Doctorũ ſuper his omnibus, quæ hic dicta ſunt, quos non citaui, vt breuior fierem.

409. *Quæritur in quibus differant maiores ordines à minoribus?*

RESpõdetur in multis differre maiores ordines à minoribus. Primò maiores dicuntur ordines ſacri, minores verò non appellantur ſacri. Secundò maiorib. ordinibus annexũ eſt votum caſtitatis, minoribus verò minimè. Nauar. cap. 22. nume. 18. Tertiò in minoribus conſtituti poſſunt abſque vlla diſpenſatione vxorem ducere, in maioribus verò id fieri non poteſt. Quod patet manifeſtè in can. 25. Sanctorum Apoſtolorum. Quartò ſi de facto contrahant matrimonium in maioribus conſtituti, matrimonium non tenet. Quintò conſtituti in maioribus tenentur ſub peccato mortali, niſi iuſta excuſet cauſa, diuinum officium deuotè, & attentè recitare, in minoribus autem id non tenentur. Sextò maiores non poſſunt duo in eodem die vni ordinando adminiſtrari; minores autem etiam cum prima tonſura, & ſubdiaconatu dantur. Sylueſt. verbo, ordo. 2. quæſtione 7. Septimò minores adminiſtrari poſſunt omni die Dominica, & feſtis, & quatuor temporibus, & alijs diebus à iure ſtatutis; maiores autem non, niſi ſex anni diebus à iure declaratis. Sylueſter. ordo. 2. quæſtione 6. Octauò ordines maiores conferuntur in miſſæ celebratione, minores verò non, vt patet ex cõmuni vſu, & Sylueſt. ſupra, quæſtione 9. Nonò quod ad receptionem cuiuslibet ſacri ordinis requiritur confeſſio, & communio, vt ex Sancto Thom. & communi vſu probat Nauar. cap. 2. numero 9. minoribus autem non, & præcipit, Concil. Colon. cap. 26. Decimò, maioribus initiati tangere poſſunt vaſa ſacra: imò Diaconus corpus, & ſanguis Chriſti, patena, vel calice mediante, & in aliquibus caſibus immediatè. Sylueſt. ordo. 2. quæſtione 4. minores autem prohibentur. Vndecimò, ſi quis recipit aliquem ſacrum ordinem ſine dimiſſorijs, aut ante legitimam ætatem, vel extra tempora, peccat mortaliter, & eſt ipſo iure ſuſpenſus, & ſi tali ordine vtatur, erit irregularis. Sylueſt. irregularitas, tertio, numero nono. Nauar. capit. 25. numero ſeptimo. Quæ omnia in minoribus non habent locum. Duodecimò minores ordines conferri poſſunt ab Abbatibus, ex iure, vt capit.

quoniam.

quoniam.69.diſt.ca.cum contingat, de ætate,& qualit. Probat Sot.4.ſenten.diſtin.23.quæſt.1.verſiculo. Abbatibus autem. tex.cum gloſſ.verbo. An Epiſcopo. Maiores autem non, ſecundum communem relatum à Victoria. Qui tamen, etiam nu.235.ait, quod ſi de facto committat, ſubdiaconatum, & diaconatum ſummus Pontifex, factum teneret. Decimotertio quod in manibus ſufficit, vt ordinando, tradatur inſtrumentum ab Archidiacono de mandato Epiſcopi. In maioribus autem neceſſarium eſt, vt tradatur ab Epiſcopo. Syluest. ordo. 2.q.5. Decimoquarto, & vltimo Epiſcopis cõcedit auctoritas diſpẽſandi in oĩ irregularitate excepto homicidio voluntario, quo ad minores ordines tantum, non ſic ad maiores.

410. *Quæritur an in quolibet ordine character imprimatur, & det gratiam, & quæ ſit materia, & forma huius ſacramenti?*

RESpõdetur ſub correctione omiſſa opinionum multitudine relata à Syluestro, ordo, 1.q.2.& ab alijs. In tribus enim maioribus tantum, ſcilicet, ſacris conferri ſacramentum ordinis conueniunt penè omnes. Ita inſinuat Magiſter.3.ſent.diſt.24. Nauar.cap.22.num.28. verſiculo quare probabilis; ex multis reſoluit quatuor ordines maiores, addito Epiſcopatu cum alijs tribus tantum eſſe ſacros, & illorum quolibet characterẽ imprimi, quia in illis tantum confertur ſacramentum, & datur gratia: quatuor autem minores, non eſſe propriè ſacramenta, ſed ſacramenta-

A lia. S.Tho.verò, Syluest. & alij quos refert, & ſequitur Sot. mediam tenẽt viam dicentes, Epiſcopatum quidem ordinem eſſe, non autem ſacramentum, nec in illo nouum characterem imprimi: ſed ſacerdotalem characterem dilatari. Quod confirmatur ex eo, quod in Eccleſia primitiua tantũ erant duo ordines ſacri. Presbyteratus, ſcilicet, & Diaconatus. Nã Subdiaconatus tunc non dicebatur ordo B ſacer, vt nunc. Tex. expreſſus in cap. Nullus in Epiſcopum. 61.diſt. quem tex. refert, & confirmat alius tex. Innocen.III. in cap. à multis, & Victoria, nume.226. Victoria verò probat auctoritate multorum Conciliorum, & per decretum Innocentij, & Zozimi minores ordines ab antiquo fuiſſe in Eccleſia. Et ſic eſt probabile, quod ſunt de iure diuino, & per conſequens ſacramentũ, & ſi ſunt ſacra- C menta conferunt gratiam, & imprimunt characterem, ſi autem nõ ſunt ſacramenta, conſequenter non imprimunt characterem.

Circa materiam huius ſacramenti ordinis quæ ſit. Ad hanc quæſtionem reſpondit Conc. Florent. in hæc verba. Eſt aũt in ſacramento hoc (ſcilicet ordinis) materia illa, per cuius traditionem confertur ordo, ſicut Presbyteratus traditur per calicis, cum D vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri euangeliorum traditionem. Subdiaconatus per traditionem calicis vacui, cum patena vacua ſuperpoſito, &c. Mag. S. Thom. & communiter omnes in 4. diſtinctione 24. Sot. quæſtione 1. artic.3. Syluest. ordo, 2. quæſtione 4.

Quænam ſit forma huius ſacramẽti (ſecundum communem omnium) ſunt verba illa, quę ex Pōtificiali Epiſcopus dicit vnius cuiuſque inſtrumenti traditione.

411. *Quæritur, quando character imprimitur, & de eſſentia ſit, ut ordinandus tangat inſtrumentum ſibi porrectum?*

RESpondetur tunc imprimi characterem, quando ordinandus ab ordinatore ſuſcipit inſtrumentũ, quod illi ordini ſuſcipiendo conuenit. Silu. ordo. 2. q. 4. Sotus in 4. diſt. 24. q. 1. art. 5. ait, quod eodem puncto, quo gratia infunditur character imprimitur. Et quo imprimitur character, infundit gratia, niſi obex ponatur. Momentum autem illud eſt, quando ſacramentum perficitur. perficitur autem, quando materia, & forma applicantur, videlicet, vbi Epiſcopus calicem tradens, & hoſtiam, ait: Accipite poteſtatem cõſecrandi, &c. Quapropter illo momento, vt ait S. Thom. diſt. 24. quæſtione 2. ar. 3. ſubſequitur effectus, ſic omnes affirmant.

Ad alterã Quæſiti portẽ. Dico ex S. Tho. 4. ſen. d. 24. & alijs doctorib. quod eſt de eſſentia ordinis, vt tangatur ab ordinãdo inſtrumentũ porrectũ. Eſt text. in c. ſubdiaconus, cum trib. ſequentibus. 23. d. vbi habetur, quod ſubdiaconus accipiat librũ, ſimiliter alij alia inſtrumenta. Intãtũ, ꝙ motus his iuribus Silueſt. ſupra, & Caiet. Quodl. 1. q. 16. dixerunt indubitãter eſſe tenẽdum, quod tactus

A ſit eſſentialis. Et hanc opinionẽ probabiliter ait Sot. 4. ſent. d. 24. q. 1. artic. 3. & Nauarr. c. 22. num. 17. tamẽ Caietan. in ſumma, verbo, ordinandi, & Victoria, vt ſupra. Tempore Apoſtolorum, nõ erat neceſſariũ, niſi imponere manus. Tertio, quod ait Durandus, quod in ſuo Epiſcopatu, Diaconis non tradebatur liber. Reſpondetur ad Conc. Flor. quod fortè omiſſum fuit ibi, ut clarum. Ego autẽ

B in re tam graui, & in qua omnia illa iura dicunt. Accipiat de manu Epiſcopi: non auderem a communi ſententia cum S. Tho. & alijs recedere; maximè quia omnes dicunt, ſecurius eſſe tangere. Et conſilium eſt, in his, quæ maximi ſunt momenti, tutiorẽ partem eligendam eſſe. Et ualdè eſt aduertendum, in hoc ſacramento, ſicut in alijs, ſi deficiat aliquid de verbis eſſentialibus, quæ ſunt forma, vel

C materia neceſſaria, & applicatio vtrarumque, quando debetur, ordo non confertur, quæ autem ſunt accidentalia, non derogant.

412. *Quæritur, quæ ſint de ſubſtantia ordinis, & quę non ſint, & an ordines ſint conferendi ſigillatim uno ordine?*

AD primũ reſpõdetur, ꝙ omnia,

D de quibus inuenitur in iure eſſe facienda, ſunt de ſubſtãtia, niſi inueniatur expreſſum in iure, quod non ſint de ſubſtãtia, vt eſt tẽpus ordinationũ. Ætas ordinãdi, Impoſitio manuũ Epiſcopi, quoad presbyterũ, vel diaconũ. Et quod ordo recipiatur à proprio Epiſcopo, Græco, vel Latino, vel cum debitis interſtitijs temporum. Nec etiam, quod ſint ieiunidans

Digitized by Google

dans, & recipiens, nec miſſa eſt neceſſaria, nec de ſubſtantia. Vnde eſſentia ordinis conſiſtit in traditione ſignaculi, cum expreſſione formę verbalis, per quam character imprimitur. Si verò circa prædicta aliquid omittatur, totum ex integro iterabitur, niſi de illo iura cauerint, quod non ſit de ſubſtantia.

Ad ſecundum dicitur, quod ordinem gradatim ab infimo, vſque ad ſummum. ſ. Epiſcopatum ſuſcipiẽdi ſunt, ſecũdum ordinem eorum, qui ſecundum D.Tho.4.ſent.d.43.q.2.ar.1. eſt Prima tõſura, Exorciſtatus, Lectoratus, Hoſtiariatus, Accolutatus, Subdiaconatus, Diaconat⁹, Preſbyteratus, & Epiſcopatus. Si quis autem vno, vel pluribus prætermiſſis ad ſuperiorem ordinetur, eſt ſuſpenſus, & miniſtrando efficitur irregularis, ſi id ſcienter fiat, & debet deponi, etiamſi nõ ex malitia, ſed ex ignorantia, vel negligẽtia, ſed per Epiſcopum diſpenſari poteſt, vt ad ordinẽ prætermiſſum promoueri poſſit, ſuſpenſus interim ab executione ſuperioris. Et ſimiliter poterit cum eo diſpenſari, ſi miniſtrauerit interim in illo ordine, credens ſe gradatim promotum, ſi autem in ordine ſic ſuſcepto, ſcienter ſine ordinatione miniſtrauerit, diſpenſari non poteſt, quod vlterius aſcẽdat, niſi per Papam, ſed in ordine ſuſcepto adhuc poteſt diſpenſari per Epiſcopum, ſicut cum non ordinato adminiſtrante. Hæc ex Silueſ. verbo, Irregularitas, q. 11. & ſuperius, verbo, ordo. 2. quæſt. 11. & in vtroque loco, multas adducẽte auctoritates iuris, & Doctorum, ut eius moris eſt.

413. *Quæritur quis ordines conferri poßit, & quis poßit, uel non poſſit ordinari?*

Reſpondetur primò, Epiſcopum ex officio eſſe huius ſacramenti miniſtrum. Hęc communis omniũ aſſertio S.Tho.4.ſent.& Silueſt. Cõcil.Trid.ſeſſ.23.cap.4. vſus vniuerſalis Eccleſiæ habet, vt etiam primã tonſura Epiſcopus tradat, vt ibi Cõcil.Trid.habet. Quamuis etiã Abbates id poſſint ex iure, & etiam minores ordines conferre, & omnes Epiſcopi, etiam titulares, hęretici, degradati, depoſiti, interdicti, excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, licet huiuſmodi mortaliter peccent, tamen ordo tenet, ſed ab his, qui ſcienter ſuſcipiunt, gratiam nõ conſequuntur, licet character imprimatur, quia ipſi ab Eccleſia prohibentur. Sic ait S.Tho. Silu. Sot. & alij. Atque etiam ſi per ſimoniam conferatur, ordo tenet, & character imprimitur, ſine gratia tamen ſimplex ſacerdos ex cõmiſſione Papæ ordines conferre poteſt. Ait Couar. lib. variar. c. 10. num. 10. De Subdiaconatu, & Diaconatu S. Tho. & alij negant poſſe fieri: tamen Vict. num. 235. dicit ſe vidiſſe bullã id Papã conceſſiſſe, & credit in tali caſu, ꝙ factum teneret. De ſacerdotio verò omnes dicunt non tenere. Secũdo dicimus de his, qui poſſunt, vel non poſſunt ordinari. Fœmina non eſt capax ordinis, S.Tho. & Silueſ. ordo 4. & omnes. Hermafrodit⁹, qui magis inclinat in ſexum fœmineum, prohibetur. Sotus, & omnes ſic affirmant: ſimiliter monſtrum. Idem Sotus. Puer ante vſum rationis

ris ſi ordinaretur de facto. Siluest. or do.4. & Victoria num. 237. & Sotus 4.d.25.q.1.ar.2. tenent, quod ſit ordinatus, adducentes quod de iure diuino, nulla ętas eſt requiſita. An autem iſte caſtitatem ſeruare teneatur, quæ ordini ſacro eſt annexa. Palud. quem refert, & ſequitur Sotus, 4. ſententi. diſt. 25. q. 1. ar. 2. ait, non teneri, immo matrimonium abſque diſpenſatione contrahere licitè poſſe. Qui verò per vim ordinaretur, non tenet ſacramentum, ait S. Thom. & Nauarr. cap. 22. num. 51. ex conſequenti, non tenetur obſeruare quicquid per ordinem præcipitur ſeruare. De iure autem nemo ordinari poteſt, nō habens legitimam ætatem, quam iura ſauxerunt.

414. *Quæritur de ætate ordinandorum, & de tempore, quo poſſint ordines conferri?*

RESpondetur, quod ad præſens, poſt Concilium Tridentinum, prima tonſura poteſt ſeptennium cō pletum, idemq; in tribus primis minoribus, in acolyto autem numerus annorum duodecimus. Vt ex ca. ſint ſingulis. 77. diſt. In ſubdiaconatu ſecundum Concilium Tridentinū, ſeſſione 23. cap. 12. requiritur numerus annorum 22. Ad Diaconatum num. 23. annorum. Ad ſacerdotium verò ante 25. annum inchoatum promoueri non poteſt. Idq; locum habet in regularibus, & etiam mendicantib⁹, omnib⁹ ſuis priuilegijs, quoad hoc in totum ſublatis; in Epiſcopatu requiritur numerus 30. annorum completorum, & quod ſit Magiſter, Doctor, A vel Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius academiæ teſtimonio idoneus, ad alios docendos oſtendatur. Conc. Trid. ſeſſ. 22 c. 2.

Quantum ad tempus, quo ordines conferri debeant. Papa quolibet anni tempore, quemlibet ordinē administrare poteſt, & poteſt diſpenſare, vt quilibet ordinarius a quolibet Epiſcopo, extra tempora ordinetur, B Epiſcopus de iure ordines ſacros, ſex anni diebus tātū cōferre poteſt, videlicet in Sabbatho quatuor temporū, & in ſabbatho ante Dominicam paſſionis, & in ſabbatho ſancto. Concilium Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 8. & Silu. orde 2 quæſtio. 6. & Innocentius, in dicto cap. de eo. & in cap. litteras, de tempore ordinandorum, Epiſcopus qualibet Dominica, & feſto de præcepto ordines minores conferre. C Textus cum gloſ. in cap. de eo, litteras, de tempore ordinandorum, & Nauar. cap. 25. num. 71. vbi ex cap. 2. de eo, qui ordines furtum accepit, ex alijſque ait Epiſcopum dictos minores ordines, dictis diebus ſimul conferre poſſe. Quod procedit etiam ſtāte Concilio Trident. ſeſſione 23. de reform. ca. 11. ubi Epiſcopi arbitrio relinquitur omnes ſimul, vel pro tēporum interſtitia conferre. Doctores D plurimi, vt Siluest. ord. 2. q. 7. & Nauarr. ſupra Sot. 4. ſent. diſtinctio 25. q. 1. ar. 4. & alij: poſſe Epiſcopum in eodem die conferre quatuor ordines minores, & ſubdiaconatum. Et dicit Nauarr. hanc conſuetudinem non eſſe in Conc. Trident. ſublatam. Quod poterit Epiſcopus facere, quādo ordines celebrat tēporibus a iure ſtatu-

Digitized by Google

ſtatutis: quia aliàs quādo per annum conferre: tantum poterit minores conferre. Qui recipit ordines ante ætatē legitimā, dico minores, vel extra tempora, vel ſine dimiſſorijs, nullam incurrit cenſuram, vel irregularitatem, peccauit autem mortaliter. Bulla Sixti V. ſi eſſet in robore ſuo circa ordinēs, declarauit omnes ſupradictos incurriſſe, ſed quia præſens Pōtifex Clemens VIII. moderauit illam, ideo reduxit eam ad priſtinos terminos iuris communis. Extrauag. Pij II. Cum ex ſacrorum, atque Concilij Tridentini. Si autem receperit ſubdiaconatum, ipſo iure eſt ſuſpenſus, quicquid alij dicant: ita ait Nauar. c. 25. nu. 70. & Silu. verbo, Irreg. quæſt. 10. & Sot. 4. ſent. d. 25. q. 1. art. 3. & per Conc. Trid. ſeſſ. 23. ca. 8. & alij: ſi autem ſic ordinatus, antequam à ſuſpenſione abſoluatur, celebrauerit, vel in ordine miniſtrauerit, erit irregularis, cum quo ſolus Papa diſpenſat, ſi delictum fuerit publicum: ſi autem ſecretum, tam in ſuſpenſione quàm in dicta irregularitate inde ſequuta, hodie iure nouo Conc. Triden. ſeſſ. 24. ca. 6. poteſt epiſcopus per ſe, vel per Vicariū ad hoc ſpecialiter deputatum, diſpenſare.

Si Vltramontanus ordinatur ab Epiſcopo Citramontano ſine dimiſſorijs ſui Epiſcopi, incurrit dictam ſuſpenſionem, ſi è conuerſo fiat, nulla incurritur cenſura. Vide Silueſ. verb. Irregul. q. 9. Quod probatur in dicta Bulla Pij I.

De ſcientia, quam habere tenētur, qui ordinandi ſunt, vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. v. 13. 14. & valde caueāt Epiſcopi, ne indignos admittāt, cum A inde maximum detrimentum Eccleſiæ oriatur.

Vltimò dicimus de officio diuino, quod in ſacris ordinati, ſcilicet, ſubdiaconus, diaconus, & ſacerdos, recitare teneantur, notiſſimum eſt. Atq; etiam beneficiati, licet non ſint in ſacris conſtituti. Et etiam in ſacris conſtituti, quod ad ſeruādam caſtitatem teneātur, notiſſimum eſt. Ideo qui in ſacris ſunt ordinandi, antequam accedant, diligentiſſimè, & intimè, ſeipſos examinent, an ſe ſentiant, & credant continentiā ſeruare poſſe, aliàs dum ſuſcipiunt ordinem ſacrum, laqueum diaboli iniiciunt animæ ſuæ, præcipuè qui in laſciuis, & obſcœnis operibus aſſueti retroactis annis ſic vitam duxerunt. B

415. *Quæritur, an Epiſcopus repellere poſſit clericum volentem ad ordines promoueri: & an poſſit cogere clericum ad ordines ſuſcipiendos?* C

AD primum dicimus, quod ſi nō habet ius petendi ordines, poteſt Epiſcopus negare: ſecus ſi illud habet, vt ratione beneficij, cui ordo eſt annexus; ſicut beneficio curato, ſacerdotium: quia eum prohibere non poteſt, quamuis ſciat eius peccatum occultum, idque intelligitur de epiſcopo proprio, non de alieno, qui ordinare eum non tenetur. Si verò vitiū, vel impedimentum ſit manifeſtum, publicè repellere eum poteſt. Regularis tamen nullo modo debet ordinari cōtra voluntatem ſui prælati. D

Ad ſecundum dubium dicimus, ſi ille habet beneficium cogere poteſt Epiſcopus huiuſmodi clericum accipere

Digitized by Google

pere ordinem, quem requirit dignitas, vel beneficium obtentum, cui annexus ſit ordo, ſicut Archipresbyteratui, Abbatiæ, vel propoſituræ ad ſacerdotium. Et cogi poteſt per ſubtractionem illius beneficij, imò ſi illud beneficium ſit parochia, niſi fiat ſacerdos intra annum, eſt ipſo iure priuatus, niſi ex iuſta cauſa remanſerit. Quod tamen fallit, ſi canones obſiſtant: ſicut ſi Abbas confirmatus ante ordinationem fiat ſine culpa ſua irregularis. Vt quia manũ perdidit. Quod tamẽ ſi ex culpa ſua accideret, eſſet priuandus, ſi verò non habeat beneficium eccleſiaſticum, vel dignitatem cogi non poteſt: imò ordinans inuitum eſt ſuſpenſus à celebratione Miſſæ per annum, & debet deponi. Et ſimiliter ſi habet quidem, ſed ſi tali beneficio, vel dignitati, non ſit talis ordo annexus, idem eſt iudicium, quod non poſſit cogi. Hoc tamen fallit verè, ſi neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ hoc expoſcat. Quo caſu, cogi poteſt. Ita quod ſi ſe excuſat ratione admiſſi criminis, debet Epiſcopus, eo remoto à beneficio, quod obtinet, alios promouere; niſi aliàs eſſet valdè vtilis, vel neceſſarius. Si verò ſe excuſat ſola voluntate ſine alia cauſa, debet compelli per ſubtractionem officij, & beneficij: ſi autem ſe excuſet ratione impedimenti non prouenientis ex delicto ſuo, puta infirmitatis, vel huiuſmodi, cogi non debet. Idq; additur, quod exigit Eccleſiæ vtilitas, quando indiget miniſtris, & non ſunt alij idonei præter iſtum, quem Epiſcopus vult compellere, tunc tenetur clericus obedire, ex quo iuſtũ & vtile pcipit. Si verò epiſcopus cogẽs ſit hæreticus, vel ſciſmaticus, vel excommunicatus, & huiuſmodi, tunc clericus non tenetur obedire, vt ab ipſo ordinetur, ſed potius excommunicationẽ ſuſtinere, & idem dicitur de Epiſcopo ſimoniaco cogente à ſe clericum ordinari, nullo modo, ipſe clericus obedire tenetur, etiamſi ſimonia ſit occulta, modo ipſe ſciat, & intellige de ſimonia in ordine ſuſcepto, ſi verò ignorat, non recipit ordinis executionem, etiam ſi ſimonia ſit occulta, ſed indiget diſpenſatione, in deteſtationem criminis: ſi verò epiſcopus ſit ſimoniacus ex alia cauſa, poteſt ab eo ordinem recipere, modo ſit ſimonia occulta, quia eſt ſuſpẽſus ſolum quoad ſe. Verum ſi poteſt obtinere, vt ordinetur ab alio, ita fiat. Hæc Silueſter, verb. Ordo, 4. q. 9. 10. 11. & 12.

P

416. *Quæritur, an paruitas materiæ excuſet ſemper iniuſtum faciendo, ne ſit peccatum mortale?*

Videtur quicquid ſit contra legem Dei, ſit mortale peccatum, vt ait D. Thom. 2.2. q. 69. ar. 4. & q. 110. art. 1. ſed quicunque facit iniuſtũ, facit contra præceptum legis Dei, vel ſit de furto, vel adulterio, vel homicidio, & ſimilibus actionibus iniuſtis, ergo mortaliter peccat.

Reſpondetur, quod paruitas materiæ excuſat, ne facere iniuſtum ſit peccatũ mortale. Verbi gratia, rixan-

tur

ſunt pueri inter ſe ſe, etiam haben- A
tes vſum rationis, manuque, & pu-
gno ſe feriunt, & item fratres germa-
ni, dum paruuli ſunt in domo pater-
na conuitijs ſe laceſſunt, & alapas ſi-
bi figunt, regulariter loquendo, non
peccant mortaliter: quia maiori ex
parte, id nõ procedit ex odio, aut ma-
leuolentia, ſed nec ex ira perfecta: vn
de talis materia inter ipſos parua cen
ſetur. Ex quo fit, vt etiam ſi ſint ini-
tiati prima tonſura, non maneant ex- B
communicati: excõmunicatio enim
ſine peccato mortali non incurritur.
Dixi regulariter: nam interdum po-
teſt oppoſitũ accidere; quod per pru-
dentiam boni viri erit iudicandum.
Sit aliud exemplum quod à D.Tho.
ponitur in eadem ſolutione ad ſecun
dum: ſurripit quis ex pomario alieno
vnum pomum peccat ſolum veniali-
ter, ob paruitatem materiæ. Et ad-
dit D.Thom. rationem, quia ſcilicet, C
id non reputatur eſſe contra volunta
tem Domini illius. Sed dubitabit ali-
quis hoc loco, an ſi ſciat eſſe cõtra vo
luntatem Domini illius, eo quod eſt
homo animi miſeri, & anguſti, tunc
peccet mortaliter auferẽdo pomum?
Sot. lib.5. de iuſtitia, & iure, quæſt.3.
art.3. ad tertium reſpondet affirma-
tiue, refellit Caiet. oppoſitum dicen-
tem 2.2. quæſtione 66. artic.6. Cæte-
rum meo iudicio, opinio Caietani eſt D
multo verior. Vnde dico breuiter,
quod in tali caſu nullum eſt peccatũ
mortale. Subreptio enim vnius po-
mi non cenſetur rationabiliter con-
traria voluntati Domini, licet de per
accidens ex paruitate animi multum
offendatur ex tali ſubreptione. Ve-
rum tamen eſt, quod ſi ſcirem homi-
nem illum ex eo facto prouocandum
eſſe ad multam iram, puta ad peieran
dum, vel blaſphemandum, vel conci
piẽdum odium læthale, peccare mor-
taliter auferendo pomum; non qui-
dem contra iuſtitiam, quod intendit
D.Thom. ſed cõtra charitatem: quia
eum prouoco ad peccandum. Et hoc
eſt valdè notãdum pro pluribus alijs
materijs. Et in eodem artic. D.Tho.
ad tertium dicit, quod illud quod mo
dicum eſt, ratio apprehendit quaſi ni
hil, & ideo in his, quæ minima ſunt,
homo non reputat ſibi nocumentum
inferni; & ille qui accipit, poteſt præ-
ſumere hoc non eſſe contra volunta-
tem eius, cuius eſt res, & pro tanto, ſi
quis furtiuè huiuſmodi res minimas
accipiat, poteſt excuſari à peccato
mortali. Si tamen habet animum fu-
randi, & inferendum nocumentum
proximo, etiam in talibus minimis,
poteſt eſſe peccatum mortale, ſicut &
in ſolo cogitatu, per conſenſum.

417. *Quæritur quãdo quis retinet alie
num, vel animum occidendi, vel forni-
candi, & huiuſmodi, an ſemper ſit vnũ
peccatum, uel plura, per totum tempus,
quo ipſe perſeuerat?*

RESpondetur, quod in duobus ca
ſibus poteſt nouum peccatũ cõ-
mittere, primus eſt, quotieſcumque di
rectè, & expreſsè renouatur propo-
ſitum per ſpecialem actum. Et ad
hoc, non ſufficit qualecunque propo
ſitum renouatum: ſed requiritur,
quod ita proponat, vt ſi prius nõ pro
poſuiſſet, tunc firmiter proponat,
retinere

Digitized by Google

retinere alienum,vel fornicari,vel oc
cidere omninò.Secundus eſt,quan-
do propoſuit non facere quod volue
rat,& poſtea iterum facere proponit,
tunc eſt nouus actus, toties quoties
ſic facit, & ſunt diſtincta peccata,de
neceſſitate ſic in confeſſione explicā
da.Et vt vno verbo dicam.Quando-
cunque voluntas renouatur ad id fa
ciendū niſi pœnituerit de præterito,
eſt circumſtantia aggrauans peccatū.
Et ſi quis quærat, quis magis pecca-
uit: vel qui aliqn̄ pœnituit,& poſtea
redijt in idem: vel qui continuauit
intentionem. Vtrinq; ſunt rationes.
Qui continuauit per totum tempus
videtur grauius peccatum, quia gra-
uitas peccati perpenditur ex perſeue
rantia in malo. De illo verò,qui plu-
ties pœnituit, & poſtea redijt ad pec-
catum,videtur magis peccaſſe,qa plu
ries abſtitit gratiȩ ſpiritus ſancti.Hȩc
Petrus de Arrag. ſuper D.Tho.2.2.
q.62.artic.8.

418. *Quæritur, an diſpenſatio ſuper irregularitate contracta per homicidium pertineat ſolum ad ſummum Pontificem?*

VIdetur nō ſemper diſpenſatio cu
iuſcunque irregularitatis per ho
micidium contractæ pertinere tantū
ad ſummum Pontificem ſecundum
Caiet.in ſumma, verb.Irregularitas.
Ibi enim duo dicit. Primū eſt,quod
qui habet auctoritatem diſpenſandi
in omni irregularitate citra homici-
dium voluntarium, poterit etiam di-
ſpenſare in omnibus alijs caſibus iu-
ſtæ occiſionis humanæ,qualis eſt illa,
quæ fit à iudice. Nam homicidiū tan
tum ſignificat iniuſtam occiſionem.
A Secundo dicit,quod qui habet talem
facultatem, etiam poterit diſpenſare
ſupra quodcunque homicidium ca-
ſuale, quãuis fuerit indirectè volitū:
Quoniam tale homicidiū in iure nō
dicitur volūtarium, ſed caſuale. Hȩc
ſententia Caieta.quibuſdam certiſſi-
ma videtur,mihi tamen,quantum ad
primum dictum,videtur apertè falſa:
ius enim canonicum non vtitur hoc
vocabulo,homicidium, adeo ſtrictè,
B &metaphyſicè,ſicut dicit Caietanus,
ſed quæcunq; hominis occiſio, etiam
iuſtè à Iudice facta appellatur homi-
cidium: & cum ſit volūtarium ſolus
ille poterit ſuper irregularitate ex il-
lo proueniente diſpēſare, qui diſpen
ſat ſupra homicidium voluntarium,
qui eſt ſolus ſummus Pontifex,vt cō
ſtat ex vſu,& cōſuetudine. Quod au
tem in iure,non ſolum appellatur ho
micidiū iniuſta hominis occiſio, ſed
C etiam quæcunque alia iuſtè facta:pro
batur ex clementi.ſi furioſus, de ho-
micidio. vbi hominis occiſio, quam
quis in propriam defenſionem facit,
homicidium appellatur,& tamen cer
tum eſt,talem eſſe iuſtam,& inculpa-
tam occiſionem, homicidium tale ca
ſuale,quamuis non ſit peccatum,vo-
catur homicidium, vt eſt videre in to
to titulo de homicidio voluntario,&
caſuali; & ſic fundamentum Caieta.
D eſt nullum. Hæc Petrus de Arrag.ſu-
per D.Tho.2.2.q.64.art 6.

419. *Quæritur,an miniſtri Eccleſiaſtici culpis lathalibus implicati miniſtrātes Sacramenta,ſine præuia contritione peccent mortaliter?*

VIdetur quibuſdam, quod fortè
miniſter, qui ſine complacētia

pec-

peccati eſt, proponens ſe emẽdare, ad miniſtraret ſacramentum, licet probe noſſet ſe non eſſe cõtritum: ſic adminiſtrando non delinqueret mortaliter; tamen in hoc quaſi dubitantes dixerunt?

Reſpondetur, quod contritio, ſeu attritio probabiliter æſtimata contritio ſufficit ad licitè adminiſtrãda omnia ſacramenta, non tamen ſatis eſt adhuc attritio cognita, quia cum ſola attritione cognita diſpenſare ſacramenta eſt cum cõſcientia mortali ea adminiſtrare, ideo, vt aliàs pluries diximus ex D. Thom. quod qui in mortali ſacramenta adminiſtrat mortaliter peccat, & quamuis aliqui dicant non eſſe ita facilè in contritione accedere, & ſi in hoc deſit, ſibi imputet. ibique dicitur non ſolum de ſacerdote, ſed diacono, & ſubdiacono ex officio adminiſtrantes in mortali, cum ſola attritione cognita, ſine contritione vera, aut probabiliter æſtimata; hæc contra Sotum in 4. circa diaconum, & ſubdiaconum. Hæc concluſio fuit Patris Fratris Ioannis della Penna, immò noſtra concluſio eſt D. Thom. vt ſupra diximus, & eſt communior, & veriſimilior: patet quia ſatis eſt ad inducendum ſuper diaconos, & ſubdiaconos hanc obligationem adminiſtrandi in gratia, quod quo ad ſuum miniſterium ſint conſecrati, exerceãtque illud ex officio, non enim requiritur quod actus ſui miniſterij ſit actus ſanctificatiuus, id eſt conferens gratiam, & ſanctitatem, contra Sotũ. Satis autem eſt ad id miniſterij in ſua initione receperint gratiam, & quod actus illorum ſint ſacri, & quia diaconus, & ſubdiacon⁹, circa corpus Chriſti verum, vel circa eius materiam, actum habent immediatum, non ita eſt dicendum de his, qui ſunt in minoribus, etiamſi ordines minores ſacramenta omninò eſſe conſtaret. Hęc præfatus Ludouic. Lopez prima parte, cap. 10.

420. *Quæritur circa peccata, quibus modis ſit cognoſcendum mortale, à veniali?*

Reſpondetur, peccata mortalia ſunt, quę tam de obligatione pręcepti, quàm etiam de neceſſitate veniunt cõfitenda; venialia autem non ita, ſed voluntaria ſunt materia confeſſionis: nam iuxta Concil. Trident. licet peccata venialia aptant materiã confeſſionis ſacramenti, ſed nõ ſunt eiuſdem ſacramenti materia neceſſaria, quia per alia quoque remedia deleri poſſunt. Ideo pro clariori ordine procedendi quaſdam regulas præſtituemus, quibus poterit quis cognoſcere mortale à veniali peccato.

Primus modus eſt cognoſcẽdi peccatum mortale, quando id, quod contra Dei mandatum, vel eius eccleſiæ omittitur, vel committitur cum ſufficienti deliberatione, & in materia graui, tunc eſt mortale. Puta qui occideret, fornicaretur, non confiteretur ſemel in anno, vel non communicaret, & huiuſmodi.

Secundus modus eſt, quando contra amorem Dei, vel proximi notabiliter committitur, vel omittitur, peccatum mortale eſt, cum charitas deſtruatur. At verò veniale charitatem non excludit, licet eius feruorem tepefaciat: vt ſunt otioſa verba, parua va-

vanagloria, leuia mẽdacia, & huiuſmodi ſine detrimento perſonarum.

Tertius modus eſt omne illud opus, qd in graue detrimentũ proximi vergit, vel cõtra honorẽ Dei militat in materia graui, eſt peccatũ mortale.

Quartus eſt vniuerſalis circa cogitationes cordis, conſentiendo abſolutè, & ſimpliciter cuicunque materiæ peccatorum ſupradictorum.

Nunc declaramus, quomodo peccata ſuperius poſita, quamuis de ſuo genere ſint mortalia, venialia euadant. Et primò ratione paruitatis materiæ, vt eſt furtum vnius quadrantis, quod non eſt mortale. Alio modo, quando non fuit perfectæ deliberationis, ſicut in repentinis motibus non plenè per cõſenſum voluntarijs.

Diximus qđ cauſa paucitatis materię de mortali, fit veniale, tamen in aliquibus caſibus exilitas materiæ quãdoque non excuſat à mortali, puta in iuramento aſſertorio, quãdo quis falſè iurat, vt ſi dicat, per Deum non leuaui feſtucã de terra, licet res ſit parui, vel nullius momenti leuaſſe, vel non leuaſſe ſtipulam de terra, tamen ratione materiæ leuis ſic iuratæ falſè, non ſolum tale iuramentum, ſeu periurium non eſt veniale, ſed eſt mortale, imò plus grauitatis eſt, quã ſi fuiſſet in re graui, cum adducatur Deus in teſtem falſiſſimæ rei.

Secundus caſus eſt, quando contingit fieri aliquid mali, licet in ſe ſit modicum, ſi tamen fiat in contemptum Diuinæ legis, fit pecatum mortale; puta verba otioſa: quia contemptus regulariter vbique eſt damnabilis, & mortale peccatum. Sicut qui furantur minimum, animo furandi maximum, ſed non poteſt, eſt mortale peccatum ratione intentionis. Ludouicus Lopez, in ſua ſumma, primo capit. primæ par.

421. *Quæritur, an committentes vnũ peccatum in actu, poſſint habere plures fines intentos aliorum peccatorum, de neceſſitate confitendos?*

RESpondetur, quod valde ſit à cõfeſſario attendendum, & interrogandum pœnitentem, ſi vltra peccatum cõmiſſum, quod confitetur, ſint in mente alij fines diuerſorum peccatorũ, quæ ab ipſo peccatore fuiſſent intenta ſimul cum ipſo actu patrato; puta ſi eius volũtas dirigat opus peccati in alium, vel alios fines, qui hic conſtabit, an ſimplex, vel multiplex fuit peccatũ illius. Simplex eſt enim cum quis ſimpliciter, cum vult adulterari, vt furetur a marito adulteræ pecunias. Triplex aũt peccatũ ſi erit, ſi velit adulterari, vt furet̃, & occidit maritũ adulterę. Et multiplicius erit, ſi plures alios malos fines ad opꝰ ſui adulterij applicet. Et ideo vnus actus peccati: q vno reſpectu eſt vnius ſpeciei, alio reſpectu põt quoq; eſſe alterius ſpeciei. V.g. peccatũ furandi, qđ qs cõmittit, vt adulteretur, eſt furtũ, quatenus obiectũ illius, in quod per ſe ordinatur, eſt contrectatio rei alienæ, & eſt adulterium, quatenus ordinatur a voluntate in illum finẽ: imò magis eſt adulter, quàm fur, iuxta illud Ariſt. qui furatur, vt adulteretur magis eſt adulter, quam fur, ex quo corollarium ſequitur, quod licet circumſtantiæ finium malorum diuerſorum ſpecierum conſtituant peccata diuerſæ ſpeciei, aliæ tamen circum-

ſtantiæ

ſtantiæ non efficiunt in plurimũ idẽ: furtum enim factum in vno loco, & tempore, vel ab vna perſona, nõ differt ſpecie ab eo, quod fit in alio loco, & tempore, vel huiuſmodi auctore. Sic ait D.Tho. 1.2.q.72.ar.9. cui accedit Nauar. præludio 9. num.17. Hoc autem intelligendum venit ſic, niſi ſpeciali lege id prohiberetur, ut prohibetur furtum, & homicidium in loco ſacro. Quam limitationem D.Thom. explicauit artic. 2. ibidem vt ſupra.

422. *Quæritur, an ſi expediat ſaluti corporis membrũ abſcindere, idq; infirmus renuat, poſſit Reſpub. pater, et Prælatus præcipe e, & compellere ſub mortali peccato, ut ſinat illud abſcindi?*

Reſpondetur, iudicem in primis, aut Rempub. id non poſſe, quia Reſpub. non poteſt, & non habet auctoritatẽ, vel ius in corpus, & membra ciuium in ordine ad bonum aliquod particulare, ſed tantum in ordine ad bonum commune: in hoc autẽ caſu, talis abſciſſio tantum eſt neceſſaria, vt ſupponitur, ad bonum particulare, & ſalutem infirmi.

Dico ſecũdo, nec prelatũ ſuos ſubditos, nec parentes ſuos filios poſſe præcepto obediẽtię obligare ad ſimiles abſciſſiones, licet poſſint obligare eos ad ſumenda medicamenta ſalutis neceſſaria, quæ commodè ſumi poſſint. Et ratio eſt, ſi poſſent tale pręceptum imponere, id certè eſſet, uel quia ille infirmus, tenetur pro vita, & ſalute dolorem illum ſubire, vel quia licet eis tali infirmo quodcunq; medium præcipere, ſed neutrum ho-
A rum verum eſt, non prius, quia ſalus, & vita corporis non eſt tantum bonum, vt quis teneatur pro ea quoſcũque dolores, etiam grauiſſimos, ſubire. Vnde illud cuiuſdam Romani adducitur. Non eſt tanto dolore digna ſalus. Nec poſterius eſt verum, quia ſuperiores non poſſunt omnia licita, & honeſta præcipere, ſed ea tantum, quæ moderata ſunt, maximè autẽ difficilia, & quæ habent ſe velut actus
B heroicus, vt grauiſſimos pati dolores non cadunt ſub hominũ obediẽtia, & ita non poſſunt tale quid præcipere.

Hęc intelligenda ſunt, quando ille infirmus non eſt neceſſarius Reipubl. Nam ſi ſit ita neceſſarius, vt eo mortuo, nõ inueniatur alius ſimilis, & ferè æquiualens bono communi, & per eam abſciſſionem, vel dolorẽ probabiliter credatur euaſurus mor-
C tem, tenetur ipſe dolorem illum pati, & poteſt a Repub. & ſuperiorib. ad id compelli pro bono communi. Nam ſi teneretur ille ex charitate, & iuſtitia legali exponere vitam pro bono communi, quanto magis pati illã abſciſſionem membri, & dolorẽ, quãuis vehementem pro eodem bono communi. Ita Sotus determinat in 2.2. D.Tho.q.65. & ſua queſt. 2. art. 1. de mutilatione. Et Salon eadem
D quæſ.65.ar.1.

423. *Quæritur quid ſit preſcriptio, & an in conſcientia poſſit quis uti eius facultate, ut leges humanæ concedunt?*

Reſpõdetur ꝙ prę ſcriptio, & vſucapio, de qua aliàs ſcripſimus, im-

importat acquiſitionem dominij; per continuam poſſeſſionem temporis à lege diffiniti, auctoritate legum vim capiens pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponens ipſa præſcriptio, vt habetur in ff. de vſucap. l. tertia. Nec eſt contra ius naturale, imò rationi conſonum: quia negligentes punit, & terminat lites. Cum autem eſt legitima, id eſt, cùm bona fide, & tanto tempore, vt iura Canonica approbant, ius parit in foro conſcientiæ, ita quod ſine peccato retineatur, etiam ſi poſtea ſciatur fuiſſe alienum: quia ratione legum rationabilium ſecũdum Caietan. ibi in ſumma. Differt tamen præſcriptio ab vſucapione; quia vſucapio eſt rei mobilis, quæ in termino completur, capit. quas actiones. decimaſexta quæſtione tertia. Præſcriptiò verò eſt rei immobilis, & non ita cito completur, ſed ad eius cõplementum maius temporis ſpatium requiritur. Iſta præſcriptio eſt analogi temporis, videlicet annorum decem, inter præſentes, id eſt in eadem ciuitate exiſtentes. Alia viginti annorum inter abſentes; Alia eſt longiſſimi temporis, videlicet, triginta, vel quadraginta annorum; decimaſexta, quæſtione tertia, §. Poteſt. Intellige contra laicos, quia contra eccleſiam laicus non præſcribit. Ad præſcriptionem ſecundum iura canonica quatuor requiruntur. Primò poſſeſſio rei præſcribendæ continua, ſine interruptione, vſque ad finem præſcriptionis. cap. illud co. & regula, ſine poſſeſſione. de Regu. iuris. & quod teneat nomine ſuo, & non alieno, vt colonus, nec precario, & huiuſmodi, qui non proprio nomine poſſident, ca. cum veniſſent, de reſti. ſpol. Secundò requiritur bona fides præſcribentis, id eſt, quod credat rem ſuam eſſe, licet erret in facto, l. bonæ fidei, in ff. de verbor. ſignifi. limita in præſcriptione vbi requiritur aliquis actus poſitiuus. Tertiò requiritur titulus iuſtus, vel titulus ſaltem præſumptus. Tunc namque quis ſecura conſcientia dicitur habere iuſtum titulum, qñ nihil probabilitatis innoteſcit ei de cõtrario, & dicitur iuſtus titulus, & omnis actus per quem ſolet dominium acquiri: vt iure hæreditario, vel exemptione, vel donatione, & huiuſmodi. Quartò quod ſit talis res, quę poſſit pręſcribi, nõ enim omnia præſcriptionem patiuntur, de quibus vide Syluest. verbo, præſcriptio. Si quis autem dubitat, licet neſciat habere iuſtum titulum, & poſſeſſor bonæ fidei, vſque quo ſciat ſe iniuſtè poſſidere; tunc enim ceſſat bona fides. Vnde cum tali dubitatione poteſt præſcribere; maximè ſi à principio non habuit tale dubium: debet tamen diligenter inquirere, & ſi inuenerit rem eſſe alienam, reſtituat ſtatim. Dicitur enim bonæ fidei poſſeſſor, quamdiu alienum poſſidere quis ignorat. Si quis à principio pręſcriptionis fuit malę fidei poſſeſſor, poſtmodum effectus in bona fide perſeuerat, non pręſcribet, niſi incipiendo à tempore, quo incepit habere bonam fidem, quia oportet quod pręſcribens in nulla parte temporis habuerit cõſcientiam rei alienæ. Vlterius qui cõpleta pręſcriptione, incipit habere malam fidem, id eſt ſcire rem pręſcriptam non fuiſſe ſuam,

non

non propterea tenetur reſtituere, lege ſic diſponente, ſecundum Diuum Tho. quodlibe. duodecimo, articulo vigeſimoquinto. Quia lex poteſt aliquem pro peccato, & negligentia punire in re ſua, & alteri tradere, vt multę leges hoc dicunt, quas breuitatis cauſa dimitto. Dicitur poſſeſſor bonę fidei, cum quis credit tradentē rem, eſſe dominium rei, vel, habere dominium diſtrahendi, licet erret in facto, ſemper enim bona fides præſumitur, niſi probetur in contrarium, In multis etiam caſibus non currit præſcriptio, etiam quod non interrumpatur. Vide Sylueſt. in prenotato loco ex quo auctore hęc extracta ſunt.

424. *Quæritur modo quantum ad effuſionem ſanguinis in Eccleſia, an ipſam polluat omnis ſanguinis effuſio: etiam modica?*

RESpondetur modicam ſanguinis effuſionem non violare Eccleſiam, quemadmodum ſi fieret per naſum in rixa puerorum, & huiuſmodi, vt notatur ſuper cap. propoſuiſti. Sanguinis enim effuſio debet eſſe notabilis, aliàs ſi modica ſit, non violat eccleſiam, vt dicit Sanctus Antoninus vt ſupra titul. 12. cap. 6. §. 4. & Syluest. verbo, conſecratio. 2. §. 5. & Sotus 4. ſentent. diſtinctione 13. quæſtione 2. articulo 3. Nauar. capit. 26. num. 251. Neque polluit effuſio ſanguinis, licet ſit magna, ſed ſit naturalis, vel à caſu; ſed ſi ſit iniurioſa, tunc polluit. Nec etiam ſanguis animalis polluit. Eſt aduertendum, quod licet ſanguis iniurioſus non ef-

A fundatur in terram, ſed recipiatur in vaſe, vel panno, tamen Eccleſiam polluit. Si autem aliquis extra eccleſiam vulneraretur, & poſtea in Eccleſiam effundat ſanguinem, vel ibi moriatur, non propter hoc Eccleſia polluitur, quia vulnus & iniuria eſt facta extra Eccleſiam. E contrario verò ſi quis in Eccleſia vulneraretur, quamuis extra eam moriatur, vel ſanguis effundatur, Eccleſia ſine
B dubio polluitur, quia ibi quis dicitur mortuus, vbi mortis cauſam accepit, & ſufficit quod vulnus infligatur intra Eccleſiam, quamuis ante egrediatur, quam ſanguis in illa effundatur, vt dicit S. Anton. ibidem vt ſupra, & Nauarr. vt ſupra. Si quis autem exiſtens in Eccleſia vulneraret, vel occideret telo, vel alio tormēto miſſo alium exiſtētem extra eam, non violetur Eccleſia, propter hoc
C quod quis exiſtens in Eccleſia ſic occidat exiſtentem extra Eccleſiam; ſed benè violatur ſi quis exiſtens extra Eccleſiam percutiat ſagitta, vel telo, & huiuſmodi manentem in Eccleſia, vt dicit Nauar. ibi ſupra, & Tabie, conſecra. 2. §. 7. ſi autem quis in Eccleſia percutiatur niſi moriatur, vel ſanguis effundatur, Eccleſia non polluitur, etiam quod ſit permiſſio valdè enormis, & violenta. Quan-
D do vero homicidium in Eccleſia committitur à puero, vel fatuo non polluitur, ſi puer careat iudicio, vel ſi quis fatuitate occidat, vel vulneret ſe ipſum, vel alios in Eccleſia. Prętera ſi quis pro fide martyrizetur, ſiue occidatur, quidam dicunt, quod ſi fiat in Eccleſia, ipſa non polluitur, ſed verior opinio eſt; vt polluatur,

Digitized by Google

quamuis ipſa Eccleſia ſanctificetur ex talis ſanguinis effuſione paſſiua: polluitur tamen ex effuſione actiua. Nam ſceleratius eſt occidere virum ſanctum, quàm prauum; & ita affirmat Sãctus Antoninus, ibi, vt ſupra, & Sylueſt. & Nauar. cap. 27. numero 251 ſi ſanguis, vel ſemen effundatur ſub Eccleſia, vel ſuper tectum, non polluitur Eccleſia; ita Syluest. conſecra. 2. §. 5. & Nauar. vbi ſupra quantum ad cœmeterium gaudet immunitate, ſicut Eccleſia, ſi cœmeterium eſt Eccleſiæ contiguum; tunc polluta Eccleſia, polluitur cœmeterium, non autem e conuerſo; ſi autem cœmeterium non eſt Eccleſiæ contiguum, tunc polluta Eccleſia non polluitur cœmeterium. Sic aiunt præfati Doctores, & Nauar. capit. 27. numero 253. & ſi quis in Eccleſia polluta, & interdicta à iudice celebrat, mortaliter peccat, & efficitur irregularis. Qui autem celebrat in Eccleſia polluta ſanguine, & ſemine, peccat mortaliter, non tamen efficitur irregularis, etiam ſi ſcienter hoc faciat. Nam irregularitas incurritur propter celebrationem in Eccleſia interdicta à iudice tantum, nõ autem quando eſt interdicta à iure, Eccleſia autem quando eſt polluta, dicitur interdicta à iure, non à iudice, & ideo dum quis celebrat, licet peccet mortaliter, non tamen efficitur irregularis. Et ita tenent omnes, diſtinctione 13. quæſtione ſecũda, tenet Paludanus, & Sotus ibidem in 4. quæſtione ſecunda, articulo tertio. Quis autem Eccleſiam pollutam reconciliare poſſit, loquendo de Eccleſia conſecrata, dico quod eã reconciliare poteſt Epiſcopus, non tamen ſimpliciter ſacerdos, niſi ex commiſſione Papæ. Aqua prius per Epiſcopum benedicta, vt ait S. Antonin. 3. par. titulo 12. cap. 6. §. 5. & Sylueſt. conſecratio eccleſiæ. §. 8. Si verò Eccleſia non erat conſecrata, poterit reconciliari per ſimplicem ſacerdotem, cum ſimplici aqua benedicta, non autem cum aqua benedicta vino, & cinere, cum qua Epiſcopus reconciliat Eccleſiam conſecratam, vt præfati Doctores dicunt ibidem. Verum ex priuilegio Iulij Secundi, quod incipit. Dum ad ſacrorum ordinum Minorum, &c. generalis, & vigiles, ac prouinciales, eorumque vices gerentes ordinis Minorum liberè poſſunt Eccleſias, oratoria, cœmeteria, & capitula eorum ſolemni benedictione benedicere, ac illas, ſeu illa quomodocunque pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Epiſcopum, vt moris eſt, benedicta, reconciliare, &c. Et idem Leo Decimus concedit, quod quidem priuilegium eſt etiam in libro noſtro priuilegiorum, & quod minores fratres poſſunt, idem qui ſunt ordinis noſtri Prędicatorum.

*

Digitized by Google

R

425. ***Quæritur quomodo debeat ſe habere qui audit referentem aliquod malum de proſſimo ſuo?***

RE ſpódeo, quod ſi is, qui refert malum alterius ſit vir honeſtus, & probus: ille verò cuius malum refertur improbus, & ſolitus ſimilia facere, ſine temeritate, credendum eſſe dicenti, vt ſupra admonuimus: quia in hoc caſu qui refert malum illud poſſidet apud me bonum nomen, quo alter caret, & in dubijs melior eſt ratio poſſidentis. Similiter dico: Si is de quo eſt ſermo, ſit vir honeſtus, qui vero malum de illo refert, improbus, & turpis nulli eſt ei adhibenda fides: eadem de cauſa; quia iſte poſſidet apud me bonum nomen, quo caret qui malè de ipſo loquitur. Et hoc ipſum obſeruatur in iudicio exteriori; viro enim turpi de homine honeſto malè loquenti non credit prudens iudex: imò nec honeſto, quem nouit malum affectum contra illum, de quo loquitur, pares ſunt in moribus, & in eodem precio illos habeam, tunc ſuſpédendus eſt actus: quia quocunq; me vertam, alteri inferam iniuriam.

Circa vltimam concluſionem, de cautela adhibenda, quam in 200. quæſito ſcripſimus, dubitari poteſt. Liceant ne denegare ſuffragium poſtulanti aliquod officium, vel beneficium, quando de moribus, & bonitate ipſius dubitamus, hoc fine, népe
A ad cautelam, ne illud adeptus alicui noceat. Dico cum Caiet. in ſum. verbo, Iudicium temerarium. Primò ex leuibus indicijs nullo modo licere negare alicui ſuffragium, ſi habeat merita neceſſaria ad illius munus, vel beneficium, ſimiliter licitè illi negari ſi non habeat merita, ſitque indignus. Quando verò inditia idonea ſunt, vt ſufficiant ad dubitandum, ſed ſimul habeat merita, officium illud vel be-
B neficium poſtulans diſtinguendum eſt: nam aut me negante illi ſuffragiũ infamatur, & præponitur illi impar in meritis, aut nulla ſequitur inde ipſi infamia, adeſtque alter ei par, vel ferè æqualis, ſi prius non licet negare illi ſuffragiũ, quia ex meritis habet ius ad illud officium, periclitaturque honor ipſius, & mea dubitatio non eſt ſufficiens ad expoliandũ ipſum ſuo honore, vel iure, ſi verò po-
C ſteriori modo res habeat, licet illum priuare ſuffragio; nulla enim tunc fit ei iniuria, cũ nec infametur, nec præferatur ipſi alius minus dignus. Mic. Salon ſuper D. Thom. quæſtione 60. articulo 4.2.2.

426. *Quæritur an ille cui ab amico donatum eſt prædium, vt titulo patrimonij ad ordines prouehi poſſit, hac tamen*
D *ſecreta inter eos conuentione facta, vt ſuſceptis ordinibus, prædium donatori reddatur, maneat ne huic reſtitutioni in conſcientia obnoxius?*

VIdetur non teneri ad reſtituendum, neque in foro exteriori, cũ illa donatio fuerit facta ſine aliqua códitione derogante: neque etiam in fo-

ro conſcientiæ cum fuerit fraudolenta donatio, in præiudicium Eccleſiæ. Et propter hanc ſuam doloſam intentionem fraudari iuſtè mereretur.

Reſpondetur ſecundum Cordubæ eximij Doctoris opinionem, ipſam donationem eſſe annullandam, & illi amico reſtituendam; tum quia talia bona ſunt merè ſęcularia, & talis donatio expreſsè fuit conditionalis, & quamuis fuerit fraudolenta, B quia verbotenus facta, tamen iure nō eſt reprobata: tum quia amicus donans ſic, potuit, & voluit tantum conditionaliter donare in mente ſua, & amico detectam, & non abſolutè, ſicque clericus ipſam conditionem admiſſam habuit licet in ſcripturam, non fuerit redacta in foro exteriori. Sequitur ergo, quod ſi in foro conſcientię non maiorem valorem ſortiatur talis donatio, quam fuerit donantis intentio, neque contra eius intentionem valet. Ideo in foro conſcientiæ iuxta fidem datam, eam clericus annullare tenetur. Hæc eſt ſupradicti Doctoris aſſertio. Tamen mea opinio fert, vt non teneatur ad reſtitutionem antequam obtineat aliquod beneficium, ex quo decenter viuere poſſit. Vel alio aliquo modo in pinguiorem fortunam venerit. Sic ait noſter Lopez in ſuo Inſtructorio caſuum conſcientiæ.

A 427. *Quæritur an mutilans aliquod membrum corporis alteri, ex qua mutilatione nullum temporale damnum mutilato ſubſequitur, teneatur ad aliquam reſtitutionem.*

VIdetur non teneri ad vllam reſtitutionem, quoniam nullo redimi poteſt pretio: vnde qui debet alteri centum aureos, mutuo, aut furtim acceptos, nec habet vnde reſtituat, B iure naturæ liber manet ab obligatione reſtituendi, nec quiſquam obligabit eum ad faciendam aliam recompenſationem, vel in bonis ſpiritualibus, vel in honore: ſed qui mutilauit alterum, non poteſt reſtituere damnum corporale illatum: ergo iure naturæ manet liber, atque ex conſequenti non tenetur facere recōpenſationem in alijs bonis.

Reſpondetur, & primo dico quod C quæſitum præſens non continetur in alijs noſtris quæſitis, quāuis in quæſito 90. tractauerim de occiſione, & mutilatione facta cum damno alterius, nunc vero tractamus de mutilatione illius, ad quem nullum damnū temporale prouenit: ſecundo dico, quod pro damno corporali, vt pro ablatione vitæ, aut abſciſſione membri, neceſſario eſt facienda aliqua recompenſatio, etiam ſi ex illo damno D corporali nullum ſequatur detrimentum in bonis temporalibus. Hæc eſt communis opinio Doctorum; quam tenet D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad primum, & Caie. in ſummula, verbo, reſtitutio, c. 2. & Syluc. verbo, reſtitutio. 3. §. 2. & multi alij Doctores. Probatur autē hac ratione: Quicunq; alicuius iniuſtæ inęqualitatis eſt cauſa,

tenetur

tenetur illam recompenſare, eo modo quo poteſt, vt patet ex ratione naturali id dicente, & ex lege commutatiuæ iuſtitiæ, quæ id poſtulat: ſed qui iniuſtè abſcidit alicuius membrum, fuit cauſa iniuſtæ inæqualitatis, vt conſtat: ergo tenetur illam reſarcire, eo modo, quo poteſt. Pretere a, quando damnum eſt illatum in bonis temporalibus, aut in fama, recompenſatio eſt neceſſariò facienda: ergo à fortiori, quando damnum fuerit illatum in bonis corporis: quia bona corporis ſunt, maiora temporalib. ac etiam ipſa fama: nam aliàs ſequeretur eſſe melioris conditionis illũ, qui hominem occidit, vel mutilauit, quã qui occidit bouẽ alterius, Siquidem iſte ex natura rei maneret obnoxius reſtitutioni, alter verò nequaquã: qđ eſt maximè abſurdum. Item ſi qui occidit alterum nihil pro damno corporali teneretur reſtituere, ex eo eſſet, quia vitam ad æqualitatem compenſare non poteſt: ſed id nihil valet. Nã qui debet centum millia aureorum, etiam ſi non habeat niſi centum, tenetur illa reſtituere: ergo idem eſt dicendum in propoſito, de mutilatione in proportione. Id etiam probatur ex verbis Exodi, cap. 21. vbi dicitur: Si quis percuſſerit oculum ſerui, aut ancillæ, & fecerit eos luſcos, dimittet eũ liberum pro oculo, quem eruit. Vbi, ait videtis, pro damno corporali, recompenſatio libertatis iniungitur. Et in eodem cap. plures aliæ recompenſationes taxatæ ſunt pro damno corporali; ex quibus omnibus colligi poteſt eſſe de iure naturali, quod pro dãno corporali recompenſatio fieri debeat, iudicio prudentum.

A Ad argumentum in principio factum reſpondatur. Quia pecuniæ ex natura ſua ſunt reſtituibiles, & ille, qui modo non eſt ſoluendo, ſi poſtea deueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur reſtituere quicquid mutuo, aut furtim accepit, etiamſi multis ſuffragijs procurauerit ſatisfacere creditori, adhuc tamen tenetur reſtituere: quia membra hominis liberi, ſecundum ſe reſtitui non poſſunt, fit vt ſta-

B tim teneatur, per alia bona ad arbitrium boni viri, damni illati facere compenſationem. Hæc ait Petrus de Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 2.

428. *Quæritur, an ille, qui alterius delictum detulit ad prælatum, non ſeruato ordine correptionis fraternæ, teneatur reſtituere famam, ex tali delatione denigratam, & an mortaliter*

C *peccauit?*

VIdetur nemini concedi facultatem a Chriſto, vel a iure, proferẽdi crimen alterius apud iudicem, ſeu prælatum, niſi prius adhibita correptione fraterna. Ergo ea non adhibita, talis delinquens habet ius ad ſuam famam, ex conſequenti iniuſtè facit qui illam aufert, & mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

D Pro explicatione huius difficultatis conſiderandum eſt, quod iuſtitia conſiſtit in æqualitate rei, & charitas eſſentialiter eſt amor, cuius propriũ munus, eſt velle, vt amicus bonis abundet; hinc facit, varias eſſe obligationes iuſtitiæ, & charitatis, vnamq; altera ampliorem. Nã iuſtitia ſolum obligat ad illa, ſine quibus non po-

 teſt

teſt ſtare æqualitas: Charitas verò ad illa, ſine quibus non poteſt ſtare amicitia. Et certum eſt, quod quotieſcunque violatur æqualitas rei, violatur etiam amicitia.

Secundò eſt aduertendum, quod quia fama eſt bona opinio, quam de alterius virtute habent homines, & homines non iudicant de occultis, ſed de illis, quæ in publicam lucem veniunt, idcircò tamdiu habet vnuſquiſque ius, vt de ſe alij bene iudicent, non quamdiu eſt bonus, & innocens, ſed quamdiu ita viuit, vt malum illius factum in publicum, idoneis teſtibus deferri non poteſt. Nam ſi poteſt probari, etiam antequam in publicum deferatur bona opinio, quam de illo habent cæteri, non tam ex iuſtitia debetur ei, quam gratis datur. Ita tamen bonā opinionem, quam iuſtitia in iſto caſu non concedit, tribuit charitas, quæ ſemper aliquid vltra iuſtitiam dat. Et ſic ex charitate tenentur homines benè opinari de illo; quamuis non ex iuſtitia.

His conſtitutis, dico primo, ſi crimen, quod ante iudicem defertur non ſeruato ordine correptionis fraternæ, eſt ita occultum, vt idoneis teſtibus probari non poſſit, qui illud detulit, tenetur ad famæ reſtitutionem. Nam cum talis ſpoliet illum re ſua, ad quam habet ius, non ſolum peccat contra charitatem, & contra præceptum de correptione fraterna, ſed etiam contra iuſtitiam, ex cuius violatione oritur obligatio reſtitutionis. Dico ſecundo, ſi peccatum alterius, poteſt idoneis teſtibus probari, licet illud crimen

A aliàs ſit occultum, qui defert illud ad prælatum, non ſeruato ordine correptionis fraternæ, peccat mortaliter; quia præceptum de correptione violat; non autem tenetur ad reſtitutionem infamiæ, quæ ex tali delatione fuerit ſubſecuta, bona enim opinio, quam ille in tali caſu habet, non debetur ei ex iuſtitia: ergo qui illam aufert, non tenetur ad reſtitutio-

B nem.

Ad argumentum in contrarium factum reſpondetur hoc modo, Ius, quod quis habere poteſt ad ſuam famam, eſt duplex. Vnum propriè dictum, quale eſt illud quod ex iuſtitia habet ortum. Et iſtud ius non habet ille, qui committit peccatum, ex natura ſua publicum: quale eſt illud, quod idoneis teſtibus probari poteſt. Alterum ius eſt amici-

C tiæ, & charitatis: & iſtud violat qui prætermiſſo ordine correptionis fraternæ defert ad Prælatum crimen, quod ex ſe eſt probabile; & ſic non tenetur ad reſtitutionem. Ex violatione enim præcepti charitatis, nulla naſcitur obligatio reſtituendi. Diximus enim aliàs, quod qui publicè, & iuridicè diffamatum in vno loco, diffamat in altero, licet peccet contra charitatem, non

D tamen peccat contra iuſtitiam, quia ille nullum ius iuſtitiæ habet ad ſuam famam. Hæc habet præfatus Arragona in eadem quæſtione ſexageſima ſecunda, articulo ſecundo, ex Diuo Thoma. Et hæc doctrina ſeruanda eſt, vt deſcripſimus in noſtro quæſito 321. & 322. loquendo de fraterna correptione, vbi

ſunt

Digitized by Google

ſunt aliquæ conditiones ſeruandæ, quæ hic non apponuntur, ne iterum idem repetatur.

429. *Quæritur, an ille qui accuſatus apud prælatum, vel iudicem de aliquo crimine, verè quidem, ſed iniuſtè, quia non ſunt teſtes ſufficientes ad eius probationem, negat crimen obiectum, ex quo indirectè accuſatoris fama læditur, aliquam teneatur facere reſtitutionem, & an peccet mortaliter?*

VIdetur ſecundum Caietanum in ſummula, verbo, Reſtitutio, capit. vltimo, & in iſto articu. quæſtio. 62. 2. 2. D. Thom. articulo ſecundo, ad ſecundum, quod qui verum crimen ſibi coram iudice obiectum, licet iniuſtè, taliter negat, quod accuſatoris fama læditur, vel quia accuſatus dicit illum eſſe falſarium, & criminatorem, vel quia ex modo negandi, id alij intelligant, tenetur accuſatoris famam reſtituere. Et loquitur Caietan. non quando iniuſtè accuſatus procedit animo, & intentione diffamandi accuſatorem: ſed quando ſolum vult excuſare, & defendere ſe ipſum; & ex tali defenſione ſequitur alterius infamia, quod eſt eſſe detractorem, non formaliter, nec ex intentione, ſed tantum materialiter, & indirectè. Et hanc ſuam opinionem multis rationibus probare nititur, quas miſſas facio, ne longior fiam. Sed ſi quis eas videre optet, videat in præfatis locis, vt ſupra annotaui. Hanc difficultatem in quæſito noſtro 21. impreſſo, pauciſſimis verbis illic abſolui, ſed operæ pre- A cium mihi nunc videtur, aliquanto fuſius, eandem iterum tractare, cum ſit res, quæ de facili, & identidem occurrat. Dico ergo, quod qui iniuſtè, in iudicio accuſatur, licet verum dicatur, variè tamen reſpondere poteſt crimini obiecto. Si reſpondendo tãtum dicat, vt accuſator probet obiectum crimen, nihil peccat, nec accuſatori iniuriam vllam facit: ſic omnes affirmãt. Nam in hoc caſu, accuſatus non B tenetur ſe ipſum prodere. Secundò, ſi negat propoſita, vt proponuntur, non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, quamuis alij ex hoc, illum accuſatorem falſarium ſuſpicentur, & ſic famam amittat. Nec propter hoc mentitur, quia crimen eſt occultum, & ille proponit, tamquam probari poſſit iuridicè: conſequenter ad nullam reſtitutionem tenetur, quin potius ipſe poterit iuſtitiam petere con C tra accuſatorem, vt puniatur ad pœnam talionis, non probando quod obiecit: & ipſe iudex ad id tenetur. Tertiò ſi abſolutè negat, licet venialiter peccaret, dicendo mendacium officioſum, non tamen ad reſtitutionem tenetur, ſi ex hoc acuſator famam amitteret: quia nihil egit contra iuſtitiam. Sicut enim occidens defendendo propriam vitam, ad nihil D tenetur, ita defendendo iuſtè propriam famam. Quartò, ſi accuſatus accuſatorem appellet falſarium, & calumniatorem, ſecundum opinionem multorum, & mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, vt hic aſſerit Arragona ſuper D. Thom. 2. 2. quæſtio. 62. articul. 2. Et ſi famam reſtituere accuſatus teneatur, non tenetur ſe retracta-

re

re contra ſe ipſum fatendo quod negauit, quia non tenetur ſe prodere, ſed inuicem poſſunt remittere famã, cum ſint domini ſuæ famę, contra opinionem Caietani. & Salon ibid. q. 69. ar. 1. hoc quæſitum ponit.

In hac materia inſerenda mihi videtur opinio Dominici Bannes, ord. noſtri, in 2. 2. D. Tho. q. 70. ar. 3. & q. 72. ar. 3. Quæ quidem opinio multis eſt admiranda, præſertim cum ſit tãti Doctoris. Et eſt, vt quis poſſit ſe defendere in iudicio, imponendo falſum crimen accuſatori, vel teſti, qui contra ipſum procedunt contra ordinem iuris, vel imponendo falſum. Dummodo non in vindictam, ſed tãtum ad labefactandum dictum contra ſe, & quod non poſſit aliquo alio modo labefactari, ad ſe tuendum in bona fama. Hæc ſunt eius formalia verba.

Probabilius, & veriſimilius eſt, ꝙ obijcere falſum crimen in tali caſu, eſt peccatum mendacij veniale, non autem mortale contra iuſtitiam, nec eſt mendacium pernicioſum, cum fiat tantum ad repellendum iniuriam teſtis teſtificantis falſum, uel contra ordinem iuris, eſt mendacium officioſum. Sicut enim interrogatus contra ordinem iuris, non peccat contra iuſtitiam, ſi neget veritatem, etiamſi inde ſequatur infamia accuſatoris. Ergo omninò idem erit in noſtro caſu. Et affert exemplum de occidente inuaſorem, cum non aliter ſe defendere poſſit.

A

340. *Quæritur, an quando fama non poteſt reſtitui in eodem genere boni, teneatur reſtituere illam infamator, in alio genere bonorum, vt in pecunia, uel orationibus?*

IN hoc quæſito ſunt hinc inde rationes, & argumenta probabilia. Vnde Diuus Thomas in hoc articulo 2. 2. q. 62. art. 2. ad primum, & ſe- B cundum expreſsè dicit, quod ſi infamator non poteſt famam reſtituere, debeat aliter ei compenſare. Et pro deciſione huius dubij ſit prima concluſio. Si iudex imponat per ſententiam infamatori pœnam pecuniariam pro reſtituenda fama: vel etiã ſi conueniant inter ſe infamatus, & infamator de certa pecuniæ ſumma, vt infamatus cedat iuri ſuo: tenebitur infamator in conſcientia reddere il- C lam pecuniam. Hæc concluſio certiſſima eſt apud omnes, quoniam ſentẽtia iudicis iuſta in foro exteriori, & iuſta pacta obligant in foro conſciẽtiæ, quia ad iudicem ſpectat, ne delicta maneant impunita. Poteſt igitur, & debet in pœnam peccati contra iuſtitiam, punire, & imponere illam pœnam in fauorem partis lęſæ. Item ipſe infamatus habet ius agendi in iudicio contra infamatorem, ergo ut D cedat iuri ſuo, poteſt recipere pretiũ pecuniarum. Secunda concluſio. Quamuis veroſimilis ſit pars affirmatiua huius dubij: tamen veriſimilior eſt pars negatiua. Quoniã licet argumenta pro utraque parte ſint probabilia, quę hic non inſerimus, vt breuitati ſtudeamus: tamen magis vrgent argumenta partis negatiuæ. Tertia con-

Digitized by Google

concluſio. Vtraque ſententia tempe A randa eſt a prudenti Confeſſario. Etenim ſi commodè poterit infamator in pecunijs facere reſtitutionem, iniungat illi, ut faciat; at uerò ſi non commodè poteſt facere, vel nimium ęgrè ferat dare pecuniam, non obliget illum, ut faciat talem reſtitutionem; præterea quia utraque opinio probabilis eſt. Quarta concluſio, quando infamatus eſt talis conditionis, reſpectu infamato- B ris, quod receptis ab illo pecunijs, ſit honorabilior in populo, tenetur infamator ad arbitrium boni viri facere reſtitutionem in pecunijs: quia tunc facit reſtitutionem in eodem genere: etenim honor, & fama eiuſdem ordinis bonorũ ſunt; ſed pecuniæ conſiderantur in iſto caſu, uelut inſtrumenta ad reſtituendam famam in proprio genere: ergo tenebitur etiam expendere C in iſto caſu, ſi quidem illis mediantibus reſtituitur fama in proprio genere. Et hæc eſt differentia inter lęſionem corporalem membri, & infamiam: quod quantumlibet expendantur pecunię, ſemper manet mutilatus: at uerò infamia pecunijs interdum obruitur, & ſuffocatur. Et idem eſt, ſi læſio corporalis fuit contra ſalutem honori, reparabiliter tamen: tunc enim conſtat, D quod læſo tenetur expendere pecunias ad reparandam ſalutem in proprio genere. Hęc Dominicus Bannes in 2.2. Diui Thomę, quæſtione 62.artic.2.

431. *Quæritur; an qui per iniuſtam uituperationem alicui honor fuit ablatus, poſſit reſarciri?*

Reſpondetur ex Diuo Thoma, 2.2.quęſt.62.art 2. & dicitur, quod quamuis actio contumelioſa nõ poſſit fieri, quod non ſit facta, poteſt tamen eius effectus, quod eſt diminutio dignitatis perſonę in hominum opinione, per exhibitionem reuerentię reparari, & ſic uiolatus honor reſtituitur, & quoniam in quęſito noſtro 97. hanc tractauimus materiam, nimis fortè compendioſè, ideo aliquid noui addendum putamus, oporteat, cum ipſa materia ſit quamplurimum ponderanda, cum ſępe ſępius occurrit inter homines. Theologi communiter dicunt; quod qui lęſit alterum in honore, tenetur ab eodẽ petere uenia; & hanc dicunt eſſe exhibitionem reuerentię, quas D. Tho. affirmat eſſe neceſſariã ad reſtitutionẽ honoris. Quam ſuam ſentẽtiam probant ex Diuo Auguſtino in regula, dicente: Quicunque maledicto, vel conuicto aliquem lęſit, meminerit ſatisfactione, quam citius curare, quod fecit. Et ſtatim ſubdit: Qui autẽ non vult petere ueniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiamſi inde non proijciatur, quaſi diceret: Eſt in malo ſtatu. Ex his verbis conuincitur, quod qui fecit alicui contumeliam, teneatur ab eodem petere ueniam. Idemque Chriſtus annuit Matth. 5. quando dixit; priuſquam ad altare eat, reconcilietur fratri ſuo; quæ recõciliatio eſt ueniam petere. Quid autem teneat Petrus

Digitized by Google

trus de Arragona ſuper D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. nunc explicabimus; dicit enim, quod ſicut in ſatisfactione famæ poteſt cadere remiſſio; ita etiã in ſatisfactione honoris, vt qui contumeliam recipit, condonare poteſt; ſecundum opinionem plurimorum Doctorum, licet Caietanus ſit contrarius.

Si læſus in honore non vult remittere ſatisfactionem, niſi lędẽs petat veniam, nec ille honor poteſt alio modo reſtitui: tunc qui fecit contumeliam regulariter loquendo, tenetur veniam petere. Et probatur. Lædens tenetur ſatisfacere, nec ad id faciendum eſt aliud medium, niſi petere veniam, vt ſuppono: ergo illud erit neceſſariò exhibendum. Dixi regulariter loquendo. Nam ſi is, qui læſit eſt Prælatus, eſto non habeat, vnde reſtituat, niſi petendo veniam, nõ tamen tenetur, iuxta illud D. Auguſtini, dicentis. Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis, dicere vos dura verba compellit, non a vobis exigitur, ut à vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas regendi, frangatur auctoritas.

Præterea petitio veniæ, regulariter loquendo, eſt decentiſſimus, & conuenientiſſimus modus honoris inter homines reſtituendi. Probatur. Nam cum reſtitutio debet fieri per contrarium, & contumelia ſit ſignũ contemptus, quo contumeliator gerit ſe, vt ſuperiorem alterum ſubijciens, proprium antidotum erit, contraria humiliatio, etiam vſque ad corporis inflexionem. Sed eſt aduertendum, quod non ſemper petitio veniæ eſt ſufficiens medium ad reſtituẽdũ honorem læſum. ſæpe enim tanta eſt contumelia, quod ad illius reſtitutionẽ, vltra petitionem veniæ, ſit neceſſaria alia aliqua compenſatio ad arbitrium prudentis viri, ut cum quis alterum alapa percuſſit, & in iſto caſu vltra petitionem veniæ opus erit, alia etiam compenſatio adhibeatur, quæ ęqualitatem conſtituat, ſed dubitabit aliquis, an ſi lædens non vult petere veniam, ſed reſtituere alio modo, nempe pecunia, quantum lęſus voluerit; lęſus autem non vult aliam ſatisfactionem recipere, niſi quod petat veniam, teneatur tunc is, qui lęſit veniam petere? & pro parte negatiua eſt argumentum. Talis reſtituit pluſquam debet, vt ſuppono: dat enim centum aures pro honore, qui non valet quinquaginta, ergo non tenetur amplius veniam petere.

Præterea quando is, qui alteri dixit conuitia, vel contumeliam, nõ poteſt honorem, quem lęſit, reſtituere, eſto det maiorem pecunię ſummam, quam honor valet, niſi petat veniã, tenetur adhuc veniam petere. Probatur, quouſque talis veniam petat, retinet iniuſtè alienum honorem, ergo ſemper tenetur ad illius reſtitutionẽ. Secundò, qui habet equum, vel phialam argenteam alicuius, ipſo inuito, non ſatisfacit, dando pecuniam ęquiualentem, nec etiam maiorem, niſi propriam rẽ det vero domino, ergo pari ratione, qui retinet honorem alienum, quẽ ſola venię petitione poteſt reſtituere, non ſatisfaciet dando maiorem pecuniam, quam valet, ſed tenebitur adhuc eundem honorem red-

Digitized by Google

dere petendo veniam, aliàs erit in malo ſtatu, nec poterit abſolui. Vltimò dico, ſi lędens alterius honorē poteſt illum reſtituere alia via, non petendo veniam, & lęſus non vult, niſi quod petat veniam, tunc qui lęſit, nō tenetur veniam petere. Nullus enim obligatur ad modum ſatisfactionis, ſed tantum ad ſatisfaciendum in integrum: ergo cum ille iam ſatisfacit in integrum, alia via, non eſt, cur ad petendum veniam teneatur. Ex hoc infertur, quod ſi lędens in honore eſt vir nobilis: lęſus autem ſit agricola, vel alius infimę claſſis, non eſt cur lędentem ad petendam veniam obligemus, cum ſint multi alij modi, quib. poſſit agricolę fieri ſatisfactio. Immo cum non ſit mos inter nobiles, & illuſtres viros huiuſmodi veniam petendi, nec etiam ipſi erūt cogendi a confeſſarijs, vt veniam petāt, ſed ſat erit, ſi alia via ſatisfaciant, ſeruatis Euangelicis pręceptis.

432. *Quæritur, an fœmina, quæ virgo non erat, ſed virgo putabatur, ducta in vxorē a quodam viro eam dotante duobus aureorum millibus, putante eam virginem, illa ad reſtitutionem teneatur?*

RESpondetur, ſi uir ille hac ſola intentione, quia ipſa erat virgo, illam dotauit, & in copulam non percepit defectum virginitatis, quia aliàs illam non dotaſſet, tenetur reſtituere totum hęredibus, eo defuncto; ſecus eſt ſi aliàs etiam nihilominus, ſi ſciuiſſet defectum, eam dotaſſet, quia nobilis, & ingenua erat, & pulchra; ſed ſi ratione iacturę, & defectus virginitatis, non tantum ea dotaſſet, tūc non tantum, ſed tantū exceſſum illū illa reſtituet, in quo probabiliter creditur auxiſſet ei dotem, quia credidit illam eſſe uirginem. Taliſque reſtitutio facienda eſt hęredibus tantū neceſſarijs, vel quibus alias reliquiſſet, vel his deficientibus pauperibus verecundis, vel hoſpitalibus. Et idē dicendum de quacunque fęmina fingentem eſſe virginem, vt dotem capiet, cum talem dotem, bona conſciētia accipere, neque retinere poſſit, quia per fraudem eam obtinet, nec perſtat cauſa, id eſt, uirginitas, ob quam eſt dotata. Hęc pręfatus Doctor Lopez ibidem cap. 76. primæ partis.

433. *Quæritur, an mulier, receptis viginti, vel quinquaginta aureis a ſuo amaſio, dicente tantum illi: Accipe hæc pro tuis vſibus ſperans eius corporis copiam habiturus, non obtento, quod ille concupierat, ipſa ad reſtitutionem teneatur?*

RESpondetur, quod idem alias tactum eſt, nunc verò plenius abſoluemus. Profectò hęc quęſtio anceps eſt. Quia ſecūdum Vgonem de Celſo in ſuo repertorio legum, talis mulier non tenetur, ſic acceptum reſtituere, quia in pari cauſa turpitudinis melior eſt cauſa poſſidentis, cui videtur accedere Sotus in libro de iuſtitia, & iure. Quia in caſu quaſi eiuſdem rationis ſic diffinit. Si homo habens amicam, quę ex alio amaſio habuit filium, putans talem eſſe ſuum filium, inſcribit eum in hęredem

ſedem, cum non habeat filios alios legitimos, iſte illegitimus, etiam ſi ſciat ſe non eſſe filium illius, poteſt non diſcedere ab hęreditate, quia ipſe nec nocuit, nec decepit eum adſcribentem in hæreditatem, ſicut poteſt quis accipere bona ab eo, qui ſibi ea largit, quia putat ea dare homini nobili, cum ipſe donatarius, qui ea accepit non ſit nobilis. Ergo pari ratione prædicta honeſta fœmina licitè accipit, & retinet ſibi collata dona viginti, vel quinquaginta aureorum ab eo ſollicitante, cauſa alliciendi eam, licet nefario coitu non cóſentiat, quia huic dâti, nec nocuit, nec ipſum decepit, quæ eſt ratio Soti, ſed quia credo hanc ſententiam Soti, & Hugonis de Celſo ſolum in foro exteriori fortè verum habere. Puto in conſcientiæ foro aliter eſſe dicendum, cum fratre Ioſepho in ſuis floribus, materia de donatione, vbi hanc ſtatuit concluſioné, puella quæ accepit munuſcula, ut alliceretur, ſi non conſenſerit turpitudini donantis, ad reſtitutionem tenetur, quia defuit uolũtas donantis, & quia ſecundum Medinam Complutenſem, datum ob turpé cauſam, cauſa non ſubſequuta, nec impleta, reſtituendum eſt dante in conſcientia, quia deficit voluntas dantis, quæ eſt radix donationis, quia deficit cauſa. Hæc præfatus Doctor Lopez ibidem, vt ſupra capite ſeptuageſimo ſexto primæ paris.

434. *Quæritur ad quid teneatur qui rem habuit cum fęmina ſpondens eam ſe ducturum, & ipſa affirmat ſuam uirginitatem ab illo fuiſſe ſublatam, ipſe verò negat eam virginem reperiſſe?*

A Reſpondetur, ſecũdum Cordubã in tractatu de caſibus conſcientiæ. q. 47. talem obnoxium pro ſecuritate conſcientiæ ſub pœna peccati mortalis ad promiſſam illi fidem implendam ei in vxorem ducere, ſi ipſa velit, niſi ex tali matrimonio grauę inconueniens timeatur ſubſequendum, quia tunc pro dubio, quo tenetur, dũ ambigit an illi attipuerit virginitatem, vel in conſcientia ad illi B ſatisfaciendam hác iniuriam, manet aſtrictus ad nuptias, vel ad aliquem modum viuendi honeſtum aliquid ſubminiſtrandum, nec ad amplius tenetur.

Hinc corollariè ſequitur ſecundũ eundem Cordubam, quęſtione 48. quod ſi quis iurauit mulieri ſe illam ducturum, ſi ipſa ſui corporis copiã illi faceret, ſi illam virginem reperiret, quam non reperit virginem, C eamque multoties poſtea cognouit, non tenetur eam ducere in vxorem, quia ipſa apud amicam teſtata eſt ſecretò ſe illum illuſiſſe fingendo ſe virginem, ſed in foro Eccleſię propter iuſiurandum, & quia illam pluries cognouit poſt, aliter iudicaretur, ita aiunt Doctores. Nauarrus, capite decimo ſexto, numero decimooctauo. Silueſ. verbo, matrimonium, 4. quęſt. 7 §. 3. quæſt. 9. Sotus in 4. di D ſtinctione 29. quęſt. 2 artic. 3. & diſt. 27. q. 1. ar. 3. quamuis Adrian. videatur aliter ſentire. Hæc ex præfato Doctore Lopez ibidem ca. 77. primę partis.

435. Quæ-

Digitized by Google

435. *Quæritur, qui mulieri cuidam iu-*
rauit, vt ſi ſibi conſentiret in vxorẽ du-
ceret, ſub qua ſi de ipſa illi multoties con-
ſenſit, quæ tamen ea nota infamiæ labo-
rat, quod ipſa ante plures dies, alterius
amaſij amore tenebatur, an ipſe ducere
tenebatur?

RESpõdetur, ꝙ in hoc caſu iſte te-
netur, q̃a illa poſt Conc. Tri. ſpõ-
ſalia de futuro fuerũt de illa ducẽda,
quia abſolutè hoc illi ſine conditione
pollicitus eſt, ſi antequam hæc ſpon-
ſalia pollicitus fuiſſet, eam non virgi-
nem eſſe nouit, vel ſi poſtquam virgi-
nem eam nõ eſſe reſciuit, eam cogno-
uit animo fornicario, quia ſic poſt
hanc notitiam cognoſcendo eam, vi-
ſus eſt confirmaſſe promiſſum, licet
poſtea pęnituerit illius, ſic ait Silueſt.
verbo, Matrimonium, 2. q. 7. & Na-
uar. cap. 18. licet non clarè, nec Sot.
aut Nauarr. nu. 19. aduerſantur huic
ſententiæ, quando dicunt eum non
teneri ad eam in vxorem ducendam,
quia hoc verum eſſe intelligunt in ca-
ſu, quo ipſe illam virginem eſſe cre-
debat, quia ipſa tali fama pollebat:
intentione carens ducendi eam, ſi co-
gitaſſet eam non eſſe virginem. Cæte-
rum ſi fictè id ei pollicitus eſt, cauſa
dumtaxat fornicandi cum ea; tantum
tenebitur ei aliquã pecuniam refun-
dere pro iniuria: ſecus eſt ſi verè pro-
miſit, & iurauit caſu, quo eã non vir-
ginem eſſe nouerat, quia tunc, vt præ-
dictum eſt, tenetur ſtare promiſſis,
ſed in foro Eccleſiæ iudicabitur, ſicut
in quæſtione præcedenti. Ita Cordu-
ba loco allegato.

Hinc iam etiam liquet, quid ſit di-
cendum ad dubium, q. 50. illius tra-
A ctatus, propoſitum à Cordub. de eo,
qui fictè pollicitus eſt fœminæ, quæ
communi opinione virgo reputaba-
tur ſe ducturum illam, ſicq; ex illa fi-
lios ſuſcepit, ſuntq; paris cõditionis,
ipſa autem poſtulat illum in maritũ,
ipſe verò renuit matrimoniũ, ſed tan-
tum vult illam dotare, quia planum
eſt, quod tenetur eam ducere. Nec fa-
cit ſatis illi, illam dotando quia licet
fictè diſpoponderit, non poteſt tamẽ
B reſarcire iniuriam, vel damnum ali-
ter, & quia ſecũdum Sot. ſolida ſunt
facienda pacta, ſic Nauar. licet eccle-
ſia in foro iudiciali non eum coget
per ſententiam ad eam ducendam, vt
habetur cap. præterea, de ſponſal. id-
que inſinuat Sot. 4. ſent. diſt. 9. quæſt.
1. art. 1. & ad tertium, & diſt. 27. q. 1.
art. 5. & Nauar. cap. 6. ver. 17.

436. *Quæritur, an ſi Petrus iurauerit*
C *deſponſare Mariam, & poſt ſponſalia*
ea eum admiſit in domum ſuam, ſine co-
pula, tamen reputati ſunt inter eos in-
teruenisse res communiter contingen-
tes inter ſponſos; poſſit ne Petrus religio-
nem ingredi?

RESpondetur ſanè, ſi non eſſet cir-
cumſtantia infamiæ, quod ipſa
maneret læſa in fama, benè ipſe poſ-
ſet ingredi religionem poſtquam nõ
D cognouit eam, ſecundum D. Thom.
At ſi notam inde contraxerit ipſa, qđ
non manſerit virgo, vel eam cognoue-
rit ſponſus, profectò res eſt dubia, an
ſtante hac infamia, ipſe ad religionẽ
conuolare poſſit. Et ſecundũ D. Tho.
& Silueſtrũ, verbo, Religio. 2. q. 7. ſi
parua mora temporis interceſſit poſt
ſponſalia, poteſt ingredi religionem
ipſe,

ipſe, quia non præſumitur tam cito A eam reliquiſſe violatam.

At verò ſecundum Supplementũ, & Gabrielem,& Medinam,de reſtit. q.1.in ſeptimo caſu tenetur non ingredi religionem, aut ſatisfacere,neque hoc menti D.Thom.refragatur, & totius eſt hoc,inquit Corduba,propter rationes Doctorum, nec poteſt in hoc caſu ratione paupertatis, aut diſparitatis ſtatus petere relaxationẽ iuramenti, vt ingrediatur religionẽ, B vel vt ducat alterã,neque ſibi eſt concedenda ſine ſatisfactione præuia,& voluntariè ab ipſa accepta,aut ſi eam duxit de præſenti, ſtatimque exemplo S.Alexij eam miſſam faciens ingrederetur religionem, cum perſuaſione tali,quod ſibi perſuaſiſſent omnes non interceſſiſſe inter eos copulam, tunc licitè ingrederetur. Hæc idem auctor Lopez ibidem, cap.77. C primæ partis.

437. *Quæritur in hoc caſu quid agendum ſit Petrus, & Maria virgo ex amore coierunt,& ſuſceperunt filium,poſtea Petrus iurauit corã uno teſte ipſam ducendam in vxorem,poſt hoc deprehenſa eſt in fornicationis crimen incidiſſe, tenetur ne eam ducere?*

RESpondetur ſecundum Cordubam in additione ad tractatũ de D caſibus conſcientiæ,q.193.quod Petrus in hoc caſu non tenetur eam ducere, quia nec res in ſtatu iam permanent poſtquam fornicata eſt, cuius infamia iam euulgata eſt: ſed neque quicquam Petrus tenetur Mariæ pro virginitatis amiſſione, poſtquam ipſa liberè conſenſit in copulam vnde ſibi id culpæ aſcribat.Cæterum in foro iudiciali propter præſumptionem præſumptæ vis,aut deceptionis ad aliquam pœnam ſoluendam damnabitur.At verò parentibus Mariæ aliqd in conſcientia contribuere tenebitur pro illius nuptijs,licet in foro exteriori ad id non condemnetur: ſed ſatius eſſet quo honori Mariæ in poſterum conſulatur, liteſque euitentur,vt ſibi inuicem relaxando ſponſalia,& iuramentum,tunc Petrus parentibus Mariæ, aliquid contribuat arbitrio boni viri.Hæc ibidem ex præfato Doctore Lopez,c.77.primæ partis.

438. *Quæritur, an cum iactura decentiæ ſtatus,ſit reſtituendum?*

RESpondetur,quod quęſtio eſt, vtrum teneatur debitor cum magna iactura decentiæ ſui ſtatus reſtituere totum, & integrè debitum. Et quidem in hac quæſtione diuerſi diuerſa dicũt.Et nos in primo libro noſtro impreſſo tractauimus hanc materiam, ſed non ita ſingulariter, ſicut nunc propono magis diſtinctè,& clarè efficere.Igitur pro reſolutione quęſtionis tripliciter declaramus debitorẽ alieni ſe poſſe habere: vno modo, ita quod rectè,& iuſtè rem alienã potuiſſe accipere;vt per mutuũ. Secundo modo,quod licet iuſtè à principio rem habuiſſe alienam, poſtea tamen illam dilapidaſſe,vel diſſipaſſe. Tertio modo, quando per iniuriam eam occupauerit.

Prima ſit concluſio,ſi debitor per fraudem,vel iniuſtitiam bona aliena occupauit,vt per vſuram, rapinã, vel furtum, vel eſto à principio iuſtè ac-

Digitized by Google

cęperit, ſeu per mutuum, vel aliam iuſtam acceptionem; ſi nihilominus poſtea culpa ſua, prodigè, vel per ludos, vel ſcortationes, vel aliter bona illa deuaſtauit, tunc etiam cum iactura decentiæ ſtatus tenetur ſtatim integrè reſtituere. Hæc concluſio eſt Scoti loco citato. Eſt Cordubæ quæſt. illa 68. de caſibus conſcientię, in qua concordat cum prima, ſcilicet quando acceptio fuit iniuſta, vel diſſipatio culpabilis interceſſit. Hæc concluſio, quæ vt inquit Corduba eſt multum iuridica, probatur rationibus primæ opinionis, & inſuper patet, quia huiuſmodi iniuſti diſſipatores, & vſurpatores ſunt indigni, quibus iſta dilatio concedatur à creditoribus, & quia non multum immeritò indignantur contra eos creditores ſui dicentes illud Euangelij; Quid audio de te, redde rationem debiti; nam te expectare, cum bona mea diſſipaueris, & ex eis pompaticè, profaneque vixeris, indignum eſt. Probatur inſuper, quia & iſtis præberetur anſa, & occaſio magna vſurpandi aliena, ſi ſcirent licere ſibi non ſtatim reſtituere cum iactura ſtatus, quem fortè non ſuſtentaſſent, niſi iniuſtè accepiſſent, & vſurpaſſent aliena: nam hæc aliena, ſi defeciſſent ad prophanos ſumptus propria, quibus ſuſtentant ſtatum, conſumpſiſſent atque diſtraxiſſent. Hæc præfatus Doctor Lopez ibidem, c. 118. primæ partis.

A 439. *Quæritur iterum circa debitorē, qui licitè debitum contraxit, quomodo ſe habere debeat ad reſtituendum, an ſtatim teneatur?*

RESpondetur, quando debitor eſt bonę fidei, & contraxit debitum iuſto modo, neque talia bona aliena malè inſumpſit: ſed quia in ſuis geſtis negocijs fortuna parum ſecunda fauſtaque fuit, ideo nihil aliud potuit B de ſe præſtare, quam fecit tunc non tenetur iſte reſtituere cum iactura decentiæ ſtatus, ſed poteſt differre ſolutionem, dūmodo creditor poſſit differre huiuſmodi ſolutionem, neque inopia laboret; hæc eſt Soti, & Cordubæ ſententia, & hæc eſt multū iuridica, & in hac 2. concluſ. ſic limitata concordamus cum ſecunda, quæ erat Silueſt. & Nauar. & aliorum, ſed non quatenus ſine iſta limitatione eā aſſe C rebant, quia hęc non licet in iuſto occupatori, aut lapidatori, ſed iuſta ex acceptione poſſeſſori. Et hæc eſt etiā noſtra ſecunda concluſio, & patet. Iſte enim cum iuſto titulo retinuerit, & acceperit, non tenetur cum graui detrimento ſtatim reſtituere, quia poſtquam non eſt in culpa impoſſibilitatis reſtituendi ſtatim, non videtur eſſe in mora culpabili. facit Silueſter, titu. Mora, quæſt. 1. & verbo ex D communicatio, dubio 1. 2. & 13. Et patet quia ſi contractus bonæ fidei in caſu fortuito, vbi abſuit omnis culpa, vt in contractu commodatæ rei, vel locatæ, vel depoſitæ, excuſatur a reſtitutione, ratione talis inculpabilis caſus, ergo etiā debitū pecuniariū licitè contractū, vbi debitor in culpa nō fuit, deobligabit ad ſtatim reſtituēdū

ſi ſine detrimento, & iactura ſtatus, reſtitutio de pręſenti impoſſibilis ſit. Hæc præfatus Lopez ibidem c. 118. primæ par.

440. *Quęritur circa tertiam concluſionem propoſitam de eo, qui diſſipauit alienum, quomodo teneatur ſe habere ad reſtituendum?*

RESpondetur breuiter. Vſurarius, & ſi quis eſt alius vſurpator rei alienę quocunque modo iniuſto, vel per furtum, vel rapinam, vel ſimoniā, & huiuſmodi, qui cum antea honorabili ſtatu careret, iniuſtis extorſionibus, & exactionibus rei alienæ nobilem ſtatum ſibi comparauit, is ſecundum omnes tenetur reſtituere ſtatim etiam cum iactura talis ſtatus. Hæc eſt omnium ſententia, & patet, quia ille ſtatus non eſt ſuus, ſed iniquis modis acquiſitus eſt. Hinc Fra. Ioſeph in ſujs floribus, ait, quod nulla ratio, quare excuſentur a reſtitutione ſtatim facienda, qui non habēt ſtatum, fingentes ſtatum. Igitur his vſurarijs nullum ſupereſt remedium, niſi petere a creditoribus ſpontaneā dilationem, vel ſi facta diligēti indagatione, incerti ſint creditores, quibus ea debent ſe componere cū ſummo Pontif. tenentur. Hæc præfatus Lopez ibidem, cap. 118. primæ par.

441. *Quęritur an debitor bonæ fidei, i. ex iuſta acceptione, quomodo debeat ſe habere ad reſtituēdum, ſi creditor multum indiget?*

RESpondetur, ꝙ debitor bonæ fidei, ſ. qui iuſta acceptione bonorum alienorum fuit, neq; in culpa eſt impotentiæ, quam nunc ad reſtituendum habet: caſu, quo creditor ſuus patiatur notabile detrimentum, citra tamen amiſſionē ſtatus, an cum iactura ſui ſtatus reſtituere ei ſtatim teneatur, dubitatur. Videtur, quod non teneatur ad ſtatim, quia ſtatus aliquando æquiualet famæ, ſed cum iactura famæ (quia altioris ordinis eſt) nō tenetur quis reſtituere regulariter creditori, ēt graue damnum temporale ex dilatione patienti: ergo neque iſte debitor, poſtquam non eſt in culpa cum iactura ſtatus, tenetur ad ſtatim reſtituendum creditori, aliàs patienti notabile damnum. Et confirmatur, quia tales debitores omnino inculpabiles non tenentur, ſecundū Fratrem Ioſeph cum maiori detrimēto reſtituere, quàm ſit rei reſtituendę pretium, ſed cadere ab ſtatu eſt maximum detrimentum, ergo non tenetur reſtituere ſtatim creditori notabile damnum patienti, cum iactura ſui ſtatus, etiamſi creditor omiſit lucrari millia, vel aliter, ſed Sot. in contrarium ait, quod citra extremam neceſſitatem, melior eſt conditio creditoris, quàm debitoris, ſed iactura ſtatus non ponit hominem in extrema neceſſitate, ergo cum iactura ſtatus tenetur ſtatim reſtituere.

Pro expeditione quęſtionis ſit quarta concluſio, vt a clarioribus procedamus, quando creditor ex dilatione patitur ſimilem iacturam ſtatus, uel patitur ſimilem indigentiam ex dilatione debiti, tunc debitor inculpabilis, & bonæ fidei tenetur potius ſubire illam iacturam, uel ęqualem indigentiam in reſtituere ſtatim, quàm

quod

quod ſuus creditor illã patitur. Hæc eſt Cordu. & Sot. & Nauar. & Med. vt v.g. ſi creditor eſt mendicaturus, quia quod ſibi debeť, nõ ſoluitur, potius debitor, etiam aliàs inculpabilis tenetur reſtituere, etiãſi aliàs ſit mendicaturus. Probať ex regula Soti, qa extra extremã neceſſitatem, cęteris paribus, id eſt, in paribus ſtatus iacturis, vel indigentijs melior eſt conditio creditoris, quàm etiam cuiuſcunque debitoris, etiã ex iuſta acceptione, quia res reſtituendã ad creditorẽ magis attinet, tanquam res ſibi debita. Hæc ex præfato Lopez ibidem eo cap. 118. primæ partis.

442. *Quæritur iterum, quãdo debitor eſt bonæ fidei, & inculpabilis, ex reſtitutione ſtatim facienda, iacturam totalem ſtatus incurreret, an teneatur ſtatim reſtituere?*

RESpõdetur non teneri in tali caſu ſtatim reſtituere, ẽtſi creditor aliàs ex dilatione notabile paſſur⁹ ſit damnum, dummodo illud non paſſurus ſit de præſenti, quia non imminet id damni de pręſenti, ſi talis debitor paratus ſit reſtituere damnum præſens in futurum, dum venerit, vt verbi gratia, modo creditor habet, vnde ſuo ſtatui, domui, & familiæ ſubueniat, ſed tamen pecuniam illã ſibi debitam, ſi illo termino ſolueretur, deſtinaturus erat eũ in nauim in Hiſpaniam pro mercibus emendis tranſuehendam, ſperatque ſubinde, ex tunc ad annum, & dimidium ſe recepturum lucrum illius, tunc ſatis eſt debitor ſit paratus pro illo tem-

A pore recuperationis lucri ſoluere creditori lucrum, deductis deducendis, arbitrio boni viri. Similiter ſi hinc ad annũ creditor indiget pecunia, nũc ſibi debita ad ſoluẽda chirographa, & quia ſuo tempore non eſt ſoluta, accepit ad vſuram, vt chirographa ſoluat, ſatis eſt, ſi debitor ſit paratus ſuo tempore occurrere, ne hoc damnum eueniat, aut ſit paratus huiuſmodi vſuras, poſtquam ſolutionis B eatum cauſa fuit, ipſe ſoluere. Hæc pręfatus doctor Lopez idem eodem cap. 118 primę partis. Et in hoc eodem quæſito, aliud de eodem tenore proponimus eiuſdem auctoris. Quæ quidem quæſita ſunt maximi ponderis, cum ſæpe quis hæſitat, an teneatur, nec ne. Igitur hoc ſecundum eſt hic.

C *Quæſitum ſi creditor damnum notabile citra tamen iacturam ſtatus patiatur de præſenti, ex dilatione debiti notabilem indigentiam an debitor teneatur cum iactura ſtatus ſoluere?*

RESpondetur, ſi creditor patiatur in familia notabile damnum, uel patitur a ſuis creditoribus urgentiſſimam moleſtiam, cum debitor aliàs inculpabilis ſit. fortè quis quæ- D ret an teneatur cum iactura ſtatus ſoluere.

Reſpondetur, quod in caſibus moralibus, ſermones, quo magis deſcendim⁹ ad particularia, minus ſunt certi, quia uarij: ideo non poſſumus pũctualiter omnia diffinire, ſed regulã generalem tradere arbitrio ſapientũ, dum opus fuerit, moderandam. Sit

Digitized by Google

igitur pro hac regula concluſio ſexta in hac materia. Quando damnum imminet de præſenti notabile creditori, quia de præſenti ex dilatione ſibi debiti, graui laborat indigentia in familia ſua, vel graues ſuſtinet moleſtias, ipſe a ſuis creditoribus, quibus ipſe quoque eſt debitor. Si damnum huius indigentiæ ęquiualens ſit, vel eſto ęquiualens non ſit, proximè, aut quaſi proximè conferri poſſit, cum damno amiſſionis ſtatus, tunc debitor ſuus, licet ſit debitor ex iuſta acceptione, & inculpabilis, tenetur cũ iactura ſtatus, ſi aliter non poteſt hoc damnum graue, & præſentaneum a ſuo creditore tollere, & reſtituere ei ſtatim; patet, quia citra extremam neceſſitatem, melior eſt conditio creditoris, quàm debitoris. At verè Victoria in caſu concluſionis, dixit, quod ſecundum meliores Doctores magis probabile eſt, quod ſi creditor patiatur iacturam ex dilatione pecuniæ a ſe mutuatæ, mutuatarius, licet fuerit iuſtus acceptor, teneatur illi ſoluere aliquid, cum amiſſione aliqua ſui ſtatus, ſed non cum amiſſione totius ſtatus, niſi creditor perdat totum ſuum ſtatum, quia aliàs non ſeruaretur æqualitas, placetque mihi iſta limitatio Victoriæ. Hæc præfatus Doctor Ludouicus Lopez ibidem capite eodem 118. primę partis.

A

443. *Quæritur circa hanc materiam ſupra poſitam quid dicatur in ſeptima concluſione.*

Reſpondetur, ſi arbitrio boni viri notabiliter præponeret iacturam ſtatus damno licet notabili, quo creditor de præſenti patitur, quod non ſatis reſtauratur per hoc, quod poſtea reſarciatur, quia interim ſua

B

domus indigentia notabili vexatur in hoc caſu, debitor malę fidei, non obſtante iactura ſtatus ſui, credo tenetur reſtituere ſtatim. Patet per regulam generalem, quia citra extremam neceſſitatem melior eſt conditio creditoris, quę regula potiſſimum verum habet vbi debitor fuit iniunctus vſurpator, aut dilapidator. Hinc patet, quod duo aſſerta Fratris Ioſephi in ſuis floribus non ſunt vſquequaque vera; primum quod debitor ex iuſta acceptione non tenetur ſtatim mutare, vt reſtituat. Secundum quod quando creditor ex dilatione aliquod detrimentum patitur, non ideo cum mutatione ſtatus compellendus eſt debitor, ei reſtituere ſtatim, etiamſi culpa ſua in reſtituendo inciderit in potentiam, quia ſatis eſt, ſi poſtea illud damnum reſarciat, quia primum eius aſſertum limitandum eſt, iuxta præſtitutas a nobis hic concluſiones, & ſecundum etiam iuxta vltimam, moderandum venit.

C

D

Lopez cap. 118. primę partis.

444. Quæ-

444. Quæritur an debitor potens totũ ſemel ſoluere, poſſit tuta conſcientia differre paulatim per partes reſtituere?

REſpondetur. Hic congladiantur inter ſe duæ opiniones contrariæ. Prima Silueſ. verbo, reſtitutio 5. q. 5. & Nauarr. c. 17. num. 63. & numero 65. & alij doctores ex alia parte Sot. Medinæ, Adrian. & quidam alij, quorum omnium diſputatio in longum protrahitur, ſed cauſa breuitatis miſſa facimus, vt nobis mos ſemper fuit, & paucis concludemus; dicẽdo, quia inter medios fines nos incedere oportet, ita vt occaſionatis anſa retinendi aliena auferatur, & in ſimplicitate bona ambulantibus, æquitatis beneficium nõ ſubtrahatur. Ideo puto opinionem Nauar. & Silu. fore moderandam, vt tanquã cum probabili opinione poſſit conuenire confeſſarius, taliq; pęnitenti differre parato ſolutionem paulatim faciendam, impendere abſolutionem, ſ. quod talis opinio poſſit tolerari, quando creditur parum, aut nihil detrimenti ex tali dilatione capit, quia tali pecunia ſibi debita nullatenus indiget, quia nõ erat eam expenſurus, ſed reconditurus, & reſeruaturus in arca, veluti in theſauro, ſicut & aliam pecunim habet, & quando ſimul cum hoc debitor ex ſtatim facta ſolutione, non mediocrem iacturam ſubit, aut magnũ emolumentum inde ſibi deſiſtit comparare, præſertim quando bonæ fidei debitor eſt, non ex furto, aut ex rapina. Alioquin non reputo eam tã probabilẽ, vt ea opinione pęnitens ſe poſſit tueri ad retinendum alienum, renitente Domino, præterquã quod & ſic ſucciditur occaſio præoccupandi, & retinẽdi aliena, quia qui ſtatim poteſt ſoluere totum, in quocunque debito, & non ſoluit, non eſt capax abſolutionis, etiamſi velit ſoluere partialiter per ſingulos menſes, partem tantum. Hæc idem auctor Lopez, cap. 120. primæ partis.

445. Quæritur, an pęnitens obnoxius ad aliquam reſtitutionem ſecretam faciendam, ſit tutus in conſcientia, ſi in manu ſui confeſſarij, uel prædicatoris dederit talem pecuniam ſoluendã creditori?

REſpondetur hunc caſum nos explicuiſſe in noſtro libro primo impreſſo, ſed hic repetimus, vt magis ac magis pęnitentes caueant, ne iterum atq; iterũ ſoluere idem pretiũ teneantur, quia pluries occurrit, ꝙ eandem pecuniam reſtituendam ſibi retinuerint confeſſarij mali, vel prędicatores. Vnde conſuluit Nauar. & ſimiliter D. Ant. vt pęnitentes non fidant, in hoc quibuslibet cõfeſſarijs, vel prędicatoribus talẽ pecuniã, quia potius quandoq; eam pecuniã, quã ſalutem animarum quærunt. Ideo cõſu unt, vt cum huiuſmodi pecuniam fidunt confeſſarijs, ut reſtituant, tanquam mediatores recipiant ſingrapham, id eſt cartulam a creditore, vbi confiteatur tantam ſummam pecuniæ ſe accipere pro ſolutione eius, ꝙ alius ſibi debebat, ſine expreſſione nominis debitoris, & eam pęnitenti tradant, vt poſſit debitor ſe certiorem facere de debito ſoluto. Lopez, c. 121. primæ partis.

446. *Quæritur an hæres institutus, præſtita fide reddendi hæreditatem filio ſpurio ſi verus hæres teneatur reddere, & idem donatario ſine teſtamento, ſed fide tantum?*

RESpõdetur, quod hæres qui pręſtitit fidem de donanda hæreditate filio ſpurio, eſt verus hæres, & dominus bonorum illorum. Probatur: quia nulla eſt omnino lex in hac materia aliquid diffiniens, quę talem hæredem inhabilem faciat ad ſuſcipiendum dominium hæreditatis, ſed tantũ in pęnam præſtitæ fidei in fraudem legis, priuant illum hæreditate, & mulctant, at leges pęnales priuantes, & condẽnantes, non obligat ante iudicis ſententiam in conſcientia, ergo ille eſt verus dominus, quouſque per iudicis ſententiam ſpolietur dominio. Et concluſio eſt, quod talis hæres tenetur reddere hæreditatem filio ſpurio, ex iuſtitia, & fidelitate, etiã ante iudicis ſententiam. Idque probatur. Talis hæres ſine vllo peccato poteſt donare illa bona filio ſpurio, ſed dedit fidem de reddendis illiş bonis, ergo tenetur ſeruare illam, quia eſt verus Dominus, nec eſt lex, quæ id vetet. Hæc ille Petrus à Ledeſma ſuper D. Thom. in addit. 3. par. q. 68. art. 2. Hoc eſt vltimum circa materiã matrimonij, quam tractauimus in primo libro noſtro impreſſo, per multa quæſita, vt ibi videre eſt; ſed cum illic quædam minutiora dimiſerimus, hic ſupplere voluimus, vt in hac materia, quæ magis expedire videbantur, non relinqueremus, quædam verò dimittentes, quæ de rarò contingere poſſunt, ne hæc ſecunda pars libri A nimis in longũ protraheretur. Nunc ad alia pertractanda proſequi intendimus quæ in primo non habentur. Nec id mirum, cum hoc negociũ caſuum conſcientię, re vera, ut quoddã more magnum, vt quanto magis exhaurire intendimus, plus eſt id quod remanet, quàm quod ſit exhauſtum.

447. *Quæritur reſponſio ſuper hunc caſum, Petrus eſt creditor Ioannis decem* B *ſcutorum. Et ipſe Ioannes donat Petro anulum valentem tantundem pretij, an poſſit per talem donationem excuſari, ne debitum Petro ſoluat?*

REſpondet Frater Martinus à Ledeſma. Si Ioanes quando donauit illum anulum, non intendit, nec cogitauit de debito, quod Petro debebat, ſed tantum animo donandi fecerat, in foro conſcientiæ, tenetur C certo illud ſoluere debitum, quamuis tunc non donaſſet, ſi meminiſſet debiti illius; dixi in foro conſcientiæ illum teneri ad debitum ſoluẽdum, ſed in foro fori, poſſet fortè ſe tueri dicẽdo, ꝙ ila donatio fuit illo intuitu facta, vt exoneraretur debito, quo tenebatur, ſed coram Deo, qui corda ſcrutatur, debitor remanet, cum donatio illa libera fuerat donatio, nõ autem ſolutio. Hæc narrat Ludouicus D Lopez, in ſuo Inſtructorio caſuum conſcientiæ prima parte capit. 124. Quam reſponſionem ius naturale dictat iuſtiſſimam eſſe, & mihi etiam placet, atque etiam recolo olim eandem me dediſſe, cum fuerim interrogatus.

448. Quæ-

448. Quæritur, an impotentia reſtituendi poſſit debitorem cogere ad alicui famulandum, ut reſtituere poſſit?

RESpondetur circa hanc quęſtionẽ duæ verſant̃ opiniones, quarũ prima eſt affirmatiua, ſ. quod hæc impotentia excuſet, quia ſatis eſt ſua bona ceſſiſſe, ſi quę habuit, neq; ſeruire quis cogendus eſt, vt reſtituat: alia eſt opinio prorſus cõtraria, vt igitur conciliari poſſint aliquo modo ſit

Prima concluſio. Perſona nobilis, quæ nemini inſeruiuit vſquam non eſt adigenda ad tantam miſeriam, vt ad ſeruiendum cogatur, vt reſtituat. Nam ſi bona tẽporalia, quia inferioris ordinis ſunt, nõ ſunt reſtituenda cũ detrimento famę, ergo nec nobilis cum tali detrimento honoris, vt alteri inſeruire cogatur, reſtituere tenetur.

Secunda concluſio. Perſona, quæ ſolita eſt alijs famulatum pręſtare, inde ſibi ſtipendium comparando, ſi poteſt ad tempus inſeruire vt ſibi paret, vnde debita reſtituat, tenetur quidem, ſi aliter non poteſt, hoc munus famulandi, vnde reſtituat, ſubire ut reſtituat. Patet, quia ſi alijs medijs ſibi conuenientibus non poteſt, tenetur ſibi parere, vnde reſtituat. Quare iſto medio ſibi non obſono tenebitur, quamuis huius rei gratia per totam vitam huic famulatui perpetuò velle hunc adijcere perdifficile eſt & durum; Eſſet enim ferè ad admittendam totam libertatem illum obligare, quod duriſſimum eſſe videtur. Hæc ſcribit Ludouicus Lopez eodem libro, vt ſuprà prima parte, capite 129.

A *449. Quæritur an ignorantia cuiuſdã cenſus ficti excuſat quendam equitem a reſtitutione penſionis cenſus annualis recepti.*

REſpõdetur; caſus iſte, hic eſt. quidam mercator recuperat quantitatem pecuniæ cuiuſdam equitis, & ab eo exigit, & petit, vt ipſam pecuniam ſibi accommodet, ſub obligatione cenſus ad ſoluendam iuſtã pen-
B ſionem, tempore debito. Eques autẽ quaſi inuitus tali conuentione aſſenſit, quia malebat ſibi ſuos ſolui nummos, quibus parabat redimere cenſum ſub ſuis proprijs poſſeſſionibus impoſitum, & ſuos augere redditus, nouum emendo cenſum. Et hoc tantum per literas fuerat geſtum.

Cui quæſtioni primò reſpondetur, ꝙ ratione cenſus in hoc caſu non potuit eques hic illas penſiones cen-
C ſuales annuales vltra ſortem ſibi debitam exigere à mercatore, niſi ſuper hoc edita fuerit ſcriptura cenſus, tũ ſolemnitate debita iuris imponendo cẽſum ſuper hypothecã fructuoſam, quia ſi aliter fiat, cẽſus eſt fictus. Nec ratione cambij illos redditus eques poteſt facere, quia reuera, nõ erat per cambium negociaturus. Solo igitur propter intereſſe mutui coacti poteſt propter detenſionem ſuæ pecuniæ à
D prædicto mercatore, vltra ſortem ſibi debitam, aliquid recuperare. Quia pro dãno emergenti, quod paſſus eſt eques à die, qua mercator illius detinuit pecuniam, eo q̃d ſoluerit annuales penſiones cenſus, quem ea pecunia, ſi ſibi eſſet reddita, verè parabat redimere ſtatim, poteſt integrã vltra ſortem, recompenſationem exigere.

Digitized by Google

At verò pro lucro ceſſante, quia propter pecuniam, ſuo termino non ſolutam inuitus patiens dilationem deſtitit emere cenſum, quem re vera, ex parte illius pecuniæ conſtituerat emere, ex quo lucrum penſionis cēſualis reportaſſet, nō poterit tam integram ſatisfactionem exigere, quia non tam certo conſtare poteſt de illo lucro ceſſante, ſicut conſtare poteſt de damno emergente, vt diximus. Hęc pręfatus Lopez ibidem prima parte cap. 131.

450. *Quæritur an ſi Epiſcopus præcipiat ſub cenſura, vt qui talem rem habet, infra ſex dies reſtituat, an non reſtituens quocunque modo ligetur?*

RESpondetur ſi habens talem rē, & ignoret monitionē, quia abſens erat, venit autem poſt illos ſex dies, & intelligit latam fuiſſe excommunicationem, etiam quod non reſtituat, an incurrat excommunicationem? Dico quod videtur non incurrere, quia ſententia vltra terminum ſtatuentis, nullum habet vigorem, vt quidam dicūt ſecundum ius: & licet videatur fundamento iuridico probari pro eo, quod ſnīa extra terminum ſtatuētis, nullum habet vigorem, ſed tamen credo hanc ſententiam fore limitandam, ad caſum, quo ſolum excommunicans ſic velit talem ſententiam tantum in contumaces præteritos intra ſex dies iam lapſos fulminare, ſecus ſi etiam in contumaces futuros à notitia cenſuræ, ſi infra ſex dies non reſtituerint. Alias Nauarrus præ diffinit, quod ſi quis editis generalibus intra certū terminum iuſtus denuntiare, rebellis contumaxque fuerit, non denunciando, licet iam deliquerit ex contumacia, adhuc ſub peccato intra reſiduum anni ad denuntiandum manet aſtrictus. Sicut etiam quis ſemel eſt citatus, vel ad cōparendum obligatus prędiffinita die, tenetur etiam poſt illius diei lapſum, cum primum potuerit cōparere, ſicut pręſcripto die interpellatur ad ſoluendū debitum, ſi tūc nequit ſoluere, ſimul ac ſibi facultas ſuberit, ſoluturus eſt neceſſario: ergo pari ratione in caſu noſtro cōcordat Sotus, qui arbitratur quod qui tempore excommunicationis non habet vnde ſoluat, teneri dū habet ſoluere ſub ſententia eiuſdem excommunicationis, quę ſemper durat. Hūc caſum in primo noſtro libro impreſſo breuius quàm par erat tractanimus; ſed nunc ad melius intelligendum latius excuſſimus. Hæc idē pręfatus Lopez vbi ſupra c. 12. 2. par.

451. *Quæritur, an pater obtenta excōmunicatione ſuper his, qui furtum ſibi fecerunt, intendat etiam comprehendere filios, & domeſticos domus?*

RESpondetur ex Soto de iuſtit. & iu. durum eſſe eos pro minimis, tali mucrone velle feriri, quare vt ex illius ſentētia colligitur, nō eſt cēſendus. Paterfamilias velle excommunicari propter furtum, vxorē, aut filios niſi explicuerit: quantitas furti adeò magna ſit, quod ſit præſumendū hoc ipſum velle. Vnde Corduba docet filium familias nō teneri ad reſtitutionem eorum, quæ clanculum accepit à patre ſuo pro decenti ornatu, quia pater decēter tenetur & inducere, & alere filium: vnde ſi pater cernit filiū

incedere cultu ornato, & decente, quem pater non ſuppeditauit, præſumitur acceptum habere, & ſibi eſſe gratum, quare filius tunc hic pro ſic acceptis ad decentem cultum nõ inuoluetur excommunicatione impetrata à Patre.

Sed quid ſi cum filius ſufficienter eſſet prouiſus a patre de victu, & veſtitu, cum eſſet ſub poteſtate paterna, ex bonis ſuo lucro, & induſtria patris, vltra neceſſarium pompoſè ſe ornauerit cultioribus indumentis.

Dico ſanè quia bona ſic à filio ſuo labore, aut induſtria parta aduentitia ſunt, quorum per inde adminiſtratio ſecundum ius ciuile, & vſus ad patrẽ attinet: ideo quia non conſtat an talis diſtractio bonorum pro tam ſplendido ornatu grata fuerint patri. Conſultius eſſe cẽſet Corduba, & melius impetrare remiſſionem à patre. Et ſic, ſi ante terminum in cenſura præſignatum, remiſſio hæc indulta fuerit filio per patrem excommunicationis cenſuram euitabit, quod ſi iam eam filius creditur, aut dubitatur incurriſſe, pro eo, quod de intentione patris, cui iudex ei concedens literas excommunicationis, ſolitus eſt ſe conformare, nihil comperti habetur voluerit ne, aut noluerit, in hoc caſu filium ligari, tunc impetrata condemnatione à patre, poterit abſolui, quia pars eſt ſatisfacta. Vnde etiam tunc, & ſi haberet bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, vnde poſſet patri compenſare, facta ſibi hac condemnatione, nõ tenetur cõpenſare. Hæc idem præfatus Lopez, vbi ſupra capit. 12. ſecundę partis.

A 452. *Quæritur an famuli, qui aliquid diuerſis temporibus ſurripiunt de bonis Domini mortaliter peccent, & teneantur ad reſtitutionem?*

RESpondetur dicendo, quod famuli, qui aliquot diebus vnius menſis furta modica faciunt, & poſt alium, vel duos menſes totidem, & poſt aliquot alios totidem: ita quod in fine trium, vel quatuor annorum B conflat ſummam notabilem, teneantur ne eã reſtituere, & an ſi ſuper hoc promulgetur excõmunicationis ſententia, ea capiantur? Dico ex mente Nauarr. quod modus accipiendi aliquid occultè, dum aliàs acceptio placeret Domino, ſi nota eſſet ei ſolum, eſt venialis, id quod ſæpe filij ob verecundiam parentum faciunt. Secus in religioſis, vt ex mente Victorię ſupra diximus ratione voti, quãdo præ- C lati, & ſi multa cõcedunt ſubditis, tamen priuata auctoritate nolunt ab ipſis illa vſurpari.

Ex ſupradictis infertur ſecundo, famulos accipientes à Domino, panem, fructus, quibus verſantur ſub ratihabitione, quod ſi ab illo peterent, illis daret, ſi illic inueniretur, quãuis nollet, vt ſe inſcio caperent, non peccant niſi venialiter. Diximus ad veſcendum, quia ſi acciperent, vt ſolẽt, D aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia ſimilia ad donãdũ notabiliter, neque peccatũ mortale euaderent, neque noxam reſtitutionis effugerent, quia Dominis tenerentur ea reſtituere, cum non ſolum modus, ſed & factum inuito Domino fit.

Tertiò aſſerimus, qui minutatim ſingulis dieb. quadrãtẽ, vel quatrinũ

famuli

Digitized by Google

famuli capiunt, ſiue cum animo, vel ſine animo perueniendi ad magnam quantitatem, cum ad illam peruenerint, reſtituenda illa videntur.

Quartò, aſſerimus reſpódentes ad præmiſſam quæſitionem: famulus interpollatim per menſes, quolibet mẽſe aliquod modicũ furtiuè inuadens, ſi ſic in fine trium, vel quatuor annorũm conſtaſſet ſummam etiam duplo maiorem, quàm ſit illa, quæ ſemel accepta, peccatum, & reſtituendi neceſſitatem induceretur: non ideo ſecundum Nauar ſub pœna peccati mortalis teneretur ad reſtitutionem. Ac per conſequens credo eſſe de mente Nauar. in hoc caſu, ſi fulminaretur excõmunicatio, illa eos non comprehendi. Nam neque heri adeo debent rigidi eſſe, aut auſteri, vt cùm hæc furta per interualla facta, exigua ſint, at p conſequens imperceptibilia, ſolitaq; fieri à famulis, neq; ſenſibilem inferẽtia iacturam, velint ſibi ſub mortali reſtitui, ſi non excedant ſummam in caſu nominatam. Hęc præfatus Ludouicus Lopez, eodem loco, cap. 13. ſecundæ par.

453. *Quæritur, an qui ex officio rem cuſtodire non tenetur, ſi videat eam inuadi ad quid tenebitur?*

Videtur ſecundum Caiet. in ſummula, quãdo loquitur de non obſtante, & muto teneri ad reſtitutionem illius furti, vltra peccatum mortale.

Reſpondetur ex Nauar. Sot. & Silueſt. & multis alijs, quod curare debet admonitum fore inuaſorem de ſublato reſtituendo, & ab his furtis cauendo de cætero; quod non præſtante inuaſore, aut non ſe coercente, hero reuelare tenetur.

Sed aduertendũ eſt de triplici differentia cuſtodum. Primò gratis cuſtodientium; ſecundo mercedem accipientium, ſed nõ ſpecialiter pro cuſtodia; & tertio accipientium mercedem ſimpliciter pro cuſtodia rei. Primi tenentur tantum de dolo, & lata culpa; ſecundi tenentur de leui: tertij de leuiſſima, ſcilicet, quãdo ipſi ſe obtulerunt pro re requirente cuſtodiam diligentiſſimam.

Et hic dubitari poterit, an cõpenſatio habeat locum tam in depoſito, quàm etiam in alijs contractibus bonę fidei. Circa quam quæſtionem quidam F. Ioſeph, in ſuis floribus tria videtur aſſerere. Primò, quod recõpenſatio in depoſito, locum minime habet, vt diximus in primo noſtro libro impreſſo. Quia inquit pro pecunia aliàs mihi abs te debita, tuam apud me depoſitam, in recompenſationem accipere nequeo, quia ſic diffinitur expreſsè c. Bona fides, de depoſito. Secundo ait, quod in cæteris contractibus bonæ fidei, poteſt fieri compenſatio, vt ait Panormi. in c. Bona fides, quia his contractibus à iure non prohibetur. Tertiò, addit, quod qui abſolutè, & ſine conditione iurabit ſoluere debitum creditori, ſolutionem ratione recompenſationis differre non poteſt, quia ſic cauetur, c. ad noſtram, & c. debitores, de iure iurando, quia iuramentum promiſſorium fit Deo, & non ſolum homini: quamuis creditor non lædatur. Hęc verò eius doctrina adhuc moderatione eget, quia primum eius dictum licet ſit verum loquendo

quẽdo in foro exteriori, tamẽ oppoſitum eſt in conſcientia, prout docet Nauar. loquens de recompenſatione, ſic ait: Neque refert, an ſit res depoſita, vel non, quoad forum conſcientię, quicquid alij dicãt. Itaq; in conſcientia recompenſatio locum poteſt habere in depoſito, ſecus in foro exteriori.

Circa verò eius tertium dictum, dico licet Panormit. illic teneat cũ iſto Doctore, quia iuramentum eſt obligatorium in formã ſpecifica, non ſufficit illud implere in effectu, vt ibi per text. patet. At Bart. oppoſitum ſentit, & etiam Panormitanus, qui aiunt qđ ante factum ſequenda eſt prima opinio, quam ſequitur Innocen. poſt factum verò, ſecunda, vt talis non cenſeatur periurus: videtur. n. licet prius iurauerit ſoluere, præpediri à ſoluendo, eo quod creditor ſuus, qui eſt etiã ſibi debitor, nõ ſoluerit, quod in conſcientia potius habet locum, ſed indico iſtam modarationem Panormi. & & tertium dictum illius Doct. videl. F. Ioſeph; cum ſit text. expreſſus, de hoc in foro exteriori, ſemper habere verum. Hæc præfatus Doctor Lopez ibi ſupra, c. 13. ſecundæ par.

454. *Quæritur, an legata relicta in teſtamento minus ſolemni, vbi deficit aliquid ſecundum ius ciuile ſint legatarijs reſtituenda?*

RESpondetur primò, quod quantum ad teſtamentum minus ſolemne, an teneat, vel nõ teneat, de eo ſcripſimus in primo noſtro libro impreſſo, quę. 184. Hoc addam ad illud, quod ſi is, cui cõpetit repetitio, quia

A ipſum latet contractum, vel teſtamentum eſſe illegitimum, ideo ob ignorantiam, nõ repetit: quamuis poſſeſſor id ſciat, nõ tenetur ei reuelare. Et quamuis de hac materia, vt diximus, aliàs ſcripſimus, tamen quod hic ſcribit noſter Lopez in 2. par. ſui inſtructorij, c. 14. placet afferre, allegãs præclarum Doctorem ulium Clarum, dicentem, vbi ſancitur teſtamentũ confectum corã duobus teſtibus & proprio curato, validum eſt, quod Silueſ.

B verbo, Legatum, quæſt 9. ſignificat validum eſſe, etiam quod legata non pia. Atq; Clarus quod talis ſanctio, ſeu diſpoſitio ſeruanda eſt in foro Eccleſiaſtico vbique, & in terris eccleſię in vtroque foro. In legatis verò pijs non eſt dubium, quod ea ſecundum ius canonicum, ſi fiant coram duobus tantum teſtibus, valeant ſecundũ Nauar. c. relatum, de teſtam. ſed de a-

C lijs legatis non parum ambigitur: verum relicta per teſtamentum minus ſolemne, veniunt in conſcientia per hæredem ſoluenda: & quidem conſtat, quod in iudicio & foro exteriori legatarius per teſtamentum minus ſolemne, duobus tantum teſtibus editum, non poterit illud repetere, ſed id controuertitur, an ab hærede ſit ſibi in conſcientia debitum, & ab hærede ſit ſoluendum: Silueſt. verò, verb. Le-

D gatum, 4. q. 10. penes finem ſic ait: Quod quando teſtamentum eſt nullum, quia nõ ſunt teſtes ſufficientes, vel deficit ſolemnitas aliqua iuris ciuilis, ſi conſtat hæredi de voluntate defuncti, vel per duos teſtes probari poteſt, obligatur naturaliter iure gentium ad illud implendum; quæ ratio æquimilitat in legatis ad alias cauſas

ſicut

Digitized by Google

ſicut ad pias. Et hæc opinio ſatis mihi placet. Quamuis alia opinio nó ſit omninò reputanda, vt legatarius relictus per teſtamentum minus ſoléne, ſi iam penes ſe poſſideat legatũ, poſſit bona conſcientia retinere, neq; hæredi ignoranti teſtamentum eſſe non ſolemne id patefacere teneatur, vt ſupra diximus, ſi tamen repetãtur in iudicio huiuſmodi legata, adiudicatumque fuerit hæredi ab inteſtato, illi tenebitur dare. Quod ſi legatum fuerit repoſitum penes tertium, illud acquiret hæres ab inteſtato, & tunc legatarius cedere habet. Hæc præfatus Ludouicus Lopez, vbi ſupra, capit. 14. ſecundæ partis.

455. *Quæritur, an filij illegitimi teneãtur reſtituere bona, quæ ſibi à parentibus relicta fuerint?*

RESpondetur filij illegitimi ſpurij ex peculiari concubina, & mãzeres ex vaga concubina propagati non ſuccedunt: ſed neque ſuccedere poſſunt patri, aut matri, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato: ſi tam pater, quàm mater eorum filios habeãt legitimos. Quia leges in odium peccati parentum eos arcent ab hæreditate: tum quia iniuria fieret legitimis, qui ſunt certiores, ſi cum ipſis ad bona paterna vocarentur illegitimi, quia leges ſtudent fauere legitimis ſucceſſionibus, & non illegitimis.

Præterea tam pater, quàm mater etiam ſi habeant filios legitimos, poſſunt licitè, non ſolum his filijs ſpurijs, ſeu manzeribus, ſed etiam liberis adulterinis, & ex concubitu damnabili natis, puta ex ſtupro, vel ince-

A ſtu, vel adulterio quintam partem legare. Hæc ait Sot. lib. de iuſti. & iur. 4. q. 5. art. 1. Nam licet teſtator nó videatur alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, l. cum acutiſſimi, ff. de fideicommiſſis, vnde lex 9. Tauri originem duxit, quæ filios ſpurios ab hæreditate repellit: tamen non prohibet lex, quin tam pater, quam mater in quinta parte aſſis, poſſint illos inſtituere; & patet, quia ſi tam pater, quã B mater habentes etiã filios legitimos, quintam partem poſſunt legare extraneis, quare non magis poterũt donare ſeu legare prædictis filijs illegitimis, qui ſunt propinquiores extraneis?

Præterea, tam pater, quam mater, ſi filijs careant legitimis, etiamſi habeant hæredes aſcendentes, id eſt, parentes, aut auos filijs naturalibus, ſcilicet, ſpurijs, aut manzeribus, omnia C bona ſua relinquere in teſtamento poſſunt. Hæc concluſio, quoad matrẽ certa eſt, & expreſsè habetur l. 9. Taurienſi, quia mater de tali prole, quod ſit ſua certa eſt, nec tunc fit iniuria legitimæ proli, cum ea careat: ſed quoad patrem, licet F. Ioſeph cõtradicat, ſed tamen etiam quoad patrem, vera eſt, quia l. 10. Taurienſi, ſic habetur, quod etiam pater, etſi habeat parentes, vel aſcendentes legitimos, poteſt D bona ſua in toto legare naturalibus filijs, ſi tamen ei non ſuperſint legitimi liberi; filium autem naturalem explicat lex eſſe, & dici cuius natiuitatis, vel conceptus tempore, pater eius ſine diſpenſatione, copulari matrimonio potuit, cum eius matre, dum tamen pro filio ſuo recognoſcat eum pater, etiamſi ſit ex vaga concubina

talis

Digitized by Google

talis naturalis natus. Naturales filij dicuntur ingenuarum concubinarũ filij, quos ſola natura gentium, non honeſtas genuit, & appellantur iſti baſtardi, vt per glo. in rubr. ff. de concubin. Hæc præfatus Doctor Lopez ibidem, vt ſupra, capit. 18. 2. par.

456. *Quæritur, an liceat requirere à moriente, vt ſibi reuelet ſuum ſtatum poſt mortem?*

Reſpondetur, quòd tribus modis contingit aliquem ſtatum alicuius poſt eius mortem exquirere. Aut cum præſumptione, aut cum dubitatione, aut cum humilitate, & deſiderij impletione; Primo cum præſumptione, puta cum aliquis ſuperbè, vel præſumptuosè de ſua facultate confidens hoc petit, talis peccat. Secundò cum dubitatione, puta quando petẽs dubitat de futuro ſtatu, & talis etiam peccat. Tertiò exquiritur piè, & humiliter ex deſiderij adimpletione, & tunc petens ab aliquo, vt poſt eius mortem ſibi appareat, non peccat. Cuius ratio eſt, quia cum omnes homines natura ſcire deſiderant, inquirere adimpletionem deſiderij naturalis, non eſt peccatum. Hæc D. Thomas, quodlibet. ſecundo, quæſtio. 2. in corpore quæſtionis, & in ſolutione argumentorum. Dominus verò Henricus de Aſſia reſpondet, quod hoc minimè licet, quia quandam curioſitatem ſapit culpabilem, velle ſcire ſtatum futurorum moriẽtium, qui vtilius ignoratur, quã ſcitur à viuis, & qui potius conijciendus eſt ex operibus, quàm experiẽdus, debet nobis hoc ſufficere, quod hoc Deus reddit

A vnicuique ſecundum opera ſua. Vnde & diuiti dictum eſt. Habent Moiſem, & Prophetas, illis credant, propterea apparitiones tales potius videntur credere dæmonum deceptiones, & illuſiones, quam veri ſtatus animarum indicantes, talibus cõfidendum non eſt. Hæc ille, ſed tu S. Thomam ſequere, nec tamen in hoc Henricum ſpernas. Sic ſcribit Fr. Bartholomæus Sibilla in ſuis Quæſtionibus.

B

457. *Quæritur quando Epiſcopus generaliter excommunicat eos, qui non reuelauerint aliquod furtum, an ſcientes ſemper teneantur?*

Reſpondetur, quod qui cauſa recompenſationis illud furtum ſecretò ſibi addixit, cæterique ſcientes, ait Nauar. non teneri ad reuelandum modo pro cõperto habeatur res, quæ

C erepta eſt, via recõpenſationis, & pro debito legali fuiſſe ereptam, tũc tam ſubtractor eiuſdem rei, q̃ etiam talis recompenſationis conſcij non reuelãtes, & immunes ſunt a tali ſententia excommunicationis, & reſtitutionis; ſed conſcij illius rei ablatę, ſi dubitẽt, an verè factum ſit gratia recompenſationis, tenerentur reuelare: niſi tanta ſublator illius rei, fide, & virtutis æſtimationis apud ſcientem polleret,

D quod eius dictum aſſerentis, quod ad recuperandum ſuum tantum, quod iuſtũ erat, iuſtè accepit, omnem apud conſcium rei dubietatem ab eius animo excutiat.

Sed ſi Epiſcopus in litteris ſuis excommunicatorijs iubeat reuelari eos qui talẽ rem ẽt pro recuperatione ſuarum rerum acceperint. Siluester ait, quod

quod idem ferendum eſt iudicium, in hoc caſu, ſcilicet, quod talis recompenſator, atque eius recompenſationis conſcij non reuelantes ad nihil tenentur, neque excommunicatione ligantur, etiam ſi talis excommunicatio ſit ſpecialis quoad rem. Inſuper quia nemo ſe, neque alium innocentem qualis eſt iſte ſibi iuſtè recõpenſans, tenetur prodere, præſertim ad damnum & præiudicium. Quia ſecũdum Silueſt. ſi mens iudicis eſſet, vt etiam in caſu, quo quis ſibi recõpenſaſſet, id ſibi panderet, ſententia eius eſſet continens intolerabilem errorem, & ita non valeret, cap. de re iudicata: quia de pœnit. diſtin. 1. habetur: non tibi dico, vt te prodas. Vltimò, quia ſecundum Nauarr. clauſula hæc poni ſolita in literis Apoſtolicis ſub forma ſignificauit, intelligẽda quãdo ſcitur non fuiſſe acceptum pro iuſta cõpenſatione, aut dubitatur. Hæc idem præfatus Doctor vbi ſupra, 2. p. ca. 9. Lopez noſter. Atque etiam Sotus in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 1. hunc caſum ponit, & ita reſoluit, vt ſupra.

458. *Quæritur, quando præcipitur aliquod furtum reuelari ſub pœna excommunicationis, an ſciens prius teneatur præmittere correctionem fraternam?*

RESpõdetur, nemini dubiũ, quod conſcius furti, furti auctorem manifeſtare nõ tenetur, quoadusq; prius iuxta ordinem correctionis Euangelicæ, eum monuerit, nam inducere eum debet prius, vt mandato Epiſcopi ſatisfaciat, & ſi fur ſatisfecerit eum manifeſtare non debet.

Si autem admonitus occupator ta- A lis alieni non paret iudici excommunicanti, quia ſatisfacere renuit, & teſtis conſcius furti iuſſus denunciare, non poteſt illud probare. Quid agendum? ſecundum Nauarrum, & Cordubam, ex iuſſu iudicis generaliter excommunicantis, nemo tenetur delictum reuelare. Quod etiam, in caſu, quo auctor occultus delicti non ſatisfaceret, conſcius illius criminis, ſi illud probare non poteſt, non debet B eum manifeſtare, quia quando præcipitur, vt qui talem rem eam per denunciationem manifeſtet, intelligitur de eo, qui ſcit, & probare poteſt, niſi quando prælatus is eſſet, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe.

Hæc ſententia Nauarri & Cordubæ, cui etiam videtur ſubſcribere hic noſter Lopez ſupra citatus, mihi minimo non vndequaque placet, & ratio eſt, quia ſi ille fur correptus renuit C reſtituere, vt ſupra dictum eſt. Et hoc delictum, non tantum nocet illi, cui ablatum eſt ſuum, ſed etiam nõcere poteſt communi bono, furta multiplicando, & regula generalis eſt, quod quædam facinora, quæ communi bono valdè nocere poſſunt, & correctio in huiuſmodi viſa eſt non habere locum, ſtatim denunciari debẽt, quamuis probari non poſſint, vt ſunt hęreſes, falſificatio monetarum, D proditio ciuitatis, vel Regis, latrocinia, & huiuſmodi. Quia, etſi probari nequeant, tamen ipſe iudex ſciens huiuſmodi furẽ, mille modis obuiare poterit, vel ad eius emẽdationem, vel ad correctionem minis territãdo, vel aliqua via puniẽdo, ne vlterius in deteriora procedat. Imò non tantum pro communi bono, hæc obſeruare tene-

Digitized by Google

tenemur, verum etiam pro bono particularis perſonæ ne graue malum patiatur in vita, honore, fama, & in diſpendium notabile bonorum ſuorũ temporalium, vt in libro noſtro impreſſo multis in locis, clara auctoritate peritiſſimorum Doctorum adnotauimus. Tamen iudicio omnium, qui me docere poſſunt, me ſuppono ſemper ſecundum S. Matris Eccleſiæ ſanam doctrinam corrigi intendo. Hęc aſſertio ſemper intelligitur, niſi denuntianti graue periculum imminer et, quia tunc non teneretur ad denũtiandum. Hæc Lopez cap. 10. ſecundæ partis.

459. *Quæritur circa ſeptimum caſum quo quis excuſari poſſet, ne reuelet ſub cenſuris iuſſus, delictum alterius?*

RESpondetur quod recenſitis ſex cauſis, quibus homo excuſatur ne reuelet alienum delictum, nũc ad ſeptimam; quę multa dicenda requirit, ſingulare quæſitum facere voluimus. Et eſt quando per modum ſecreti auctor delicti id alicui reuelauit, ad captandum conſilium pro ſalute animæ ſuæ, vel corporis ſalute, aut pro defenſa rerum, vel honoris, vel famę, tunc ij, quibus huiuſmodi ſecretum concreditum eſt, quales ſunt medici, obſtetrices, viri literati, aduocati, cõſiliarij, adiutores ad prædictum finẽ, etiam cum iuramẽto, vel cenſuris cõpulſi, reuelare delictum huiuſmodi peccant mortaliter, ſi illud pandant, etiam ſi neſciant auctorẽ delicti graui laborare infamia, neque deeſſe ꝓbationem, & teſtes contra illum, quia ſolũ id deponere poſſunt, quod alia

A via, quam via prædicti ſecreti nouerunt, ſicut & cõfeſſarius. Quod quidem aſſertum habet verum; niſi talis detectio ſecreti prorſus eſſet neceſſaria ad cauendum longè maius, grauiuſque damnum reipublicæ, vel tertij, quia tunc ſi aliter tale malum irremediabile eſſet: creditur omne ſecretum, extra confeſſionem ſacramentalem, concreditum, pandendum eſt, quatenus pro grauiori dicto detrimẽ-

B to cauendo opus eſt, & non amplius. Et hoc ſubueniendo tali damno cum minori delinquentis diſpendio: & ita Cordu. Doctor grauiſſimus dixit. Nauar. licet ad hoc non diſcordet, ſed id nõ ſatis explicuit, tamen hoc videtur contra Sot. & in D. Bonau. & alios Doctores aſſerit contrariũ dicens ibi Sotus, quod etiam ſit alia ſecreta ſub illa cęremonia ſigilli cõfeſſionis, dum confeſſio non interfuit, fuerint con-

C credita, ſi ſint peſtifera Reip. ſtatim accuſatione deferri debent in aures Iudicis, & ſi ſint in periculum graue tertiæ perſonæ, cui non poteſt aliter occurri, vel ſi ſit conſcius ſecreti, euocetur in teſtem. Sed puto me aliquantulum Cordubam, & Sotum in hoc diſſidentes aliquatenus poſſe concedere dicendo, quod quãdo ſecretum vergit in damnum graue Reip. quando aliter certiſſimum, & in promptu

D non eſt remedium, non ſolum eſt reuelãdum, ſed etiam per accuſationẽ ad iudicem deferendum, ſecundum Sot. quia bonum commune, quale eſt Reip. pręferendum eſt bono particulari ſecretum committentis. Hæc præfatus Doctor Ludouicus Lopez, ibi vt ſupra in præcedenti quæſito. c. 10. ſecundæ partis.

460. *Quæ-*

Digitized by Google

460. *Quæritur reſponſio ſuper quædam alia dubia in hac materia, quæ ſigillatim diſſeremus?*

Reſpondetur circa primum, id eſt, quando quis nouit Ioannẽ ſurripuiſſe equum Petri, vel aliquid aliud, peccat non præmiſſa monitione, prodendo Ioannem, quia licet teneatur conſulere bono temporali Petri, ſed id nullatenus fieri debet prodendo famam Ioannis, niſi admonẽdo illum prius, vt reddat equum alienum. Ita ait Medina in ſua inſtruct. fol. 92. §. 36.

Secundum eſt, quando aliquis nouit ſecretò Petrum machinari mortẽ in Ioannem, & re vera occiſurum fore illum, admonendus eſt iſte cædis machinator, vt abſtineat, quod ſi viderit monitor ſe non proficere, admonendus eſt Ioannes, vt ſibi caueat à Petro. Sic ait hic auctor noſter Ludouicus Lopez vbi ſupra citatus eſt, cui aſſertioni ſubſcribere valdè timerẽ, & ratio eſt; ſi Ioannes certior fiat à Petro eſſe occidendus, fortè occaſio proxima eſſet, vt ipſe Ioannes Petrũ interficiat, ita mihi videtur. Sed melius eſt & tutius monere Ioannem vt caueat ab omnibus, etiam ab amicis, quia in proximo eſt, vt quidam eum ſit interfecturus: & ita prouidetur ne Petrus occidatur. Et ſic compellẽdus eſt Ioannes etiam à confeſſario vt id exequatur, ſi ipſe confeſſarius ſit conſcius huiuſmodi facinoris perpetrandi, quia præceptum Domini eſt, dicentis. Erue eos qui ducuntur ad mortem.

Tertium eſt, quando quis molitur malũ graue in Remp. vel Regẽ, huius A ſecreti conſcius, non tenetur præmittere correctionem fraternã, quia præceptum corripiendi, cum ſit affirmatiuum, non obligat niſi quando oportet, & quomodo oportet, & expedit, ſed hic non expedit, quia nullus ſatis ſibi perſuadere debet, quod molitor proditionis, & tanti mali, ſola priuata correptione emẽdatus euadat. Sed Medina in loco allegato ait, in hoc caſu prodendum eſt malum Iudici tan B quam Patri; ſed ego credo in hoc caſu teneri reuelare Iudici, tanquam Iudici, quando Iudex non poſſet apponere ſufficiens remedium, niſi ſtatim procedat, quia ſi mora intercedat, interim tanti mali, molitor proderet, vel incenderet ciuitatem. Et ita ſit in crimine hæreſis; quia hæretici peccãt ex pertinacia, & ſi non compeſcãtur, errores ſerpunt, neq; tales correptione fraterna præſumendum eſt fore C emendandos. Ideo ſi aliquis horum ſit criminum conſcius accedens ad confeſſionem, ſecundum Medin. abſoluendus non eſt, niſi prius denuntiauerit, & huiuſmodi denuntiationis teſtimonium attulerit.

At ſuperſtitioſi, aut ſortilegi, quorum ſuperſtitiones manifeſtum non continet hęreſim, nec iudicant de futuris, nec exhibẽt dæmoni honorem, ſed cauſa ineſcandi mulierem in ſui D amorẽ, falſa ducti extimatione, vtunt herbis quibuſdam, prius ſunt admonendi, quod ſi non ſe correxerint denuntiandi ſunt.

At ſtriges, quia ſolitæ ſunt eſſe in perniciem, & graſſari in pueros, dæmonique ſolitæ ſunt exhibere cultũ, ſtatim denuntiãdæ ſunt. Sicut etiam quæcunque continentia hæreſim, vt ſunt

Digitized by Google

ſunt diuinationes futurorum caſuum contingentium, aut cogitationes cordium, certò per ſortilegia velle præcognoſcere, aut per chiromantiam, aut circa aras idolorum, thura, aut ſacrificia afferre, ſtatim ſunt denuntiãdi, quia hi pernicioſiſſimi ſunt in Rempub. neque aliter eorum præſumitur emendatio. Idem vt ſupra Lopez eodem cap. 10. 2. partis.

461. *Quęritur circa quartum dubium quid ſit reſpondendum in eadem materia?*

RESpondetur, quod quando iam quis perpetrauit delictum graue, cuius iam pęnitentia ductus ſuper illo, hominem alioquin doctum conſuluit, vt ſibi ſalutare remedium, & conſilium adhibeat, quia iam illius pœnitet, ſi iudex Eccleſiaſticus ſuas promulgat cenſuras, per quas indicat, vt omnes ſcientes crimẽ pandat, particeps illius ſecreti prædicto fine, & modo cogniti, non tenetur detegere, quia licet illa commiſſio ſecreti nõ facta fuerit per ſacramentalem confeſſionem, ſed tamen fuit via remota ad confeſſionem, vt ſcilicet adhibito remedio, dignè accederet poſtea ad confeſſionem, ita Medin. cordatè loquitur loco citato.

Quintũ eſt. Si quis inter ſe ſignandum ✠. & conſtringẽs alium ad ſecreti cuſtodiam reuelauit ſe eſſe hæreticum, ſcilicet Lutheranum, denuntiãdus ſtatim eſt ſecũdũ Medin. quia illa non fuit confeſſio, quia non cum pœnitentia facta confeſſori, neque via ad illam, nec cum propoſito confitendi.

A Vltimum eſt, in alijs caſibus ſemper ſeruandum eſt ſecretum, niſi caſu quo iuridicè fuerit interrogatus ſecũdum Medin. loco citato, cum obligatione reſtituendi dãna, caſu quo obnoxius ſit. At verò ſubditus prælato tractanti de bono ſuo, & quęrenti de peccato ſuo ſecreto non ad punitionem, ſed ad emendam, tenetur reſpõdere ſecundum Sot. quando ſit Prælatum poſſe ſibi illud crimen probare

B cum vno teſte, ſimul cũ denũtiatore. Imo cum ſæpe emẽdæ talis Prælatus poteſt paternè denuntiatum à fide digno, rebellem punire coram patribus ſecretò pęna arbitraria, & leui deterrere. Imò etiam ſecretò excommunicare poteſt poſtquam probatum fuerit ei crimen cum denuntiatore, & alio teſte, ſed non poteſt illum traducere ad forum exterius ſecundũ Medin. quia licet oppoſita ſit communis

C ſententia, ſed tamen eſt rigoroſa, & parum conformis euangelio, etiam ſi ſit ſpes emendæ, quia correctio publica tunc ſcandalizat, neque per ſe ordinatur ad emendam peccati ſecreti. Ego autem dico ſuper illud verbum, quando dicit quod Prælatus poteſt eum excommunicare, aduertendum eſt, quod ſi prius non fuit facta monitio ſub excommunicatione, nõ poteſt eum excõmunicare pro peccato præ-

D terito, vt benè adnotauimus ex Soto in primo libro noſtro impreſſo. Poteſt tamen Prælatus præcipere ſub cẽſuris, ſi in poſterum auſus fuerit perpetrare idem delictum pro quo tunc eſt correptus. Hæc præfatus Doctor vbi ſupra Lopez cap. 10. ſecundæ partis.

Digitized by Google

462. *Quæritur, an famulus alicuius Domini, videns alium famulum furto bona fide Domini ſurripere, an mortaliter peccet non reuelando, non obſiſtendo, & ad reſtitutionem teneatur?*

REſpondetur, quod famulus, qui licet ipſe quidem nō ſit furatus, tamen furtum alterius famuli cernēs tacet, nec quicquam reuelat hero. Videtur tamen ad reſtitutionem illius accepti, quia famulis incumbit cuſtodia domus. Hanc quæſtionem cōpendioſè enodat Nauarr. dicens primo, quod ſi cura cuſtodiæ ſubſtantiæ Domini ſibi concredita eſt, quia præfectus eſt tanquam maior in domo, qui præficitur ſuper cuſtodiā totius ſubſtantiæ Domini, vel ſi præfectus eſt cameræ, cui incumbit cuſtodia cameræ, vel præfectus eſt ſtabulo equorū, qui nūcupatur, cauallerizo, ij omnes tenentur de furtis commiſſis contra dominum vnuſquiſque pro ſuo genere officij, teneturque de leui culpa, cū pro tali munere ſtipendium recipiāt, reſtituere, & præfectus maior domus de vniuerſaliter ſua incuria ablatis, tenentur reliqui ſpeciales officiales familiæ pro ſibi ablatis in ſua officina.

Secundo ait, quod famulus, cui cura cuſtodiæ rei commiſſa non eſt, licet peccet nō obſtando inuaſioni, & furto cōmiſſo contra herum, ſi commodè ſine ſuo notabili detrimento obſtare poſſit, aut manifeſtare potuit, ad nullam tamen reſtitutionem pro hoc manet obnoxius, vbi addit Nauar. quod qui ex officio non tenetur, non peccat, ſi abſque malitia per modeſtiam nō ſe ingerendi in negotijs alienis, vt euadat iurgia, obſtare omittit, ſecus ſi ex officio teneretur. Idem auctor, vbi ſupra eodem loco, Lopez, cap. 13. ſecundæ partis.

463. *Quæritur, an reus, cui pœna à ſupremo iudice remittitur maneat liber in conſcientia?*

REſpondetur, ſi princeps, parte læſa non remittente, ſed perſiſtente ī ſua accuſatione remittat, reus manet liber a pœna ſoluenda fiſco, non tñ à ſatisfactione facienda parti, iuxta damnum datum. Prior pars probatur, quia illa pęna ſoluenda fiſco cedit in patrimonium regis, Rex aūt poteſt de pecunijs ſui patrimonij remittere, donare, ac liberè diſponere; poſterior pars cōſtat, quia ſatisfactio debetur parti læſæ iure naturæ, & ex iuſtitia, a quo debito non poteſt vllus iudex, vel ſupremus liberare reū, niſi pars ipſa læſa remittat illud: adeo vt ſi iudex partè læſa reclamante, remitteret reo recompenſam damni illi parti illati, teneretur iudex ipſe reficere illam, reo non reſtituente: quia iudex ita agens noceret illi parti; qui verò alteri nocet, & cum iniuria; tenetur ad reſtituendum, c. ſi tua culpa.

Si nulla ſit pars læſa, quæ proclamet, vel ceſſauerit iam, & remiſerit, principe ex ſua mera clemētia, vel ob cauſam ſibi verè propoſitā remittente, manet reus omninò liber in vtroque foro ab omni pœna. Quod ſi remittat ex cauſa falſa ei propoſita, nō manet liber, ſed tenetur pœnā illā ſoluere fiſco. Prior pars de damno ſatiſfaciendo parti, aperta eſt, cū nulla exiſtat pars læſa, aut remiſerit liberè, & ſine

ſine vlla coactione, vt ſupponimus. De pœna verò, quæ erat reddenda fiſco, conſtat ẽt; cum rex liberè, nec deceptus dimiſerit pecuniam, quæ ad ſuum patrimonium pertinebat, & de qua potuit liberè diſponere. Et confirmatur, quia illa pœna eſt a iure humano, in quo rex ſua remiſſione diſpẽſat. Poſterior verò pars probatur, quia cum illa remiſſio Regis ſit, velut ſententia quædam conditionalis, habens hunc ſenſum, ſi cauſa iſta ita ſe habeat, remitto tibi, ſin minus, nõ remitto, ſed volo pœnam legis ſolui, ſi cauſa eſt vera, verè quoque illi reo pęna illa remittitur: ſi minus illa remiſſione velut ſentẽtia regis, implicitèr, & virtute præcipitur, & condemnatur, vt ſoluat. Tum etiam, quia huiuſmodi remiſſiones ſunt velut diſpenſationes, & conceſſiones, quas cõſtat nullam vim habere, ſed magis obligare ſubditum ad parendum legi, & iuri communi, in quo ſecum optabat diſpenſari, ſi ſubreptitiæ ſint, & falſam cauſam contineant. Hæc Salon ſuper D. Tho. 2. 2. q 67. art. 4.

464. *Quæritur, an reus teneatur explicare iudici veritatem, quando prudenter dubitat, an iuridicè interroget, et procedat?*

REſpondetur. Dixi prudenter, & probabiliter, quia ſi leuiter, & ſine rationabili fundamento ex paſſione propria dubitet, huiuſmodi dubitatio nõ liberat eum a debito reſpondendi, ſed tenetur non minus, quã ſi apertè conſtaret, illum iuridicè, & ritè procedere, in quos ſtabit conſilio periti & prudẽtis aduocati, & vt breA uius me expediam per quaſdam concluſiones explicabo quomodo quis ſe gerere debeat.

Prima concluſio eſt talis. In criminibus quæ non ſunt in damnum imminens alicui, nec publicum, nec priuatum, ſed iam ſunt præterita, & commiſſa, tam teſtis, quàm reus, quando prudenter ſunt dubij, an iudex rectè, & iuridicè interroget, nõ teneatur ei reſpondere.

B Secunda concluſio. Iudex quando prudenter, & rationabiliter eſt dubius, an illa ſemiplena ꝓbatio, vel indicia ſufficiant, non poteſt interrogare reum, ſed peccabit grauiſſimè, & tanto magis, quam alij, quanto magis tenentur ex officio ad ſeruandam iuſtitiam, & debitum ordinem iuris.

Tertia concluſio. In eiſdem criminibus, de quibus prima cõcluſio, quæ non ſunt in damnũ alterius, & ſi ſubC ditus reus, vel teſtis opinetur iudicẽ rectè ꝓcedere, ſi nihilominus habeat grauem formidinem, & ex rationabili fundamento, illum non procedere iuſtè, immineatque periculum, vel vitæ, aut rei, vel honoris grauiſſimi viri, & præſtantis, in Rep. non tenetur reſpondere iudici, poſita tali formidine, & tali periculo grauis damni.

Quarta concluſ. Vt ſubditus tuta conſcientia non reſpondeat in re duD bia, nõ eſt neceſſe deſinat eſſe dubius, an iudex iuſtè interroget: debet tamẽ habere hoc iudiciũ practicum, in hoc caſu, non teneor reſpondere.

Quinta concluſ. In criminalibus, quæ ſunt in damnum alterius publicũ, vel particulare adhuc imminens, & quod adhuc eſt in fieri, iudex vti dubius ſit, rectè tamen, & ritè inter-

Digitized by Google

rogat, & teſtis, & ſi dubius, tenetur reſpondere.

Vltima concluſio. Reus in huiuſmodi criminibus, tenetur aut reſpondere, aut deſiſtere omninò ab illo crimine, & dãno inferendo, quia iudex habet ius ad interrogandum, & conſequenter ſubditus debitum reſpondendi in huiuſmodi dubijs, quãdiu imminet damnum fratri: ſed quãdiu nõ deſiſtit reus a crimine nocino, imminet damnum fratri, ergo quamdiu non deſiſtit, iudex habet ius interrogandi, & conſequenter debet illi reus reſpondere, aut reſipiſcere, ne tale dãnum alteri immineat. Hæc Salon ſuper D. Thom. 2.2.q.68.ar.1.

465. *Quæritur, an iuſtè reus à iudice interrogatus de proprio crimine iuridicè notorio, teneatur illud confiteri, et cũ periculo certo vitæ, vel grauis ĩfamię?*

RESpondetur. Vulgus ignarus putat ſemper eſſe negandũ, donec reus ita conuincatur per teſtes, vt ſiue fateatur ſuum delictum, ſiue non, ſit condemnandus certiſſimè a iudice. Nec deſunt imperiti aliqui cõfeſſarij, qui ita conſulant, his adducti rationibus. Primò, homines non ſunt cõpellendi ad actus heroicos, & difficillimos, obligare autem reũ qui non conuincitur per teſtes, ſed ferẽdo tormenta euadat mortem, vt cõfiteatur delictum, cum euidenti diſcrimine vitæ, eſt actus, re uera heroicus, & difficillimus. Et alijs argumẽtis, quæ pro breuitate miſſa facio. His ergo nõ obſtantibus reſpõdeo per concluſiones, ad veritatem aperiendã. Et prima eſt: Reus legitimè interrogatus à iudice

A de crimine, iam iuridicè notorio; tenetur confiteri illi veritatem, etiamſi videat, certò, & euidenter ex tali confeſſione ſibi imminere mortem. Secũda concluſio; tenetur reus ad hoc, ẽt ſi interrogaretur ſine iuramento. Tertia durante proceſſu, & iudicio, ac captura rei, ita vt nec per ſententiam iudicis, nec per fugam, nec alia via, ſit liberatus, reus, qui iuſtè interrogatus, perſeuerat in neganda veritate,

B nõ eſt ſacramentaliter abſoluendus, donec illam confiteatur, & ſi conuictus per teſtes. Vltima, quando reus iam euaſit iudicium, vel per fugam, vel quia ſuperauit tormenta, & mentitus eſt iudici, & ſic ab eo eſt abſolutus, & dimiſſus; tunc poteſt abſolui à confeſſario, impoſita ei pro illo mendacio debita pœnitentia, nec eſt obligandus redire ad iudicem, & manifeſtare illi veritatem. Hæc Salon ſuper

C D. Thom. q. 69. art. 2.

466. *Quæritur, qualiter ſe debeat habere reus, quando ſub particulari iuramento interrogatur de crimine à ſe perpetrato, contra ordinem iuris?*

RESpondetur. Hanc quæſtionem multis verſat Sot. in relectione de tegendo ſecreto, membro 3. quæſtio. 3. Cuius reſolutio ex mente

D Diui Thomæ eſt; eum nunquam poſſe dicere mendacium, poſſe tamen ſe defendere, aut appellando, aut tacendo, aut oſtendendo in promptu ſe per iniuriam interrogari. Omnia enim iſta legitimum, ac iuridicũ continent modum defenſionis, vt de ſe patet. Sed quoniam maiori ex parte iudices his reſpõſionibus nõ acquieſcunt, qui potius

ex

Digitized by Google

ex illis vehementem criminis ſuſpe-ctionem ducunt: operæ pretium erit explicare, qui non ſint alij liciti defenſionis modi, quibus rei in ſimili preſſura, vti poſſint. Multi multa dicunt, quæ de difficili ſuſtineri poſſunt, quòd non ſint mendacia, quæ nullo modo licent. Nam quamuis, qui iniuſtè interrogantur, non tenentur reſpondere ad intentionem interrogantis, tenetur tamen eis verbis ſecretum celare, quæ in aliquo sẽſu recepto apud vulgus, vel apud ſapientes ſint vera, aliàs mentietur, quod nunquam licebit. Poterit ergo reus in ſimili caſu, vti quibuſcunque verbis duas ſignificationes habentibus, quæ amphibologia appellatur. Vt ſi mulier contra ius interrogetur, an commiſerit adulterium, poterit iurare, quod nũquam fregit matrimonium. Quę autem ſint huiuſmodi verba, ſinguli viri ſapientes, iuxta ſubiectam materiam, determinabunt, modo ſemper habeant in animo illa, vel ab ea ſignificatione, quam apud vulgus, vel ab ea, q̃ apud viros ſapientes efficiunt, non extrahere. Alioquin erunt mendaces. In caſu autem, quo reus legitimè interrogetur, ſemper tenetur reſpõdere ad mẽtem interrogantis: nec vti poteſt ęquiuocatione, vt aliàs diximus. Et hoc quantum attinet ad reum illegitimè interrogatum. Hęc ex Petr. de Arrag. ſuper D. Tho. 2.2.q.69.ar.1. & 2.

467. *Quæritur, an reus iuſtè interrogatus à iudice, qui inficiatus eſt crimen, quod fateri tenebatur, ad quid tenetur?*

Reſpondetur, ſi iſte faſſus fuiſſet, per ſententiam iudicis omnibus

A ſuis fuiſſet abdicatus, & amiſſionis oĩum eorum pęna mulctatus fuiſſet, vt patet in hæretico, qui confeſſus, in amiſſionem omnium bonorũ damnandus veniret: an non obſtante, quòd quia negauit, ſit liberatus, teneatur in conſcientia ad reſtitutionem omnium bonorum, in quibus erat mulctandus. Ad quam quæſtionem Sot. affirmatiuè reſpondet, ſ. quod ſtatim, vt negauit reus ſit in conſcientia, ſi-

B cut deſicti, ita perſoluẽdæ pœnę, quia iniuſtè negando prępediuit actum iuſtitiæ iuſtum: ſic dicit lib. de iuſtit. & iur 1. quæſt. 6. art 6. At Nauar. tenet oppoſitum reſpectu pęnæ legis infligẽdæ: ſecus eſſet ſi negaſſet debitum Patri. Idẽ ſcribit Medina confirmans opinionem Nauarr. quorum ſententię magis fore auſcultandum cenſeo; ſic ſcribit Medina in ſuo Inſtructor. fol. 178. circa mandatum, §. 54. & Na-

C uar. ca. 17. nu. 46. & ratio eſt, quia ad illam pœnam reus non tenetur ante condemnationem, cum in hoc caſu ſic receptæ ſunt hæ leges pœnarum, vt ante condemnationem non obligent in conſcientia. Et quia ſecũdum Medi. iniuſtè ereptus à carcere, quia cuſtodem carceris, vt euadere poſſet, interfecit, non ſe tenetur tradere ad ſuſpendium: ergo neque iniuſtè inficiatus delictum, non tenetur luere in

D conſcientia bona, quibus erat per ſententiam priuandus. Hæc idem præfatus Doctor Lopez vbi ſupra 2. parte, cap. 9.

S

468. *Quæritur quam pœnam incurrat qui iterat ſacramenta, quæ non poſſunt iterari; vt ſunt Baptiſmus, Chriſma, & Ordo?*

RESpondetur, quod iterātes ſacramenta characterē imprimentia, tam dantes, quàm recipientes, mortaliter peccant, ſi ſcienter id faciant, & incurrunt irregularitatem, quæ Papæ eius diſpenſatio reſeruatur, niſi ignorantia probabili id faciant: quia tunc epiſcopus diſpenſat. de conſecrat. diſt. 5. c. quid agit, de bis confirmatis; & S. Anton. 3. par. tit. 28. c. 6. §. 3. & Nauar. c. 27. §. 247. ſed notandum, quod cum in iure tantum nominetur Baptiſmus, Sotus in 4. d. 7. q. 1. art. 5. Et Silu. verb. Irregularitas, §. 6. tenēt de Baptiſmo tantum intelligi incurrere irregularitatem, & licet in d. cap. fiat mentio de alijs etiam ſacramentis, tamen nō fit mentio ibi de irregularitate, niſi pro iteratione Baptiſmi, vt notat Angelica: ſi aliquis ex ignorātia rebaptizet, vel rebaptizetur, excuſatur à pœna irregularitatis, & ab omni culpa, ſi eſt ignorantia facti, & ſit inculpabilis, puta ſi quis ſe eſſe baptizatus legitimè ignorans, iterum baptizetur, aut ſi baptizetur ignorās ſe baptizari, vt ſi ipſum inſcium alter baptizet, vel ſi ſacerdos in Eccleſia baptizet puerū ſibi oblatum, quia iam domi occultè ab alio fuerit baptizatus, ſed ſi ignorantia illa fuerit iuris, puta ſi quis ignorans pœnam in iure appoſitam contra rebaptizantes, ſcienter baptizet, vel rebaptizetur, non excuſatur ab irregularitate, ſic ait Sot. in 4. ſent. diſt. in 6. quæſt. 8. & Nauar. cap. 27. §. 246. & alij plures. Sotus addidit, quòd ſi quis habet inuincibilem ignorantiam iuris excuſatur ab irregularitate: vt ſi quis ruſticorum puerum ignorans prorſus ſe malè facere, aut aliū rebaptizaret, aut ab alio paruulo rebaptizaretur, fortaſſe, quia nullam commiſit culpam, nullam contraheret irregularitatem, ſic ait in 4. ſent. diſt. 3. q. 1. artic 9.

469. *Quæritur, an miniſtrans, vel conficiens ſacramenta, in mortali peccato, vel cōtritus ſine præuia confeſſione, peccet mortaliter?*

REſpondetur quantum ad ſacramentum Euchariſtiæ proculdubio ſine præuia confeſſione miniſtrās vel celebrans mortaliter peccat: & contraria aſſertio eſt hæretica; ſic in Concil. Trident. diffinitur, ſeſſio. 13. de Euchariſt. cap. 7. & cano. 2. Ait enim ibi Concilium: Si quis contrarium dicere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando, defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat. De alijs verò ſacramentis dico, quod ſufficit quod ſit contritus, animo confitendi ſuo tempore. Qui enim contritus eſt, non dicitur eſſe in mortali, etiā quod non ſit confeſſus; vt Nauarr. capit. 1. §. 33. Et quamuis ſubita neceſſitas immineat miniſtrandi ſacramenta non excuſat à mortali, miniſtros exiſtentes in mortali, quia ſtatim poteſt

ſeſt pœnitere de peccato, & licitè A miniſtrare ſacramenta. Et licet re vera non ſit contritus, ſufficit ſe credere contritionem habere. Sic tenet Diuus Thom. 3. par. quęſt. 64. articulo 6. ad tertium, & Caietanus ibidem dubio tertio, & Nauarrus, capite 21. §. 3. Verum tamen quando laico conceditur in aliqua neceſſitate baptizare, ſi ſit in mortali non peccat baptizando, quia id non facit ex officio, vt miniſter; nec peccat B laicus, ſi tangat ex neceſſitate Euchariſtiam, eam leuando à terra, ſed ſi ex officio, vt miniſter, id faceret, mortaliter peccaret, ſi in mortali exiſteret. Sotus in 4. diſtinctio. 1. quæſt. 5. art. 6. & Silueſter, Euchariſ. 4. §. 16. & Nauarr. cap. 25. §. 72. Diaconi verò, vel Subdiaconi in mortali exiſtentes, ſi ſuſcepto ordine vtantur, ſecundum D. Tho. peccant mortaliter, ac etiam ſi tangant res ſacras, C quaſi ſuo officio vtentes, peccāt mortaliter. Hęc Diuus Thom. in 4. diſt. 24. q. 1. artic. 3. quęſt. 5. in Cor. & ad quartum. Et ita etiam ſentire videtur Caietanus in opuſc. tom. 3. quæſ. de vſu ſpirituali, & 3. par. quęſ 64. ar. 6. & Silueſ. verbo, ordo, §. 4. Sed Sotus oppoſitum tenere videtur de Diacono, & Subdiacono in ſacramēto altaris miniſtrantibus ſic ait in 4. ſent. d. 1. quęſt. 5. at. 6. Ego verò primam opinionem ſequendam puto, D cum ſit D. Thom de prędicatore vero in mortali exiſtente, an prędicando peccet, necne, vide in Quęſito noſtro 213. libri impreſſi.

470. *Quæritur, quid ſit Sacramentum?*

IN primo libro noſtro de tribus ſacramentis tantum ſcripſimus, ſcilicet, de ſacramento Pœnitentię, Matrimonij, & Extremę vnctionis. Quę quidem ſacramēta multis ſcatere difficultatibus, prę cęteris alijs mihi videbātur: ideo illuc me contuli ad diſſerendum, & enucleandum eaſdem diſſicultates, vt illic quiſque videre poteſt. Nunc autem de quatuor reliquis ſacramentis tractare propoſuimus, ea tamen breuitate, facilitate, & claritate, quibus in pręcedentibus noſtris ſcriptis ſemper fuerimus vſi. Et ſolum ea ſcribere intendimus, quę videbuntur eſſe prorſus magis eſſentialia, vt breui compēdio multa complectamur, & in primis pauca verba curſim habebimus de ſacramento in communi, & poſtea de quolibet eorum quatuor in ſpeciali tractabitur modo.

Reſpondetur ad quęſitum. Quid ſit ſacramentum, ſecundum D. Aug. lib. 10. de ciuitate Dei, ſic diffinit: Sacramentum eſt ſacrę rei ſignum, & habetur de conſecr. diſt. 2. cap. Sacrificium, quam etiam accipit Magiſter ſent. & D. Thom. 3. par. q. 60. art. 2. multæ alię diffinitiones recitantur, quę eſſentialiter idem ſonant, ideò relinquo, & tantum ſuper eam, quam nunc accepimus pauca dicemus. Videtur iſta diffinitio eſſe manca, quia non conuertitur cum ſuo definito. Multæ. n. ſunt ſacrę res, vt eſt Crux Chriſti, eius veſtis, eius corona, tamē non ſunt ſacramenta, ideo aduertendum,

Digitized by Google

dum, quando dicitur ſacrę rei, non intelligitur quælibet res ſacra, ſed tã tum illa intelligitur, quæ nos ſanctificat, & quando dicitur ſignum, non intelligitur omne ſignum, ſed ſignũ exterius, quod communiter vocatur ſignum, vt ait Auguſtinus, ſecundo de doctrina Chriſtiana, dicens: Signum eſt, quod præter ſpeciem, quã ingerit ſenſibus facit aliquid aliud in cognitionem venire. Eſt igitur ſacramentum ſignum ſenſibile rei ſacræ nos ſanctificantis. Per rem ergo ſacram nos ſanctificãtem, intellige principaliter gratiam gratum facientem. Diuus Thomas tertia parte, quæſtione ſexageſima, articulo tertio, dicit tria ſignari in ſacramentis. Primum cauſam effectiuam noſtræ ſanctificationis, ſcilicet paſſionem Chriſti, a qua virtutem habent omnia ſacramenta. Secundum eſt ſecundum cauſam formalem noſtræ ſanctificationis, ſcilicet, gratiam. Tertium cauſam finalem, quę eſt gloria. Hęc ſunt, quæ de diffinitione iſta ſcribere voluimus, quam ſequitur Magiſter ſent. & Diuus Thomas, & quaſi omnes Doctores.

471. *Quæritur, quot ſunt genera ſacramentorum?*

RESpondetur eſſe duo genera ſacramentorum, alterum veteris, alterum nouæ legis, & conueniunt in ipſa tradita diffinitione ſacramenti; vt ait Sotus, ſic dicens: Sacramentum eſt ſignum ſacræ actionis, ſiue quæ tunc fit in anima, vt in noA ſtris ſacramentis, ſiue quæ futura eſt per Chriſtum: ſacramenta enim veteris legis per ſe non ferebant gratiam, ſed per Chriſtum futuram præſignabant, ſic ille ait 4. ſententiarum, diſt. 1. quæſt. 1 artic. 2. & differunt hęc ſacramenta inter ſe veteris, & nouę legis, vt traditur in Concilio Tridentino, ſeſſione ſeptima, canone ſecundo. Vnde ſi quis hoc negaret, anathema eſſet. Differunt enim multiB pliciter. Primo quidem, quia ſacramenta veteris legis non aperiebant cœlum, vt patet ex diuina Scriptura de antiquis patribus, qui erant ſancti, tamen in infernum deſcendebãt, vt dixit Iacob in Geneſi 37. Deſcendam ad filium in infernum, & Iob in cap. 17. homo ſanctiſſimus aiebat, Infernus domus mea eſt.

Secundò differunt, quia illa promittebant tantum, & ſignificabant C ſalutem, ſacramenta verò nouæ legis dant ſalutem, vnde poſt mortem non vadunt ad inferna, ſi rectè ſacramenta accipiunt, ſed ſtatim euolant ad cœlum.

Tertiò differunt, quia ſacramenta veteris legis ſolum ſignificabant gratiam, ſacramenta verò nouæ legis, non ſolum ſignificant, ſed etiam cauſant, & conferunt eam. Vnde Diuus Thom. ad Galat. 3. aiebat. Sacra D menta veteris legis dicebantur egena, & inania, quia gratia non continebant, ſicut continent noſtra ſacramenta nouæ legis. Quoniam veteris legis ſacramenta nunc nobis prodeſſe non poſſunt, & eorum notitia nihil, aut parum nobis confert, ideò ipſis omiſſis ſolum de ſacramentis nouæ legis ſermonem habebimus.

Et

Digitized by Google

Et ſi quis interroget, quot ſint hęc noſtra ſacramenta, omnibus penè notum eſt, quod ſeptem ſint, & ſi plura, vel pauciora quis pręſumeret eſſe, anathema eſt, ſecundum Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. de ſacramentis, canon. 1. Quorum primus eſt Baptiſmus, ſecundum, Confirmatio. Tertium Euchariſtia. Quartum Pęnitētia. Quintum Extremā vnctio. Sextum Ordo. Septimum & vltimū Matrimonium ex Diuo Tho. 4. ſent. diſtinct. 2. q. 1. ar. 2. & 3. & Sotus ibid. diſt. 1. quæſt. 6. ar. 1. Qui reddit rationem ex D. Thom. quare ſint ſeptem ſacramenta.

Vnde epilogando D. Thom. 3. parte, quæſt. 65. art. 1. dicimus, quod conuenienter ſunt tantum ſeptem ſacramenta.

Primò quidem, quia homo per inobedientiam, ſeptem ſpiritualib' infirmitatibus animæ erat ſubditus, ſ. peccati originalis, & mortalis, venialis, malitiæ, concupiſcentiæ, ignorantię, impotētię, ac debilitatis ad bonū.

Et propter hoc ad eripiendū ipſum hominē ab his infirmitatibus, inſtituta ſunt ipſa ſeptem ſacramēta. Nā ab infirmitate originalis culpę, eripit Baptiſmus; ab infirmitate mortalis peccati, eripit Pęnitentia; ab infirmitate peccati venialis eripit Extrema vnctio; ab infirmitate malitię, eripit Euchariſtia; ab infirmitate concupiſcentię Matrimonium; ab ignorantia eripit ſacramentum Ordinis; à debilitate, & impotentia eripit Confirmatio. Id totum ex D. Tho. 4. ſent. d. 2. quęſt. 1. artic. 2. & 3. p. q. ſupradicta, pręfato articulo. Et Sotus ibidem ſupra citatus.

Sunt etiam ſeptem inſtituta ſacramenta, quia per hęc acquirimus vitā ſpiritualem, ad quam ſeptem requiruntur, ſicut in vita corporali. In vita n. corporali primò requirit natiuitas, & hanc conſequimur per Baptiſmum, vt ait Apoſtolus ad Titum 3.

Secundò, requiritur conſolidatio, corroboratio, & augumentum corporis: nam recenter natus eſt ſatis debilis: & hęc pręſtat nobis ſacramentū Confirmationis, per quod in fide cōſolidamur.

Tertiò requiritur cibus ad nutritionem, ſine quo temporalis vita cōſiſtere non poſſet, & vicem huius in vita ſpirituali gerit Euchariſtię ſacramentum.

Quartò requiritur in vita corporali medicina ad ſanitatem comparandam, quando homo infirmatur, & locum huius in uita ſpirituali tenet Pęnitentię ſacramentum.

Quintò, requiritur remedium cōtra reliquias infirmitatis. Cui in uita ſpirituali reſpondet Extrema vnctio, quę remouet peccatorum reliquias, hominemq; adeo ad iter cœleſtis glorię capeſſendū paratū reddit.

Sextò requirit propagatio prolis, ad perpetuandā humanā ſpeciem; & hoc fit per Matrimoniū, ꝙ non ſolū eſt officium naturę, ſed ſacrm gratię.

Septimò, & vltimò requiritur in humana vita, vt ſint qui rempublicā gubernent, & alijs pręſint, & hoc prę ſtatur in vita ſpirituali per ſacramentum Ordinis.

Nūc quęrendū eſt de eſſentia omniū ſacramentorū, ſcilicet, ex quibus vnumquodq; eorum conſtare debet. Et dico, ꝙ tria requirunt, videlicet, ma-

materia, forma, & miniſter, vnde in Conci. Florentino ſic dicitur. Tribus perficiuntur ſacramenta, ſcilicet, rebus tanquam materia: verbis tanquã forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum intentione faciendi quod facit Eccleſia. Sic ait Sot. 4. ſen. diſt. 1. in textu, & diſt. 3. q. 1. artic. 8. & diſt. 26. q. 2. art. 3. Et hanc veritatẽ ſequuntur omnes Doctores pręcipuè S. Thom. 3. par. q. 60. art. 4. & 7. & q. 64. art. 8. & in Concil. Trident. dicitur quod materia, & forma sacramenti eſſentia perficitur, ſeſſ. 14. cap. 2. Et in eodem Concilio dicitur neceſſariò requiri intentionem miniſtri ſic dicens. Si quis dixerit in miniſtris dum ſacramenta conficiunt, & conferunt non requiri intentionem, ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit. ſeſſ. 7. cap. 11.

472. *Quæritur an intentio recta miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti?*

RESpondetur, cum fuerit concluſum intentionem in ſacramento eſſe neceſſariam, neceſſe eſt ſcire de eius qualitate. An recta etiam exigatur ipſa intẽtio miniſtri, ait D. Th. quod duobus modis illa rectitudo poteſt intelligi: vno enim modo poteſt intentio non eſſe recta, quando miniſter non intendit ſacramentum perficere, ſed deridere, & fallere. Si ſic eſt, talis peruerſitas tollit omninò veritatem ſacramenti: quia tollit eſſentiam ſacramenti, cum eius obiectum tollatur, quod eſt facere, quod facit eccleſia. Alio modo poteſt intentio miniſtri accidentariè peruerti, quantum ad id, quod ſequitur ſacramentum: vt ſi quis intendens verè baptizare, ſimul intendat peccatum aliquod, vt abuſum puellæ, quam baptizat, aut ſub ſpeciebus, quas conſecrat, venenum alicui porrigere. Hęc ſimilis intentio peruerſa veritatem ſacramenti non tollit. Et ratio eſt, quod intentio conficiendi ſacramentum ab altera non pendeat, fit vt neque propter ipſam deſinat eſſe legitima. Res eſt clariſſima. Si enim quis dum alium baptizat, intendit facere, quod facit eccleſia, quancunque aliam illi coniungat, ſceleſtiſſimam, impietiſſimamque intentionem ſacramentum cõficit, etiã ſi finem proponeret ſupremo ſacramenti fructui, ex Diametro contrarium. Vt ſi ſetanicus homo quempiam baptizaret, vt poſtea Chriſtianus ille peius nomen Dei blaſphemaret, ab illoque appoſtataret. Eiuſmodi autem miniſter, qui nefarias intentiones ſacramẽtali adiungeret, grauiſſimum ſcelus cõmitteret, idq; duplex. Vt ſi per ſacramentum intenderet homicidium, eſſet homicida, & ſacrilegus: & ſi fornicationem, fornicator, & pariter ſacrilegus. Nam illa intentio eſſet contaminatrix, violatrixque ſacramenti, per quam ſcilicet fędiſſimè pollueretur, Sotus 4. ſent. diſt. 1. quęſt. 5. art. 10. ex D. Thom. Et D. Thomas in hoc art. 10. quęſtionis 64. in 3. parte, in reſponſione ad primum argumentum ait, quod Eccleſię rectitudines intentionis ſunt duæ. Vna, ſcilicet, conficiendi ſacramentũ, & hæc eſt ſacramẽti eſſentialis ipſum perficiens. Altera verò eſt, quantum ad ſanctum vſum, quæ in meritum cedit. Et ideo miniſter, qui priorem

tem ſine poſteriori, habet rectitudinem, perficit quidem ſacramentum, ſed caret merito, imò demeretur ſupplicium. Et ad tertium dicit, quod per iniquam intẽtionem, vitiatur functio ſacramenti, quatenus eſt opus ipſius miniſtri: Eſt enim ei delictum, non tamen quatenus eſt opus Chriſti gratiam conferentis. Sicuti ſi ſeruus ſiniſtra intentione pecuniam Domini ſui erogaret pauperibus, quam ipſe bono animo illi commiſerat, vt iuſtè diſpenderet. Hæc ille.

473. *Quæritur à quo fuerint inſtituta ſeptem ſacramẽta, & an omnia ſint verè, & propriè ſacramenta, & omnia conferre gratiam?*

Reſpondetur, iuxta fidem omnia ſeptem inſtituta fuiſſe à Domino noſtro Ieſu Chriſto. Nã ita expreſsè definitur in Conc. Trident. ſeſſ. 7. can. 1. Cujus verba ſunt. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Domino Noſtro Ieſu Chriſto inſtituta, anathema ſit. Et idem dicitur iuxta fidem certiſſimũ eſſe omnia propriè, & verè ſacramẽta ex prædicto Concilio canone illo primo, cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit aliquod horum ſeptem ſacramẽtorum, non eſſe verè, & propriè ſacramentũ anathema ſit. Vnde conſtat ſententiã Durandi, quæ olim ſub opinione defendebatur, iam nunc inter hæreſes eſſe computãdam, præterea dicimus, quod omnia hæc ſeptem ſacramenta nouæ legis, ipſam gratiam contineãt, & ſemper, & infallibiliter omnibus, & ſingulis dignè ea ſuſcipientibus, conferant ipſam gratiã, etiam ex opere operato, vt ſic loquar, modo aliquarum, hoc eſt ratione ſui ſacramenti, quod ſecum defert gratiam: & oppoſitum eſt hæreſis, vt habetur ex Concilio Tridens. ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere Canon. 6. & 7. & 8. Verba ſexti ſunt, ſi quis dixerit ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem, non conferro gratiam, anathema ſit. Canonis verò 7. verba ſunt, ſi quis dixerit nõ dari gratiam per huiuſmodi ſacramenta ſemper & omnibus, quantum ex parte Dei, etiam ſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit. Canone 8. verba ſunt. Si quis dixerit per ipſa nouæ legis ſacramenta ex opere operato, non conferre gratiam, anathema ſit.

Vnde D. Thom. 3. par. quæſt. 62. art. 1. ait. Manifeſtum eſſe, quod per ſacramenta nouæ legis, homo Chriſto incorporatur, dicit Apoſtolus. Quot quot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non autem efficitur homo membrum Chriſti, niſi per gratiam, quam gratiam ſacramenta nouæ legis, non ſolum ſignificant, ſed etiam cauſant, vt ex multis Sanctorum autoritatibus habetur. Duplex eſt .n. cauſa agens, principalis, & inſtrumẽtalis. Principalis quidem operatur per virtutem ſuę formę, cui aſſimilat effectus, ſicut ignis ſuo calore calefacit, & calefacit. Et hoc modo nõ poteſt cauſare gratiam, niſi Deus: quia gratia nihil eſt aliud, quàm quędã participata ſimilitudo diuinę naturæ, ſecundum 2. Petri 1. Magna nobis, & pretioſa promiſſa donauit, vt diuinæ ſimus conſortes naturæ. Cau-

ſa

ſa verò inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolum per motum, quo mouetur à principali agēte, vnde effectus non aſſimilatur inſtrumento, ſed principali agenti: ſicut lectus non aſſimilatur ſecuri, ſed arti, quæ eſt in mente artificis. Et hoc modo ſacramenta nouę legis gratiam cauſant. Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad gratiam in eis cauſandam. Vnde Auguſtin. dicit contra Fauſtum 19. Hæc omnia, ſcilicet, ſacramentalia, fiunt, & tranſeunt, virtus tamen, ſcilicet, Dei, quę per iſta operatur, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur inſtrumentum, per quod aliquis operatur. Hæc ille in corpore illius articuli.

474. *Quæritur an materia vel forma ſacramenti, mutari poſſit, vel aliquid addi, vel aliquid minui?*

RESpondetur, quod omnis materia ſacramentorum conſiſtit in rebus ſenſibilibus determinatis, & omnis forma eorum conſiſtit in verbis determinatis. Si ergo per huiuſmodi mutationem, aut additionem, vel ſubtractionem verborum tollatur debitus ſenſus verborum, vel corrumpatur, non perficitur ſacramentum; ſi verò non tollatur, nec excludatur debitus ſenſus, talis mutatio, ſeu ſubtractio, quia non tollit id quod eſt de ſubſtantia ſacramenti, non aufert eius veritatem, licet miniſter peccaret, ſi hoc ex contemptu, vel negligētia faceret: itaque non licet addere verbis formæ ſacramentorum, & ſi fiat additio; quæ tollat ſenſus verborum, ſacramentum nullum eſt, vt habetur ex D.Thom.3.p.q.60.art.7. ad 3. & art.8. & Sot. ibidem art.8. & 4.ſent.diſt.3.q.1.art.8. ex D.Thom. dicit, quod in huiuſmodi mutationibus duo ſunt attendenda. Vnum à parte eius, qui ſacramentū miniſtrat, nempe intentio, quæ omninò neceſſaria eſt, vt ſupra diximus; Alterum verò ex parte ſignificationis verborum. Diximus, quod ſi per mutationē non
B tolleretur debitus ſenſus, talis mutatio non aufert eius veritatem. Et hoc adducitur per exemplum Græcorum qui non dicunt, ego te baptizo, ſed baptizetur ſeruus Chriſti, vbi idem retinetur ſenſus, ita in conſecratione corporis Chriſti, ſi quis ſubticeret particulam, enim, non ſubinde perfectionem ſacramenti obſiſteret: Quia eiuſmodi minutiora prætermittere, peccaret quidem, ſi ex contemptu vel
C negligentia id faceret. Si quis aliquid formæ ſacramenti apponat, quod ſit corruptiuum debiti ſenſus, veritatem tollit ſacramenti: vt ſi quiſpiam ex Arrianis diceret. Baptizo te in nomine Patris maioris, vel Filij minoris. Si verò talis additio legitimum ſenſum non excludat, non tollitur ſacramenti veritas, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, id fiat; vt ſi quis
D dicat. Ego te baptizo, in nomine Patris omnipotentis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritus ſancti paracliti: vel ſi in fine addat Beata Virgo te adiuuet, non tollit aliquid de vero ſenſu. At verò ſi ſub eodem tenore adderetur, ſcilicet, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Beatæ Virginis, quantum ad vim verborum attinet, non eſſet ſacramentum: quoniam inducitur

Digitized by Google

ducitur Virgo Maria quaſi eius no- A
mine, ſicut Patris, & Filij celebretur
ſacramentum. Quod eſt peſtilens error, eſſet nihilominus cõſulenda baptizantis intentio. Nam ſi nomen Virginis non ſic induceretur, quod ipſam gratiam conferret, ſed tanquã aduocatrix, & adiutrix, ad illam impetrandam, ſacramentum extaret. Si autem ſciſciteris, quo diſcerniculo iudicabitur, quando eſt tam grauis mutatio, vt ſit mortalis, & quando tã B
tenuis, vt ſit venialis profectò iudicio potius prudentium arbitrandum eſt, quam certa regula conſtituendũ. Sed dico vbi de induſtria tãta fieret, vel mutatio, vel corruptio, vt ſacramenti integritas vitiaretur, nec maneret legitimus ſenſus, citra dubium eſſet mortale ſacrilegium, idemque enormiſſimum. Et hæc ſufficere volumus pro hac materia: ſi fuſius vide re optes; vide hunc articulum ſupra C
citatum.

475. *Quæritur an ſacramenta nouæ legis ſint paria omnia, an differant inter ſe, & an omnia imprimant characterem, & quid ſit character. Et quare in tribus tantum imprimitur?*

RE ſpondetur, ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. ſacramenta nouæ legis inter ſe diſtingui, & non eſſe paria. D
Differunt quia aliud alio dignius eſt, vt in prædicta ſeſſ. dicitur. Vnde ſacramẽtum Euchariſtiæ eſt potiſſimũ inter omnia ſacramenta, vt ait S. Th. 3. p. q. 65. art. 3. Differunt etiam reſpectu materiæ, & formæ, quæ eſt diuerſa in vnoquoque ſacramento, vt infra videbitur. Differunt præterea, quia quædam ſolũ ſunt ſacramenta in vſu & applicatione, id eſt, dum cõfertur. Nam Chriſma conſecratũ ab Epiſcopo, non eſt ſacramentũ confirmationis, ſed ſolum cum Epiſcopus vngendo profert formam verborũ. Euchariſtia verò non ſolum dum cõſecratur, aut ſumitur, ſed etiã conſeruata in tabernaculo eſt ſacramẽtũ, vt ex S. Th. elicitur 3. p. q. 63. art. 1. ad 3. & q. 68. art. 1. Iterum differunt, quia vt dictũ eſt quædã ſunt neceſſaria ſimpliciter, quædam ſecundum quid, ſiue ex præcepto Eccleſiæ. Differunt quoq;, quia quędam ſunt iterabilia, quędam nõ: Ratio eſt, quia hæc imprimunt characterem, illa verò non imprimũt. Quæ imprimũt ſunt tria, videl. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo: Alia vero quatuor iterari poſſunt cum characterem non imprimant. Vnde in Conc. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis can. 9. ſic habetur. Siquis dixerit in tribus ſacramentis, Baptiſmo, ſcilicet, Cõfirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterem in anima, vnde ea iterari nõ poſſunt, anathema ſit, S. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. Et ſi quæras, quare quæ characterem imprimunt, iterari non poſſint? Dico quia talis character eſt indelebilis, propter hoc tria illa ſacramenta, in quibus imprimitur, nullo modo iterantur, ne fiat iniuria habentibus perpetuum effectum, ac ſi prima collatio non fuiſſet valida. Vnde & in mortuis damnatis, & ſaluatis, permanent perpetuò characteres, vt ait S. Antonin. 3. parte, titulo 14. capit. 11. §. 6. Vlterius ſi quæras quid ſit character. Reſpondeo quod ex eodem Concilio, eadem ſeſſione, & eodem canone, character eſt quodam

ſignum

Digitized by Google

ſignũ ſpirituale, & indelebile quod in anima imprimitur, & eſt, quædam ſpiritualis poteſtas, per quam homo efficitur capax ad recipiendum, & ad miniſtrandum ſacramentum. In baptiſmo enim homo accipit poteſtatem recipiendi alia ſacramenta, cum ea omnia præſupponant characterem baptiſmalem. In ſacramento confirmationis homo perficitur, & accipit poteſtatem confitendi nomen Chriſti ex officio; in ſacramento verò ordinis, ordinatus accipit poteſtatem miniſtrandi ſacraméta. Hęc ex D. Thom. 3. par. quæſt. 63. art. 1. & Sot. ibidem diſt. 1. quæſt. 4. articu. 2. Præterea interrogatus, quare in his tãtum ſacramentis character imprimitur, & non in alijs quatuor ſacramentis. Dico quia character, vt dictũ eſt, quædam ſpiritualis poteſtas eſt, ideo in illis tantum ſacramentis imprimitur, in quibus aliqua ſpiritualis poteſtas confertur. Et quia, vt diximus, in baptiſmo homo accipit facultaté recipiendi reliqua ſacramenta, ipſe nãque eſt ianua omnium ſacramentorum. In confirmatione fidelis recipit poteſtatem ad exercendas actiones contra infideles ex officio. In ordine accipit poteſtatem exercendi ſpirituales actiones circa fideles baptizatos. Meritò ergo in his tribus ſolum character imprimitur, & non in alijs quatuor, in quibus nulla ſpiritualis poteſtas confertur, vt habet S. Thom. 4. ſenten. diſt. 4. quæſt. 1. art. 4. & in 3. par quæſt. 63. art. 6. & S. Anton. vbi ſupra, diximus ſupra, & probauimus ex Conc. Triden. quod omnia ſacramenta nouæ legis Dominus noſter Ieſus Chriſtus iuſtituit, ſic ait S. etiã

A Thom. S. Anton. & alij Doctores, vt ſupra ex D. Thoma ratio reddita eſt, cur Chriſtus inſtituerit huiuſmodi ſacramenta.

476. *Quæritur an ad conficiendum ſacramentum requiratur actualis attentio, & cum intentio miniſtri ſit occulta, quomodo quis certus eſſe poſſit ſacramentum percepiſſe?*

B RESpondetur, actualem attentionem non eſſe neceſſariam, quãuis bonũ eſſet, ſed ſufficit ibi adeſſe intentionem virtualem, quæ eſt illa, quando à principio propoſuit perficere illud ſacramentum, vt cum v.g. procedit ſacrum faciendum, & dum ibi eſt in actu, mentem diuertit alиorſum, tunc tamen virtute primæ intẽtionis, conficit verè ſacramentum. Virtualis ergo intentio ſufficit, habi-C tualis verò ſola non ſufficit, ſine virtuali. Et ſi vis ſcire quid interſit inter actualem, virtualem, & habitualem attentionem, vide quæſitum noſtrũ primi libri 245. impreſſi. Quantum autem ad quæſiti ſecundam particulam, vbi dicitur, quod cum intentio miniſtri ſit occulta, ſequitur neminẽ certum eſſe poſſe, an ſit vere baptizatus, vel abſolutus, & ſic de ſingulis ſacramentorum. Quam materiam tra-D ctat D. Thom. 3. q. 64. art. 8. ad ſecundum, vbi multa Caiet. dicit, & Sotus 4. ſent. diſt. 1. q. 5. art. 8. & Viguerius de ſacram. in communi verſ. 6. quia de hoc ſupra quæſito 12. digeſtũ eſt, non vltra me extendam, ſed tantũ ea, quæ dicit S. Th. ibidẽ de puero referre videtur neceſſariũ cũ ſit magni põderis. Argumentũ præfati art. ſic ait:

Non

Non poteſt homini eſſe nota intentio alterius. Si igitur intentio miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti, non poſſet homini ad ſacramentum accedenti eſſe notum, ꝙ ſacramentum ſuſcepiſſet: & ita non poſſet habere certitudinem ſalutis, præcipuè cum quædam ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, vt infrà dicetur.

Reſpondetur, quod circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicũt, quod requiritur mẽtalis intentio in miniſtro, quæ ſi deſit, non perficitur ſacramentum. Sed hunc defectũ in pueris, qui non habent intentionem accedendi ad ſacramentum, ſupplet Chriſtus, qui interius baptizat; in adultis autem, qui intendunt ſacramẽtum ſuſcipere, ſupplet illum defectũ fides, & deuotio, ſed hoc poſſet ſatis dici, quantum ad vltimum effectum, qui eſt iuſtificatio a peccatis, ſed quãtum ad effectum, qui eſt res, & ſacramentum, ſcilicet quantum ad characterem, non videtur, quod per deuotionem accedentis poſſit ſuppleri, quia character nunquam imprimitur, niſi per ſacramentum. Et ideo alij melius dicunt, quod miniſter ſacramenti agit in perſona totius Eccleſiæ, cuius eſt miniſter. In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio Eccleſiæ, quę ſufficit ad perfectionem ſacramenti, niſi contrarium exterius exprimatur ex parte miniſtri, vel recipientis ſacramentum. Super illa verba, quæ dicit D.Thom. quod in pueris non habentibus intentionem accipiendi ſacramentum ſupplet Chriſtus, qui interius baptizat; Dico quod non ſunt ſua, ſed quorundam aliorum, quia ſi ſic eſſet, quod puer ille iterius baptizaretur a Chriſto, & conſequenter ſortiretur ſalutẽ, ſine baptiſmo reali. Hoc eſſet contra opinionem quaſi omnium doctorũ, pręcipuè Dominici Soti, qui magnũ progreſſum facit monſtrando, quod id fieri non poſſit, vt quis ſine reali Baptiſmo ſaluari poſſit, adducens verba Chriſti: Niſi quis renatus fuerit, &c.

477. *Quæritur, an per malos miniſtros ſacramenta conferri poßint?*

Reſpondetur ex mẽte Diui Thomæ, vt Sotus narrat 4. ſent. d. 1. q. 5. art. 5. Quantum ad Baptiſmum omnes homines, vel fideles, vel infideles poſſunt baptizare, & ſi intendant facere quod facit Eccleſia, verũ ſacramentum perficiunt, cum huiuſmodi ſacramentum ſit abſolutæ neceſſitatis. Reliqua verò ſacramenta, quia non niſi a ſacerdote cõferri poſſunt, infideles nõ habent hanc auctoritatem illa conferendi. Ideo quicunque ſacerdotes, licet ſint excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, & degradati poſſunt conferre ſacramentum quodcunque pręter ſacramentũ pœnitentiæ, quod requiritur iuriſdictionem, quam ipſi non habent, niſi in articulo mortis, atque etiam excommunicati tolerati ab Eccleſia poſſunt. Et quamuis huiuſmodi prohibiti ab Eccleſia conferant ſacramenta, tamẽ ſemper peccant, cum illa propoſitio D.Tho. ſemper extet, quod qui miniſtrat in peccato mortali ſacramenta, mortaliter peccat; adiungimus etiã illis prædictis, hæreticos, ſchiſmaticos,

tos, & quoſcunque quacunque cēſura ligatos. Vnde ſi quis dixerit Baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis cum debita forma, & materia, & cum intentione quod facit Eccleſia, nō eſſe verum baptiſmum, anathema ſit, ſic ait Concil. Trident ſeſſ. 7. de Baptiſmo, & ita tenet S. Tho. 4. ſent. d. 6. q. 1. ar. 3. & S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 11. §. 9. & Caietan. 3. p. q. 64. art. 9. ad 2. & 3. & Sot. 4. ſen. d. 1. q 5. ar. 9. & hæc eſt vera, & firma ſentētia ab omnibus tenenda, & qui aliter dicunt, non ſunt audiendi. Quicunq; etiam mali miniſtri, puta qui ſunt in peccato mortali, verè conferunt ſacramēta ſecundum omnes Doctores, & oppoſita aſſertio eſt hæretica, vt in Cōcilio Tridentino definitur. Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quę ad ſacramentum conficiendum, aut conferendum, pertinet, ſeruauerit, non conficere, aut conferre ſacramentum, anathema ſit, ſeſ. 7. de ſacramen. can. 12. Peccāt tamen, vt dictū eſt, huiuſmodi, ſi ſacramenta in mortali cōficiunt, vel alijs miniſtrant, tñ vera ſunt ſacramenaa, modò intendant facere, quę Eccleſia facit. Ita illic ait D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 5. & 6. Caiet. ibidem, & Sot. d. 1. q. 1. ar. 5. & 6. Diximus de miniſtris in mortali adminiſtrantibus mortaliter peccare, ſi in mortali ſint, ſed ſi miniſtrant ſine ſolemnitate non peccant mortaliter, quia in aliqua neceſſitate non peccaret quis baptizando in caſu, quo etiā laicus poſſet baptizare, ſed non ſequitur de alijs ſacramentis, quæ nō ſunt tantæ neceſſitatis. In his enim nunquā licet miniſtrare exiſtenti in mor-

A tali; quia nō poteſt miniſtrare in eis; tanquam non vtens in officio ſuo, & ſine ſolemnitate, ſicut poteſt facere in ſacramento baptiſmi, ſine tamen ſolemnitate, vt benè S. Thom. ait 3. p. q. 64. art. 6. & ibi Caieta. Martinus Ledeſma tenet cum Soto, quod Diaconus, & Subdiaconus miniſtrantes ſacerdoti, etiam in peccato mortali exiſtentes non peccant mortaliter, quia ipſi non miniſtrant ſacramētū,

B ſed adiuuant ſacerdotem miniſtrantem. Et ſicut diximus de miniſtrantibus, ita dicimus de his, qui tangunt hoſtiam ſacratam, vel ſacras veſtes, & huiuſmodi, exiſtentes in mortali, mortaliter peccant, ſi hoc, tanquā vtētes officio ſuo, faciant, non autē peccant, ſi ex neceſſitate eas tangant, vt laicus non ordinatus, poſſet, velut ſi leuet ſacramentum è terra, ſicut nec peccat, qui oſculo hoſtiam conſecra-

C tam tangit, vel reuerenter videat, ut fit, quando in Miſſa huiuſmodi eleuatur hoſtia. Et quamuis ſupra dictū eſt, quod poſſimus accipere ſacramēta ab occultis excommunicatis, tamē nulli conſulerem, niſi in extrema neceſſitate, vt a nequam miniſtro; vel excommunicato, etiam occultiſſimo ſacramenta perciperet, modo melioris miniſtri copia adeſſet, præcipuè ab hęretico, qui periculum auerſio-

D nis ingerere poſſet, ſiue peruerſionis à fide, certè nullo modo ab huiuſmodi ſacramenta recipienda eſſe teneo, ſecus autem in neceſſitatis articulo, dummodo quis ſibi non timeat, puta, ſi ſciat ſe firmum in fide, & nullius perſuaſu poſſe moueri.

478. Qua-

Digitized by Google

478. Quæritur, an quis teneatur præbere Sacramenta in caſu neceſſitatis cum periculo propriæ vitæ?

RESpondetur primò de Baptiſmo contra Sot.dicẽdo,ꝙ ſi puer prope mortem ſit, vel peſte laborãs, vel aliter ſine baptiſmo eſſet moriturus, quilibet tenetur,etiam cum periculo propriæ vitæ baptizare, ne illius anima pereat. Ita dicimus de eo,qui in diſcrimine vitæ, & in extremo articulo indiget confeſſario, tenetur Curatus, vel Epiſcopus; vel Prælatus, & his abſentibus,quilibet tenetur ſacerdos eius audire confeſſionem.

Et ſi quis infidelis vellet inſtrui de fide Chriſtiana, & eſſet ꝓpe mortem,neſciens legem Chriſtianam,& ſaluari cupit,quilibet tenetur, etiam cum diſcrimine propriæ vitæ ad eũ accedere,& docere,& ſi petat baptizari, quilibet etiam laicus tenetur ſub eodem periculo ſuę vitæ. Et hic eſt caſus,quo quis vitam corporalem tenetur exponere pro ſpirituali vita proximi.

Diximus circa ſacramentum confeſſionis,ꝙ quilibet ſacerdos,quãdo qui de iuſtitia tenẽtur non adſunt,tenetur cum periculo propriæ vitæ audire confeſſionem illius peſte laborãtis.Quia etſi per contritionem poſſet ſaluari,tamen rarò quis ſine adiumẽto ſacramenti eſt contritus, ideo pro eius ſalute,cum de attrito,mediante confeſſione fiat cõtritus,ideò neceſſe eſt ad eum accedere,&eius confeſſionem audire. Hæc idem præfatus doctor Lopez cap.67.1.par.

A 479. *Quæritur quare in rebus prophanis,ille,contra quem lata eſt ſententia iniuſta, adhuc manet uerus Dominus ſuarum rerum, quamuis in tempore nõ appellet,ita ut alter, deprehenſa veritate,teneatur illa reſtituere, & in beneficiis Eccleſiaſticis non ita contingit?*

RESpondetur,ꝙ licet nõ appareat aliquis textus, ex quo hæc differentia colligatur; tamẽ nonnulli hãc rationẽ allegant;Quia Eccleſia vult, quod quiſque acquirat poſſeſſionem in beneficio,quãdo alius in tempore debito non appellat, quamuis in rebus profanis talem poſſeſſionem nõ acquirat, vt hac ratione rectè prouideat bono ſpirituali. Si enim quãdo aliquis iniuſtè priuatur beneficio,ille,cui confertur, non haberet verum ius ad illud, ſequeretur, quod nec etiam poſſet legitimè ſacramenta miniſtrare: & ſic,quod facta non tenerẽt,quod ſine graui iactura boni ſpiritualis fieri non poſſet, ſed hęc ratio non videtur ſufficiens, non reddens rationem de omnibus beneficijs,ſed curatis tantum, quia de nõ curatis non poſſet tale occurrere inconueniens. Tum etiam,quia quando aliquis habet publicum titulum, & ignorat impedimentum illius, geſta per ipſum rectè valent, vt docet Caietanus in Summa, & nos declarauimus in Quæſito noſtro quarto: & ſic illa ratio in vniuerſali deficit. Quocirca dicendum exiſtimo, quod quemadmodum leges ad dirimendas lites, tranſacto tempore præſcriptionis applicant bona poſſidentibus; ita etiam in beneficijs Eccle-

Digitized by Google

ſiaſticis, propter eundem finem, tranſacta ſententia priuatiua applicant beneficia illis, quibus conferuntur. Et ſi quis petat huius rei textum, dico ſufficere communem ſententiam doctorum, licet non ſit textus ab ipſis adductus. Panormitanus adducit cap. cum dilectus, extra de electione, & gloſ. in illo c. 1. de conceſſione prębendæ, adducit cap. quod ad conſultationem. extra de ſententia, & re iudicata, ſed iſta duo cap. loquuntur in foro exteriori, quod fundatur in præſcriptione. Idem Arragona ibidem, vt ſupra in eadem quæſ. & eodem artic. 5. quæſtio. 60. ſuper Diuum Thomam, 2. 2.

480. *Quæritur, an ſententia iniuſta, hoc eſt contra leges lata, obliget in conſcientia, vt tam reum verè abſoluat, quàm actorem iure ſuo deſpoliet?*

VIdetur, vt ſolennis ſētētia eius, qui publica pollet auctoritate, tutas, & ſedatas reddat caſdem conſciētias, eo vel maximè, quod ſæpe humanū ius in conſcientia obligat, tametſi mera lex naturæ non obligaret, vt patet in lege præſcriptionis, qua dominium transfertur in poſſeſſorem.

Reſpondetur tamen nullam ſententiam, quæ contra leges iuſtas profertur, obligare in conſcientiam. Et hæc aſſertio eſt manifeſta, & à iuris doctoribus probata, vt apud Innoc. & Panor. videre eſt. c. quia plerique, de immun. Eccl. quia cum ſententia nullum habeat robur, niſi quia eſt iuris declaratiua, vbi ergo non eſt recti iuris interpres, nulla eſt omninò in conſcientia. Dixi iniuſtam contra legem, nempe quæ ab vno aufert, quod re vera ſuum erat, & alteri tribuit, cuius non erat. Nam ſi alicui id adiudicetur, quod verè erat ſuum, licet alter prætermiſſo toto ordine iuris, fuerit priuatus, bona conſcientia poſſidebit quod ſibi adiudicatum eſt: ſiquidem re uera ſuum erat. Et prætermiſſio ordinis iuris, quamuis peccatum ſit in iudice, & in iniurioſa parti, tamen non conſtituit in mala conſcientia eum, qui quod verè eſt ſuum, poſſidet, idque planiſſimo exemplo patet. Si tu quod tuum eſt, aut fraude ſurripis, aut vi auferas a poſſeſſore, quamuis delictum mortale fortè committas, dum priuata auctoritate exequeris, quod publica deberes, nihilominus ad reſtitutionem non obligaris illius, quod accepiſti; Reuertamur ergo ad principale aſſertum, quod iniuſta ſententia ius neque tollit, neque confert. Fit enim ex illa conſequens, vt etiam ſi dum litigabas bona id fide faciebas, nihilominus cum primum certò reſciueris ſententiam in tuum fauorem latam, non fuiſſe iuſtam, reſtituere teneris, quod tibi adiudicatum eſt, licet non expenſas, ſi bona fide litigaſti: idque ſiue reus fuerit, ſiue actor. Et dico iniuſtam contra rei veritatem, etiamſi iudex, ſecundum allegata, & probata in foro exteriori, rectè iudicauerit. Quid autem ſi pars lęſa non applicauerit? Videtur enim eo ipſo conſenſiſſe, atque adeò ſuum a ſe ius allegaſſe: quapropter poſtea non admittitur in iudicio ad repetendum. Reſpōdetur quod

Digitized by Google

quod etiamſi non appellauerit, non cenſetur renunciari iuri ſuo: ſed hoc tantum patitur, quod in foro exteriori non amplius repetens auditur. Atque hæc veritas, non ſolum ratio naturalis comprobat, verum & ex l. Iulius, de condictio. inde. colligitur. Quod autem non appellans præſcripto tempore à tribunali poſtea repellatur, ſunt qui dicant cauſam eſſe in pœnam eius negligentiæ. Ego verò non hanc tantum crediderim, verum illam potiorem., quæ eſt ad obuiandum litibus: ad quod leges ſanctiſſimæ fuerunt ſemper attentæ. At verò ſi quis rem ſibi, aut ſuis maioribus iniuſta ſententia adiudicatam, bona fide, legitimoque tempore præſcripſerit, bona deinceps conſcientia poſſidebit, quia titulum habet legitimum, hoc eſt lege præſcriptum.

Hæc Sotus libro de Iuſtitia, & iure, tertio, quæſtione quarta, articulo quinto. Et Petrus de Arragona in Diuum Thomam, quæſtione 60. articulo quinto.

481. *Quæritur de ſocietate officiorum, quæ Romæ originem habent, & quas conditiones habere debent, ne iuſtitia lædatur?*

RE ſpondetur, etſi in primo noſtro libro impreſſo hæc materia tractatur in Quæſito 255. Tamen, quia Illuſtriſſimus Franciſcus Toletus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, eandem materiam fuſius ſcribit, ideo, vt plenius hæc ſocietas declaretur eius ſcripta hic referentur.

A Hæc ſunt eius verba.

Solet Romæ contractus communiſſimus verſari, qui dicitur ſocietas officiorum, cuius origo, & principium hoc fuit: Sunt enim in Romana Curia multa officia quæ redditus quoſdam habent, quæ Papa vendit certo quodam pretio. Cum autem eſſent multi, qui non haberent tantam ſummam pecuniæ, vt poſſent ſoli vnum emere, conceſſum eſt à Pon-
B tificibus, vt ſimul cum alijs emant talia officia, & quamuis in vno ſit officium, tamen pro rata, ſocio vel ſocijs, diſtribuantur redditus, puta decem, aut duodecim pro centum. Paulus enim Quartus decreuit, vt vltra duodecim non darentur, quia communiter non faciunt plures fructus, eſt autem officium temporale, mortuo enim officiali, manet officium in manibus Papæ, niſi officia-
C lis ante mortem per quadraginta dies renunciauerit alteri officium. Iſta dicitur ſocietas officiorum. Sunt tamen aliquæ conditiones neceſſariæ ad talem contractum, vt licitè fiat; duæ priores ſunt impoſitæ à Paulo Quarto in Bulla quadam ſuper hoc, quæ ad noſtras venit manus.

Prima eſt, vt ſupra alia officia,
D quàm Romanæ Curiæ non poſſint ſimiles ſocietates fieri: ſi enim fiant, tanquam vſurariæ cenſendæ ſunt. Hæc autem conditio non eſt neceſſaria ad intrinſecam rationem contractus: nam forſan poſſet idem fieri ſuper alia officia regalia, tamen, quia id Papa prohibet, non fit.

Altera eſt, vt non admittantur

ſocij vltra medietatẽ pretij ipſorum officiorum: ſolum enim poteſt officialis admittere ſocium vnum, vel plures vſque ad valorem medietatis inter omnes eos, ſupra verò non poteſt. Et iſta etiam conditio neceſſaria non eſt ex parte contractus. Nam poſſet etiam vltra medietatem ſocios habere, tamen neceſſaria eſt ex præcepto Papæ. Vnde peccaret qui contraueniret, & teneretur ad reſtitutionem. Nam Papa iudicat contractum, qui non ſic fit vſurarium; Vltra has duas, etiam aliæ duæ conditiones neceſſariæ ſunt.

Tertia enim neceſſaria eſt, vt ſocij non plus habeant redditus quam obueniat ex officio. Vnde ſi officia non fructificant niſi octo, vel nouem pro centum, non poſſunt ſocij habere duodecim, & in hoc mirabilis eſt abuſus, quia ſemper exigunt duodecim, cum iam officia multo minus reddant, & rariſſimè dent tot. Nec excuſantur iſti ſocij hac fictione. Solent enim poſtquam inierunt ſocietatem, locare fructus ſuos officiali pro tali pretio. Vnde ſi poſtea decreſcunt, ipſi tantumdem recipiunt, ſed hoc non excuſat. Nam non locant pro pretio tunc exiſtente: hoc enim valeret, ſi pro pretio tunc occurrenti lucrarent, & eſſet incertum, plus, minuſve valituros fructus. Nam tunc poſſet officialis lucrari hoc pro fructu, ſed non ſic faciunt. Semper enim exigunt duodecim, quæ vix reddit officium hoc tempore. Adde etiam cum iſtæ ſocietates ſemper ſint tantum per ſex menſes, debent A pretia conſtitui, quæ probabilia ſunt illius futuri temporis, & quod magis eſt, non debent locari, pro toto fructu quod ſperatur, ſed pro minori; nam incertum, minus valet certo, & præſenti, nec ad id debet cogi officialis. Adde etiam, cum iſta officia ſint temporalia, & incerta, non debent locari, ſed eſt mera ſocietas, & ſub tali titulo à Pontificibus probata, fructus igi- B tur debent eſſe vniformes, ſocio, & officiali. Immo eſt quarta conditio neceſſaria, vt cum iſta officia aliquam habent induſtriam, ſine qua, tantos non faciunt fructus, non poſſunt ſocij tantam partem recipere, quantam officialis, qui laborat vltra ſortem ſuam, ſecus ſi nihil induſtriæ poſtularent. Hæc eſt ſocietas vera officiorum, tamen humana auaritia his non contenta, C adinuenit quandam aliam lucrandi viam; cum enim hoc officium pereat mortuo officiali, & cum eo pereant pecuniæ vtriuſque pro officio datæ, mixta fuit, quædam ſors, ſimul cum ſocietate. Socius enim init cum officiali ſocietatem hanc per ſex tantum menſes, fitque pactum, ſi intra ſex menſes moritur prius ſocius pars ipſius, quam ſupra officium habebat obueniat of- D ficiali: Si verò prius officialis moritur, quamuis officium pereat dabit ſocio ſuam partem ſecuram, & ad hoc fideiuſſores dat, dummodo mors non ſit violenta, hoc enim factum eſt, ne alter alteri inſidiaretur. Quod ſi ſocius per quindecim dies ante ſex menſes finitos proteſtatur ſe nolle ſocietatem, tunc

non

non perdit partem, dummodo ſex viuat menſes. Iſta ſors licita eſt, nam nulla facit in alterutro inæqualitatem. Vita enim incerta eſt, & ſicut ſocius lucratur ſua ſorte centum ex alterius morte, qui in officio perierat, ita officialis lucratur centum in officio ex alterius morte præcedente, ſimiliter mille plura, & pauciora, iuxta partem ſocij ſupra officium: Iam igitur non eſt contractus ſocietatis purus, ſed cum ſorte coniunctus, ſed iſta ſors, eſt ſupra ipſum capitale, & partem officij. Adhuc tamen his auaritia humana, non contenta, aliud inuenit lucrum. Solent enim ſocij hoc pactum cum officiali inire, vt ſi facta proteſtatione quindecim diebus ante ſex menſes finitos, ſtatim his completis diebus, officialis non reddiderit ſocio ſuam pecuniam, teneatur deinceps inire ſocietatem, reddendo eos fructus, quos ante dabit, ſed ſocius erit abſque periculo, ita vt, quamuis moriatur ante ſex menſes completos, officialis non acquirat ſibi illius pecuniam, ſed hæredibus ſocij obueniat; Iſte contractus ſæpe fit Romæ, ſed tamen frequētiſſimè eſt vſurarius, quod ex duplici parte conſtat.

Primò ex parte intentionis imponentis pœnam. Non enim intendūt hanc apponere pęnam, vt ſuum capitale recipiant. Quæ quædam intentio neceſſaria eſt in pœnæ appoſitione, vt ſupra diximus, ſed intendunt merum lucrum, & ſaluum habere capitale, & deſiderant vt officialis non reddat, ſed pœnam incurrat.

A Secundò etiam ex eo, quod officialis ſæpe non poteſt reddere tunc abſque culpa ſua, & vt ſupra diximus, pęna non erit exigenda ab eo, qui non habet vnde reddat bona ſua, abſque culpa ſua: quod ſi qui talem imponit pœnam, rectam haberet intentionem, nimirum quia vult ſibi pecuniam ſocietatis reddi, & etiam officialis, non redderet culpa ſua, tunc licitè poſſit

B talis exigi pœna, ſed non puta has pœnas modo ſic imponi. Ob id maximè diſſuadendi ſunt homines ab his contractibus, quos abſque mortali peccato, & obligatione reſtitutionis non exercent. Poſſet etiam eiſdem ſeruatis conditionibus, petere, & exigere ab officiali damnum emergens, ſi quod incurriſſent, ex eo quod officialis non reddit, dummodo in culpa ſit non

C reddendi, & ſocius animum habeat recuperādi ſuum capitale, aliàs non licet, & dummodo damnum ſit, nam ſolent ſæpe iſti, quando non redditur capitale, accipere eoſdem fructus pro ratione damni, abſque periculo capitalis, quia dicunt non eſſe iam ſocietatem.

Adhuc tertium aduertendum eſt,

D nimirum locatio, quædam partis officij ipſi officiali facta, de qua iam diximus. Tandem quartum inuentum eſt, dare partem officij alteri tertio. Verbi gratia aliquis indiget pecunijs, nec habet qui ei mutuò det, accedit officiali, & petit, vt ad ſocietatem ſui officij admittat aliquem, & ipſe dabit fructus omnes; quos officialis daturus

Digitized by Google

ſa verò inſtrumentalis non agit per virtutem ſuæ formæ, ſed ſolum per motum, quo mouetur à principali agēte, vnde effectus non aſſimilatur inſtrumento, ſed principali agenti: ſicut lectus non aſſimilatur ſecuri, ſed arti, quæ eſt in mente artificis. Et hoc modo ſacramenta nouę legis gratiam cauſant. Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus ad gratiam in eis cauſandam. Vnde Auguſtin. dicit contra Fauſtum 19. Hæc omnia, ſcilicet, ſacrámentalia, fiunt, & tranſeunt, virtus tamen, ſcilicet, Dei, quę per iſta operatur, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur inſtrumentum, per quod aliquis operatur. Hæc ille in corpore illius articuli.

474. *Quæritur an materia vel forma ſacramenti, mutari poſſit, vel aliquid addi, vel aliquid minui?*

RESpondetur, quod omnis materia ſacramentorum conſiſtit in rebus ſenſibilibus determinatis, & ómnis forma eorum conſiſtit in verbis determinatis. Si ergo per huiuſmodi mutationem, aut additionem, vel ſubtractionem verborum tollatur debitus ſenſus verborum, vel corrumpatur, non perficitur ſacramentum; ſi verò non tollatur, nec excludatur debitus ſenſus, talis mutatio, ſeu ſubtractio, quia non tollit id quod eſt de ſubſtantia ſacramenti, non aufert eius veritatem, licet miniſter peccaret, ſi hoc ex contemptu, vel negligētia faceret: itaque non licet addere verbis formæ ſacramentorum, & ſi fiat additio; quæ tollat ſenſus verborum, ſacramentum nullum eſt, vt habetur ex D. Thom. 3. p. q. 60. art. 7. ad 3. & art. 8. & Sot. ibidem art. 8. & 4. ſent. diſt. 3. q. 1. art. 8. ex D. Thom. dicit, quod in huiuſmodi mutationibus duo ſunt attendenda. Vnum à parte eius, qui ſacramentū miniſtrat, nempe intentio, quæ omninò neceſſaria eſt, vt ſupra diximus; Alterum verò ex parte ſignificationis verborum. Diximus, quod ſi per mutationē non B tolleretur debitus ſenſus, talis mutatio non aufert eius veritatem. Et hoc adducitur per exemplum Græcorum qui non dicunt, ego te baptizo, ſed baptizetur ſeruus Chriſti, vbi idem retinetur ſenſus, ita in conſecratione corporis Chriſti, ſi quis ſubticeret particulam, enim, non ſubinde perfectionem ſacramenti obſiſteret. Quia eiuſmodi minutiora prætermittere, C peccaret quidem, ſi ex contemptu vel negligentia id faceret. Si quis aliquid formæ ſacramenti apponat, quod ſit corruptiuum debiti ſenſus, veritatem tollit ſacramenti: vt ſi quiſpiam ex Arrianis diceret. Baptizo te in nomine Patris maioris, vel Filij minoris. Si verò talis additio legitimum ſenſum non excludat, non tollitur ſacramenti veritas, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, id fiat; vt ſi quis D dicat. Ego te baptizo, in nomine Patris omnipotentis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritus ſancti paracliti: vel ſi in fine addat Beata Virgo te adiuuet, non tollit aliquid de vero ſenſu. At verò ſi ſub eodem tenore adderetur, ſcilicet, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Beatæ Virginis, quantum ad vim verborum attinet, non eſſet ſacramentum: quoniam inducitur

ducitur Virgo Maria quaſi eius no- A mine, ſicut Patris, & Filij celebretur ſacramentum. Quod eſt peſtilens error, eſſet nihilominus cõſulenda baptizantis intentio. Nam ſi nomen Virginis non ſic induceretur, quod ipſam gratiam conferret, ſed tanquã aduocatrix, & adiutrix, ad illam impetrandam, ſacramentum extaret. Si autem ſciſciteris, quo diſcerniculo iudicabitur, quando eſt tam grauis mutatio, vt ſit mortalis, & quando tã B tenuis, vt ſit venialis profecto iudicio potius prudentium arbitrandum eſt, quam certa regula conſtituendũ. Sed dico vbi de induſtria tãta fieret, vel mutatio, vel corruptio, vt ſacramenti integritas vitiaretur, nec maneret legitimus ſenſus, citra dubium eſſet mortale ſacrilegium, idemque enormiſſimum. Et hæc ſufficere volumus pro hac materia: ſi fuſius videre optes, vide hunc articulum ſupra C citatum.

475. *Quæritur an ſacramenta nouæ legis ſint paria omnia, an differant inter ſe, & an omnia imprimant characterem, & quid ſit character. Et quare in tribus tantum imprimitur?*

RÉſpondetur, ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. ſacramenta nouæ legis inter ſe diſtingui, & non eſſe paria. D Differunt quia aliud alio dignius eſt, vt in prædicta ſeſſ. dicitur. Vnde ſacramẽtum Euchariſtiæ eſt potiſſimũ inter omnia ſacramenta, vt ait S. Th. 3. p. q. 65. art. 3. Differunt etiam reſpectu materiæ, & formæ, quæ eſt diuerſa in vnoquoque ſacramento, vt infra videbitur. Differunt præterea, quia quædam ſolũ ſunt ſacramenta in vſu & applicatione, id eſt, dum cõfertur. Nam Chriſma conſecratũ ab Epiſcopo, non eſt ſacramẽtũ confirmationis, ſed ſolum cum Epiſcopus vngendo profert formam verborũ. Euchariſtia verò non ſolum dum cõſecratur, aut ſumitur, ſed etiã conſeruata in tabernaculo eſt ſacramẽtũ, vt ex S. Th. elicitur 3. p. q. 63. art. 1. ad 3. & q. 68. art. 1. Iterum differunt, quia vt dictũ eſt quædã ſunt neceſſaria ſimpliciter, quædam ſecundum quid, ſiue ex præcepto Eccleſiæ. Differunt quoq; quia quędam ſunt iterabilia, quędam nõ: Ratio eſt, quia hæc imprimunt characterem, illa verò non imprimũt. Quæ imprimũt ſunt tria, videl. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo: Alia vero quatuor iterari poſſunt cum characterem non imprimant. Vnde in Conc. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis can. 9. ſic habetur. Siquis dixerit in tribus ſacramentis, Baptiſmo, ſcilicet, Cõfirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterem in anima, vnde ea iterari nõ poſſunt, anathema ſit, S. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. Et ſi quæras, quare quæ characterem imprimunt, iterari non poſſint? Dico quia talis character eſt indelebilis, propter hoc tria illa ſacramenta, in quibus imprimitur, nullo modo iterantur, ne fiat iniuria habentibus perpetuum effectum, ac ſi prima collatio non fuiſſet valida. Vnde & in mortuis damnatis, & ſaluatis, permanent perpetuò characteres, vt ait S. Antonin. 3. parte, titulo 14. capit. 11. §. 6. Vlterius ſi quæras quid ſit character. Reſpondeo quod ex eodem Concilio, eadem ſeſſione, & eodem canone, character eſt quodam

ſignum

Digitized by Google

ſignũ ſpirituale, & indelebile quod in anima imprimitur, & eſt, quædam ſpiritualis poteſtas, per quam homo efficitur capax ad recipiendum, & ad miniſtrandum ſacramentum. In baptiſmo enim homo accipit poteſtatem recipiendi alia ſacramenta, cum ea omnia præſupponant characterem baptiſmalem. In ſacramento confirmationis homo perficitur, & accipit poteſtatem confitendi nomen Chriſti ex officio; in ſacramento verò ordinis, ordinatus accipit poteſtatem miniſtrandi ſacraméta. Hęc ex D. Thom. 3. par. quæſt. 63. art. 1. & Sot. ibidem diſt. 1. quæſt. 4. articu. 2. Præterea interrogatus, quare in his tãtum ſacramentis character imprimitur, & non in alijs quatuor ſacramentis. Dico quia character, vt dictũ eſt, quædam ſpiritualis poteſtas eſt; ideo in illis tantum ſacramentis imprimitur, in quibus aliqua ſpiritualis poteſtas confertur. Et quia, vt diximus, in baptiſmo homo accipit facultatẽ recipiendi reliqua ſacramenta, ipſe nãque eſt ianua omnium ſacramentorum. In confirmatione fidelis recipit poteſtatem ad exercendas actiones contra infideles ex officio. In ordine accipit poteſtatem exercendi ſpirituales actiones circa fideles baptizatos. Meritò ergo in his tribus ſolum character imprimitur, & non in alijs quatuor, in quibus nulla ſpiritualis poteſtas confertur, vt habet S. Thom. 4. ſenten. diſt. 4. quæſt. 1. art. 4. & in 3. par quæſt. 63. art. 6. & S. Anton. vbi ſupra, diximus ſupra, & probauimus ex Conc. Triden. quod omnia ſacramenta nouæ legis Dominus noſter Ieſus Chriſtus inſtituit, ſic ait S. etiã A Thom. S. Anton. & alij Doctores, vt ſupra ex D. Thoma ratio reddita eſt, cur Chriſtus inſtituerit huiuſmodi ſacramenta.

476. *Quæritur an ad conficiendum ſacramentum requiratur actualis attentio, & cum intentio miniſtri ſit occulta, quomodo quis certus eſſe poſſit ſacramentum percepiſſe?*

B RESpondetur, actualem attentionem non eſſe neceſſariam, quãuis bonũ eſſet, ſed ſufficit ibi adeſſe intentionem virtualem, quæ eſt illa, quando à principio propoſuit perficere illud ſacramentum, vt cum v.g. procedit ſacrum faciendum, & dum ibi eſt in actu, mentem diuertit alior-ſum, tunc tamen virtute primæ intẽtionis, conficit verè ſacramentum. Virtualis ergo intentio ſufficit, habi-C lis verò ſola non ſufficit, ſine virtuali. Et ſi vis ſcire quid interſit inter actualem, virtualem, & habitualem attentionem, vide quæſitum noſtrũ primi libri 245. impreſſi. Quantum autem ad quæſiti ſecundam particulam, vbi dicitur, quod cum intentio miniſtri ſit occulta, ſequitur neminẽ certum eſſe poſſe, an ſit vere baptizatus, vel abſolutus, & ſic de ſingulis ſacramentorum. Quam materiam tra-D ctat D. Thom. 3. q. 64. art. 8. ad ſecundum, vbi multa Caiet. dicit, & Sotus 4. ſent. diſt. 1. q. 5. art. 8. & Viguerius de ſacram. in communi verſ. 6. quia de hoc ſupra quæſito 12. digeſtũ eſt, non vltra me extendam, ſed tantũ ea, quæ dicit S. Th. ibidẽ de puero referre videtur neceſſariũ cũ ſit magni põderis. Argumentũ præfati art. ſic ait:

Non

Non poteſt homini eſſe nota inten- A tio alterius. Si igitur intentio miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti, non poſſet homini ad ſacramentum accedenti eſſe notum, q̄ ſacramentum ſuſcepiſſet: & ita non poſſet habere certitudinem ſalutis, præcipuè cum quædam ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, vt infrà dicetur.

Reſpondetur, quod circa hoc eſt duplex opinio. Quidam enim dicũt, B quod requiritur mẽtalis intentio in miniſtro, quæ ſi deſit, non perficitur ſacramentum. Sed hunc defectũ in pueris, qui non habent intentionem accedendi ad ſacramentum, ſupplet Chriſtus, qui interius baptizat; in adultis autem, qui intendunt ſacramẽtum ſuſcipere, ſupplet illum defectũ fides, & deuotio, ſed hoc poſſet ſatis dici, quantum ad vltimum effectum, qui eſt iuſtificatio a peccatis, ſed quãtum ad effectum, qui eſt res, & ſacramentum, ſcilicet quantum ad characterem, non videtur, quod per deuotionem accedentis poſſit ſuppleri, quia character nunquam imprimitur, niſi per ſacramentum. Et ideo alij melius dicunt, quod miniſter ſacramenti agit in perſona totius Eccleſiæ, cuius eſt miniſter. In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio Eccleſiæ; quę ſufficit ad perfectionem ſacramenti, niſi contrarium exterius exprimatur ex parte miniſtri, vel recipientis ſacramentum. Super illa verba, quæ dicit D. Thom. quod in pueris non habentibus intentionem accipiendi ſacramentum ſupplet Chriſtus, qui interius baptizat; Dico quod non ſunt ſua, ſed quorundam aliorum, quia ſi ſic eſſet, quod puer ille iterius baptizaretur a Chriſto, & conſequenter ſortiretur ſalutẽ, ſine baptiſmo reali. Hoc eſſet contra opinionem quaſi omnium doctorũ, pręcipuè Dominici Soti, qui magnũ progreſſum facit monſtrando, quod id fieri non poſſit, vt quis ſine reali Baptiſmo ſaluari poſſit, adducens verba Chriſti: Niſi quis renatus fuerit, &c.

477. *Quæritur, an per malos miniſtros ſacramenta conferri poßint?*

Reſpondetur ex mẽte Diui Thomæ, vt Sotus narrat 4. ſent. d. 1. q. 5. art. 5. Quantum ad Baptiſmum omnes homines, vel fideles, vel infideles poſſunt baptizare, & ſi intendant facere quod facit Eccleſia, verũ ſacramentum perficiunt, cum huiuſmodi ſacramentum ſit abſolutæ neceſſitatis. Reliqua verò ſacramenta, quia non niſi a ſacerdote cõferri poſſunt, infideles nõ habent hanc auctoritatem illa conferendi. Ideo quicunque ſacerdotes, licet ſint excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, & degradati poſſunt conferre ſacramentum quodcunque pręter ſacramentũ pœnitentiæ, quod requiritur iuriſdictionem, quam ipſi non habent, niſi in articulo mortis, atque etiam excommunicati tolerati ab Eccleſia poſſunt. Et quamuis huiuſmodi prohibiti ab Eccleſia conferant ſacramenta, tamẽ ſemper peccant, cum illa propoſitio D. Tho. ſemper extet, quod qui miniſtrat in peccato mortali ſacramenta, mortaliter peccat; adiungimus etiã illis prædictis, hæreticos, ſchiſmaticos,

cos,

tos, & quoſcunque quacunque cēſura ligatos. Vnde ſi quis dixerit Baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis cum debita forma, & materia, & cum intentione quod facit Eccleſia, nō eſſe verum baptiſmum, anathema ſit, ſic ait Concil. Trident ſeſſ. 7. de Baptiſmo, & ita tenet S. Tho. 4. ſent. d. 6. q. 1. ar. 3. & S. Anton. 3. p. tit. 14. c. 11. §. 9. & Caietan. 3. p. q. 64. att. 9. ad 2. & 3. & Sot. 4. ſen. d. 1. q 5. ar. 9. & hæc eſt vera, & firma ſentētia ab omnibus tenenda, & qui aliter dicunt, non ſunt audiendi. Quicunq; etiam mali miniſtri, puta qui ſunt in peccato mortali, verè conferunt ſacramēta ſecundum omnes Doctores, & oppoſita aſſertio eſt hæreticā, vt in Cōcilio Tridentino definitur. Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quę ad ſacramentum conficiendum, aut conferendum, pertinet, ſeruauerit, non conficere, aut conferre ſacramentum, anathema ſit, ſeſ. 7. de ſacramen. can. 12. Peccāt tamen, vt dictū eſt, huiuſmodi, ſi ſacramenta in mortali cōficiunt, vel alijs miniſtrant, tñ vera ſunt ſacramenaa, modò intendant facere, quę Eccleſia facit. Ita illic ait D. Thō. 3. p. q. 64. ar. 5. & 6. Caiet. ibidem, & Sot. d. 1. q. 1. ar. 5. & 6. Diximus de miniſtris in mortali adminiſtrantibus mortaliter peccare, ſi in mortali ſint, ſed ſi miniſtrant ſine ſolemnitate non peccant mortaliter, quia in aliqua neceſſitate non peccaret quis baptizando in caſu, quo etiā laicus poſſet baptizare, ſed non ſequitūr de alijs ſacramentis, quæ nō ſunt tantæ neceſſitatis. In his enim nunquā licet miniſtrare exiſtenti in mortali,

A quia nō poteſt miniſtrare in eis, tanquam non vtens in officio ſuo, & ſine ſolemnitate, ſicut poteſt facere in ſacramento baptiſmi, ſine tamen ſolemnitate, vt benè S. Thom. ait 3. p. q. 64. att. 6. & ibi Caieta. Martinus Ledeſma tenet cum Soto, quod Diaconus, & Subdiaconus miniſtrantes ſacerdoti, etiam in peccato mortali exiſtentes non peccant mortaliter; quia ipſi non miniſtrant ſacramētū, B ſed adiuuant ſacerdotem miniſtrantem. Et ſicut diximus de miniſtrantibus, ita dicimus de his, qui tangunt hoſtiam ſacratam, vel ſacras veſtes, & huiuſmodi, exiſtentes in mortali, mortaliter peccant, ſi hoc, tanquā vtētes officio ſuo, faciant, non autē peccant, ſi ex neceſſitate eas tangant, vt laicus non ordinatus, poſſet, velut ſi leuet ſacramentum è terra, ſicut nec peccat, qui oſculo hoſtiam conſecra- C tam tangit, vel reuerenter videat, ut fit, quando in Miſſa huiuſmodi eleuatur hoſtia. Et quamuis ſupra dictū eſt, quod poſſimus accipere ſacramēta ab occultis excommunicatis, tamē nulli conſulerem, niſi in extrema neceſſitate, vt a nequam miniſtro, vel excommunicato, etiam occultiſſimo ſacramenta perciperet, modo melioris miniſtri cōpia adeſſet, præcipuè ab hęretico, qui periculum auerſio- D nis ingerere poſſet, ſiue peruerſionis à fide, certè nullo modo ab huiuſmodi ſacramenta recipienda eſſe teneo, ſecus autem in neceſſitatis articulo, dummodo quis ſibi non timeat, puta, ſi ſciat ſe firmum in fide, & nullius perſuaſu poſſe moueri.

Digitized by Google

478. *Quæritur, an quis teneatur præbere Sacramenta in caſu neceſſitatis cum periculo propriæ vitæ?*

RESpondetur primò de Baptiſmo contra Sot. dicẽdo, ꝙ ſi puer prope mortem ſit, vel peſte laborãs, vel aliter ſine baptiſmo eſſet moriturus, quilibet tenetur, etiam cum periculo propriæ vitæ baptizare, ne illius anima pereat. Ita dicimus de eo, qui in diſcrimine vitæ, & in extremo articulo indiget confeſſario, tenetur Curatus, vel Epiſcopus; vel Prælatus, & his abſentibus, quilibet tenetur ſacerdos eius audire confeſſionem.

Et ſi quis infidelis vellet inſtrui de fide Chriſtiana, & eſſet ꝓpe mortem, neſciens legem Chriſtianam, & ſaluari cupit, quilibet tenetur, etiam cum diſcrimine propriæ vitæ ad eũ accedere, & docere, & ſi petat baptizari, quilibet etiam laicus tenetur ſub eodem periculo ſuę vitæ. Et hic eſt caſus, quo quis vitam corporalem tenetur exponere pro ſpirituali vita proximi.

Diximus circa ſacramentum confeſſionis, ꝙ quilibet ſacerdos, quãdo qui de iuſtitia tenẽtur non adſunt, tenetur cum periculo propriæ vitæ audire confeſſionem illius peſte laborãtis. Quia etſi per contritionem poſſet ſaluari, tamen raro quis ſine adiumẽto ſacramenti eſt contritus, ideo pro eius ſalute, cum de attrito, mediante confeſſione fiat cõtritus, ideò neceſſe eſt ad eum accedere, & eius confeſſionem audire. Hæc idem præfatus doctor Lopez cap. 67. 1. par.

A 479. *Quęritur quare in rebus prophanis, ille, contra quem lata eſt ſententia iniuſta, adhuc manet uerus Dominus ſuarum rerum, quamuis in tempore nõ appellet, ita ut alter, deprehenſa veritate, teneatur illa reſtituere, & in beneficijs Eccleſiaſticis non ita contingit?*

RESpondetur, ꝙ licet nõ appareat aliquis textus, ex quo hæc differentia colligatur; tamẽ nonnulli hãc B rationẽ allegant; Quia Eccleſia vult, quod quiſque acquirat poſſeſſionem in beneficio, quãdo alius in tempore debito non appellat, quamuis in rebus profanis talem poſſeſſionem nõ acquirat, vt hac ratione rectè prouideat bono ſpirituali. Si enim quãdo aliquis iniuſtè priuatur beneficio, ille, cui confertur, non haberet verum ius ad illud, ſequeretur, quod nec eC tiam poſſet legitimè ſacramenta miniſtrare: & ſic, quod facta non tenerẽt, quod ſine graui iactura boni ſpiritualis fieri non poſſet, ſed hęc ratio non videtur ſufficiens, non reddens rationem de omnibus beneficijs, ſed curatis tantum, quia de nõ curatis non poſſet tale occurrere inconueniens. Tum etiam, quia quando aliquis habet publicum titulum, & ignorat impedimentum illius, geD ſta per ipſum rectè valent, vt docet Caietanus in Summa, & nos declarauimus in Quæſito noſtro quarto: & ſic illa ratio in vniuerſali deficit. Quocirca dicendum ex iſtimo, quod quemadmodum leges ad dirimendas lites, transacto tempore præſcriptionis applicant bona poſſidentibus; ita etiam in beneficijs Eccle-

fiaſticis, propter eundem finem, tranſacta ſententia priuatiua applicant beneficia illis, quibus conferuntur. A Et ſi quis petat huius rei textum, dico ſufficere communem ſententiam doctorum, licet non ſit textus ab ipſis adductus. Panormitanus adducit cap. cum dilectus, extra de electione, & gloſ. in illo c. 1. de conceſſione præbendæ, adducit cap. quod ad conſultationem. extra de ſententia, & re iudicata, ſed iſta duo cap. loquuntur in B foro exteriori, quod fundatur in præſcriptione. Idem Arragona ibidem, vt ſupra in eadem quæſ. & eodem artic. 5. quæſtio. 60. ſuper Diuum Thomam, 2. 2.

480. *Quæritur, an ſententia iniuſta, hoc eſt contra leges lata, obliget in conſcientia, vt tam reum verè abſoluat, quàm actorem iure ſuo deſpoliet?*

VIdetur, vt ſolennis ſẽtẽtia eius, qui publica pollet auctoritate, tutas, & ſedatas reddat eaſdem conſciẽtias, eo vel maximè, quod ſæpe humanũ ius in conſcientia obligat, tametſi mera lex naturæ non obligaret, vt patet in lege præſcriptionis, qua dominium transfertur in poſſeſſorem.

Reſpondetur tamen nullam ſententiam, quæ contra leges iuſtas profertur, obligare in conſcientiam. Et hæc aſſertio eſt manifeſta, & à iuris doctoribus probata, vt apud Innoc. & Panor. videre eſt. c. quia plerique, de immun. Eccl. quia cum ſententia nullum habeat robur, niſi quia eſt iuris declaratiua, vbi ergo non eſt recti iuris interpres, nulla eſt omninò in conſcientia. Dixi iniuſtam contra legem, nempe quæ ab vno aufert, quod re vera ſuum erat, & alteri tribuit, cuius non erat. Nam ſi alicui id adiudicetur, quod verè erat ſuum, licet alter prætermiſſo toto ordine iuris, fuerit priuatus, bona conſcientia poſſidebit quod ſibi adiudicatum eſt: ſiquidem reuera ſuum erat. Et prætermiſſio ordinis iuris, quamuis peccatum ſit in iudice, & in iniurioſa parti, tamen non conſtituit in mala conſcientia eum, qui quod verè eſt ſuum, poſſidet, idque planiſſimo exemplo patet. Si tu quod tuum eſt, aut fraude ſurripis, aut vi auferas à poſſeſſore, quamuis delictum mortale fortè committas, dum priuata auctoritate exequeris, quod publica deberes, nihilominus ad reſtitutionem non obligaris illius, quod accepiſti; C Reuertamur ergo ad principale aſſertum, quod iniuſta ſententia ius neque tollit, neque confert. Fit enim ex illa conſequens, vt etiam ſi dum litigabas bona id fide faciebas, nihilominus cum primum certò reſciueris ſententiam in tuum fauorem latam, non fuiſſe iuſtam, reſtituere teneris, quod tibi adiudicatum eſt, licet non expenſas, ſi bona fide litigaſti: idque ſiue reus fuerit, ſiue D actor. Et dico iniuſtam contra rei veritatem, etiamſi iudex, ſecundum allegata, & probata in foro exteriori, rectè iudicauerit. Quid autem ſi pars læſa non applicauerit? Videtur enim eo ipſo conſenſiſſe, atque adeò ſuum a ſe ius allegaſſe: quapropter poſtea non admittitur in iudicio ad repetendum. Reſpõdetur

quod

Digitized by Google

quod etiamſi non appellauerit, non cenſetur renunciari iuri ſuo: ſed hoc tantum patitur, quod in foro exteriori non amplius repetens auditur. Atque hæc veritas, non ſolum ratio naturalis comprobat, verum & ex l. Iulius, de condictio. inde. colligitur. Quod autem non appellans præſcripto tempore à tribunali poſtea repellatur, ſunt qui dicant cauſam eſſe in pœnam eius negligentiæ. Ego verò non hanc tantum crediderim, verum illam potiorem., quæ eſt ad obuiandum litibus: ad quod leges ſanctiſſimæ fuerunt ſemper attentæ. At verò ſi quis rem ſibi, aut ſuis maioribus iniuſta ſententia adiudicatam, bona fide, legitimoque tempore præſcripſerit, bona deinceps conſcientia poſſidebit, quia titulum habet legitimum, hoc eſt lege præſcriptum.

Hæc Sotus libro de Iuſtitia, & iure, tertio, quæſtione quarta, articulo quinto. Et Petrus de Arragona in Diuum Thomam, quæſtione 60. articulo quinto.

481. *Quæritur de ſocietate officiorum, quæ Romæ originem habent, & quas conditiones habere debent, ne iuſtitia lædatur?*

RESpondetur, etſi in primo noſtro libro impreſſo hæc materia tractatur in Quæſito 255. Tamen, quia Illuſtriſſimus Franciſcus Toletus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, eandem materiam fuſius ſcribit, ideo, vt plenius hæc ſocietas declaretur eius ſcripta hic referentur.

A Hæc ſunt eius verba.

Solet Romæ contractus communiſſimus verſari, qui dicitur ſocietas officiorum, cuius origo, & principium hoc fuit: Sunt enim in Romana Curia multa officia quæ redditus quoſdam habent, quæ Papa vendit certo quodam pretio. Cum autem eſſent multi, qui non haberent tantam ſummam pecuniæ, vt poſſent ſoli vnum emere, conceſſum eſt à Pon-
B tificibus, vt ſimul cum alijs emant talia officia, & quamuis in vno ſit officium, tamen pro rata, ſocio vel ſocijs, diſtribuantur redditus, puta decem, aut duodecim pro centum. Paulus enim Quartus decreuit, vt vltra duodecim non darentur, quia communiter non faciunt plures fructus, eſt autem officium temporale, mortuo enim officiali, manet officium in manibus Papæ, niſi officia-
C lis ante mortem per quadraginta dies renunciauerit alteri officium. Iſta dicitur ſocietas officiorum. Sunt tamen aliquæ conditiones neceſſariæ ad talem contractum, vt licitè fiat; duæ priores ſunt impoſitæ à Paulo Quarto in Bulla quadam ſuper hoc, quæ ad noſtras venit manus.

Prima eſt, vt ſupra alia officia, quàm Romanæ Curiæ non poſſint ſi-
D miles ſocietates fieri: ſi enim fiant, tanquam vſurariæ cenſendæ ſunt. Hæc autem conditio non eſt neceſſaria ad intrinſecam rationem contractus: nam forſan poſſet idem fieri ſuper alia officia regalia, tamen, quia id Papa prohibet, non fit.

Altera eſt, vt non admittantur

ſocij vltra medietatē pretij ipſorum officiorum: ſolum enim poteſt officialis admittere ſocium vnum, vel plures vſque ad valorem medietatis inter omnes eos, ſupra verò non poteſt. Et iſta etiam conditio neceſſaria non eſt ex parte contractus. Nam poſſet etiam vltra medietatem ſocios habere, tamen neceſſaria eſt ex præcepto Papæ. Vnde peccaret qui contraueniret, & teneretur ad reſtitutionem. Nam Papa iudicat contractum, qui non ſic fit vſurarium; Vltra has duas, etiam aliæ duæ conditiones neceſſariæ ſunt.

Tertia enim neceſſaria eſt, vt ſocij non plus habeant redditus quam obueniat ex officio. Vnde ſi officia non fructificant niſi octo, vel nouem pro centum, non poſſunt ſocij habere duodecim, & in hoc mirabilis eſt abuſus, quia ſemper exigunt duodecim, cum iam officia multo minus reddant, & rariſſimè dent tot. Nec excuſantur iſti ſocij hac fictione. Solent enim poſtquam inierunt ſocietatem, locare fructus ſuos officiali pro tali pretio. Vnde ſi poſtea decreſcunt, ipſi tantumdem recipiunt, ſed hoc non excuſat. Nam non locant pro pretio tunc exiſtente: hoc enim valeret, ſi pro pretio tunc occurrenti lucrarent, & eſſet incertum, plus, minuſve valituros fructus. Nam tunc poſſet officialis lucrari hoc pro fructu, ſed non ſic faciunt. Semper enim exigunt duodecim, quæ vix reddit officium hoc tempore. Adde etiam cum iſtæ ſocietates ſemper ſint tantum per ſex menſes, debent

A pretia conſtitui, quæ probabilia ſunt illius futuri temporis, & quod magis eſt, non debent locari, pro toto fructu quod ſperatur, ſed pro minori; nam incertum, minus valet certo, & præſenti, nec ad id debet cogi officialis. Adde etiam, cum iſta officia ſint temporalia, & incerta, non debent locari, ſed eſt mera ſocietas, & ſub tali titulo à Pontificibus probata, fructus igitur B debent eſſe vniformes, ſocio, & officiali. Immo eſt quarta conditio neceſſaria, vt cum iſta officia aliquam habent induſtriam, ſine qua, tantos non faciunt fructus, non poſſunt ſocij tantam partem recipere, quantam officialis, qui laborat vltra ſortem ſuam, ſecus ſi nihil induſtriæ poſtularent. Hæc eſt ſocietas vera officiorum, tamen humana auaritia his non contenta, C adinuenit quandam aliam lucrandi viam; cum enim hoc officium pereat mortuo officiali, & cum eo pereant pecuniæ vtriuſque pro officio datæ, mixta fuit, quædam ſors, ſimul cum ſocietate. Socius enim init cum officiali ſocietatem hanc per ſex tantum menſes, fitque pactum, ſi intra ſex menſes moritur prius ſocius pars ipſius, quam ſupra officium habebat obueniat officiali: D Si verò prius officialis moritur, quamuis officium pereat dabit ſocio ſuam partem ſecuram, & ad hoc fideiuſſores dat, dummodo mors non ſit violenta, hoc enim factum eſt, ne alter alteri inſidiaretur. Quod ſi ſocius per quindecim dies ante ſex menſes finitos proteſtatur ſe nolle ſocietatem, tunc

non

Digitized by Google

non perdit partem, dummodo ſex viuat menſes. Iſta ſors licita eſt, nam nulla facit in alterutro inæqualitatem. Vita enim incerta eſt, & ſicut ſocius lucratur ſua ſorte centum ex alterius morte, qui in officio perierat, ita officialis lucratur centum in officio ex alterius morte præcedente, ſimiliter mille plura, & pauciora, iuxta partem ſocij ſupra officium: Iam igitur non eſt contractus ſocietatis purus, ſed cum ſorte coniunctus, ſed iſta ſors, eſt ſupra ipſum capitale, & partem officij. Adhuc tamen his auaritia humana, non contenta, aliud inuenit lucrum. Solent enim ſocij hoc pactum cum officiali inire, vt ſi facta proteſtatione quindecim diebus ante ſex menſes finitos, ſtatim his completis diebus, officialis non reddiderit ſocio ſuam pecuniam, teneatur deinceps inire ſocietatem, reddendo eos fructus, quos ante dabit, ſed ſocius erit abſque periculo, ita vt, quamuis moriatur ante ſex menſes completos, officialis non acquirat ſibi illius pecuniam, ſed hæredibus ſocij obueniat; Iſte contractus ſæpe fit Romæ, ſed tamen frequētiſſimè eſt vſurarius, quod ex duplici parte conſtat.

Primò ex parte intentionis imponentis pœnam. Non enim intendūt hanc apponere pęnam, vt ſuum capitale recipiant. Quæ quædam intentio neceſſaria eſt in pœnæ appoſitione, vt ſupra diximus, ſed intendunt merum lucrum, & ſaluum habere capitale, & deſiderant vt officialis non reddat, ſed pœnam incurrat.

A Secundò etiam ex eo, quod officialis ſæpe non poteſt reddere tunc abſque culpa ſua, & vt ſupra diximus, pęna non erit exigenda ab eo, qui non habet vnde reddat bona ſua, abſque culpa ſua: quod ſi qui talem imponit pœnam, rectam haberet intentionem, nimirum quia vult ſibi pecuniam ſocietatis reddi, & etiam officialis, non redderet culpa ſua, tunc licitè poſſit B talis exigi pœna, ſed non puta has pœnas modo ſic imponi. Ob id maximè diſſuadendi ſunt homines ab his contractibus, quos abſque mortali peccato, & obligatione reſtitutionis non exercent. Poſſet etiam eiſdem ſeruatis conditionibus, petere, & exigere ab officiali damnum emergens, ſi quod incurriſſent, ex eo quod officialis non reddit, dummodo in culpa ſit non C reddendi, & ſocius animum habeat recuperādi ſuum capitale, aliàs non licet, & dummodo damnum ſit, nam ſolent ſæpe iſti, quando non redditur capitale, accipere eoſdem fructus pro ratione damni, abſque periculo capitalis, quia dicunt non eſſe iam ſocietatem.

D Adhuc tertium aduertendum eſt, nimirum locatio, quædam partis officij ipſi officiali facta, de qua iam diximus. Tandem quartum inuentum eſt, dare partem officij alteri tertio. Verbi gratia aliquis indiget pecunijs, nec habet qui ei mutuò det, accedit officiali, & petit, vt ad ſocietatem ſui officij admittat aliquem, & ipſe dabit fructus omnes; quos officialis datu-

Digitized by Google

rus erat, & pariter ipſi lucrum obueniet ex morte ſocij, ita vt officialis ſeruetur, indemnis, nec perdat, nec lucretur. Iſte contractus licitus eſt, nam ſicut licitum eſt dare pecunias alicui, obligando ipſum, vt ſoluat damnum, aut lucrum ceſſans certũ, ex tali mutuo proueniens, ita poteſt obligare officialis illum tertium, vt ſoluat fructus, quos ipſe ſoluturus erat pro certa pecunia, & lucrum etiam ipſi prouenit. Sic etiam licitum eſt ſuper domum propriam imponere cenſum pro tertio. Vnde contractus eſt duplex, primus eſt officialis, cum ſocio, ſecũdus officialis cum tertio; ſunt autem duæ conditiones neceſſariæ, quæ vt plurimum non ſeruantur Romæ, ob id eſt illicitus talis contractus. Prior eſt. Non poteſt officialis plura ſupra officium ſuum accipere, quam ſit valor medietatis officij ſui, & iſti ſumunt abſque menſura, in quadruplum, quam valeat officium: propterea Paulus Quartus in ſua bulla optimè diſpoſuit, vt nullus admittere poſſet ſocietatem, niſi prius compareret coram ſignatura, nam ibi apparet, quam oneratum eſſet officium. Poſterior etiam eſt, vt nõ plus exigatur à tertio quam ſit officij fructus pro rata; Et in hoc eſt mirabilis abuſus; nam ſocij exigunt à tertijs duodecim pro centum, ſuper officia, quæ non dant, niſi quinque pro centum. Et talis contractus peſſimus obligans ad reſtitutionem, quã primo loco tenetur officialis facere illi tertio; Nam quamuis tertius det primo, tamen ex natura contractus, obligatur officialis, & eum indemnem ſeruare, & ſocius ſecundo loco,

A tenetur officialis reſtituere, nec excuſatur ignorantia, quia eſt craſſa nimis, Debent enim prius quærere ſocij iſti, qui dant tertij ſupra officium aliorũ, an talia officia onerata adeo, vt non poſſint recipere plura, & tenetur contractum cognoſcere, maximè cum Bulla Pauli Quarti omnibus fuerit publicata, & quamuis ignorantia excuſet, id eſt à peccato, ſed non à reſtitutione facienda, cum pri-
B mum conſtiterit, illicitum eſſe talem contractum. Eſt etiam tertia conditio neceſſaria: vt quando faciunt hanc ſocietatem, dent totum capitale, & non accipiant ſolutionem anticipatam. Solent enim dare quingentos aureos pro ſocietate, & ſtatim accipere pro fructib. quinquaginta, vnde non dant verè, niſi quadringentos quinquaginta. Hęc ille eximius Doctor, & admodum celebris, qui
C Romę diutiſſimè verſatus eſt, & optimè hanc callet materiam. Ideo valdè caueant confeſſarij, in abſoluendis, non ſolũ huiuſmodi officialibus, ſed etiam quibuſcunque alijs, qui hoc modo, pecunias coaceruant, non curantes proſpicere, quomodo iuſtitia obſeruetur. Nec id gratis dicimus, cum ſæpe inuenerimus quaſi omnes in hoc errare, & valdè grauiter: nec ad reſtitutionem induci poſ-
D ſunt.

482. *Quæritur pro Miſſa celebranda quantum ſtipendij congrui debeat quis ſacerdoti elargiri, præſertim ſi ſit pauper?*

RESpondetur in hac materia longiſſimè Doctores ſcripſerunt

varias

Digitized by Google

varias opiniones habentes, & quidquid alij dicant, nobis placet aſſertio Petri de Arrag. ſuper D.Thom. 2.2. q.85.art.3. qui dicunt iuſtum ſtipendium arbitrari eſſe ſolam ſtrictam ſuę perſonæ ſuſtentationem, & eorum, quæ ſimpliciter ad vitam ſunt neceſſaria, acquiſitionem intelligendã puto, ſ. victus, veſtitus, domus, & ei inſeruiẽtes, &c. Non. n. poſtulat ius naturę, aut diuinum, niſi quod ſibi ex altario ſuccurrat, qui altario participat, nec fideles alios alere tenẽtur, quàm miniſtros. ſi autem habuerit ſacerdos parentes, vel filios pauperes, aliunde quęrere debebit ad iſta ſupplenda; ex quo ſequitur, quod nec honorabilior plus, nec minus honorabilis, nec etiã è contra pauper plus, & diues minus accipere poterit, ſed omnes ęqualiter, quæ neceſſaria fuerint ad congruam ſuſtentationem. Paupertas enim, vel diuitiæ ſacerdotis nihil conferunt ad æqualitatem iuſtitiæ, & ad debitũ, vt rectè docet Nauar. in Manu. cap. 25. num. 92. & 111. Quare diues ſacerdos ſi non quia diues, at quia ſacerdos ius habebit de altari viuendi, ſicut, & pauper, modo officij debita præſtet, & ſi quis contra noſtram ſententiam obijciat, cap. clericus victũ, 91. diſtin. vbi non dicitur, quod clericus pauper ex ſpiritualibus, ſed manibus laborando, victum quærere debeat. Reſpondeo, in dicto cap. & cæteris eiuſdẽ diſtinctionis ſolum prohiberi, ne clericus negocijs vacet, vt ſic victum quærat, ſed ſi Eccleſia ei non ſufficiat, potius ex honeſto artificio (exemplo Pauli, qui de labore manuum viuebat) victum quærat, quàm ex negociatione; præterquam quod

A Gratianus in prin. illius diſ. ſic dixit: Qui aũt turpi lucro, vel inhoneſto negocio victum ſibi quærere prohibetur, de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequatur. Quibus verbis potius ſignificat, quam ſit alienum à voluntate Eccleſiæ prohibere, ne ſui miniſtri ex ea, vel ex ſuo officio viuant, quam eius cõtrarium: ſed quod vult, eſt, quod ſi alicui ſua eccleſia non ſufficit, potius ſuo artificio, vel agricul-
B tura victum, & veſtitum quærat, quã negociationem; quod noſtræ ſententiæ non aduerſatur: ſic ſcribit Arrag. ſuper D.Thom. 2.2.q.85.art.3.

Et ego ſuper verbis iſtius doctoris, hæc adijcere velim. Cum ipſe dicat ſtipendia ſacerdotis debent ſuſtentationi eius ſufficere, pro victu, veſtitu, domo, & illi, qui ei ſeruiat, quod certò iuſtiſſimum eſt, quia pauper ſacerdos, qui nihil habet, non decet vt nu-
C dus incedat, in hoſpitali dormiat, & mendicatum quotidie eat, & celebraturus non habeat, quis ei ſeruiat: Videmus, quod in veteri lege, Leuitę, ex ordinatione diuina, vt ait D.Thom. 2.2.q.87.art.1. viuebãt al js honorabilius, idque ex diuina inſtitutione, vt qui ad ſalutem totius populi deſtinati erant, ab ipſo populo eis neceſſaria miniſtrarentur, vt decebat pro eorum dignitate. Et ſi ita decretum à
D Deo fuerat ſacerdotibus antiquæ legis, vt honorabilius, quàm alij viuerent, quanto magis nouæ legis ſacerdotibus ſtipendia ampliora debentur, qui non manibus animalia tangunt, ſed ipſum Deum viuum quotidie præ manibus habent, ſibique atque alijs manducandum præbent. Ergo iuſtiſſimè præ omnibus alijs fi-

Digitized by Google

delibus tractandi, & honorandi ſunt. Nonne maximum vilipendium eſt à diuite homine pro eleemoſina tanti ſacrificij ſacerdoti ſex quadrantes elargiri, vt alicubi morem eſſe, viſum fuit?

483. *Quæritur, an Maria vxor Ioannis, quæ in dotem attulit duo millia aureorum, & ſuppellectilia domus inappretiata, & Ioannes illi promiſit titulo arrarum tercentum aureos; an mortuo viro aliquid ſecretò poßit ſubripere de bonis viri, ad reſarciendum damnum, pro rebus conſumptis, quas in domum intulit?*

Reſpondetur, quod mortuo marito, nullo teſtamento cõfecto, vel ſi ſit cõfectum, nihil reliquit ſuę coniugi Mariæ; hic dubitatur, an pro obſequijs ſibi præſtitis, & pro promiſſione arrarum facta, & pro conſumptione ſuppellectilium poſſit ipſa M. vt dictum eſt aliquid ſurripere de bonis viri. Dico primo, quod prædicta Maria, de obſequijs exhibitis marito in vita, nihil curet, quia pro his ex debito iuſtitiæ, nihil poteſt ſibi reportare, quia ratione matrimonij ad dicta obſequia tenebatur, quare hoc nomine de bonis viri defuncti nihil poteſt ſibi recompenſare.

Dico ſecundo, loquendo de ſuppellectilibus, quod ſi tempore, quo maritus penes ſe ea recepit de eis, neque inuentarium fuit editum, neque prætaxatio facta clareſcit ſanè in partem dotis cum duobus mille aureis ea ſuppellectilia non intraſſe, neque in dotem traditam marito fuiſſe com- A putata; quare etiam ſi in communi obſequia, vſuque amborum fuerint omninò detrita, aut deteriorata in toto, vel in parte, cum in partem dotis non ſint adnumerata, non ſunt ſibi lege iuſtitiæ reſtituenda; quare neque pro his Maria de facultatibus viri defuncti poteſt ſibi quicquam recompenſare, aliàs furtum eſſet.

Dico tertiò, ſi loquamur de arris ſibi promiſſis, de quibus maior præbe- B tur difficultas: diſtinguendum eſſe videtur, nam ſi arræ, de quibus ſponſio facta eſt decimam partem dotis à ſe allatæ, iuxta leges Hiſpaniæ non exceſſiſſent, & ſcriptura ſuper eis edita, vel ſufficienti teſtimonio teſtium, talis ſponſio arrarũ probari potuiſſet, tunc debito iuſtitiæ legalis, tales arræ ſibi eſſent debitæ, ſed neque tunc in hoc caſu poterit de bonis mariti ſecre- C tò ſibi recompenſare, cum via iuſtitię poſſit illud repetere, & recuperare.

Vltimò, dico, ſi pro ſponſione taliũ arrarum, neq; inſtrumentũ aliquod neque teſtes teſtificantur; argumentum nullum eſt, talem promiſſionem arrarum gratitudinis potiuſquam debiti legalis habuiſſe obligationem, ſicut de more fit in nuptijs interdum, & ſæpe: quod ſi ita ſit, vel illæ arrę nõ ſunt debitæ, vel nõ liquet deberi; qua- D re cum recompenſatio de liquido debito ſemper fieri debeat, infertur planè, tunc M. pro his arris non poſſe de rebus mariti quicquam occultè ſibi vendicare. Hæc ipſe Lopez, ibi, vt ſupra cap. 11. ſecundæ par.

484.

Digitized by Google

484. *Quæritur de muliere quando poſſit aliqua bona ſibi ſecretò reſeruare ad cautionem, ne fiſcus ob mariti delictum auferat?*

REſpondetur, hanc quæſtionem ſpecialem eſſe, quę ſæpe occurrit declaranda. Mulier carens dote, boniſque alijs paraphrenalibus, an ſi bona lucratiua, duráte matrimonio parta, propter delictũ mariti veniant ſequeſtranda, poſſit ex his ſuam dimidiam partem ſibi poſt mortem mariti contingentem occultare, vt neque cenſuris, neq; iuramento, poſſit conſtringi ad eam propalandam, & videtur quod non, quia ſuæ medietatis ex his non eſt particeps, niſi poſt mariti obitum.

Igitur hanc quæſtionem per hæc dicta duximus reſoluẽdam: Dicimus ergo primo, ſi cauſa patrati delicti à viro hęc bona veniunt ſequeſtranda, mulier de his bonis communiter acquiſitis, lucratiuis vſque ad ſuam medietatem, ſibi poſt mariti obitum debitam, poteſt ſibi occultare, hoc dictũ ſtabile videtur ex lege Hiſpanica in recopilatione noua legum, lib. 5. tex. 10. l. 10. vbi decernitur neutrum coniugum, propter vnius tãtum delictũ, partem ſuam ex bonis multiplicatis ſibi contingentem etiam in caſu hæreſis, vel criminis, vbi imponitur pœna ipſo iure, vſque ad executionem ſententiæ non admittere; neque inſontem culpæque expertem mulcta ſuæ medietatis prædictorum bonorum mulctari.

Igitur, ſi ſecundum legem, innocenti coniugi ſua pars media illibata ſeruatur, caſu quo metuit à ſe fore

A auferendam, a miniſtris iuſtitiæ, aut vix, aut nunquam niſi magnis ſumptibus à ſe fore recuperãdam, poteſt eam ſibi celare licitè.

Secundo dicitur, quando maritus ipſe occultat bona ſua, quia timet ea fore ſequeſtranda propter à ſe perpetratum delictum, mulier eius occultationes conſcia non tenetur, neq; ad mandatum iudicis excommunicantis, vel exigentis ſuper hoc iuramentum, ea reuelare: quia ſecundum

B Nauar. mulier perſona eſt priuilegiata, in hoc, quod contra maritum cogi ne queat teſtificari.

Tertio dicimus, licet quando bona mariti veniunt diſtrahenda ad ſoluenda debita mariti alijs minus priuilegiatis creditoribus, tunc vxor ſuã poſſit excipere, repetereque dotem, tamen ſi bona durante matrimonio a ſuo viro contracta: non poteſt ipſa

C ſibi ſecretò ſuam medietatem reſeruare, quia debita a marito duráte matrimonio contracta, de cumulo taliũ bonorum communium ſunt perſoluenda, quia vt dicitur lib. 3. fori; mulier ex ſua medietate bonorum lucratiuorum communem, tenetur ad ſoluendam medietatem debitorum durante matrimonio contractorum.

Secus eſt fortè ſi illa bona eſſent

D diſtrahenda ad perſoluenda debita a ſolo marito ante matrimonium cõtracta, quia in hoc caſu eadem lege ſancitur, quod ſi debita ſint contracta ante matrimonium vnuſquiſque coniugum ſoluat ſua.

Quartò, dicimus, qñ ſequeſtrãda veniũt bona mobilia propter delictũ mariti, tunc poteſt vxor occultare ex bonis mobilibus omnia illa quę ſunt

ſibi

Digitized by Google

ſibi neceſſaria ad vſum domus, ſine quibus nequit vitam tranſigere, puta, lectulum, menſam, & reliqua ſuppellectilia, per quę neceſſaria ad degendam vitam ſunt.

Vnde Hugo de Celſo ait in his mobilibus, quę prorſus ſunt neceſſaria ad ſeruitium domus, prohibetur fieri executio. Ergo mulier dum veretur per iudicem auſterum, & rigidũ his neceſſarijs pro quotidianis vſib⁹ ſe fore exuenda contra legem, nihil mali facit, ſi iſta occultando à tyranno iudice, ſibi reſeruet.

Quare in his caſibus omnibus, in quibus prædictas occultationes à culpa excuſamus mortali, ita etiã occultatores a cenſura pronuntiamus immunes, quæ cõtra occultantes, vel non reuelantes profertur, quia non profertur, niſi contra illicitè, & mortaliter talia celantes. Idem præfatus doctor Lopez ibidem cap. 12. ſecundæ partis.

T

485. *Quæritur an beneficiatus, qui ſolum recipit in ſe beneficij titulum abdicatis à ſe fructibus, ratione tituli beneficij tantum, teneatur ad perſoluendas horas canonicas.*

Reſpondetur in hac quæſtione varias eſſe doctorum opiniones: altera Caietani, & aliorum ex vna parte aſſerentium receptionem ſolius tituli ſine fructibus non obligari intitulatum ſic ad perſoluendas horas: & altera, quę eſt Silueſtri, verbo, Horę, quæſt. 2. & Med. de oratione, q. 9. ex oppoſito tenentium, talem beneficij ſolo titulo potientem, ad onus perſoluendi horas canonicas eſſe aſtrictum. Inter has opiniones Nauarr. non ſine exacta conſideratione, benè concordare nititur prædictos inter ſe diſſidentes doctores, cui in hac concordatione ſubſcribit Cordaba, q. 185. in additionibus ad tractatum caſuum conſcientię. Concordia, reſolutioque quæſtionis ſtat in hoc; ſcilicet, quod opinio Soti, Caietanique eſt vera, quando intitulatus taliter in ſolum titulum beneficij cõſenſit, vt per auctoritatem Papæ reſignator beneficij reſeruauerit ſibi omnes fructus pro penſione ſimul cũ ſeruitio, & cum tota adminiſtratione beneficij, tunc quia ſola videtur hic interuenire via poſt renuntiantis mortem, ſolus renuntiator ſic beneficij tenetur ad onus recitãdi canonicas horas, & non intitulatus iſte, qui ſolum obtinet titulum.

Quia qui ſubit onus, debet percipere & commodum, & ècontra, qui commodum reportat, portare debet quoque & onus.

At verò ſecunda opinio oppoſita Medinæ, & Silueſtr. verum habet in caſu, quo intitulatus iſte in ſolam reſeruationem fructuum in reſignantem cõſenſit, ſi ſimul cum titulo poſſeſſionem obtinuit, & adminiſtrationem: uel ſi non obtinuit, ſi per ipſum ſtetit, quominus obtineret talem, & poſſeſſionẽ, & adminiſtrationem, quia ad perſoluendas horas in hoc caſu, aſtringitur intitulatus hic, quia Papa in bullis ſolitus eſt id oneris imponere, quod qui recipit fru-

Digitized by Google

ctus pro penſione, onera Eccleſię, vel beneficij ſubeat.

Cum autem in hoc caſu intitulatus hic aliquos fructus percipiendi ius habeat, quia adminiſtrare tenetur, inſeruireque beneficio licet illos fructus non percipiat, quia tamẽ in culpa eſt, & in cauſa, quod illos nõ percipiat, quia illos, vel remittit, vel non exigit, ideo a perſoluendi diuinum officium, & horas onere, & obligatione non excuſatur. Et hæc opinio media Nauarri, cõcordans ſic alias extremas, potior eſſe videtur, & quia certè, ratione tantum ſolius tituli beneficij, vt benè aiebant Sotus, & Caietanus, non tenetur intitulatus ad horas in caſu, quo concurrunt hæ limitationes, quas adijcit Nauarrus, ſcilicet, quod non poſſit intitulatus per ſe, neque per alium percipere fructus, neque ſit in culpa, quod pro tũc non percipiant, neque in poſterũ ſit eoſdem beneficij fructus recepturus, tãquam debitos pro eo tempore quo eos non tulit. Quas limitationes animaduerſas vult eſſe Corduba, quia deſeruiunt, inquit, ad multos caſus. Hæc Lopez in ſuo inſtructorio caſuum Conſcientiæ, ſecunda parte, capite 93.

486. *Quæritur, an liceat teſtatoribus pro libito, & arbitratu ſuo relinquere bona ſua filijs, & cognatis, & quibuſcũque voluerint?*

RESpondetur, Pater filios ſtudioſos, & ſibi obedientes, non poteſt exhæredare, licet poſſit ex aliqua cauſa hæreditatem illis minuere, eſſet enim cõtra ius naturale, & omniũ

A gentium ſine iuſta cauſa hęreditatẽ illis auferre, niſi ipſi filij conſentirẽt, ſed conſentientes, & familiam grauẽ habentes, mortaliter peccarent contra charitatem, non autem contra iuſtitiam.

Præterea poteſt pater inter filios ſtudioſos, quem viderit honeſtiorem & ſibi obedientiorem alijs, in bonis præferre, & èconuerſo minus digno, aliquid præ cęteris mandare, modò

B non priuet alios ſua legitima portione, & ne egeant.

Pręterea, poteſt pater filios, quamuis legitimos, propter eorum crimina, ſi lex ciuilis hoc ipſi concedat, exhæredare, & hoc non eſt contra ius naturale, & diuinum punire filios rebelles, & ſceleſtes, immo eſt vtiliſſimum bono communi, vt in veteri lege pluribus in locis inueniuntur exẽpla. Et multæ ſunt cauſæ, quibus iu-

C ſtè parentes exhæredant filios. Vt ſi manus violentas in parẽtes inijciãt. Si mentitos illos eſſe cum contumelia aſſeruerint. Si illos non curarunt a captiuitate redimere, cum potuerint. Si de crimine aliquo, & facinore apud iudicem accuſauerint parentes, ſi cum nouerca ſua cõcubuerint. Si a fide receſſerint per hæreſim, & ſimilia.

Addunt, ſi matrimonia contra pa-

D rentum voluntatem contraxerint.

Præterea, pater, filios, ſiue legitimos, ſiue illegitimos, nullo titulo poteſt priuare alimonijs ipſis neceſſarijs: quod ſi filij non egeant, ſed habeant aliunde, vnde ſibi ſufficiant, vel via hæreditaria, vel quia ſua induſtria, & labore valuerunt, & valeant ſibi acquirere bona, vel caſtrenſia,

vel

Digitized by Google

velquaſi caſtrenſia,quos poſſunt pro A pter ſua crimina exhęredare.Poſſunt etiam alimonijs priuare. Eſt de iure naturali, quod parentes nutriant filios:etiam animalia id faciũt. Et ſi alienos quandoq; tenemur alere,multo magis proprios. Quando verò filij habent vnde viuant, ob culpas ſuas in patrem, poteſt tunc pater eis alimenta negare.Lex ipſa propter filiorum ſcelera, concedit parentibus alimenta filijs denegare.

Vltimo dico,quod parentes carentes filijs tenentur diſtribuere bona ſua inter cognatos, & propinquos,ſi egentes ſint, ſeruato ordine charitatis,pręferendo honeſtiores, propinquos,& pauperiores alij,quod ſi egẽtes non ſint,poterit tuta conſcientia bona ſua conuertere in opera pia.

Vnde ſanctus Ambroſius, Auguſtinus,Chryſoſtom⁹,& alij ſancti patres, quæ Eccleſijs mandabantur, ſi C defuncti relinquebant affines indigentes,præcipiebãt illis exhiberi, & non Eccleſijs.Hinc eſt aduertendũ, quod ſi filij,ut diximus,non ſint indigentes,Pater poteſt alicui charo amico aliquid relinquere, præſertim ſi egeat,& etiam familiari,qui ei fideliter ſeruiuerit.Atque cauendum maximè debetur,ne quis ſe gerat,vt quędam inſipiens mulier fecerat, paucis ab hinc annis, quæ relicta a filio do- D mina omnium bonorum ſuorũ, quæ ad decem millia ducatorum aſcendebant, omnia ad alienos reliquit, poſtpoſitis ſui mariti nepotibus, quibus nihil reliquerat, quę quidem bona, antiquitus fuerant de domo, & familia eius mariti.Quod factum vtinam in perditionem animæ ſuę nõ ſucceſſerit,vt vereor.

Propterea caueant confeſſarij, & ualde caueant in conſulendis teſtantibus, quid faciant, ne ſi cæcus cæcum ducat,ambo in foueam cadant.

Diximus ſupra de filijs, qui matrimonia contrahunt contra parentum voluntatem. Hæc Salon in 2.2.D. Thom.quæſt.5.ſua de Dominico,articulo 3.

B 487. *Quæritur,an duorum, uel trium teſtimonium in iudicio ſufficiat?*

RESpondetur, quod ſufficit duorum,vel trium teſtimonium, in iudicio, dummodo ſint fide digni; hæc eſt generalis regula, quæ quandoque non obſeruatur in aliquo caſu,vt infra dicemus.Qui quidem teſtes,vt ſufficiant, debent eſſe conteſtes in iudicio,& non ſingulares.Dicuntur autem ſingulares,vt ait Silueſter,verbo, teſtis, quando deponunt ſuper diuerſis factis ita quod quilibet eſt ſingularis ex dicto ſuo.Quando verò obiectum, ſuper quo depoſuũt,fuit repręſentatum ſenſibus teſtium,eodem tempore,tunc ſunt cõteſtes,&non ſingulares,quia tunc videtur deponere de facto eodem.Vel dic breuiter,quod teſtes dicũtur ſingulares, quando quilibet ſigillatim teſtificatur aliquid,quod non eſt vel re,uel ſaltem pręſumptione ſufficiẽte ad ſententiam ferendam,circa illud,quod teſtificatur alius.Igitur teſtes ſingulares regulariter non probant,quando actus non habet continuitatem,quam ſi habet, ut fornicatio, ſi vnus poſt alium videat per foramen, valet teſtimonium. Vnde Baldus

Digitized by Google

dus dicit, quod in dicto caſu fornicationis non præſumitur pluralitas actuum.

Si totidem vel ęquales teſtes ex vtraque parte producantur, cæteris paribus, fauendum eſt reo; Quia tunc iura ſunt æqualia, & potior eſt ratio poſſidentis; reus autem eſt in poſſeſſione ſuę vitæ, famę, vel bonorum.

Vbi teſtes diſcordant circa circūſtātias leues, & q̄ non mutant factū, eandem vim habent, quam conteſtes, vbi autem diſſident, circa circunſtantias graues, & mutantes factum, non habent vim, niſi ſicut teſtes ſingulares: quia ſi diſcordant in pręcipuis, ſunt tanquam ſingulares. Si teſtes vtriuſq; partis inter ſe diſcordēt, tunc prudentia iudicis expendendū eſt, cui faueant plures, & digniores, & quę cauſa tractetur: Nam vbi plures ſunt ex vna parte, vel digniores, in eam declinandum eſt, maximè ſi agatur de libertate alicuius.

Quando in iudicio non agitur de condemnatione alicuius, nec fertur ſententia in præiudicium tertij, ſufficit aliquādo vnus teſtis fide dignus, v.g. ſi dubitetur, an paruulus ſit baptizat⁹, vnicus teſtis fide dignus ſufficit, quia vnuſquiſque præſumendus eſt bonus, niſi in contrarium quid adducatur. In cauſis leuibus, etſi agatur de condemnatione alicuius, ſufficit teſtimonium vnius fide digni, maximè vbi ita apparet expedire bonę gubernationi.

In iudicijs, in quibus agitur de ſupplicio vltimo exiguntur neceſſario duo, vel tres teſtes, oculati conteſtes, & omni exceptione maiores. In religionibus ſufficit vnus teſtis, vel ſingulares teſtes ad puniendū frāgētem cęremonias religionis, vel cōmittentē aliquod peccatum mortale, ex his, quę non afferunt ſecum infamiā, & grauem punitionem; Quia in religione, vt benè obſeruāt hic Caiet. & Sot. vbi maior puritas vitę exigitur, & vbi potiſſimum ſalus ſpiritualis ſubditi deſideratur, cum minori ſtrepitu, & figura iudicij procedendum eſt, nec exigitur in huiuſmodi delictis, adeo iudicialis probatio, ſicut inter ſeculares. At in grauioribus delictis, & afferentibus ſecum graue infamiā, & pęnam, etiamſi non vltimum ſuppliciū, non ſufficit vnus teſtis, neque multi ſingulares, quicqd in hac parte dicat Caie. quia iure Pōtificio, cui religiones ſubiectę sūt, ſtatuitur, ne quis in grauiorib⁹ cōdēnetur, niſi aut cōuictus, aut confeſſus, vt habet Can. Nos in quenquam. 2. q. 1. Cōuictus aūt nullus dicitur, niſi ad minus per duos teſtes conteſtes, immo iure naturæ, vbi non eſt niſi vnus teſtis, q̄ñ reus negat, non eſt condēnādus, cū debeāt in his eſſe probationes, luce meridiana clariores, ſicut & inter ſeculares. Vnde qđ ait Caiet. religioſum, q ab vno teſtificatur de vno furto, ab alio teſte de alio, &c. poſſe puniri, vt furē, nō eſt admittēdū; ſed tātū poſſe contra illū inquiri, & per aliquā torturam religioſum, vt optimè docet Sot. Hęc Salon ſuper D. Tho. 2.2. quæſt. 70. art. 2.

488. *Quæritur, an aliquando requirantur in iudicio plures teſtes, quam duo, vel tres?*

Reſpondetur loquendo de iure naturæ poſitiuo, determinatus

tus eſt numerus teſtium,quando minimum in cauſis grauioribus,nẽpe vt non ſufficit vnicus teſtis, nõ eſt autẽ determinatus quoad maximum,i. debeant neceſſe tres,vel quatuor vel plures, vt infra patebit,meritò in cauſis aliquibus propter grauitatem materiæ requiruntur plures teſtes, quàm duo,vel tres, vt in teſtamentis: quia non exiſtit defunctus, qui poſſit reſpondere, ac explicare quid ipſe voluerit:& in cauſis Epiſcoporum,Cardinalium, & ſimilium. Primo propter excellentiam perſonarum: iudicandi hi enim ſunt tantæ ſanctitatis, & meriti, vt vnicuique ipſorum potius credendum ſit,quàm tribus, vel quatuor teſtibus. Secundò cum iſti alios inducent, & puniant,incurrãtque ſæpe odia ſubditorum,non eſt facile ſubditis contra ipſos credendũ, ſed exigitur dictum multorum teſtium. Tertiò, quia ex eorum condẽnatione, & infamia ſequitur magnũ damnum ſtatui ipſorum, & dignitati,imò toti Eccleſiæ,& ita ad eos condemnandos magno pondere teſtium opus eſſe dictat recta ratio. Hæc Saló ſuper D.Thom. 2.2.q.70.art.2.

§489. *Quæritur an teſtimonium falſum ſemper ſit peccatum mortale?*

RESpondetur,falſum teſtimoniũ, quatenus fit præſtito iuramento, ſemper eſt peccatum mortale, quia eſt periurium, quo infert teſtis Deo grauem iniuriam, adducens ipſum in teſtem mendacij. Præterea falſum teſtimoniũ, quatenus fit in iudicio, ſi iudiciũ illud eſt iniquũ, & iniuſtũ: ſi iurans intendebat ſolum iurare ſuper his, ad quæ tenebatur tantum, negando veritatem, ſolum venialiter peccat,ratione mendacij, quod eſt officioſum,non autem pernicioſum,cũ illud iudicium ſit iniquum, ad quod non tenebatur reſpondere. Si verò iudicium eſt iuſtum,procedens ſecũdum iuris ordinẽ, iurans falſum mortaliter peccat,cum ex iuſtitia tenebatur verum aperire,& nõ ſolum mortaliter peccat, ſed tenetur omnia dãna reficere inde ſequuta. Teſtimoniũ quando materialiter tantum falſum eſt,ſed formaliter verum, vt quando teſtis adhibita diligentia debita, & examine memoriæ, certo credit ſe verum dicere,nullum peccatũ eſt, quia procedit ab ignorantia inuincibili, quæ peccatum non inducit. Vnde non tenetur ad vllam reſtitutionem parti, contra quam teſtificatus eſt. Tenetur verò quam primum ſe falſum dixiſſe nouerit,ſe retractare, niſi ipſi notabile damnum ſuccedere videat. Hæc Salon ſuper D.Thom. 2.2. quæſt.70.art.4.

490. *Quæritur an obſeſſa Ciuitate à Tyranno,quæ eſt in periculo, vt tota gladio pereat, niſi ipſi Tyranno concedatur quidam illorum ciuium trucidãdus, qui eſt innocens,liceat ciuitati illum tradere?*

VIdetur licere, quia Reſpub. ius habet exponendi ciues patenti morti pro ſalute totius ciuitatis, hæc eſt communiſſima regula, quod pars pro toto ſit exponenda, ſicut naturaliter brachium exponitur,ne caput offendatur, in quo eſt totius hominis vita. Imò eſt quorundam Docto-

rum

rum opinio, vt ille innocens teneatur ſe ſe tyranno tradere pro ſalute ſuæ ciuitatis. Nihilominus.

Reſpondetur non licere ſecũdum D.Tho. vt nunquam liceat innocentem interficere, qui verè eſt innocẽs, licet verò hoſti reſiſtere bellando, quare ſicut tibi non licet iubente tyranno, eruere tibi ipſi vnum occulũ, vt alterum ſerues. Ita neque tunc reipublicæ innocentem morti tradere. Nam non eſt abſolutè domina ciuium vitæ, ſicut Deus, qui præcepit Abrahę vt interficeret filium: & ideo in innocentis vitam ſolus Deus poteſtatem habet. Alioqui dicunt, quod non licet ciuitati eum occidere, ſed poſſe tradere tyranno ad occidẽdum. Sed in idẽ res rediret, ideo dico neutrum licere. Ad illam ſimilitudinem de parte naturali ad totum, qua vtitur oppoſita ſententia, eſt nimium diſſimilis, quia pars naturalis corporis non hẽt eſſe per ſe ſeorſum, & diſtinctũ à toto, nec eſt capax iuris, vel iniuriæ per ſe ipſam, ſed eſt ad eſſe totius, ius quoque vel iniuria totius ſunt ipſius, pars autem politica, & quiuis priuatus ciuis eſt quoddã ſuppoſitũ per ſe diſtinctum ab eſſe totius politici, & per ſe capax iuris & iniuriæ; & cũ fiat illi maxima iniuria, ſi tradatur tyranno, talem iniuriam nõ poteſt illi Reſpub. irrogare, quia tunc tantum, vt conſtat, poteſt eius vitam exponere, quando eſt medium per ſe, & directè ordinatur ad bonum ipſius, quod nõ eſt in hoc caſu, ſed per accidens, & ex iniquitate tyrãni, & ita licet quidem partem naturalem exponere, vel tradere abſcindendam pro vita totius, partem politicam aliter, quam pugnã do, & in bello, contra tyrannum, non licet. Pręterea ad ea, ad quæ qs non tenetur ex iuſtitia, ſed ſolum ex charitate, non poteſt compelli à iudice, aut à Repub. ſed in hoc caſu, hic innocẽs non tenetur ex iuſtitia, tradere ſe tyranno, ſed ex ſola charitate; ergo. Hęc ex Soto lib. de iuſt. & iur. 5. q. 1. ar. 7. Et ex Salon in D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 3. cuius dicta longiſſima, breui præſtriximus, vt mei eſt moris, breuitati ſtudere. Si quis longiores probationes videre optet ad confirmandam hanc veritatem, illuc ſe transferat, vbi adnotauimus.

491. *Quæritur an temporis circumſtãtia ſit de neceſſitate, in confeſſione, confitẽdo, vt ſi quis, in die feſto, mortale peccatum perpetrauerit, dicat in die feſto feciſſe?*

RESpondetur omnes Thomiſtas aſſeuerare non eſſe de neceſſitate, confitendum, ſi quis mortale peccatum in die feſto commiſerit. Sic ait Syluest. verbo, circunſtantia, q. 3. & de verbo Dominica dies. 9. fin. & in Roſa aurea caſu 63. Caietanus quodlibet. 59. Medina, Canus, Ludouicus Lopez prima parte, cap. 35. & tandẽ Sotus in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 4. ſic ait. De die autem feſto diſſidium eſt inter Scotum, & qui eum ſequuntur, atque alios. Scotus namque putat per quodcunque peccatum morale tranſgredi præceptum. De quo dubio Caiet. ibidem vt ſupra citatus, ſuſtinet partem negatiuam. Nam feſtum pertinet ad religionem, & ideo tantum conſiſtit, in ceſſatione ab opere ſeruili, vt opus ſeruile in ſenſu literali accipiatur:

Digitized by Google

accipiatur: peccatũ ergo, licet ſit opus A ſeruile, in ſenſu ſpirituali, non frangit feſtum ad literam, ſed qui in feſto peccat, facit contra intentionem feſti, quæ eſt cultus Dei. Vnde S. Th. 2. 2. quæſtione 122. articulo 4. ad tertium. Magis, inquit, facit contra præceptum ſeruandi feſtum, ideſt cõtra eius finem, qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporalè opus licitum facit. Finis verò præcepti, vt aliàs dictum eſt, non cadit ſub præ B cepto. Et ideo non eſt neceſſarium confiteri circumſtantiam peccati, ſi fiat in die feſto: ſicut ſi fiat in loco ſacro, quando illic effunditur ſanguis, vel ſemen, vel ſurripitur res Eccleſiæ. Nam alia peccata, licet fiant in loco ſacro, non aggrauantur ex illa circunſtantia. Propterea enim quod quiſpiam peieret in loco ſacro, vel fal ſum teſtimonium dicat, non eſt circumſtantia loci neceſſario confitenda: C eſt autem confitenda, ſi è contrario quis extra Eccleſiam; mente conſentiat alterum illorũ criminum perpetrare in Eccleſia. Hæc ipſe Sotus ibidem. Syluc. verò vbi citauimus in Roſa aurea, longiſſimè tractat hanc quæſtionem, reſpondens ad omnia argumenta, quæ faciunt, qui contrariam opinem tenent.

*

V

492. *Quæritur quis valor ſit operum exiſtentium in peccato mortali?*

REſpondetur, quod quãuis conueniamus in hoc, quod opera exiſtẽtium in peccato mortali non ſunt meritoria æternæ vitę, nec ſunt meritoria remiſſionis peccatorum, multum tamen eſſe vtilia homini ſubiecto peccato mortali, bona opera eorum ad remiſſionem peccatorum conſequendam ſacra ſcriptura tradit; nam, & ſi non habent vim meritoriam remiſſionis peccatorum, habent tamen vim impetrandi remiſſionem peccatorum, ita quod per modum ſupplicationis multum valent ad cõſequendam remiſſionem peccatorum à diuina largitate; & quidem quod oratio multum vtilis ſit ad conſequendam remiſſionem peccatorum, teſtatur Saluator Luc. 18. inducens publicanum orantem: Deus propitius eſto mihi peccatori, ſic enim conſecutus eſt veniam. De ieiunio verò teſtatur Ioel in perſona Dei. Conuertimini ad me, inquit in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, ibi enim ſubiũgitur. Quis D ſcit, ſi conuertatur Dominus, & ignoſcat? & ſic de ſimilibus. Supra hanc autem vim ſimplicẽ, tradit ſacra ſcriptura maiorem quandam vim impetrandi in obſeruatione vniuerſorum mãdatorum Dei. Ezech. enim 18. Docemur quod conuerſio impij ad faciẽda mandata legis, terminatur ad remiſſionem peccatorum, dum dicitur: Et

Digitized by Google

Et dixiſtis non eſt æqua via Domini, audite ergo, domus Iſrael; Numquid via mea non eſt æqua? Nonne viæ noſtræ non ſunt æquæ, cum enim auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in ea iniquitate, quam operatus eſt; & cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit, conſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita, viuet, & non morietur; ex quibus diſcimus tantam eſſe Dei largitatem, vt à ſordibus conuerſis ad iuſtitiæ, & miſericordiæ opera, ſe ipſum obtulerit arguendum Deus, ſi non remittat peccata præterita. Ex diuinis ergo reuelationibus habemus bona, quod impiorum opera non ſunt ſolum vtilia ad remiſſionem peccatorum, ſed cum ex corde redeunte ad Deum prodeunt, ita comitem habent diuinam benignitatem, & vt terminentur ad remiſſionem peccatorum, & tanquam ex conuentione, impetrent illam. Verè benigniſſimus erga nos eſt Deus, prouidendo, vt quam in ſtatu peccati mereri non poſſumus remiſſionem peccatorum impetrare oratione, ieiunio, eleemoſinis, aliiſque bonis operibus valeamus. In hoc enim immenſa charitas diuina erga peccatorum ſalutem cõmendatur, vt etiam noſtris, quamuis impiorum bonis operibus vim impetratiuam remiſſionis peccatorum largiri dignata ſit: ex quibus patet inducendos eſſe peccatores ad bona opera, quia verè vtilia ſunt, ad remiſſionem peccatorum impetrandam, & A aſſequendam, cum deuotè fiunt. Hæc Caietan. in opuſcul. tom. 3. tract. 10. cap. 10.

493. *Quæritur quot valores habentur in vnoquoque bono opere, ex charitate facto, & qui fructus cõſiderari poſſunt, plurimum iuuantes?*

Reſpondetur primum valorem eſſe meriti de condigno, qui in eo conſiſtit, quod pro illo danda eſt gloria in cœlo, ex iuſtitia, & lege Dei, iuxta illud: Qui dederit potum aquę frigidæ in nomine meo. Secundus fructus eſt, impetratio, quia per actus bonos in charitate factos impetramus à Deo noſtras petitiones. Et hæc etiam poteſt dici meritum, non de condigno, ſed de congruo. Nulla enim lege tenetur Deus omnes noſtras petitiones concedere in particulari, quamuis ſit congruum, vt illis annuat, quando pertinent ad ſalutem, immò quatuor conditionibus comitantibus precationem, quas refert D. Thom. in materia de oratione ſupra, quæſt. 83. artic. 16. vt ſuperius nos adnotauimus, infallibiliter obtinemus petita; Tertius valor in opere ex charitate facto inuentus eſt: quod valet ad ſatisfactionem pœnæ debitæ pro peccatis, idque ex iuſtitia, vt communiter dicunt Doctores in materia de ſatisfactione. Quod à nobis in præſenti, vt notum ſupponitur, ne in ſingulis probandis diutius immoremur. Sed eſt inter hos valores, aut fructus talis differentia; quod primus ſcilicet meriti de condigno non poteſt

Digitized by Google

alteri valere, quàm facienti opus, vt A communiter Doctores docent in materia de gratia. At verò valor ſecundus, qui eſt impetratio, & tertius, qui eſt ſatisfactio, poteſt alteri applicari, immo Summus Pontifex per indulgentiam conceſſionis applicat quotidie fidelibus ſatisfactiones ſanctorum, valentque illis non ſolum ex congruo, ſed etiam de condigno. Cur ergo Miſſæ celebratio inter bona opera computetur, quod B omnes iſti tres valores, aut fructus illi correſpondeant, erit neceſſe, nempe meritum de condigno, quod ſolius erit ſacerdotis celebrantis, impetratio, & ſatisfactio, quæ etiam poterunt prodeſſe alijs. Sic ait ipſe Arragona ſuper D. Thom. in eodem art. 3. præfatæ quæſtionis 85. in ſecunda ſecundæ.

494. *Quæritur, an qui vult permanere obſtinato animo in peccato veniali, & eligit in illo mori, & ſic obſtinatus moriatur, poſſit ſaluari?* C

Videtur huiuſmodi homo non poſſe ſaluari, quia qui ſic moritur, videtur per contemptum peccare, qui quidem contemptus ſemper eſt damnabilis, cum non curet vitare illa, quæ videt Deo diſplicere. D

Reſpondetur, idem eſt dicere non velle dolere de peccato veniali in morte, & dicere, hic obſtinato animo, decreuit mori in peccato veniali, pro tanto habetur, vt ſupra dictum eſt, hic non videtur mortalis culpa, quia non propter hoc ponitur hic vltimus finis, quod mortale eſſet. Ponere vltimum finem in aliquo veniali, eſt quando quis agere vult veniale, licet Deo diſpliceret, ita vt nollet illud relinquere, quamuis gratia Dei deſtitueretur, tunc magis curat implere ſuam uoluntatem, quã Dei voluntatem, & eius dilectioné, vt ſuæ ſeruiat concupiſcentiæ. Et idem eſt, quando quis ordinat, vel intendit aliquod veniale ad mortale, vt eſſet otioſum verbum de ſe ad complendum aliquod mortale. Nec præterea quis dicendus eſt peccare per contemptum, qui non curat vitare venialia, cum venialia ſint ſimul cum gratia Dei, non enim tollunt illam, vt ſanctus Thomas ait 4. ſentent. diſtinctione 22. quæſtione prima, articulo 3. quæſtiuncula prima, ad 1. Sed bene qui non curat vitare mortalia, hic ex contemptu peccare videtur. Et ita putamus eſſe reſpondendum, ſaluo tamen ſemper in hoc, & in alijs cunctis aſſertionibus noſtris, iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius aſſertioni, & correctioni me humiliter ſubmitto, ac aliorum Theologorum diſciplinæ. Et quamuis ſanctus Doctor in quæſtione de malo, quæſtione ſeptima, artic. 2. dicat quod non ſit probabile, vt aliquis in charitate exiſtens, & cognoſcat morti proximum ſe eſſe, non pœniteat de omnibus, etiam venialibus peccatis, non propterea aſſerit eſſe impoſſibile, ſed tantum dicit, nõ eſt probabile. Sed ponamus quod hic caſus detur, vt quis in morte nolit pœnitere de aliquo veniali, & ſic moriatur, vtrum damnetur? Videtur non damnari, ſaluo meliori iudicio, & ratio eſt, quia veniale peccatum,

ſtat

Digitized by Google

ſtat cum gratia Dei, vt ſupra dictum A
eſt.

Si ergo decedit cum gratia Dei non damnabitur, ſed in purgatorio purgabitur eius culpa venialis: Diximus enim ſupra, quod in purgatorio eius culpa venialis purgatur.

Quod autem voluntas obſtinata peccandi venialiter non ſit mortale, nec excludat a regno cęlorum, ſed in purgatorio purgetur, expreſſe habetur ab ipſo ſancto doctore loco citato quæſtione ſeptima, de malo circa finem vndecimi articuli, qui ſic inquit. Sed quandoque contingit, quod aliquis in ipſis actibus peccatorum venialium, vel in propoſito venialiter peccandi, occupantur ſomno, vel aliqua paſſione auferente vſum rationis, & præueniuntur morte, antequam poſſint habere vſum rationis. Quibus manifeſtum eſt, quod in hac vita peccata venialia non dimittuntur: & tamen propterea non impediuntur perpetuò a vita æterna, ad quam nullo modo perueniunt, niſi omnino immunes ab omni culpa effecti. Et ideò oportet dicere, quod uenialia remittuntur eis poſt hanc vitam, etiam quantum ad culpam. Ex quibus verbis liquidò conſtat, voluntatem firmatam in peccato veniali, non obſtare, quin aliquis ſaluetur.

*

495. *Quæritur declaratio ſuper illis verbis Diui Auguſtini, quando dicit, nullum eſſe peccatum veniale, quin fiat mortale, dum placet. Et qui ſint effectus Euchariſtiæ?*

RESpondetur, quod quamuis ſupra in præcedenti quæſito, fuerit facta declaratio Diui Auguſtini verborum. Tamen ex Diuo Tho-
B ma ſuper eiuſdem verbis iterum repetemus, cum ſit ſententia valde pōderoſa, quia prima facie, in eius intellectu facile quis poſſet errare. Dicit ergo Diuus Thomas, quod Auguſtinus loquitur de illa cōplacentia, quæ conſtituit peccatum mortale, dum quis ſic delectatur de aliquo veniali, & ſic placet ei, quod ponit finem ſuũ in illo, & anteponit illud Dei amori; & ſunt eius verba formalia hæc: Pla-
C centia, nunquam de veniali, facit mortale, niſi in tantum creſcat, quod adhibeatur ei, vt fini, & per conſequens ſupra Deum diligatur, & ita in contemptum Dei talis placentia adducit, quę habet de ſe ſpecialem actionem, & rationem peccati, & propter hoc circunſtantia trahens in aliam ſpeciem. Hæc ille 4. ſentent. d. 16. q. 3. art. 2. quæſt. 4. in reſpon. ad 2. Immo ſanctus Doctor loquens cō-
D tra opinionem illorum, qui aſſerebant, quod non poterat quis mori cum veniali ſine mortali, & quod poſt hanc vitam non dimittebatur aliquod peccatũ, quoad culpam; diffuſius, & clarius oſtendit qualis ſit ſenſus præfatæ auctoritatis S. Auguſtini, ſic dicentis, nullum eſſe peccatum veniale, quod non fiat mortale,

dum placet. Ita dicit: Contingit autem quandoque, quod aliquis dormiens moritur in gratia exiſtens, qui cum veniali obdormiuit, & talis non poterit actum contritionis habere de veniali antè mortem. Non poteſt dici, vt illi aiunt, quod ſi non pęnituit actu, vel propoſito, in generali, vel ſpeciali, quod ſit verſum in mortale, propter hoc, quod veniale ſit mortale, dum placet: Quia non quælibet complacentia venialis facit peccatum mortale, aliàs omne veniale eſſet mortale, quia quodlibet veniale placet, cum ſit voluntarium: ſed talis complacentia, quæ ad fruitionem ſpectat, in qua omnis humana peruerſitas conſiſtit, dum rebus vtendis fruimur, vt Auguſ. lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 3. 4. 31. 34. Hæc Diuus Thomas 4. ſententiarum, diſt. vigeſimaprima, quæſt. 1. artic. tertio, quæſt. 1.

Fructus autē Euchariſtiæ hi ſunt; Dęmonem fugat, fomitem refrigerat, maculam cordis mundat, iram Dei placat, intellectū ad ſe ipſum cognoſcendum illuminat, voluntatem, ſiue affectum in dilectione Dei, & proximi inflammat, memoriam ſpirituali dulcedine delectat, totū hominem in bono confirmat, ab æterna morte liberat, merita bonæ vitæ multiplicat, ad patriam æternæ vitę deducit, & ad æternam vitā corporis reſuſcitat. Hæc ex D. Thoma, opuſculo quinquaſimo octauo, cap. 21. 22. & 23. & finitur tractatus de Euchariſtia.

496. *Quæritur, an qui habet triticum purgatum, cui admiſceat glebas terræ, vt menſura creſcat, vendendo ipſum ſic mixtum peccet, & teneatur ad reſtitutionem?*

Reſpondetur, quod profectò eſt res non ſatis patens: nam videtur licitè id pretij communis potuiſſe reportare, qui ſi huiuſmodi triticum collectum eſſet cum terræ glebis, ſic ab alijs agricolis ex àrea reportari ſolet, non tenetur iſte illud repurgare, ſed ſic vendere, ergò videtur culpa carere, ſi id modicum terræ immiſcuerit, cum quo reliquum aliòrum triticum ſolitum eſt communiter inueniri. Medina hunc caſum proponens dicit, nonnihil eſſe diſcriminis inter vtrumque caſum, quia in primo vendens triticum cum glebulis terrę, ſicut ex area collectum eſt, nihil machinatur fraudis, exponens illud venale. Cæterùm in ſecundo caſu, quando immiſcetur aliquid terræ, videtur fraus eſſe: & ſic concludit Medina, quod ſit contractus inualidus, & venditor tenetur reſarcire damnum emptori.

At profectò licet apud me non parum Medinæ auctoritas valeat, tamen eius ad hunc caſum reſponſio non ſatis omnibus arridet, quia cum fraus hæc non imminuat pretium iuſtum tritici, non video quomodo iudicat reatum alicuius reſtitutionis. Nam ſi alius agricola triticum ſuum ex area communiter eductum, cum aliquibus glebis terrę non im-

immixtis ex induſtria, ſed ex ſolo A areæ contractis, vendat iuſto precio communi, non iniuſtè facit. Sed precium iſtius tritici par eſt, eo, quod quia puriſſimum erat, facta ei terræ mixtura, non facit illud deterius, quàm aliud triticum, quod cum ſimili, aut æquali quantitate glebarum ex area colligi ſolet. Ergo nulla inæqualitas eſt vendere illud, ſicut valet aliud triticum tantundem, & communiter impu- B rum a terra. Opinio tamen Medinæ tuta eſt, & laudabilis.

Secus eſſet venditurus triticum, ſi de induſtria humido loco reponeret, quatenus ex humiditate contracta turgeſcens, inde menſuras plures impleret, quia hic proculdubio interuenit fraus, damnum inducens, ac per conſequens reſtitutionem, tum etiam, quia triticum humectatum corruptionis non C nihil ſolet contrahere, tum quia poſtea dum exſiccatur in quantitate, & menſura extenuatur. Immo ſi quis non ex induſtria feciſſet, ſed poſtea ſic deterioratum ſuum triticum reperiſſet, tenetur illud vendendo, ratione huius pretium vilius exigere. Hæc præfatus Lopez ibidem 42. capite, ſecundæ partis.

497. *Quæritur, an ſit vſurarius ille, qui debitorem expectat vltra terminum præfixum, ſi aliquid plus ab eo exigit, ratione expectationis?*

VIdetur, quod vſurarius non ſit in hoc, quia poſtquam debitor eſt in mora, poteſt creditor exigere intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ut aliàs diximus.

Reſpondetur tamen, quod planum eſt ob talem moram dilationis ſolutionis, etiam inuito creditore, a debitore aſſumptam, ſecluſa ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ſi nihil horum ex tali dilatione creditor patiatur, non poteſt a creditore aliquid vltra ſortem exigere, quia eſſet vſura. Secus ſi talis ratio lucri ceſſantis, aut damni emergentis interueniret, quia tunc ad inſtantiam debitoris de hoc admoniti, ſi protraheret tempus ſolutionis, poſſet ratione talis lucri ceſſantis, aut damni emergentis, aliquid vltra ſortem recipere. Secus eſſet, ſi ipſe cauſa aliquid plus recipiendi, ſua ſponte ſe offerret ad præſtandam maiorem dilationem, & non ad petitionem alterius: quia tunc caſus hic vſuræ labe non caret.

Præterea ad hoc propoſitum quæri ſolet, vtrum domini agrorum immunes ſint ab vſura, qui hac conditione colonis pecuniam, aut frumentum mutuant, ut priſtino D pretio, quo ſoliti erant coloni conducere tales fundos eos conducant, quando iam tali pretio coloni eos conducere renuunt. Et videtur, quod hoc citra vſuram facere poſſint, quia per id mutui non intendunt, niſi quod pretium iuſtum penſionis, quod antea coloni ſoluerent, modo ſoluant, & nihil amplius. Sotus in libro de iuſti-

Digitized by Google

tia,& iure, id non eſſe licitum aſſeuerat, & id Nauarrus affirmat. Igitur pro hac deciſione Frater Ioannes della Penna aliter decidit, & primo dicit: Si ipſi Domini agrorum ſpontè ſe offerunt ad præſtandum iuſto pretio boues, & inſtrumento ad inducendum colonos, agricolas, vt augeant conductionis pretium, quòd aliàs non augerent vſuram eſſe exiſtimo. Sicut ſi huius rei gratia mutuarent frumentum. Hæc concluſio eſt Nauarri, & Soti. Et ratio eſt quod ibi ſit vſura, quia ratione iſtius pręſtationis mutui, accipiunt plus pretij, quàm eſſent accepturi.

Si verò ad inſtātiam,& petitionē agricolarum,cū per plures annos ineunt conductiones fundorum contractum, domini agrorum obligatione ciuili,& inſtrumētali,ſe aſtringūt ad præſtandum boues, & inſtrumenta agriculturę ſuo iuſto pretio poſtea ſoluenda, & ſi ſic ſe obligent ad victualia, vel ſemina neceſſaria mutuanda, ſi ratione huius obligationis ciuilis aliquid modicum exigant amplius,quam non eſſent ſine illa recepturi,non videtur condemnandū, quia obligatio hęc, cum ſit ciuilis,& per plures annos conſueta,eſt exiſtimabilis pretio. Ergo cum non vltro, ſed ad inſtantiam agricolarū ſe Domini agrorum ad prędicta aſtrinxere,aliquid pro ea accipere, culpa vſurę vacare videtur. Hęc præfatus Doctor Lopez,cap. 59. ſecundę partis.

A 498. *Quæritur, quando quis vendit rem actuali venditione,etiam ante pretij ſolutionem ſit ne vſura ſi fructus rei venditæ, quia non eſt ſibi ſoluta pecunia, venditor uelit facere fructus ſuos?*

Reſpondetur, quod Silueſt. cum alijs pluribus Doct.& Theologis, non approbat hunc cōtractum, ſcilicet, quod ſit facta iam actualis vēditio,& ꝙ ratione precij nō ſoluti venditor fructus faciat ſuos. Et primo probatur, quia de re aliena, cuiuſmodi eſt poſſeſſio actualiter vendita,non licet fructum accipere.

Secundo probatur, quia poſtquā res eſt vendita, etiamſi non ſit tradita, iam ex tunc, niſi in caſibus quibuſdam exceptis,dominium, & periculum manet apud emptorem: ergo emptori, & non venditori ex tempore actualis venditionis debet fructificare.

C Tertiò probatur, quia illi fructus videntur haberi, ratione dilationis temporis, quę concedit dilationem ſolutionis pretij,quod videtur ſapere vſuram,per cap in ciuit.de vſuris. Quare vſurarius eſt contractus, ſi vendens actualiter poſſeſſionem, paciſcatur ſic, accipiā interim fructus, dum non ſoluis pretium, non computādo eos in ſortem: niſi fortè principaliter feciſſet ad ſeruiendum amico & ad inſtantiā amici,aliàs volens
D vendere, quia eam poſſeſſionem nō eſſet uenditurus, quia tunc ratione intereſſe poſſet illos fructus accipere, maximè dum apud ſe ſuſciperet periculum, vel ſi maneret domus, aut poſſeſſionis periculum apud amicum emētem aliquid ęqualiter de fructibus ei refunderet in

hoc

hoc caſu pro periculo, donec pretiũ ſolueret, atque in hoc caſu, ſoluta pretij parte pro rata emptori remittenda eſſet pars fructus. Hæc Syluest. verbo, Vſura. 2.q.11.& Lopez ibidẽ vt ſupra cap.60. ſecundæ partis.

499. *Quæritur quando venditor tranſacto termino quo pecuniam non poſſit habere rei venditæ, an fructus poßit facere ſuos poſt moram ſolutionis?*

RE ſpondetur, quod ſecluſa cauſa, & fraude vſurarum, ſi bona fide malit in termino ſibi reddi ſuum pretium, quam illos fructus percipere, & ſi impotentiam ad ſoluendum in termino non nouerit, ſed putet poſſe ſoluere, ſi ad coarctandum illum ad ſoluendum, venditor de illa pęna paciſcatur, vt tranſacto termino emptor amittat fructus: in hoc caſu poſt terminũ pręfixum, aut ſi fuit in pactũ & non fuit certus terminus ſolutionis pęnæ fixus, poſt mentionem factam à vẽditore, ſi debitor, id eſt emptor nõ ſoluat pretium, poterit venditor tales fructus exigere donec emptor ſoluat, & idem poſſet exigere ratione damni emergentis, ſi quid ſibi emergit, ex nõ facta ſibi ſolutione, ſed ratione lucri ceſſantis, à principio ſic paciſci non eſt tutum. Sed bene licet ſic paciſci ratione pęnæ conuentionalis.

Adhuc incompleta manet quęſtio, ſi è contrario hic non inueſtigemus: ſi venditor recipit pretium poſſeſſionis, & nõ tradit poſſeſſionem, an fructus eius faciat ſuos. Videtur quod adhuc illos fructus poſſit ſibi vendicare, quia cum poſſeſſio eius non ſit tradita emptori, periculo eius vide- A tur ſtare, ergo adhuc pro eo, & non pro emptore videtur fructificare.

Pro reſponſione ſit hęc prima concluſio. Venditor cum iam ſemel recepit pretium, tenetur reſtituere poſſeſſionem, & fructus perceptos poſt vẽditionem, neque de hoc vllatenus ambigitur, cum ẽt probatum reliquerimus, qđ poſt actualem venditionẽ, ẽt ante ſolutionem pretij fructus rei vẽditæ, vẽditor nõ poſſit facere ſuos.

B Secunda Cõcluſio, ſi venditio fuit conditionalis, ita quod venditor non teneretur tradere rem, donec integrũ ſibi pretium redderetur: tunc venditor iuſtè retinet fructus. Patet, quia ex voluntate emptoris, tũc retinet, ex pactione iuſta, dummodo ſicut tunc ex pacto fructus cedant venditori, ſic etiam ei cedat periculum domus, vel poſſeſſionis, quos quid an non ſatis explicuit.

C Tertia concluſio. Si venditio fuit abſoluta ſine conditione vlla, etiã ante ſolutionem pretij, non poteſt creditor vſurpare ſibi fructus, fructus autem retinere poteſt poſt moram ſolutionis, ſi poſſeſſionẽ non tradidit, ſed penes ſe illam habet in recompenſationem pretij. Quos certè fructus tenebitur computare in ſortem pretij, cum reliquũ pretij ſibi ſoluatur. Hęc ille Lopez, ibidem vt ſupra præcedẽ. D quæſito, cap.60. ſecundæ partis.

500. *Quæritur an qui vendit oues centum incertas, ideſt non ſignatas de grege mille ouium ſignato & certo, ante traditionem poßit ſibi fructus earum facere ſuos?*

RE ſpondet breuiter, quia cum ſecundum ius ciuile ad eum perti

neat fructus rei, ad quem pertinet rei fructificantis dominium, & periculum, & quia ſecũdum Syluest. verbo, emptio. §. 3. per illam abſolutam venditionem iam translatum fuit dominium iu emptorem illarum centum ouium determinantes ſiue per indiuiſum de illo grege ſignato mille ouiũ: & quia res perit domino ſuo, & quia emptor in hoc caſu illarum centum ouium eſt dominus, ſicut ſibi pereũt, ſi pereunt: ſic ſibi debent fructificare, & nõ venditori; quod ſi perierint nihilominus pretium repetere nõ poterit, etiam ſi apud venditorem perierint; & etiam in hoc caſu interitus ouium, ſi pretium non fuit ſolutum, non poterit excipere in foro exteriori, vt illud non ſoluat, niſi venditor fuiſſet in mora tales oues tradi, quia illud pretium contra alios non erat ſolutum, vel ſoluendum venditori ſine cauſa, ſed cauſa emptionis. Vnde ſi ſolutum eſt, nõ eſt iu hoc caſu repetendum, & ſi non erat ſolutũ, tamen in conſcientia, etiam mortuis omnibus eſt ſoluendum, ita Syluest. ibi.

Secus eſt, quando vendantur incertæ oues de incertis gregibus, quia tunc quouſque eas tradat venditor apud ſe ſtat earum periculum, ideo ſui erũt fructus. Sciendum eſt ſecun-

A dum Syluest. verbo, emptio. quæſt. 3. quod ratione contractus emptionis, & venditionis eſt, quando non eſt aliud conuentum, quod ex quo initus eſt pertineat lucrum, & periculũ rei emptæ ad emptorem, licet res tradita non ſit. Et talis regula datur. Aut venditio fit purè, id eſt ſine conditione, & ſine ſcriptis, aut caſu tantum, quo conuentum eſt, vt nõ valeat venditio antequam ſcriptura ſit facta.

B Secus ſi à principio ſimpliciter cõtrahatur, & poſtea ad probationem fiat inde ſcriptura. Cum igitur ſit purè, & ſine ſcriptis iſto prædicto modo, & cum eſt emptio certæ ſpeciei non indigentis deguſtationem, ſicut periculum ſtatim ſic, & fructus tranſeunt ad emptorem: Si autem non in ſpecie, id eſt in ſingulari venditum ſit, ſed ad menſuram venditio fiat: pe-
C riculum eſt venditoris donec ſit menſuratum: & ſi emptor nolit menſurare, tunc venditor etiamſi nihil dixit de expeditione vaſorum, poteſt corã teſtibus menſurare, & effundere monito prius emptore, ſi vaſa ſunt venditori neceſſaria propter vindemiã, vel nouam, vel iſtam rationem. Hæc ille. Lopez ibidem vt ſupra in præcedenti quæſito eodem cap. 60. ſecundæ partis.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS DE SVSPENSIONE QVIBVSCVNQVE CASIBVS INCVRRATVR.

QVAMVIS in primo libro noſtro impreſſo materiam hãc de Suſpẽſione aliqualiter tractauerimus, tamen, quia nimis breuem eam eſſe cõtemplati fuerimus, viſum eſt nobis iterum eandẽ latius protelare, præcipuè in hoc, vt videamus quot modis, & quibus de cauſis eam ſuſpenſionem quis incurrere poſſit; Quod mihi videtur quam neceſſarium eſſe, ne quis ignoranter eam incurrat cenſuram, vnde poſtea innumera eueniunt inconuenientia. Præſertim quia hic adducemus aliqua ab alijs nunquam notata, quia nouè inuenta, & à Cõcilijs, Summiſque Pontificibus, his temporibus ſtatuta.

In primis ergo quęritur quotupliciter ſumatur hæc vox, Suſpenſio. Et reſpondetur, dupliciter ſumi. Primò modo, generaliter ſumpta. Secundò modo in ſpecie, prout eſt cenſura eccleſiaſtica. Sylueſt. Caietan. Nauarr. num. 151.

Tertiò. Quid eſt ſuſpenſio in genere. Reſpõdetur. Quod eſt prohibitio vſus officij, vel facultatis alicuius: vt multis allegatis iuribus, probat gl. in

A Clem. Cupientes, de Pœnis. Abb. & alij in rub. de ſent. excom. & in c. ſi celebrat. de Cleric. excom. & multi alij, quos refert, & ſequitur Nauar. & Epiſcopus Scalentis ſupra cap. 8.

Quarto. Quæritur, Quid eſt ſuſpẽſio particulariter, & in ſpecie prout hic ſumpta? Reſpondetur. Quod licet diſſinitio Syluest. Caiet. Nauar. & aliorum ſupra, videatur eſſe, & ſit ſuf-
B ficiens: vberior tamen, iuriq; conformior eſt illa, quę colligitur ex Maiolo, de Canonicis impedimẽtis, lib. 3. c. 19. & ex Epiſcopo Scalenſi de ſuſpen. c. 8. quæ talis eſt: Suſpenſio eſt, Cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus ſecularis, vel regularis ob aliquã culpã, à iure, vel à iudice à beneficiorũ, officiorum ordinum, vel Eccleſiaſticæ iuriſdictionis executione, in totũ, vel in partem, perpetuò, vel ad tem-
C pus prohibetur: Colligitur ex c. 1. §. fin. de ſent. excom. lib. 6.

Sed cum quaſi idem videatur ſonare Suſpẽſio, & Interdictum. Quæritur. V. idem ſint. Reſpõdetur, quod non. Nam excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio, in quibuſdam differunt; in multis alijs conueniunt. Conueniunt autem (vt tradit Nauar. cap. 27. num. 164. & eum ſequutus Epiſcopus Scalenſis de Interd. c. 1.) in nouem.

Primo.

Digitized by Google

Primò, conueniunt in hoc, quòd quælibet earum eſt cenſura Eccleſiaſtica, c. quærenti, de verbor. ſignifi. & communis.

Secundò, quod quælibet in ſcriptis debet fieri, & cum cauſa in eis expreſſa, c. 1. de ſent. excom. lib. 6.

Tertiò, quod nullam earum ſuſpẽdit appellatio ſubſequuta, & quamlibet annullat præcedens cap. is cui, §. fin. eod. tit. in 6. & c. Ad hæc quoniam, de appell.

Quartò: quod quælibet debet præcedere monitio, ca. Reprehenſibilis, de appell. cum fertur ob contumaciã, & non cum in pœnam, ca. 2. de conſtit. lib. 6. cap. Quamquam, de cenſib. eodem libro.

Quintò, quod quælibet eſt nulla cum fertur ſine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes excommunicatis a ſe, cap. ſtatuimus, iuncto cap. ſtatutum, de ſententent. excom. lib. 6.

Sextò, quòd quælibet impedit à diuinis, excepta illa ſuſpenſione, quæ non fit ab eis, c. Paſtoralis. §. Verum, de appell. iuncto d. c. is cui.

Septimo, quòd in abſolutione omnium iuratur, c. venerabili, & c. ex tenore, de ſent. excom.

Octauò, quod nulla earum contra receptos in filios ſpeciales Papæ ab ordinario ferri poteſt, c. 1. de verbor. ſignific. lib. 6.

Nonò, quod quælibet eſt à ſuperiore ſeruanda, cap. cum ab eccleſiarum, de offic. ordin. imò & à ferente quouſque eam tollit. Calderin. de interd. memb. 1.

Differunt etiam in ſeptem: quę poteris videre in Nauar. & epiſcopo Sca A lenſi ſupra, & Sot. in 4. diſt. 21. quæſtio. 3. art. 1.

Quęritur, quotuplex ſit ſuſpenſio? Reſpõdetur, primò, aut loquimur de ſuſpenſione in genere, aut in ſpecie, prout eſt cenſura. Secundò, reſpondetur quod ſuſpenſionis in genere tria annotantur genera. Primum genus eſt, quando quis, quo ad ſe tantũ pro aliquo crimine ab officio ꝓhibetur, vt in c. vltimo, 28. diſt. & c. noſtra, de B cohabit. cler. & mul. quæ dicitur minor ſuſpenſio. Secundum eſt, quoad alios. Et eſt, quando alicui celebratio non interdicitur, ſed tantum alijs auditio prohibetur. Et hęc ſuſpenſio impropria dicitur. Tertium eſt, quando quis quoad ſe, & quoad alios eſt ſuſpenſus. Quando. ſ. aliquis a iure, vel à iudice ab officijs ſuis ſuſpenditur. Quæ ſuſpenſio maior appellatur: & eſt cenſura, de qua hic agimus. Quæ C oĩa colliguntur ex Abb. in cap. ſi celebrat. de cler. excom. num. 4. & ex communi, ibi. relata, & confusè declarata a Nauar. c. 27. nu. 153. melius tamen, & clarius ab Epiſcopo Scalenſi, c. 5. & alijs. Silueſt. in prin. & nu. 1.

Quæritur; quotuplex eſt hæc propriè dicta ſuſpenſio maior, & cenſura? Reſpondetur, triplicem eſſe: Quædam eſt ſuſpenſio officij, & beneficij ſimul, vt in c. tuarum, de priuil. Altera officij tantum, vel partis eius. Ter-D tia beneficij, vel rei ad illud pertinentis. Gloſ. in clem. cupientes, de pœnis. S. Thom. Silueſt. & alij Nauar. num. 154. & Epiſcopus Scalenſis, c. 5. & 8.

Quæritur, quæ differentia ſit inter irregularitatem, & ſuſpẽſionem? Reſpondetur: Primo, quod ſuſpenſio eſt vna ex tribus cenſuris Eccleſiæ, vt in cap.

Digitized by Google

cap.quærenti,de verbor. ſignifi.Irregularitas autem non. Secundò,quòd non rectè conuertuntur ad inuicem. Nam omnis irregularitas,eſt,& dicitur ſuſpenſus, non autem omnis ſuſpenſus eſt irregularis. Tertio,quòd ſuſpenſio tantum pertinet ad clericos regulariter; irregularitas verò etiã laicos comprehendit, vt benè declarat epiſcopus Scalenſis,c.1.& 2.

Differũt etiam alio modo inter ſe, quod ſuſpenſio vtriuſq; ſexus homines reſpicit; irregularitas autem tantũ viros, quia moniales ſuſpendi poſſunt,irregulares verò fieri minimè,vt tradit d.c.2. licèt confuſè epiſcopus Scalenſis.

Quia diximus ſupra ſuſpẽſionem aliquã eſſe minorem: Quæritur quot modis illa incurratur? Reſpondetur: Duobus modis incurri. Primò, quotieſcunque quis in aliquo interiori, vel exteriori peccato mortali exiſtit, ſuſpenſus eſt ab executione ſuorum ordinum,ita,quod ſi alicuius ordinis officium ſolemniter exerceat, vt talis ordinis miniſter;peccat mortaliter;irregularitatem tamen non incurrit. Qualiter autem ſe poterit tunc à mortali per contritionem excuſare, & in quibus ſacramentis; vide ſupra in 1. par.de ſacramentis in genere, ad fin. notab.3.

Secundo modo: quando quis aliqua eſt minori excommunicatione ligatus,talis etiam a ſuſceptione ſacramentorum eſt ſuſpenſus per tex.(ubi communis)in ca.ſi celebrat.de cleric. excom miniſtr. vt diximus ſupra de minori excommunicatione.

Quæritur.V.Tali minori ſuſpẽſione innodatus de facto celebrans, vel A alia Sacramenta adminiſtrans,vel ſuſcipiens,incurrat irregularitatem?

Reſpondetur, quod licet regulariter mortaliter peccet, nullam tamen irregularitatem incurrit. vt patet ex ca.ſi celebrat. de cler.excomm. & ibi communis Nauar.ca.27.nu.24 Epiſcopus Scalenſ.de ſuſpenſ. c.5.& diximus ſupra de minori excommunicatione.

Quæritur, vtrum poſſit quis abſq; B mortali peccato tales minori ſuſpenſione ligatos inducere ad celebrandum, vel alia ſua officia exercenda? Reſpondetur:quod non,niſi alius haberi non poſſit. Quia in tali neceſſitate,ſacramenta ab eo accipiens, excuſatur, maximè ſi eſt meus parochus, vel ſuperior toleratus. Quia in tali caſu petens ab eo ſacramenta vtor iure meo.S.Tho.& Palud.4.diſt.24.q.1. art.3.Idem S.Thom.3.p.q.64.art.9. C Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c.5. & qualiter hoc ſit intelligendum,ét in maiori excommunicatione innodato,non tamen denunciato, vide ſupra de excommunicatione maiori, nu.79. & hæc de primo genere ſuſpẽſionis,ſcilicet,quoad ſe.

De ſecundo genere, id eſt, quoad alios,quæritur, quis dicatur ſic ſuſpẽſus, de hac ſuſpenſione impropria? Reſpondetur. Talem dici clericũ pe- D regrinum,ideſt,alienigenam,qui publicè celebrare non poteſt, niſi prius teſtimonium ſuæ ordinationis (quas literas dimiſſorias vocamus) oſtenderit,vt habetur in c.3 de cler.peregrinis.Concil.Trid.ſeſſ.23. de Reform. c.16.& alia Concil.quæ affert Sotealus,verbo,Literæ.Notat Nauar.c.27. nu.153.Summiſtę, maximè Armilla, verbo,

Digitized by Google

verbo, Peregrinus, nu.3.Epiſcopus Scalen.de ſuſpen.c.6.ſecreto autem, ideſt,in loco occulto deuotionis cauſa celebrare poterunt. Omnes ſupra. Pro quo,nota, quod licet ius antiquũ in tit.de cler.peregr. & Concil.Trid. ſupra,tantum agant de clericis peregrinis:hodie tamen in vniuerſum ſeruatur, non tantum peregrinos clericos,ſed etiam ignotos (ideſt qui non ſunt eiuſdem diœceſis,)literas dimiſſorias portare debere. Quæ literæ ſigillum cognitum habere debent, ſecundum omnes.

Quæritur,quid ſi tale ſigillum incognitum eſſet? Reſpondetur,ſecundum omnes, maximè Armill.ſupra, quod tales literę debent habere quinque epiſcoporum ſigilla. Quod procedit, ſi talium ſigillorum aliqualis habeatur notitia,pariterque ſigillantium,ſecundum glo.in c.quod ſuper his, de fide inſtrum. vbi Abb. & Felyn.& gloſſ.c.198 diſt.aliàs mille ſigilla non ſufficiunt. Quod procedit de rigore iuris. De conſuetudine tamen vnum ſufficit.

In quo caſu Prælatos, eorumque vicarios oportet diligentiſſimos debere eſſe ſcrutatores;ſunt enim multi (quorum aliquos in fragranti delicto comprehendi) falſarij, apoſtotæ, atque fugitiui, & quod peius eſt celebrantes abſque vllo ſuſcepto ordine. Quamobrem quidam Vicarius amicus meus, ſciens falſitatem quotidie în literis dimiſſorijs reperiri, hac vtebatur cautela(quam nec laudo,nec vitupero)Accipiebat iuramentũ in forma,inquirens a tali clerico,eſſetne excommunicatus, vel aliquo alio vinculo impeditus ad celebrandum? quo

A reſpondente non,licentia celebrandi concedebat. Qualiter nullus ſit admittendus ſine dimiſſorijs, vide cano.34.Apoſt.qui ſic ait:Nemo peregrinorum epiſcoporum, aut presbyterorum,aut diaconorum, ſine commẽdatitijs ſuſcipiatur literis,& ſi eas obtulerit, attẽtius in diſquiſitionem vocantur. Et quidem ſi Prædicatores pietatis fuerint ſuſcipiuntur. Sin minus,vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis ad communionem, & vlterioré ipſos conſuetudinem non admittitote. Multa enim per obreptionem fiunt.

B

Quæritur,vtrũ,aliquo modo differant inter ſe ſuſpenſio maior, quę eſt cenſura, & ſupradictæ duæ minores ſuſpenſiones? Reſpondetur differre inter ſe,in ſequentibus.

Primò, quod ſuſpenſio minor, & impropria non ſunt cenſuræ, nec cõprehenduntur in d.cap.quærenti, de verb.ſignific.

C

Secundò, quod licet exiſtens in mortali peccato ſit prohibitus celebrare,& appelletur late ſuſpẽſio,ſtricta tamen non eſt.

Primò, qaia ſecundum communẽ omnium ſupra citatorum, & aliorũ, ſuſpenſio non eſt peccatum,ſed pęna peccati.

Secundò, quia peccatum mortale antiquitatem ſuam poteſt ab origine mũdi probare. Suſpenſio autem cenſura eſt canonico iure introducta in peccatorum pœnam.

D

Tertiò differunt;quia quãuis peccatum mortale, vel excommunicationem minorem habens,accipiendo ſacramenta,peccet mortaliter, non tamẽ per hoc incurrit irregularitatem,

vt

vt ex d.cap.ſi celebrat, notat Silueſt. Ang. Caiet. Nauarr. & omnes ſupra, & omnes Canoniſtæ, in d.cap. Epiſcopus Scalen.ca.9. Quibus addi poteſt cano.27.SS.Apoſt.qui ſic ait: Si qs Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ob certa crimina iuſtè depoſitus, attingere miniſterium, quod aliquãdo tractauerat, præſumpſerit, omninò hic ab Eccleſiá abſcinditur.

Quartò, quod & ſi vtraque excommunicatio minor, ſcilicet, & a fortiori maior ſuſpendat tali vinculo ligatum, ab omni Eccleſiaſtico exercitio (vt probat Caieta. ſumma, verbo, Suſpenſio, §. 2. & alij) non tamen propterea dicitur ſuſpenſio.

Primò, quia ſuſpenſio diuerſa ſpecies cenſuræ eſt ab excommunicatione, vt ex c. quærenti, de verb. ſignifi. & omnium communi patet.

Secundo, quia licet ſuſpenſio ab executione ordinis; beneficio, iuriſdictione, vel Eccleſiæ ingreſſu ſuſpenſum prohibeat, nõ tamen ſemper eſt peccatũ mortale, ſicut maior excommunicatio.

Tertio, quia excõmunicatus, prius debet ab excõmunicatione abſolui, quã a peccatis (vt ſupra in prima parte de abſolutione diximus) ſuſpenſus verò, poteſt prius ab omni excommunicatione, & a peccatis abſolui, Euchariſtiaque ſacratiſſima cibari, poſteaque a ſuſpenſione abſolui, niſi talis ſuſpenſio fuiſſet a ſuſceptione ſacramentorum, quia tunc prius debet etiam ab illa abſolui. De his, & alijs differentijs, poteris videre ſupradictos, maximè Caieta. & Epiſcopum Scalenſem, c. 9.

Quæritur, vtrum confeſſor poſſit A pœnitentiam ſuſpendere, ſcilicet, præcipiendo ſacerdoti ne celebret vſq; ad tale tẽpus, &c. Reſpondetur, quod licet talis confeſſor poſſit tali pœnitenti ſacerdoti, diacono, vel ſubdiacono talia interdicere, & prohibere iuſta de cauſa, vt ex cap. omnis, de pęnit. & remiſſ. probat communis ibi, & vbique: non tamen talis dicetur ſuſpenſio cenſura, ideoque faciens contra dictam prohibitionem, non erit B irregularis, vt probat gloſſ. communiter recepta in ca. is qui, de ſenten. excommun. lib. 6. poſt Speculato. de diſpen. §. iuxta, num. 32. quem refert, & ſequitur Epiſcopus Scalen. ſupra. Armil. num. 14.

Cum ergo confeſſor tali cenſura ſuſpendere non poſſit. Quęritur, quis poſſit alium ſuſpendere? Reſpondetur: Illum regulariter ſuſpendere alium poſſe, qui poteſt excommunica C re. Silueſt. num. 2. Caietan. & Armil. num. 17. Nauar. c. 27. & omnes communiter.

Quæritur, quis poſſit ſuſpendi? Reſpondetur. Quod licet omnes Chriſtiani vtriuſque ſexus poſſint excommunicari, & interdici, vt tradunt omnes, verbo, Excommunicatio, in quæſtio. Quis poſſit excommunicari, & Nauarr. cap. 27. num. 159. Solum tamen perſonæ Eccleſiaſticæ ſu- D ſpendi poſſunt, vt ex ipſa ſuſpenſionis diffinitione colligit Silueſt. Caietanus, Ange. Armilla, Nauar. & omnes ſupra.

Quæritur, quot modis poteſt quis ſuſpendi? Reſpondetur, duobus modis.

Primò, quando iudex (qui poteſt) illum ſuſpendit, & tunc dicitur ſuſpen-

ſpenſio lata ab homine, de qua, & qualiter debeat dari in ſcriptis, & præmiſſa monitione, vt in excommunicatione, vide Nauar.d.nu.159.

Secundo modo incidit quis in ſuſpenſionem, ipſo iure, multis modis, quos ſummatim ad 39. reducit Armil.num.16. Sed quia oportet multũ notare, oẽs caſus particulariter colligere decreuimus ex diuerſis Silueſt. maxime, qui 40. notauit: Nauar. vero num.154. & Glo. magna in clem. cupientes, de pœnis. & Ang. principaliores colligens tantum poſuit 16. Summa Confeſſorum, lib.3.titu.29. q.5. tantum 14. Medina in ſumma, lib.1. tantum ſex, ponit glo. in clem. cupientes, de pœnis, tantum 25. totidem Nicolaus Ploue. de Suſpen. Epiſcopus Papienſis in additio. ad Sauonarolam, 33. ſignatur. Nos autem ex illis, Epiſcopoque Scalenſi, cap.14. & alijs ſparſim ſequentes proponemus 82. nuſquam ab alio in tã grandi numero collectas.

Prima ſuſpenſio a iure. Omnis in ſacris conſtitutus notorius fornicator eſt ipſo iure ſuſpenſus, tex. in ca. nullus, c. præter hoc, diſt.32. c. ſciſcitantibus, 15.q.8. In qua ſuſpenſione erit donec pœniteat, ca. ſi qui presbyteri ſunt, 81. diſtin. de hoc Couar. late in clem. ſi furioſus 1. par. §.1.nu.5.

Vbi nota. Gloſ. receptam, dicentẽ, quod ſicut ipſo iure incurritur in hoc ſuſpenſio, ſic eodem iure tollitur pœnitentiam.

Secundo nota, quod licet Nauar. c.27.nu.154. tantũ dicat ſuſpenſum presbyterum, & diaconum, in c. autẽ, 25.nu.76. ſecutus Archid. & alios; ſimiliter dicit de omnibus etiam in mi-
A noribus conſtitutis fornicatorijs notorijs.

Tertio nota, quod notorius fornicator erit, quando crimen in iudicio confeſſus eſt, vel peccatum eſt ita notorium, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari. Nauar. latè, c.25.nu.77. Maiolus, d.c.37. & multi alij communiter.

Quarto nota cum S. Tho. & Ray. quos refert & ſequitur Epiſcopus Scalen.
B c.14. Silueſt. Ang. & alij, quod notorium eſt duplex: aliud iuris, vt quãdo quis in iudicio confitetur, vel conuincitur: aliud facti, vt quãdo crimen eſt in populo notorium, vel maiori parte, de quo Nauar. ſupra, Maiolus, ſupra per text. in cap. Sacerdotes, diſtinct.50.

Quinto nota, quod tales adminiſtrando in officio ſuo ante factam pœnitentiam, fiunt irregulares per Papã
C diſpenſandi. Archid. in §. hæc de malis, diſt.32. Silueſt. verbo, clericus, 2. q.8. Ioann. Andr. & Hoſt. in c. veſtra, de cohabit. clericor. facit tex. c. ſi qui ſunt, diſt.81. c. præter, §. verum, diſt. 32. Nauar. c.25.nu.77.

Si tamen, cum eſſet ſuſpenſus minime celebrauit, antequam a ſuſpenſione abſoluatur, non eſt pluſquam ſuſpenſus, in qua epiſcopus poteſt diſpenſare ſecũdum Innocen. & alios.
D
Qualiter autem, & quando taliter ſuſpenſi ſint vitãdi in Miſſa, & alijs, vide Nauar. ſupra, & Epiſcopum Scalenſem, d. cap.14. & alios Doctores ſupra.

Secũda ſuſcipiens beneficium, curatum, aut dignitatem, ſimoniacè etiã occultè, ſub eodem iure eſt, ſub quo recipiens ordinem ſimoniacè: Quia

talis quoque eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam quo ad alios, nec tãtum ab actibus omnium ordinum, ſed & ab administratione temporali ſecundum Innocen. In quo beneficio, vel dignitate ſolus Papa diſpenſat, præcipuè quando ſcientibus beneficiatis eſt cõmiſſa ſimonia, vide tex. in §. Verum, diſt. 33. Sum. Confeſſorum lib. 1. tit. 1. q. 21. & 23. vbi citat multa iura, Epiſcopus Scalenſis d. cap. 14. Couar. in Clemen. ſi furioſus. 2. par. §. 1. num. 7.

Tertia, recipiens beneficium ſimplex, ſimoniacè eſt ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios ab actibus omnium ordinum, & ab adminiſtratione temporali, ſi ſimonia eſt notoria notorietate iuris, vel facti: ſi autem occulta, multum quoad ſe, Syluest. & omnes, maxime Abb. in c. per tuas. de ſimon. S. Thom. Hoſt. & alij, quos cum text. in cap. 1. q. 1. cum alijs, text. in cap. ſi quis dator. 1. q. 3. & melius tractat S. Tho. 2. 2. q. 110. art. 6. vbi Caiet. & Nauar. c. 23. nu. 106. vbi latè, & in cõmentatio de ſimonia, num. 28. tractat optimè Epiſcopus Papiẽſis in addit. Cõfeſſionale Sauonarolę, vbi citat bullam Pij V. Circa ſupradicta nota Can. 28. SS. Apoſt. in hæc verba. Si qs Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatẽ nactus fuerit, deponitur tam ipſe, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abſcinditur, quemadmodum Simon Magus à me Petro. Vide etiam canon. 29.

Quarta, ordinans aliquem ſine patrimonio, vel eum præſentans ad ordines promittentem, vel iurantem ſe, neque ab Epiſcopo, vel ab alio victũ

A petiturum. Omnes ſunt ſuſpenſi. Ordinator a collatione ordinum, præſentator vero a ſuorum ordinum (ſi habet) executione, & ordinatus indiget Papæ diſpenſatione ſecundum Ray. vide Nauar. ca. 27. nu. 158. per text. in cap. 45. de ſimonia.

Circa quam materiam de ordinando ſine titulo. Nota, Primo, quod ſi prima opinio eſſet vera per eandem rationem, eam quoque incurrit, qui

B ordinatur cũ patrimonio, vel alimentis promiſſis, vel donatis ab aliquo, pactus antequam ordinaretur ſe non petiturum poſtquam ordinatus fuerit.

Nota ſecundo, quod qui poſt ordinationẽ remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promiſſum ſine pacto ante ordinationem facto non incurreret. argumento glo. ſingul. in cap. tuis, de

C præbend. & glo. memorabilis in cap. ſi Epiſcopus, eod. ti. in 6.

Tertio nota, quod qui ordinatur cum facultate ſui Epiſcopi, impetrata ad titulum ſui patrimonij donati, & ante ordinationem renuntiati, nõ cenſetur ordinari abſque facultate quoad effectum incurrendi aliam ſuſpenſionem poſitam à Nauar. ca. 27. num. 235. Quia talis renunciatio facta antequam ordinetur, non vide-

D tur valere per communem opin. in c. penult. de ſimon. etiam ſi eſſet iurata. iuxta Fely. & Anan. contra Abb. Hác tamen incurrit, Nauar. c. 27. nu. 158. quos omnes refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſis de ſuſpenſione, ca. 14. verſic. qui ordinat.

Quarto nota, quod non modo qui confert ordinem, vel beneficium cũ ſimo-

Digitized by Google

ſimonia, ſed etiam qui mediator eſt ſimoniæ, ſi eſt publica, ſecundũ Ray. ipſo iure eſt ſuſpenſus, etiam quoad alios, cum quo ſolus Papa diſpenſat. Doctores ſupra.

Quinta ſupenſio, qui ordinantur ab Epiſcopo ſimoniaco in ordine, vel dignitate ſuſcepta, quãtumuis occultè, aut a ſimoniaco nororio in collatione ordinum, aut in collatione, receptione, vel mediatione beneficiorum ordĩnis executionem non recipiunt, ſed ſunt ipſo iure ſuſpenſi, quamuis in ſua ordinatione nulla ſimonia cõmiſſa ſit, hoc enim, quod non habẽt, dare alijs non poſſunt: text. cap. Daibertum. 1. q. 7. & c. ſi quis à ſimoniacis. 1. q. 1.

Verum tamen eſt, quod à talibus ordinati ex ignorãtia facti a peccato excuſantur, ſed ab ipſa executione ordinum, ita receptorum abſtinere debẽt, cum primum ſciuit, quouſque cum eis per Papam diſpenſetur. Si vero ex ignorantia iuris hoc faciant, non excuſantur. vide tex. cum glo. in c. ſi quis. 1. q. 1. Syl. verbo, ſuſpenſio. num. 7. & Epiſcopum Scalenſem, de ſuſpenſ. c. 14. & alios.

Nota etiam circa ordinantes, vel ordinatos ſimoniace. tex. in cap. per tuas. 35. in ordine de ſimonia, & cap. tanta, eodem, & tex. in cap. reperiuntur. 1. q. 1. Sotus lib. 9. de iuſtitia, & iure. q. 7. art. 1. & q. 8. art. 2.

Circa quam ſuſpenſionem, quia periculoſa, ſubtilis, & ſæpe incurritur, libuit ſequentia notare. Primo quod quando ſimonia commiſſa eſt tantum ex parte ordinatoris, ordinato nihil de hoc ſciente, quia v. g. ordinati pater, frater, & amicus aliquid ordinatori donauit, tunc talis ordinati ſuſpenſio à quolibet Epiſcopo relaxari poteſt, vno excepto ordinatore propter eius infamiæ turpitudinem.

Si autem ſimonia commiſſa ſit tantum ex parte ordinati, ipſo ordinatore ſciente, vel ignorante, quia talis ordinatus aliquid Vicario, examinatoribuſque donauit, ordinatus tantum eſt ſuſpenſus, & ſi eſt publica, tãtum poteſt per Papam diſpenſari in gra-
B du ſic ſuſcepto, aut alijs ſuſcipiendis. In alijs autem ordinibus prius recte ſuſceptis Epiſcopus diſpẽſare poteſt; dummodo poſt incurſam talem ſuſpenſionem in nullo ſupradictorũ miniſtrauerit, quia ſic ſuſpenſus in aliquo miniſtrans efficitur irregularis à ſolo Papa diſpenſandus. Maiolus ſupra cum alijs.

Si vero occulta fuerit ſimonia, nõ eſt talis ordinatus ſuſpenſus quoad
C alios. Et tunc Epiſcopus poterit cum tali diſpẽſare. Et licet videatur obſtare text. in c. erga. 1. q. 1. & c. à nobis, de ſimon. nõ obſtant, quia tantum ſit ſermo ibi de dignitate, per ſimoniam habita, ſecũdum ſupradictos, & alios.

Nota tamen primo, quod licet hoc iure antiquo poſſet tantum Epiſcopus in occultis, hodie autem per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. idẽ etiam poteſt Vicarius quilibet ab eo
D ſpecialiter ad id deputatus.

Secundo nota, quod inter alias pœnas, quas talis ſuſpẽſus incurrit, quas ex diuerſis iuribus cõgerit Victoria, & Petrus, & Dominicus Soto ſupra, & alij; vna eſt, quod vltra excommunicationem, & ſuſpenſionem, quas incurrit, efficitur etiã infamis, vt probat late Maiolus lib. 5. c. 45.

Tertio,

Tertio. Supradictis notabile hoc, conſolatione plenum addendum eſt; quod etſi ſuſpenſus ſit aliquis, quoad ea, quæ ſunt ordinis, nō propterea ſuſpēſum dicemus, quoad ea, quę ſunt iuriſdictionis. Vnde infertur, ꝙ ſi ante habeat iuriſdictionē, ēt nūc habet, & poteſt excōicare, interdicere, ac ſuſpendere, &ab his abſoluere ſibi ſubditos. Epiſcopus Scal. ſupra cū alijs.

Qui aūt dignitates, &beneficia Eccleſiaſtica acquirunt ſimoniacè, ipſi ſunt ipſo iure priuati, inhabileſq; ad eas, vel alia quælibet obtinenda. Et vltra hoc erunt ad omnium fructuum reſtitutionem obligati. Paulus, Pius ſupra. Concordant cum Martino V. in Conc. Conſtat. & cum tex. in c. Sicut, de ſimonia. ſecundum omnes, maximè Panorm. & alios.

Sexta ſuſpenſio. Prælati omnes, alijq; Eccleſiaſtici inferiores aliquibus ex redditibus dignitatū, & Eccleſiarū vacantium eis ſubditarum a mortuo poſſeſſore relictis, vel vacationis tempore durante collectis, quouſq; reſtitutionem fecerint de prędictis, niſi de conſuetudine præſcripta, vel priuilegio ipſis competant, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, tex. in c. Pręſenti. de offic. ord. in 6. per conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Dudum.

Septima ſuſpenſio. Suſpenduntur ipſo iure oēs occupantes, ſurripiētes, ſeu etiam inter ſe diuidentes bona à prælatis Eccleſiarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plenè reſtituerint. tex. in cap. quia ſæpe. de elect. in 6.

Octaua. Suſpenduntur ipſo iure conuentus, & capitula in receptione perſonarum vtriuſque ſexus ad religionē, aut ante, uel poſt illam paſtus, prandia, pecunias, aut res alias, ēt ad Eccleſiaſticum, aut alium piū vſum deputatas, vel deputādas directè, vel indirectè petentia, vel exigentia, tex. in Extrauag. 1. de ſimon.

Nona ſuſpenſio. Suſpenduntur Eccleſiaſtici obligantes ſuæ Eccleſię fructus pro debitis alienis. tex. cap. 2. de ſolutionibus.

Decima. Recipiēs duos ordines ſacros eodem die abſq; diſpenſatione Papæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus, donec abſoluatur a tali cenſura. tex. in c. fin. de eo, qui furtim ord. ſuſcepit. Quæ ſuſpenſio tantùm intelligitur de poſteriore ordine. Et in hoc tantum Papa diſpenſat, ſi ſit publicum, vt ex c. Litteras, c. dilectus, iuncta glo. de tem por. ord. probat Nauar. c. 25. nu. 71. vbi de conſuetudine quatuor minores, & Subdiaconatum poſſe eodem die conferri.

Vndecima ſuſpenſio. Ordinatus per ſaltum, id eſt, omiſſo medio ordine, tranſiens. ſ. de Subdiaconatu ad ſacerdotium, omiſſo Diaconatu, eſt ipſo iure ſuſpenſus: cuius diſpenſatio, antequam ordinem ſic ſuſceptum exerceat, pertinet ad Epiſcopum, vt ex Conc. Tri. Hoſ. & alijs, tradit Nauar. cap. 25. num. 71. Si autem illum exercuit, ad Papam pertinet.

Duodecima ſuſpenſio. Recipiētes publicum vſurarium ad ſepulturam Eccleſiaſticam, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, donec ad Epiſcopi arbitrium ſatiſfaciant. tex. in c. quia in omnibus, de vſuris, tex. in c. Quamquam. eod. tit. in 6. & de Eccleſiaſticis, qui vſuras ab accipientibus mutuum exigunt. vide canon. 43. S. Apoſt.

Digitized by Google

Sed quęritur, quis dicatur ad hunc effectum publicus? Reſp. eũ eſſe, qui in iudicio hoc eſt, confeſſus, vel teſtibus conuictus, aut ſuas res ob dilatam ſolutionem carius iuſto rigido manifeſtè vendit, vt traditur ex multis iuribus. Silueſt. vſura. 9. nu. 1. Nauar. c. 17. nu. 280. & omnes.

Decima tertia. Capitula, & Conuẽtus, quibus ob tranſgreſſionem Bullæ Pij V. circa non admittendas beneficiorum reſignationes, eſt interdicta conferendi beneficia, ſeu officia, uel confirmandi, eligendi, præſentandi, & inſtituendi quemquam in ipſis, & nihilominus, prædicto non obſtante, ea omnia, vel aliqua ſic poteſtate priuati faciunt, ſunt eo ipſo ſuſpenſi, & reſeruatur Papæ, per conſt. Pij V. quę incipit: Quarta Eccleſię.

Decima quarta. Epiſcopus ordinãs aliquem inuitum, aut reclamãtem, eſt ipſo iure ſuſpenſus per annum a miſſarum celebratione. per text. in cap. Epiſcopus qui, & cap. Geſta. 74. diſtinctio.

Decima quinta. Epiſcopus, vel alius poteſtatem habens ordinans coniugatum ad primam tonſuram, eſt ipſo iure per annum ſuſpenſus a collatione ipſius tonſuræ, per tex. in c. Nullus. de temp. ord. lib. 6.

Decima ſexta. Scienter ordinãs bigamum, maritum viduæ, corruptæ, vel repudiatæ, ſuſpenſus eſt ipſo iure a poteſtate ordinandi, per text. ca. ex pęnitẽtibus, d. 50. & c. 2. de bigamis, & ſuſpenſus eſt Miſſæ celebratione per annum. c. Nullus. d. 55.

Decima ſeptima. Ordinans ſolemniter pęnitentem, ſuſpenditur ipſo iure per annum a celebratione miſſæ.

A Quod ſi quis obſeruare contempſerit communione Eccleſię priuari debet. tex. in c. Nullus. d. 55.

Decima octaua. Si quis ordinauerit illegitimum abſque debita diſpenſatione, priuatur auctoritate ordinandi. tex. in c. cum vintonienſis, de elec. Tradit optimè Simon Maiolus de Irregularitate, lib. 1. c. 7.

Qui autem dicantur filij illegitimi, vide tex. in c. Tanta, & per totum.

B Qui filij ſint legitimi, vbi Abb. & omnes Canoniſtę.

Decima nona ſuſpẽſio. Pręlati oẽs priuilegio, ſtatuto, vel conſuetudine, olim fruct⁹ primi, aut vlterioris anni beneficiorum vacãtiũ integrè ſibi vẽdicantes, qui poſt Conſtit. Pij V. quæ incipit. Quanta Eccleſię. de dictis fructibus percipiunt vltra Summã, qua in ſolutione decimæ quodlibet beneficium taxari ſolet, vel hac demiſſa

C vltra totale reſiduum fructuum, idq; in regionibus, vbi decimę beneficijs ſunt taxatę. In alijs verò vltra medietatem fructuum recipientes, & infra menſem illis, ad quos ſpectat, non reſtituentes, donec ſatisfaciant, ſunt eo ipſo ſuſpenſi. tex. in Extrauag. Suſcepti regiminis confirmata ab ipſo Pio V. in Bulla, quę incipit: Durũ nobis, in lib. ſuarum conſt. vbi etiam multa, quoad hoc decreuit & ſtatuit ſub ſu-

D ſpenſionis (quoad prelatos) & excommunicationis quoad alios ſingulares ſententijs, & pœnis.

Vigeſima ſuſpenſio. Pręlati domos locantes alienigenis vſurarijs venientibus ad morandum pro fœnore faciendo, vel promittentes in terris ſuis conducere vel conductas habere, vel alias habitare, & infra trimeſtre illos

Digitized by Google

los a ſuis terris non eijcientes, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per tex. in c. 1. de vſuris, lib. 6.

Vigeſima prima ſuſpenſio. Promouentes ad ordines curiæ obnoxium, quem curialem appellamus, deponi debent. tex. c. aliquando, diſ. 51.

Vigeſima ſecunda. Ordinans Neophytum, priuatur auctoritate conferẽdi ordinem, quem contulit, per text. c. qui Eccleſiaſticis, d. 59.

Quęritur, quid ſignificet hæc vox, Neophytus? Reſp. Neophytũ eſſe in fide nouum, ſcilicet, Iudæũ, vel Gentilem nouiter ad fidem conuerſum, de quibus, & quare non ſint ordinandi, eſt text. in cap. quoniam, & cap. Sicut olim, diſ. 48. Maiolus lib. 1. c. 31.

Si autem tales ſint aliquando ad Presbyteratum, vel ad Epiſcopatum aſſumendi, multum debent probari, atque in inferioribus ordinibus, atq; officijs exercitari, vt ſic pateat, qua fide ſint, qua modeſtia, qua grauitate, & verecundia præditi. Concilium Nicen. I. c. 1. 2. Conc. Sardicenſe ca. 13. Laodicenſe c. 3. Ratio eſt, quia, vt ait Innoc. Papa. I. Epiſt. 12. Miſerum eſt, eum magiſtrum fieri, qui nunquã fuit diſcipulus: eum ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obſecutus fuit ſacerdotium.

Vigeſima tertia ſuſpẽſio. Fratres mendicantes ad Epiſcopatum, aliaſue prælaturas promoti prius ſe conſecrari facientes, quàm ſuæ religioni libros ſuos renuntient, & reſignent, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per Clem. IV. in priuilegio Prouidentia.

Vigeſima quarta ſuſpenſio. Clerici eligẽtes in Epiſcopum illegitimũ, vel abſq; ætate legitima, vel ſcientia

A debita, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per triẽnium à beneficijs, per tex. in ca. cum in cunctis, §. fin. de elect.

Nota tamen, ꝙ cum Nauar. in Man. c. 23. nu. 155. dicat hac ſuſpenſione non comprehendi Cardinales eligentes Papam, nec Reges, vel alios ſæculares eligẽtes illegitimum Epiſcopũ, videtur, quod ſit huic textui derogatum, cum iam nullo modo ad clericos pertineat Epiſcoporum electio, vt an-

B tea, vt patet per c. Adrianus, & per totam diſt. 63.

Vigeſima quinta. Clerici prouocãtes alium ad duellum, vel accipiẽtes, vel acceptantes prouocationem ab alio factam, & in arenam deſcendunt, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per text. in c. 1. de clericis pugnantibus in duello, ita tenet Sylu. verbo, Suſpenſio, verſ. 11. & tenet etiam Epiſc. Scal. de Suſpenſ. c. 14. Maiolus de irregul. lib. 5.

C c. 18. nu. 1. non tãtum ita eſſe ſuſpenſum, ſed etiã irregularem ipſo facto.

Cuius quęſtionis occaſione, & quia in Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 19. ſub grauibus interdicitur pęnis. Quęritur quid ſit duellum? Reſp. duellum eſt ſingularis pugna inter duos, ad probationem veritatis, hac conditione, vt qui vicerit probaſſe videatur, & ſi non fecerit, ſeu vicerit, defeciſſe in probatione putetur. Dicitur duellum, quaſi

D duorum bellum. Et quando duellum ſit licitum, vel non, & de eius pœna, vide Nauar. c. 11. num. 39.

Trigeſimaſexta. Iudex quilibet excommunicãs aliquem abſque illa monitione, quam ſupra, de ſent. excom. diximus, ſuſpenſum eſſe per mẽſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ per tex. in c. ſacro. de ſent. excomm.

Digitized by Google

Vigeſima ſeptima. Iudex excommunicans, interdicens, vel ſuſpendēs aliquem verbo tenus, abſque ſcriptura, vel non expreſſa cauſſa, vel requiſitus non dat copiam, eſt ipſo iure ſuſpenſus, per tex. in cap. 1. de ſenten. excom. lib. 6. quæ ſuſpenſio eſt tantū ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officijs.

Vigeſima octaua. Suſpenduntur prælati conſentientes alienationi in grauamen, aut detrimentum bonorū Eccleſiæ, vel in hoc auctoritatem, vel decretum interponentes. Paulus II. in conſtitutione, quæ incipit. Cum in omnibus.

Vigeſima nona. Regulares Prælati, qui extra neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ vel Monaſterij, aut adminiſtrationis cōcedunt alicui in vitam, vel tempus redditus, aut poſſeſſiones eorundem, quouis modo etiā pecunia accepta, ſine ſui capituli, vel Prælati licentia, ſunt ſuſpenſi, per tex. in Clemen. 1. de Rebus Eccleſiæ non alienandis.

Trigeſima. Iudices eccleſiaſtici facientes aliquid in iudicio in grauamen alterius partis contra conſcientiam gratia, vel fauore, ſunt eo ipſo ſuſpenſi, per text. in cap. 1. de re iudic. in 6. & Nauar. cap. 27. nu. 157. ſuſpenſione 10.

Trigeſima prima. Si religioſi in adminiſtratione ſacræ Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis, vel Matrimonij ſolemnizatione, aut quacunque abſolutione indebita, vel id genus alijs, in Clem. 1. de Priuil. alicui Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticę præiudiciū fecerint, eorum prælati, ſi poſtquam præmiſſorū occaſione fuerint requiſiti, Eccleſijs, aut perſonis Eccleſiaſticis ita læſis infra menſem ſatisfactionem plenariam exhibuerint, ſuſpenduntur, donec ſatisfecerint.

Trigeſima ſecunda. Religioſi decimas non percipientes ſi ſcienter non inijciant ſcrupulum ſibi confitentibus de decimis ſoluendis, ſunt ſuſpē ſi à prædicationis officio, donec id faciant, ſi commode poſſint. Clem. cupientes. de Pœnis.

Trigeſima tertia. Epiſcopi Italiæ ordinando clericum Vltramontanū abſque Sedis Apoſtolicæ, vel ſui Epiſcopi licētia, condignè puniri debēt, ipſe autem ſic ordinatus ipſo eſt iure ſuſpenſus. per text. in c. 1. de tempori. ordinationum. in lib. 6.

Si autem Clericus Italicus ordinetur ab Epiſcopo Vltramontano ſine tali licentia non eſt ſuſpenſus, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Sylueſt. verbo, Irregularitas. quæſt. 9. & omnes, ſed hodie ſeruatur Bulla Sixti V. contra male promotos.

Trigeſimaquarta. Epiſcopus ordinans aliquem Monachum abſq; ſui Abbatis licentia ſuſpenſus eſt ipſo iure à communione aliorū, & promotus ab eo, quod accipit remouendus eſt, per text. in cap. ſi quis. diſtin. 58. Idem dicendum eſſe, ſi alios religioſos maxime mendicantes ordinaret, ait Epiſcopus Scal. d. c. 14.

Trigeſima quinta. Conſeruator Sedis Apoſtolicæ cognoſcens ſcienter cauſſas, quæ non ſunt notoriæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio per annum vnum per text. in cap. fin. de officio delegati. lib. 6.

Trigeſima ſexta. Admittentes

ad

Digitized by Google

A ad diuina officia, ſacramenta, aut Eccleſiaſticam ſepulturam excommunicatos, aut publicos interdictos ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ſatisfaciant, per tex. in c. Epiſcoporũ, de priuileg. in 6. Aduerte tamen, ꝙ licet glo. in d. c. teneat cõtrarium, dicta ſuſpenſio tantum eſt contra exemptos, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Nauar. Man. c. 25. nu. 94. & c. 27. nu. 258.

B Trigeſima ſeptima. Prælati tradendo laicis iura, vel bona Eccleſiarũ in Emphiteuſim, vel in caſibus vetitis, & alienando, &c. ſine Apoſt. Sedis, & ſui capituli licentia ſuſpenduntur ipſo iure per trienniũ, per tex. in c. 2. de rebus Eccleſiæ alien. vel non. lib. 6.

Trigeſima octaua. Prꝫlati ordinantes aliquem irregularem, cum quo ipſi diſpenſare non poterant, ſuſpendũtur a poteſtate ordines cõferẽdi, C ſecus ſi ipſi poterant diſpenſare, quia ſic talẽ ordinãdo vidẽtur diſpenſare. Abb. & Fel. in c. Veniens, de filijs presb.

Trigeſima nona. Prælati, qui abſente, vel neſciente domino ſeruum, vel aſcriptitiũ ordinauerunt, vel qui Epiſcopo ignorãte, teſtimoniũ perhibuerit, ſunt ipſo iure a Miſſæ celebratione per annũ ſuſpenſi, per Cõc. Aurel. 3. ca. 20. & nihilominus tenentur pretium ſerui in duplum domino re- D ſtituere, ſecundum tex. in c. ſi ſeruus, d. 54 Silu. verbo, ſeruus. nu. 6. Epiſcopus Scal. de cẽſuris, c. 14.

Quadrageſima. Prælati indoctũ, literarũq; ignarum ordinantes, iure antiquo, per tex. in c. qui Eccleſiaſticis, d. 36. auctoritate priuãtur ordinãdi. Iure aũt nouiori per tex. in c. nullus, de temp. ord. lib. 6. Si quis illiterato, aut ſine ſuperioris ſui licentia cõferat, vel primam tonſuram per annũ eſt ipſo iure ſuſpenſus.

Quãquã multa olim de literatura ad ordines neceſſaria apud omnes auctores inueniebantur, hodie tamen à Cõc. Trid. ſeſ. 23. p ſingulos ordines literas vnuſqſq; debeat ſcire ſtatutũ eſt. Prima. n. tõſura nõ niſi cõfirmatis, & fidei rudimẽta, & legere, ac ſcribere ſcientib. confertur, ibid. c. 4. Minores aũt non conferunt, niſi latinã linguã intelligẽtib. c. 11. poſt reddıtũ teſtimoniũ de literatura, ac moribus per Parochũ, & ſcholæ magiſtrũ. c. 5. Maiores verò ſacri nõ cõferunt niſi ijs, q benè verſati ſunt in minorib. ac de ijs benè inſtructi ſunt, quę exercẽdo ordini, quẽ ſuſcipiunt, cõueniunt. ibid. c. 13. Presbyteratus aũt ei ſoli cõceditur, qui docere poſſit populũ ea, q̃ ad ſalutem neceſſariũ eſt ſcire. ibid. c. 14. de ſcientia ad Epiſcopatũ, vide Conc. Trid. ſeſ. 22. c. 2. de refor. qualiter aũt aliqñ ſit ad Presbyteratũ admittendus minus doctus, ſi charitatis polleat feruore. Vide Maiol. d. ca. 32.

Quadrageſima prima. Apoſtatæ a religione ordines in apoſtaſia recipiẽtes: ſunt ipſo iure ſuſpenſi, & irregulares, per tex. c. 6. de Apoſt. cũ quibus tantum Papa poteſt diſpenſare.

Quadrageſima ſecunda. Recipientes ordines in excõicatione p manuũ iniectionẽ ordinis ſunt ſuſpenſi, niſi probabilis ignorantia eos excuſet, & factum non ſit graue. text. in ca. cum illorum, de ſententia excomm.

Quadrageſima tertia. Ep̃s ſi poſt prouincialẽ Synodũ celebratã infra ſex mẽſes, & non conuocat oẽs Abbates, Presbyt. & Clericos, & nõ refert eis om-

Digitized by Google

omnia acta Cōcilij, eſt ab officio duo- bus menſibus ipſo iure ſuſpenſus per text. in cap. Decernimus, diſt. decima octaua.

Quadrageſima quarta, Epiſcopi, aut ſuperiores, ſi odio, amore, aliaue cauſa temporali inducti, contra iuſtitiā, & conſcientiā omiſerint procedere in crimine hęreſis contra aliquem, aduerſus quem fuerat procedēdum, vel prauitatem ipſam, aut impedimē tum officij ſui, imponendo, quoquomodo aliquem vexauerint, ſunt ipſo iure per triennium ſuſpenſi, per text. in Clem. 1. §. 5. de hęret. Cōcordat cū hoc text. ille celebris in cap. Quatuor modis, 11. q. 3.

Quadrageſima quinta. In capitulis Eccleſiarū cathedralium, vel collegiatarū ſunt ſuſpēſi a voce in electionibus, & alijs, qui ad minus nō ſunt ſubdiaconi, per text. in c. 2. il 2. de ætate, & qualitate.

Quadrageſima ſexta. Prælati admittentes ad gradum magiſterij, ſeu doctoratus aliquem, non accepto prius iuramento, quod vltra tria millia Turonenſium Argenteorum in tali doctoratu ſolemnitate non expendat, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per text. in Clementina ſecunda, de Magiſtris.

Quadrageſima ſeptima. Abbas, vel Prior non habens Abbatem propriū ſuſpenditur per annum a beneficiorū collatione, & alius ab adminiſtratione, ſi quā habet, & ſi non habet, ab habilitate ad habēdū beneficiū, & ad miniſtrationem, ſi ſotulares non corrigatos, aut capuccia non fixa portare præſumpſerit, per text. in Clem. 1. de ſtatu Monachorum, §. 5.

A Quadrageſima octaua. Item ſecundum pręmiſſam perſonarum diſtinctionem pręd ictas pęnas ſuſpenſionis, & inhabilitatis per biennium, ipſo facto incurrunt, ſiue natione, aut aucupatione clamoroſa, vel alias cum canibus, & auibus, ex propoſito interfuerint per tex. in dicta Clem. 1. Pro quo nota, tantum intelligi de Monachis nigris, quo caſu pertinet ad priorem clauſtralem, cum conſilio, ac conſenſu maioris partis capituli, ſiue cō-

B uentus, durante ſuſpēſione Abbatis, vel Prioris.

Quadrageſima nona. Eligentes aliquem, ſiue electio facta ſit concorditer, ſiue in diſcordia, ſi īfra octo dies, ex quo cōmodè poterunt, diſtulerint, a proſecutione electionis ſunt excluſi, & ſuſpenſi per triennium a beneficijs, quæ in illa Eccleſia obtinent, ad quę, ſi infra illud tempus temerè,

C vel coloratè ſe immiſcuerint, illis perpetuò ſunt priuati, per tex. in c. cupiē tes, de elect.

Quinquageſima. Pręlati per negligentiā confirmantes indignū electū ad regimen animarū, perdunt poteſtatē cōfirmandi primum ſucceſſorē, & ipſo iure ſunt ſuſpenſi a perceptione proprij benęficij, & promotus deijcitur, per tex in c. Nihil eſt, de elec.

D Quinquageſima prima. Clerici cōſentientes electioni de ſe factæ, per poteſtatis ſęcularis abuſum, fiunt inelegibiles, nec abſque diſpenſatione ad aliquam poſſunt eligi dignitatem, & eligentes ab officijs, & beneficijs, penitus ſunt per triennium ſuſpenſi, & electionis poteſtate interim priuati, per tex. in cap. Quiſquis 43. in ordine de electione.

Quin-

Digitized by Google

Quinquageſima ſecunda: Quicunque non ſeruauerint Eccleſiaſticum interdictum, ipſo iure ſunt ab officio, & beneficio, omniq; iuriſdictione ſuſpenſi, per text. in cap. tanta, de exceſſibus Prælatorum.

Quinquageſima tertia. Suſpendūtur Fratres Minores perturbātes Fratres Prædicatores, & ècontra, in officio Inquiſitionis cōtra hęreticos, &c. ipſo facto ab executione ſacrorū ordinum: Nec poteſt remitti talis ſuſpenſio, niſi per Papam, vel Inquiſitorem, cuius officiū perturbauerūt. Clemēs IV. in Priuil. paupertatis.

Quinquageſima quarta. Religioſi grauantes, vel defraudantes Eccleſias circa decimas illis debitas, ſi requiſiti per illos, quorū intereſt infra mēſem non deſiſtāt, vel vſurpata, aut retenta, infrà duos mēſes nō reſtituant, ſuſpēſi ſunt ab officio adminiſtrationis, & a beneficijs. & talia nō habētes ſunt excōicati. p tex in Cle. 1. de Dec.

Quinquageſima quinta. Excōmunicati maiori excōmunicatione ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab omni actu legitimo. per text. cap. Solet. de ſent. excommunic.

Quinquageſima ſexta. Prælati ordinantes abſque titulo clericum religioſum ordinis, in quo tantum fit votum temporale Religionis, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, per conſtitutionē Pij V. fol. 407. ſuarum Conſtit. quę incipit. Rom. Pont. edita anno 1568. quia is, quoad hoc, reputatur ſecularis.

Quinquageſima ſeptima. Fratres Ordinum Mendicantium recipiētes ad profeſſionem Ordinis aliquē, niſi anno probationis elapſo, ſunt ipſo facto ſuſpenſi a receptione quorumcū-

A que, ac pęna grauioris culpæ modo debito puniendi. Et ſic profeſſus nō eſt ordini illi obligatus. per tex. c. Nō ſolū, & c. Cōſtitutionē, de Reg. lib. 6.

Quinquageſima octaua. Epiſcopis inferiores qui ob ꝓcurationē ſibi ratione viſitationis debitā, exigere pecuniam, vel etiā a volēte recipere, aut munera acceptare, ſiue viſitationis officio non impenſo procurationē in victualib. ſumere pſumpſerint, niſi ītra

B menſem reſtituant Eccleſię, a qua id fuerit receptum, ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, quouſque eidem Eccleſię in duplo ſatisfecerint, per text. in cap. 2. de Cenſibus, lib. 6.

Quinquageſima nona. Contrahentes matrimonium de præſenti, & ante carnis copulam ad ſacros ordines tranſeuntes alio modo, quàm a ſacris Canonibus permittitur, quāuis characterem recipiant, ſunt tamen ſuſpen-

C ſi, niſi ſe alicui religioni addixiſſent, quia tunc admittuntur aliàs non ita, vt neq; poſt mortem vxoris in illo ordine miniſtrari, neque ad alios aſcendere, neque officium, vel beneficium Eccleſiaſticū obtinere poſſint; & matrimonium ſic contractum nihilominus nō propterea diſſoluitur. Quod tamen intellige, cum tales in ſeculo manent, nam ſecus fit, ſi Reli-

D gionem intraſſent. per tex. in Extrauag. Antiquæ. Ioan. XXII.

Sexageſima. Prælati etiam Cardinales quouis modo notarios Ordin. Prædicatorum ab eius ordinis Prælatis electos, & comprobato in executione intimationum, citationum, & aliorum ad eorum officium ſpectantium impedientes, ſeu impedire, aut perturbare præſumentes, ſunt ipſo fa

Digitized by Google

cto ſuſpenſi per conſtitutionem Pij V. quę incipit: Debitum paſtorale.

Sexageſima prima. Ordinati ab hęretico, ſchiſmatico, excommunicato, vel depoſito, non recipiunt ordinis executionem, quia nemo dat, quod non habet, text. in c. Gratia, 1. q. 1.

Sexageſima ſecunda, Clerici beneficiati, portantes veſtes diuerſi coloris ſunt ipſo iure ſuſpenſi per ſex mẽſes. Qui autem non ſunt beneficiati, etiam prima tonſura initiati, ſunt inhabiles ad beneficia p dictos ſex menſes. per tex. Clem. 2. de vita, & honeſtate clericorum.

Sexageſima tertia. Accipientes ordinem ſacrum ante legitimam ætatẽ à iure ſtatutã, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per Extrauag. Cum ex ſacrorum Pij II. quam refert Epiſcopus Scal. c. 14. & alij, & fortius per Bul. Sixti V.

Sexageſimaquarta, Item qui accipit ordinẽ ſacrum extra tẽpora a iure ſtatuta, ſuſpenſus eſt ipſo iure per dictã Extrauag. Pij II.

Sexageſima quinta, Item accipientes ordinem ſacrum ab alio Epiſcopo ſine litteris dimiſſorijs, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per d. Extrauag. Pij II. quam Extrauagantẽ comprobat Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. Hodie autem nõ tantum procedit hæc Extrauagãs, ſed ampliatur ad ordines minores per Bullam Sixti V. contra male promotos. Quæ autem ætas requiratur in quocũque ordine, vide Concil. Trid. ſeſſio. 23. & Nauar. c. 25. num. 68.

Sexageſima ſexta. Ordinans quempiam ante legitimã ætatẽ præter peccatũ mortale, quod cõmittit violãdo generalẽ Eccleſię cõſtitutionẽ. S. Th. 4. d. 24. S. Anton. 3. p. tit. 14. ca. 16. & A Conc. Triden. ſeſſ. 24. c. 2. de reform.

Sexageſima ſeptima. Ordinati ab Epiſcopo, qui renũtiauit Epiſcopatui ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per tex. in c. 1. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunc.

Sexageſima octaua. Prælati, etiam Cardinales populo caſuum, gratiarũ, & indulgentiarum iudicem, quo certo pretio ſoluto abſolui poſſint, & diſpenſari in multis reſeruatis, ac indulgentias acquirere, publicantes, vel cõcedentes, vel huiuſmodi iudicem vbilibet repertum non dilacerantes, B penituſque delentes, ſunt eo ipſo ſuſpenſi per Conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Quam plenum. & reſeruatur Papæ.

Sexageſima nona. Quilibet in ſacris conſtitutus ordinibus de conceptione B. V. Mariæ, an videlicet ĩ peccato originali ſit concepta, nec ne, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua virorum, & mulierum C multitudo conueniri ſolet, de huius cõtrouerſiæ alterutra parte diſputãs, rationibus, vel auctoritate doctorum propriam confirmans ſententiam, cõtrariamque refellens, & impugnans, vel de hac ipſa quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis pretextu vulgari ſermone ſcribens, aut dictãs, eſt eo ipſo ſuſpenſus per Conſt. Pij V. & abſolutio reſeruatur Papæ.

D Septuageſima. Prælati, qui caſu neceſſitatis excepto Monaſteriorũ Monialium clauſuram ingrediuntur, prima vice interdicitur eis ingreſſus Eccleſiæ. Secunda a munere Pontificali, & a diuinis ſuſpenſi, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicantur, per Bullam Gregorij XIII.

Septua-

Digitized by Google

Septuageſima prima. Regulares omnes, qui mulieres cuiuslibet conditionis habentes facultatem a Sede Apoſtolica ingrediendi monaſteria, & domos regularium in ea, vel eas introducere, vel admittere præſumunt, ſuſpenſi ſunt per Conſt. Pij V. quę incipit, Regularium, nu. 45. quod poſtea idem Pius requiſitus extendit ad introducentes, vel admittentes mulieres, licentia prædicta carentes, vt ait Nauar. in c. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 162.

Septuageſima ſecunda. Iudices ſe intromittentes in cognoſcendis negotijs in cauſis electionum Epiſcopalium ſententiam ferentes, & cōfirmantes, quādo antea ad Papam eſt appellatū non inquiſito, an prauitas interuenerit, prædicta non tenent, & ipſi ab Epiſcoporum confirmatione ſuſpenſi ſunt per annum. ſin cōfirmationē, & conſecrationem cōtulerint ab vtroq; cenſentur ſuſpenſi, per tex. in c. Prouida, de elect. in 6.

Septuageſima tertia. Habens beneficium, cui annexus eſt ordo, niſi infra annum ſe ad talem ordinem curet promoueri, quem beneficium requirit, legitimo deficiente impedimēto, ſuſpenſus eſt à beneficio, per textum, in capit. Vt ij, de ætate, & qualitate.

Septuageſima quarta. Clerici, ac religioſi, quibus prohibitum eſt audire leges, & medicinam, vltra excommunicationem, quam incurrunt ſunt etiam ſuſpenſi ab officijs ſuis. de hoc ſanctus Antoninus tertia parte, titu. 24. cap. 4.

Septuageſima quinta. Deficiens in probatione eius, quod obiecerit contra perſonā electi ad aliquā dignitatē, vel perſonatū, ſuſpenditur, per trienniū a beneficijs, ad quæ ſi ſe ingeſſerit intra illud tēpus, perpetuò priuatus eſt, niſi manifeſtiſſimè conſtet, q. calumnioſè non egerit, per text. in c. 1. & c. ſi cōpromiſſarius, de elec. in 6.

Septuageſima ſexta. Ordinati propter literas dimiſſorias capituli, vel alterius loco capituli in iuriſdictione Epiſcopo ſuccedentis, Sede vacāte infra annum a die vacationis ad beneplacitum futuri prelati ſunt ſuſpēſi. per Conc. Trid. ſeſſ. 7. ca. 10. de reform. & ſeſſ. 23. c. 10. de reform.

Septuageſima ſeptima. Ordinati ab Epiſcopo in alterius Epiſcopi Diœceſi ſine licentia illius expreſſa, ſunt eo ipſo ſuſpenſi, per Conc. Trid. ſeſſ. 6. de reform. c. fin.

Septuageſima octaua. Ordinati ab Epiſcopis titularibus ſine proprij Epiſcopi cōſenſu ad arbitrium ſui proprij prelati ſunt ſuſpenſi, per Concil. Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 2.

Septuageſima nona. Ordinati à nō ſuo Epiſcopo, ſine conſenſu, & teſtimonio ſui Epiſcopi ad eiuſdem arbitrium ſunt ſuſpenſi, per Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 8.

Octuageſima. Parochus, vel quilibet alius ſacerdos alterius parochię ſponſos ſine illorum parochi licentia matrimonio coniungere, vel benedicere audentes ad arbitrium ordinarij illius Parochi, qui intereſſe debebat, erit ipſo iure ſuſpenſus, per Concilium Tridentinum, ſeſſione 24. de ref. Matrimonij, cap. 1.

Octuageſima prima. Epiſcopi in concubinatus crimine perſiſtentes, & a Prouinciali Synodo admoniti ſe nō emendantes, ſunt ſuſpenſi, per Con-

Concilium Tridentinum, ſeſ.25.ca. 14.de Reform.

Octuageſima ſecunda. Epiſcopi exercentes Pontificalia ſub priuilegijs prætextu, in alterius diœceſi, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas, tantum ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati, ab executione ordinum ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Concilium Trident.ſeſſ.6.cap.5. de Reform.

Primò nota, pro dictarum ſuſpenſionum intelligentia, & notitia maiori, quod ſuſpenſio, quæ habet determinatum tempus, eo durante, tolli non poteſt niſi a Papa, ſicut nec illa, quæ ſibi eſt ſpecialiter reſeruata, niſi ex delicto perueniat occulto, quia tunc Epiſcopus, vel Vicarius quilibet ad hoc ſpecialiter deputatus abſoluere poteſt, per Conc.Triden.ſeſſ. 24.c.6.de reform.

Secundo nota, Suſpenſionis cenſuram eſſe tantæ auctoritatis, tantumq; inducere canonicum impedimentũ, quod ſi quis ipſa neglecta, vel contẽpta, vel per craſſam ignorantiam velit in officio ſuo adminiſtrarẽ, ſtatim erit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus, etiamſi ſuſpẽſio emanarit ab Epiſcopo. Nã etſi Epiſcopus poſſit auferre ſuſpenſionem, quam intulit, nõ tamẽ poteſt auferre irregularitatem, quam quis incurrit adminiſtrãdo in ſuſpenſione Epiſcopali, vt notat Epiſcopus Scalenſis, de ſuſpen. c.15.

Tertio nota, quod contraueniens ſuſpenſioni in cõtemptum clauium, non tantum promoueri non valet, verum etiam promotus exercere nõ poteſt, etiam peracta pœnitentia, tex. A in c.vt laicorum, §.ſi quis igitur. de vita & honeſt.cleric.

Quarto nota, ſuſpenſionem non tantum facere irregularem eum, qui in contemptum clauium contrauenit circa ordines, ſed eum etiam, qui cũ ſit ſuſpenſus à collatione ſola beneficiorum, in contemptum clauium audet beneficia conferre, nam fit irregularis, tradit glo. in c.tanta, de exceſſ. prælatorum, quod procedit ſiue ad B tempus, ſiue perpetuo fuerit ſuſpenſus, vt notat Abb.in c.cum bonæ, de æta. & qualit. ſemper enim vna cum ipſo ordine ſuſpenſo ſuſpenduntur, & omnia quæ pendent ab illo, vnde exerceri non poſſunt ſine hac cenſura, glo.in c.dilectus, de conſuet.

Quinto nota, tantam eſſe ſuſpenſionis efficaciam, quod etſi ab ea ſit appellatum, forſan ex leui, & friuola cauſa, & propterea à ſuſpendente reC iecta fuerit appellatio, ſi appellans contraueniat ſuſpenſioni, efficitur irregularis, quia quoad ſpiritualia non poteſt appellatio ſuſpendere præcedens interdictum, tradit Ioan. Andr. in cap.is cui, de ſenten.excommunic. quem ſequitur Silueſt. verbo, ſuſpenſio, q 3.

Sexto nota, ſuſpenſum contrauenientem ſuſpenſioni fieri irregularẽ, non tantum ſi ſpecialiter, & nominaD tim ſit ſuſpenſus: ſed etiam ſi generaliter, ſiue a canone, ſiue ab homine, tex. in cap.1. de re iudic. in 6.& ca.1. de ſen.excom.lib.6. Maiolus, & Epiſcopus Scalenſis.

Septimo nota, ſuſpenſionem non tantum facere irregularem eum, qui contrauenit in eo ordine, à quo ſpecialiter eſt ſuſpenſus: ſed etiam ſi in

alijs ordinibus illo ſuperioribus, vt verbi gratia, ſi quis ſit ab executione ſubdiaconatus ſuſpenſus, videtur etiam ſuſpenſus a diaconatu, & ſacerdotio tex. in l. qui indignus, ff. de Senatoribus, tradit Hoſt. in c. dilectus, de temp. ordin.

Octauo nota, quod ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus conferendis, ſuſcipiendis, vel adminiſtrādis, ab omnibus eſt ſuſpenſus, tā ſuperioribus, quàm inferioribus, & contrauenienſ in quocunque ordine fit irregularis. Si autem ſit ab ordine, ita quod ſi ſacerdos ab ordinibus ſit ſimpliciter ſuſpenſus, deſeruiendo in ſolo accolitatu, fiet irregularis, tradit Spec. de diſpenſ. §. iuxta, verſic. quid ſi presbyter.

Nono nota, quod inter alia incommoda, quæ ſuſpenſio affert. Sunt etiā hæc, quod ſuſpenſo non tantum impedit, ne exerceri poſſint ea, quę ſunt ordinis, vel ordini annexa, ſed etiam reddit incapacem eum, qui ſuſpēſus ſit: Beneficia enim conferri non poſſunt ſuſpenſo. Gloſ. in cap. Tanta, de exceſſibus Prælatorum. Aliud malū eſt, quod neque fructus ſui beneficij capere poteſt a die moræ petendæ abſolutionis, ſcilicet poſt annum, vt tradit Ioann. Andr. in dicto cap. Cū bonę, de ætate, & qualitate. Nec agere poteſt nomine proprio pro iuribus ipſius beneficij, habet tamen modicā ſuſtentationem ex eo, ſi non habeat, vnde viuat, vt tradit Abbas in c. Apoſtolicæ, de Exceptionibus; immo nec literę ſuę impetrationis valēt, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione, quandoquidē omnes collationes ei factę, durante ſuſpenſione, ſunt nullæ, nec

A ſaluātur per ſolam abſolutionem ſubſequentem. Abb. in d. cap. cum bonę. ſupra.

Decimo nota, quod ſi quis ſuſpenſus a ſolo ingreſſu Eccleſiæ, audeat in ea celebrare diuina officia, erit irregularis, ſecundum Geminianum, in ca. is cui, de ſent. excommunicationis, libro ſexto. Sed poterit extra illam celebrare, excommunicare, & abſoluere, quia cum ſit pœna, non vltra ſuos

B limites extendi debet, text. c. odia. de Reg. iur. lib. 6.

Vndecimo nota, quod non tātum ſuſpenſus a maioribus ordinibus in eis celebrans, ſit irregularis, ſed etiam ſuſpenſus a minoribus. Nam ſi Pſalmiſta ſuſpendatur, contrafaciens ſit irregularis, ſicut & alij cōſtituti in minoribus; quod eſt intelligendum ſi celebrent, vel miniſtrent in proprijs officijs, tanquam miniſtri, vt, verbi gra-

C tia, in Miſſa offerant vrceolum, deferant cereos, quia tunc incurritur irregularitas, aliàs non, ſi vt alius laicus hoc faciat ſecundum communem opinionem relatam, & ſecutam a Nauar. cap. 27. num. 163.

Duodecimo, quid ſi alicui ſacerdoti non ſit ordo ipſe interdictus, ſed tantum ſit ab exercitijs ordinum ſuſpenſus. Reſpondetur, quod ſi tali fuerat exercitium ordinis per ſuſpen-

D ſionem prohibitum, cōtrafaciens, erit irregularis. Aliquando ſuſpenditur, verbi gratia, ſacerdoti prohibitū eſt aquam, cādelas, fructus, veſtes benedicere, ſi contrafaciat, erit irregularis.

Idem erit in Epiſcopo ſuſpenſo a benedictione Pontificali, nam ſi in Miſſa conuentuali ſolemniter benedixerit

Digitized by Google

dixerit per illa verba: Sit nomen Domini, &c. erit irregularis, text. & glo. in cap. Ecce, diſt. 95. & in c. Miniſtrare, 26. q. 6.

Idem erit, ſi quis ſuſpendatur a benedictione nuptiarum, nam contrauenìens fit irregularis, argum. c. 1. & vlt. de ſecundis nuptijs. Idem erit in ſuſpenſo ne poſſit abſoluere ſolenniter ab excommunicatione: nam ſi dicat Pſalmum, & orationem cum ſtola, & alijs, de quibus in c. debent, in fi. 11. q. 3. ſic faciendo fit irregularis.

Decimo tertio nota, quod etiam ſi Epiſcopus aliquis non fuerit ſuſpenſus a diuinis miniſterijs, ſed ſolum à Pontificalibus, contrafaciens, fit irregularis. Gemin. ca. 1. §. ſi quis autem, de ſent. excom. in 6. Ideo prohibitus chriſmate, calices, vel alias benedicere, vel conſecrare, contrauenìens fit irregularis. Sylue. Suſpenſio, q. 5. ver. ſic. cum autem.

Decimo quarto nota, ſuſpenſum aliquando fieri irregularem, etiam ſi ſuſpenſioni non contraueniat, dummodo vltra annum patiatur ſe in tali ſuſpenſione permanere. Nam ex hoc tempore fiet irregularis, videlicet inhabilis ad beneficia iam quæſita, & eſt ineligibilis, nec eligere pōt Abb. poſt glo. in c. cum bonæ, de ætate, & qualitate.

Decimo quinto nota, quod ſi quis ſuſpenſus à diuinis intrauerit chorū, & cantauerit, vel legerit cū alijs, non vt miniſtret, ſed vt quidam alius laicus, non erit irregularis. Innoc. in ca. tanta, de exceſ. prælat. ſi autem principale officium chori faciat, fit irregularis. Quid ſi officio intereſt, idē erit ſi dicat capitulum, orationem, lectio- A nes, aut reſponſoria, text. in c. ſicut dignum, §. clericos, de homic.

Decimo ſexto nota, quod etiam ſi quis non fuiſſet ſuſpenſus ex aliquo canone generali, vel particulari, ſed tantum quādo ex ſolo facto naſcitur ſuſpenſio ſine canone, vt in fornicatore, qui nullam habet particularem ſuſpenſionem, nec a canone, nec ab homine, ſed tantum fit a notorietate ſuſpenſus ipſo facto, qui ſi celebrat, B fit irregularis ſecundum Syueſt. verbo, concubinarius, q. 4. ad finem. Pro quo facit cano. 60. S. Apoſt. in hęc verba: Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non producitur.

Decimoſeptimo nota, Regularem ſuſpenſum nō poſſe exercere iura ſui ordinis, ſ. prædicare, confeſſiones audire, alia ſacramenta adminiſtrare. C Quod eſt verum quoad omnes tam regulares, quam ſeculares. Gloſſ. per text. in c. 1. verbo, Sepulturam, de religioſis domibus.

Decimo octauo notare libet ſupra dicta de ſuſpenſione, & irregularitate procedere, & habere locum, nō ſolum in ſuſpenſione virorum, ſed etiā in illis ſuſpenſionibus, quæ emanant à muliere iuriſdictionem habente ſuper clericos ſuos: nam licet mulier ſuſpendere non poſſit clericos ſuos: ſicut nec excōmūnicare, & propterea D iure non videatur irregularitas naſci, contraueniendo tali ſuſpenſioni ex ſententia Abb. in c. dilecta, de maior. & obed. tamen omnis notabilis inobedientia inducit peccatum mortale, & certum eſt hanc mulieris ſuſpen-

ſpenſionem reſolui in præceptum de non adminiſtrando, ita quod etiã extraiudicialiter factum obligat, ne adminiſtrare poſſit. arg. Conc. Trid. ſeſ. 14. c. 1. de refor. Propterea legitimũ, & canonicum impedimentum eſt, ꝙ ſurgit ex ſuſpenſione, interdicto, vel excommunicatione mulieris, quoniã inducunt obligationem abſtinendi, licet non inducant veram irregularitatem. Sylu. ver. Abbatiſſa, num. 6. Simon Maiolus de irregularitate, lib. 3. c. 29. nu. 12. Epiſcopus Scal. de cenſ. tit. de ſuſpenſione, cap. 12. S. Anton. 3. p. tit. 27. cap. 4.

A

B

Decimo nono nota, ꝙ ẽt quis a ſuo prælato eſt extraiudicialiter tantum ſuſpenſus, nullus ſuperior, ipſo inuito ſuſpendente, poterit talẽm ſuſpenſionem abſoluere, ſecundum Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. de refor. Vnde infertur, ꝙ ſuſpenſus ab ordinario ſuo, etſi Metropolitanus, vel alius ſuſpẽſionem aboleuerit, inuito ſuſpendente, nihilominus ſuſpenſus cõtraueniat, erit irregularis, quia talis abolitio in nihilo ſuffragatur. Conc. Trid. ſupra.

C

Vigeſimo nota, ꝙ quando quis tãtũ eſt ſuſpenſus a ſuſceptione ſacramentorum, in tali ſuſpenſioni contraueniat, ſacramenta accipiendo, nõ ideò fit irregularis, licet grauiter peccet, vt ex c. ſi celebrat. de cle. excom. miniſt. probat Sylueſt. verbo, ſuſpenſio, q. 5.

D

Vigeſimoprimo nota, ꝙ quicunque probabiliter ignorat ſe eſſe ſuſpenſũ, contrafaciẽs nõ fit irregularis, tex. in c. Apoſt. de cler. exc. miniſ. quinimo ſi ſcienter in ipſo actu celebrationis in memoriã venerit ipſa ſuſpẽſio, ſi ſine ſcãdalo deſiſtere a celebratione non poſſit, nullam incurrit irregularitatẽ celebrando, vt colligitur ex S. Thom. 3. p. q. 83. ar. 5. Sylu. ver. Exc. 2. q. 7.

Vigeſimoſecũdo nota, ꝙ ad hoc, vt ſuſpẽſio reddat irregularẽ eũ, qui cõtrauenerit, oportet, ꝙ ſit certa, alioqn ſi ſit ĩcerta, vt puta, ſuſpẽdimꝰ te a beneficio, vel ab officio, nã etſi cõtraueniat ĩ vtroq, nõ fit irregularis. not. gl. in c. quanto, de magiſ. ſecus ſi dixiſſet copulatiuè ab officio, & beneficio.

Vigeſimotertio nota, ꝙ ſuſpẽſus ab vna functione, non vr̃ ſuſpẽdi ab altera. Ideo Ep̃s ſuſpẽſus a Pontificalibus, non eſt ſuſpenſus a iuriſdictionalibus. Abb. in c. cum dilectus, de cõſuetudine. Epiſcopus Scal. de cenſ. tit. de ſuſpenſ. c. 15. Nauarr. c. 27. nume. 163. Item cum quis ſuſpenditur ab officio, nõ ideo eſt ſuſpenſus a beneficio, vnde auctoritate beneficij beneficia conferendo, vel ſibi collata accipiendo, non erit irregularis. Sylu. ver. ſuſpenſio, q. 5. verſic. ſi iterum ſuſpenſio. Econtra ſuſpenſus a beneficio non eſt ſuſpenſus ab officio, ideo poterit adminiſtrare ſpiritualia ſine irregularitate, quia talis ſuſpenſio extenditur ad ſola emolumenta beneficij, quę merè temporalia ſunt, gl. in c. cum Vinctoniẽſis, de elec. Nam celebrare Miſſas, vel diuina officia in illo beneficio, à quoquis eſt ſuſpenſus nõ inducit irregularitatem. Inn. in c. niſi cum pridem. de renunc.

Vigeſimo quarto nota, ſuſpẽſum a collatione ſacramentorũ non effici irregularem conferendo ea ſacra, quæ laici cõferre poſſunt, vt baptizare in neceſſitate, ſi tñ id faciãt ſine apparatu, & exercitio ſui ordinis, ſed tãquã laicus. Hoſ. ĩ c. 1. §. caueãt, de ſen. exc. ĩ 6. Syl. Suſpẽſ. q. 3. Nau. c. 27. n. 163.

Vi-

Digitized by Google

Vigeſimoquinto nota, quod ſuſpē ſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi contraueniat, dum tamen ibi non celebret, nō fit irregularis. Gem. in c. is cui, de ſententia excommu. in 6. ſed ſi in ea celebret fit irregularis, text. in d. cap. is cui. Gloſ. in c. Epiſcoporum, de priuilegijs, libro 6. extra tamen Eccleſiam licite hoc caſu celebrare poteſt. Silu. verbo Suſpenſio, ca. 5. ver. ſi verò ſuſpenſio.

Vigeſimoſexto nota, quod ad hoc, vt ſuſpenſus incidat contrafaciens in irregularitatem, oportet, quod ſuſpēſio ſit verè, & formaliter ſuſpēſio, nō autem per accidens, vt ſi quis, v. g. participat cum maiori excommunicatione ligato, incurrit minorem excōmunicationem, per tex. c. excommunicatos. 11. q. 3. & talis conſequenter per accidens dicitur ſuſpenſus, quo caſu contraueniens in ſuſceptione, aut collatione ſacramētorum non fit irregularis. tex. apertus in cap. ſi celebrat. de cler. excom.

Vigeſimo ſeptimo nota, ſuſpēſum hac verborum forma (donec pœniteat) vel hac (donec ſatisfecerit) non fieri irregularem cōtrafaciendo, quoniam talis ſuſpenſio habet conditionem annexam, quę refer ur in Deum. Vnde non poteſt dici propriè ſuſpenſio, tum poſſit ſtatim pœnitere. Silueſter, verbo, irregularitas, quæſtione 17.

Vigeſimo octauo nota, quod cum duplex ſit ſuſpenſio, vna ſcilicet quæ fertur pro crimine, altera, quæ infligitur ob ſolos corporales defectus, ut in illegitimo bigamo, &c. Sola inducit irregularitatem, quæ infligitur ob crimen. Nam alij defectuoſi iam per A ſe ſunt irregulares: & ob id ipſo iure ſuſpenſi per executionem ordinum, nō incurrunt irregularitatem aliam. Spec. ſupra Tab. verb. irregularitas, 4. in principio.

Vigeſimo nono nota, quod cum ſimiliter duplex ſit ſuſpenſio, vna reprobatiua, id eſt, qua quis prohibetur ſuum ordinem exercere, altera approbatiua, id eſt, quæ differt ad tempus ordinum ſuſceptionem, vel beneficij B conſecutionem, vt homo probari poſſit magis idoneus, in reprobatiua intelligi debet, quod contrafaciens fiet irregularis, in approbatiua minimè; ideoque ſi ante tempus elapſum celebret, vel impetret beneficium in tali approbatiua ſuſpenſione, nullam contrahit irrégularitatem, vel ſaltem nō talem, qualem in reprobatiua. Nam in iſta poſſet Epiſcopus diſpenſare. Specul. §. iuxta, verſicu. item quando C dicitur ſic ſuſpenſus. De quo genere ſuſpenſionis habetur in c. 1. de clerico peregrinante. vbi glo. Innoc. & Abbas colum. 5.

Trigeſimo nota, ſuſpenſum a lectura aliqua, vel prędicatione nominatim contrafaciendo, non fieri irregularem, quia talia ſunt mera officia diſtincta ab ordinibus, quod probatur in Clem. cupiens. de pœnis. Quod eD tiam intellige de ſindicatura, & quauis alia functione publica, vel priuata, vt v. g. in facultate legitimandi, doctorandi, & ſimilibus. Speculator de diſpenſatione, §. iuxta, verſ. Quid de officijs. Quæ tamen omnia, ſi dependeant ab aliquo ordine, vel eccleſiaſtica dignitate, vt ab Archidiaconatu, Prioratu, Archipresbyteratu, uel Plebanatu, ſi ab ipſo ordine ſit ſuſpē-

ſus

Digitized by Google

ſus iſta faciendo fieret irregularis.

Trigeſimo primo nota, ſuſpenſionem tãtum facere irregularem in ſpiritualibus, non autem in temporalibus officijs. Si enim quis a temporalibus ſuſpenſus adminiſtrauerit in eis, non fit irregularis. per glo. in ca. 1. §. & hæc eadem, de ſent. excomm. lib. 6. Nam quandoque Reges, Barones, & alij domini a ſua poteſtate, aduocati, iudices, & alij laici a ſuis officijs ſuſpenduntur, text. in ca. quicunque, de ſent. excomm. lib. 6. immò notarios quacunque etiam regali, aut Imperiali auctoritate creatos, poteſt Epiſcopus ab officio ſuſpendere, per Conc. Trident. ſeſſ. 22. c. 10. de reform, & tamen ſic ſuſpenſi adminiſtrando non fiunt irregulares. Vnde ſuſpenſus ab eligendo, præſentando, nominando, uel prouidẽdo, aut etiã beneficia conferendo, ſi contraueniat, non fit irregularis. Quod intellige, quando dicti actus temporales fuerunt principaliter, & expreſsè prohibiti. At quando ſuſpẽſus quis eſſet ab ordine aliquo, a quo iſti actus dependent contrafaciendo fieret irregularis, etiam in iſtis temporalibus. text. cum Gloſ. in c. Tãta. de Exceſ. Prælat.

Trigeſimo ſecundo nota, qđ licet olim, vt ſuſpẽſio induceret irregularitatem, requirebatur, quod eſſet iudicialis, alioquin ſi erat extraiudicialis reſoluebatur in præceptum ſimplex de non adminiſtrando, vt tradit Summa Piſan. verbo, irregularitas, 2. §. 1. hodie tamen verum eſt, quod iudiciales ſunt paris firmitatis, & efficaciæ, & ideo in contrauenditione vtriuſq; naſcitur irregularitas. argum. eius, quod habetur in Concilio Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. de reform.

Trigeſimo tertio nota, quod ad hoc, vt incurrat quis irregularitatẽ adminiſtrans, oportet quod ſuſpenſio ſit lata, non ferenda, id eſt, quod ipſe ſit ſuſpenſus, nõ ſuſpendendus, quia tunc etiam contrafaciẽdo non incurreret irregularitatem, videtur text. in cap. Quod translationem, de temp. ordin. vt ſentit Sylueſ. verbo, Irregularitas, quęſt. 6. Si autem dicto ſuſpendẽdo addatur pręceptũ per ſuperiorem, ne adminiſtrare poſſit, poſt tale pręceptum adminiſtrans erit irregularis a ſolo Papa diſpenſandus. Ratio eſt, qa tale pręceptum factum ei, qui ſuſpendendus eſt, efficit ſuſpẽſionem, argumen. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. de reformatione.

Trigeſimoquarto nota, quod quãuis ſuſpenſus ad adminiſtrationem tam temporalium, quàm ſpiritualiũ alicuius eccleſię, fiat irregularis adminiſtrando ſpiritualia, tamen Miſſas priuatas celebrando non fit irregularis, quia non eſt ſuſpenſus ab ordine, vt ait Abb. in c. ſi quorũdam, de ſolution. & ideo Vicarij Epiſcoporum, Archidiaconi, & ſimiles eccleſiarũ Pręlati, ſuſpenſi forma dicta, debent quidem abſtinere ab omni adminiſtratione, ſaltem ſpirituali, ne fiant irregulares, ſed celebrando priuatas miſſas, vt reliqui omnes ſacerdotes non fiunt irregulares, ſecus ſi ſolemniter celebrent eadem auctoritate, & loco, quem dignitatis adminiſtratio conſueuit obtinere.

Trigeſimo quinto nota, quod quotieſcunque in iure, vel generali decreto inuenitur ſuſpenſio, tali ſuſpenſione minimè comprehenduntur epiſcopi,

Digitized by Google

ſcopi, & illis ſuperiores, ſed tantum clerici omnes vſque ad ſacerdotem incluſiuè, niſi de Epiſcopo, & alijs fiat expreſſa mentio, tex. in ca. Quàm periculoſum, de ſent. excomm. in 6. tradit Nauarr. cap. 27. num. 161. Maiolus de irregularitate, lib. 3. cap. 19. num. 26. & Epiſcopus Scal. de cenſ. tit. de ſuſp. cap. 11.

Trigeſimo ſexto nota, quod quotieſcunque quis a iure, vel ab homine eſt ſuſpenſus ab aliquo actu ſpirituali alicuius ordinis ſacri ſimpliciter, vel conſequenter tenetur abſtinere ét poſt contritionem, & confeſſionem, quouſque ſuſpenſio remiſſa ſit, alioquin actum exercens peccat mortaliter, & fit irregularis abſoluendus tantum a Papa, ſecundum Innocent. in cap. Cum æternitas, de ſent. & re iudic. in 6.

Trigeſimo ſeptimò nota, quod ſicut tenemur vitare excommunicatũ in omnibus, vt diximus, ita etiam ſuſpenſum in eo, a quo eſt ſuſpenſus, & non vitando in diuinis officijs, & in actibus deputatis ſuis ordinibus peccamus mortaliter, ſi eſt denuntiatus, aliàs non. per Extrauag. ad euitanda ſcandala ponit Nauarrus cap. 27. numer. 35.

Trigeſimo octauo nota: Eſt pro maiori declaratione ſuſpenſionis ab officio, vel potius beneficio Vtrum ſuſpenſus ab officio ordinis abſolutè, ita ſuſpendatur a beneficio, vt nõ poſſit facere fruct⁹ ſuos. In quęſtione variæ ſunt opiniones. Quidam enim dicunt ſuſpenſum ab officio a iure, vel ab homine ob graue crimen eſſe ita ſuſpenſum a beneficio, vt non faciat fructus ſuos. Sylu. Suſpenſ. §. 5. ſe-

A cus ſi ob crimen leue.

Trigeſimo nono nota, quod quamuis crimen ſodomiæ nefandi omnium carnalium criminum grauiſſimum ſit, vt tradit D. Auguſt. lib. de adulterin. coniug. & habetur in cap. adulterij, 33. quæſt. 7. excepto peccato beſtialitatis, quod omnium grauiſſimum eſt, vt ex ſancto Thoma. 2 2. q. 154. arti. 12. probat Nauarrus. ca. 16. num. 3. & facit canon 10. de pœniten
B tia, ſic dicẽs: Qui coierit cum brutis, pœniteat pluſquam ſeptem annis, vide tex. cap. hoc ipſum, 32. quæſtio. 2. & §. ſeq. & licet omnia mala ob hoc præcipuè ſuper hominum genus deſcendant. & expreſſe habetur in Authent. Vt non luxurientur contra naturam, §. Quoniam. Et licet ſecundũ Gloſſ. verbo, Peruerſitate, in cap. flagitia, 32. quæſt. 7. propter hoc Deus peſtem mittat in terris. Sylueſt. ver-
C bo, luxuria, §. 7. licet ſodomita publicus ſit deponendus, & fit irregularis ſecundum Archidiaconum in c. infames, 3. quæſtio. 7. & Simon Maiolus de canonicis impedimentis, lib. 5. ca. 43. numero 1. Sodomita tamen occultus non eſt ipſo iure ſuſpenſus, nec celebrãs erit irregularis, niſi talis fuerit publicus, vel ſecretus talis criminis exercitor, vt ex Motu proprio Pij V. contra clericos Sodomitas, probat
D Nauarrus cap. 27. num. 249. Sylueſt. verbo, Crimen, §. 2. Patet clare, quia in dicto motu proprio dicitur, Exercentes. Et pro Sodomita vide Cano. 9. pœnit. & cap. Clerici, de exceſſibus Prælat. qui ſic ait: Qui contra naturã peccauit, ſi clericus debet deponi, vel religioni tradi, ſi corrigibilis appareat ad perpetuam pęnitentiam per-

agen-

Digitized by Google

agendam. Et nota quod quamuis diuerſæ fuerint de hoc opiniones ſodomia puniebatur vltimo ſupplicio, per text. in Auth. vt non luxurietur contra naturam.

Ad quod verbum referenda ſunt verba, quæ Illuſtriſſimi quidam Prælati in ſuis caſibus reſeruatis dicunt; Sodomiam exercentes. Quare (meo iudicio) qui ſemel, vel aliquoties tale vitium commiſit, & pœnitet ſe commiſiſſe, nõ incidiſſe in caſum Epiſcopo reſeruatum, nec mitti debere ad Pœnitentiarios Epiſcoporum, niſi (quod laudarem ſatis) facerent tales confeſſarij ad exaggerationem talis peccati, vt pœnitens videns ſe a ſuo confeſſario non abſolui, abſtineat in futurum.

Quadrageſimo, & vltimo not. pro animarum conſolatione, & confeſſorum maiori eruditione, quod in omnibus caſibus ſupradictis, alijſque ſimilibus, in quibus adminiſtrantes in ſuſpenſione incurrebant irregularitatem per ſolum Papam diſpenſabilem eſt intelligendum, & procedit, ſi irregularitas naſcatur ex manifeſtis delictis. Si autem ex hoc occultis proueniat, ſemper poterit per epiſcopum, vel per Vicarium ad hoc ſpecialiter deputatum diſpenſari, duobus caſibus exceptis, ſ. homicidio voluntario, & quando crimen deductum eſt in iudicium. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. tradit Simon Maiolus, lib. 3. c. 19. nu. 25. Epiſcopus Scalenſis, de ſuſpenſ. c. 11. & declarat Nauar. c. 27. nu. 194. & alij moderni.

Dicto (abundè ſatis) de ſuſpenſionibus in iure latis, ſupereſt, vt aliqua de ſuſpenſione ab homine dicamus.

A Quæritur ergo quid ſit ſuſpenſio ab homine? Reſpondetur quod eſt præceptum, quo iudex eccleſiaſticus eccleſiaſtico (maximè) officij ſui executionem, vel beneficij conſequutionem interdicit. Quæ definitio (licet ſic expreſſa nullibi inueniatur) poteſt tamen ex ſupradictis notabilibus, & Doctorum dictis ſic formari.

Quæritur, quibus verbis proferenda ſit ſuſpenſionis ſententia? Reſp.
B hæc verba, vel ſimilia eſſe formulam ferendi ſuſpenſionem pro contumacia, aut patrato delicto, ſcilicet. Quia conſtat Petrum tale delictum commiſiſſe, idcircò te a beneficio, vel officio, & ordinum executione, ab vtroq; ſuſpendimus vſque ad tale tempus, aut noſtrũ beneplacitum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Si autem prælatus alicuius edicti obſeruationem ſub pęna ſuſpẽſionis in-
C timare voluerit; his vtetur verbis. Quicunque tale, vel tale fecerit, aut non fecerit: cum in his ſcriptis ab exercitio ordinum, vel ab officio, &c. ſuſpendimus, vel nouerit ſe ſuſpenſum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Ita tradit Dominus Epiſcopus Scalenſis, de cenſuris, tit. de ſuſpenſione. c. 13.

Quæritur quis poſſit hanc ſuſpenſionem ferre? Reſp. Iudicem tantum
D eccleſiaſticum ſuſpendere poſſe, ſcilicet, epiſcopum, eiuſque Vicarios generales, Legatos, Archiepiſcopos in Metropoli, Inquiſitores, Ordinum ſuperiores, & alios iuriſdictionem eccleſiaſticã propriam, vel delegatam habentes, probat Sylu. Suſpenſio, nu. 2. & alii Sũmiſtæ. Nauar. c. 27. nu. 159. Epiſcopus Scal. de Suſpenſio. c. 12.

Digitized by Google

Vnde primo inferunt hanc generalem concluſionem. Ille tantum poteſt ſuſpendere, qui excommunicare per text. in cap. quærenti, de verbor. ſignificatione. Quia tantum excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, ſunt cenſuræ eccleſiaſticæ, quamuis Sotus 4. diſt. 22. q. 1. art. 2. quinque eſſe cenſuras eccleſiaſticas dicat, addens ſupradictis irregularitatem, ac degradationem, quæ tantum ſunt pęnæ dicendæ ſecundum communem.

A

B

Secundo inferũt ex ſupradicta generali regula, hominem laicum, vel mulierẽ non poſſe ſuſpendere, quemadmodum nec excommunicare. Abbatiſſa tamen abſolutè, & ſimpliciter non poteſt; poteſt tamen eo modo, quo ſupra notab. 18. diximus.

Quæritur, vtrum neceſſaria ſit admonitio ante hanc hominis ſuſpenſionem? Reſp. quod ſuſpẽſio ab homine infligitur duobus modis, vel duabus de cauſis, vel ponitur propter aliquam cõtumaciam, vel in alicuius patrati delicti pęnam. Admonitio ergo tantum requiritur, quando imponitur per contumaciam ſecundum omnes, & tradit ex Innoc. Nauarr. c. 27. nu. 159. Silu. nu 4. epiſcopus Scalen. d. cap. 12. per text. in c. Reprehenſibilis, de appel. & per tex. in c. 1. de ſen. excom. in 6.

C

Multa alia, quæ paſſim in auctoribus reperiuntur, maximè Angelo, Tabien. Silueſt. Nauar. omittentes. Quæritur quis poſſit ab hac ſuſpenſione ab homine abſoluere.

D

Primo, reſpon. quoad abſolutionẽ a ſuſpenſione ex delicto occulto præueniente eſſe iam dictum ſupra notabili 40. & vlt.

Secundo, reſpond. ad quæſtionem ſequentibus aſſertionibus.

Prima, quando ſuſpenſio lata fuit ad tempus illo tempore tranſacto finitur ipſa ſuſpenſio abſque alia iudicis declaratione. Notãt omnes & nos ſupra, & tradit late epiſcopus Scalenſis de ſuſpenſione. cap. 15.

Secũda cum ſuſpenſio inflicta fuit ſub aliqua conditione, vt ſub hac forma. Si fecerit hoc, vel donec pęniteat, adueniente tali conditione, remanet caſſata ſuſpenſio. Sylueſt. num. 8. & alij.

Tertia, quotieſcunque ſuſpenſio eſt a iure, vel ab homine, & conditor canonis ſibi abſolutionem non reſeruauit, poterit Epiſcopus, & illo ſuperior abſoluere. Ang. Sylu. Nauar. Sotus, & omnes communiter per tex. in c. nuper, de ſent. excom.

Quarta, quãdo abſolutio datur in foro interiori ab eo, qui illam tulit, poteſt talis ſuſpenſio quocunque verbo caſſari, annullari, reuocari, &c. vt v. g. Reuoco, annullo, &c. Silue. ſupra verſi. ſi verò ſit. Nauar. c. 27. nu. 160. Epiſcopus Scal. ca. 15. S. Anto. 3. par. tit. 27. cap. 4.

Quinta, ſi autem abſoluendus ſit ſuſpenſus in foro pœnitentiæ abſolui debet ſub hac forma. Abſoluo te a vinculo ſuſpẽſionis, quam incurriſti pp hanc, vel illam cauſam, tradit Sylue. verb. abſolutio. 6. dub. 2. quem refert, & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 160. Si autẽ ſuſpẽſio eſt dubia, eſt ſic abſoluendus: Si teneris vinculo ſuſpenſionis, ego abſoluo te, &c. Doctores ſupra.

Nota. Quod tribus caſibus poteſt quis nõ a ſuo ſuſpenſore, ſed tantum a Papa abſolui. Primus clerici, vel Regulares

Digitized by Google

gulares priuati a ſuis ordinarijs, propter ſacramenta, eleemoſinas, vel ſepulturam datam hæreticis, text. in c. excommunicamus, de hæret. Secundus, quando quis per Concilium prouinciale a beneficijs conferendis propterea eſt ſuſpenſus, quod beneficia contulerit indignis, nec ſe poſt primam, & ſecundam correctionem e- A mendauerit, poteſt tamen ab vno ex quattuor Patriarchis abſolui. text. in capitu. Graue, de præbendis. Tertius eſt in degradato per textum in cap. ex tuæ, de clerico non reſidente.

Hæc ex R.P.D. Martino Alfonſo Viualdo Hiſpano Magiſtro, & Doctore celeberrimo.

Digitized by Google

HAEC priuilegia, quæ ſequuntur, collecta ſunt ab illo R.D.Ioan.Baptiſta Confettio Florentino Prothonotario Apoſtolico Sacræ Theologiæ,& iuris Canonici Doctore, directo S.D.N.Clementi Octauo. Quæ quidem Priuilegia ſunt ſacrorum Ordinum Mendicantium,& non Mendicãtium,iuxta ſacri Conc.Trid.reformationem,& Summorum Pontificum nouiſſimas confirmationes,& innouationes. Ex cuius magno volumine,nos tantum hæc pauca excerpſimus,vt probaremus, quod expoſiti ab Ordinario locorum, niſi ſint expoſiti religioſi a ſuo Religionis Prælato, abſolutio eorũ non tenet, quia iuriſdictionem habent à ſuo Prælato, non autem ab Epiſcopo, vt hic videbitur. Quod notauimus in Quæſito noſtro 168.

Digitized by Google

DE REGVLARIBVS in Confeſſarios deputandis. Tit. 17. c. 1.

Regulares per eorum ſuperiores ad ſacras confeſſiones, & præſertim ſæculari um coram ordinarijs preſentandi expo ni debent. *Cap. 1.*

CVM Regulares ratione voti obedientiæ eorum ordinum ſuperioribus pleno iure ſubiecti exiſtãt, ita vt illos velle, vel nolle minime habere dignoſcantur, hinc eſt, quod quicquid agere, ſeu recipere proponunt de eorundem ſuperiorum licentia illud exequi tenẽtur, & propterea anteq̃ ordinario præſententur pro eorũ approbatione a ſuis ſuperioribus eligi debent, vel ſaltem de eorum licẽtia eiuſdem ordinarijs præſentari, ne obedientiæ voto cõtra ire eis damnabiliter contingat, qui tñ ſuperiores nõ oẽs indiſtinctè ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendum exponere debent, ſed perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atq; peritas, ſicut eis per canonicas ſanctiones præcipitur, quas quidem perſonas ſic (vt præfertur) electas præſentent, & non nominent, ſeu eiſdem ordinarijs ſub hac forma præſentari perſonaliter faciant, nempe, vt de eorũ licentia, gratia, beneplacito, & approbatione, prę uio tñ examine, in ciuitatibus, dięceſibus eorum Regulares, ſic per eos electi confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, pœnitentias ſalutares imponant, & beneficium abſolutio- A nis poſtea impendant.

Numerus verò perſonarũ aſſumendarum ad prædictum munus exercẽdum eſſe debet, prout vniuerſitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorumdem. Quod ſi petitã licentiam, & approbationẽ epiſcopi eis conceſſerint cum gratiarum actione recipiant, & deinde commiſſum ſibi officium in Domino exequi, & adimplere licitè, & liberè valeant, hæc autem electio, & deputatio ne dũ ad B Generalem in toto ordine ad Prouincialem in ſua Prouincia, & cuſtodẽ, ac etiam ad Priorem, ſeu Guardianũ, vel quemcunque ſuperiorem localẽ, aut eorum Vicarios ſpectare dignoſcitur, pro ſingulis ciuitatibus, & Dięceſibus, in quibus reſpectiuè fratres cõmorari contigerit facienda.

Decretum Concilij Tridentini ſuper confeſſariorum, etiam Regularium approbatione pro Epiſcopo facienda. C *Cap. 2.* Seſſ. 23. c. 25.

QVamuis Presbyteri in ſua ordinatione a peccatis abſoluẽdi poteſtatem accipiant, decernit tamẽ ſancta ſynodus nullum etiam Regularẽ, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat, priui

in illo pęnitentiæ foro validè profert. Vnde ex prædictis cócluditur vtramque poteſtatem in cõfeſſario (ſiue clericus ſecularis, ſiue regularis ſit) adeò eſſe neceſſariam, quod ſi tentaret eum abſoluere in quem iuriſdictionem ordinariam, aut delegatam non haberet, præterquam quod damnabiliter peccaret, cũ falcem mitteret in meſſem alienam, contra Eccleſiæ decreta, ſed nihil prorſus faceret, quoniam a non ſuo iudice ligari, aut abſolui nemo poteſt. Ideo fratres antequam munus confeſſarij exercendum aſſumãt Epiſcopi ordinarij approbationẽ impetrare, & obtinere omninò ſtudeant iuxta dict. Decretum Concil. Trid. & Apoſtolicas conſtitutiones.

De modo, quo ſacerdos Regularis, & ſecularis clericus pro laicorum confeſſionibus audiendis approbari debeat. Cap. 4.

EX ſuperiori Conc. Trid. decreto iam ſatis compertum eſt tam ſecularem clericum, quam Regularem ſacerdotem pro confeſſarij munere obeundo ab Ordinario approbatum fore debere, quod tamen diuerſimodè fieri contingit, quoniam clericus, qui eſt Epiſcopo ſubiectus cũ prçuio examine ad ſacras confeſſiones ſecularium audiendas approbatur, ab eo etiam iuriſdictionem in pœnitẽtium diœceſanorum perſonas, & aliquãdo etiam cum facultate abſoluendi a caſibus ipſi Epiſcopo reſeruatis prorſus recipit, quique illam ad eius libitum vtendam concedit, eique impartitur, & propterea tenor literarum dictę approbationis diligenter, & accuratè in

A ſpiciendus eſt, adeò quod, ſi in illis expreſſum reperiatur facultatẽ audiendi confeſſiones, & à caſibus epiſcopo reſeruatis abſoluendi, ſimpliciter conceſſam eſſe, tũc intelligendum eſt, ipſum clericum approbatum poſſe omnium ciuium, & diœceſanorum, aliorumque ad eos confluentium confeſſiones, vbique per ciuitatem, & diœceſim etiam in pœnitentium proprijs domibus audire, pœnitentias iniun-

B gere, & a peccatis abſoluere, ſi verò fuerit approbatus pro hac, vel illa eccleſia, ſeu loco, aut pro viris, ſeu mulieribus eorumque certa quantitate, vel ad certum tempus, tunc ad illa loca, tempora, & perſonas iuxta conditiones in d. literis approbationis expreſſas illius iuriſdictio collata intelligitur: quod ſecus eſt in ſacerdote Regulari, in cuius approbatione Ordinarius aliter ſeſe habere debet, nã cum

C ab eo omnino exẽptus, & Sedi Apoſtol. immediatè ſubiectus exiſtat, nulla per ipſius Epiſcopi approbationẽ iuriſdictionis poteſtas tribuitur. Sed illam approbatus, ſtatim ab ipſa ſancta ſede, & ſummo Pontifice per priuilegia ordini conceſſa immediatè cõſequitur, qua quidem iuriſdictione perſonæ non ſolum illius ciuitatis, & diœceſis, in qua approbantur, ſed etiã forenſes, & aliarum diœceſum in ea

D ad illos confluentes ei in foro pœnitentię ſubijciuntur, illaſque audire valent vbique, vt infra dicetur, hæc autem iuriſdictio cum ob d. Decretum Conc. Trid. ipſis Regularibus ſuſpenſa ſit donec ab Epiſcopo prius examinati approbentur, aut aliàs idonei ab eo iudicenť, tũc ſequuta dicta approbatione iam eis iuriſdictionis attri-

Digitized by Google

buta poteſtas relaxatur. Vnde ſequitur, quod Epiſcopus ſi præuio examine Regularem idoneum inuenerit, illum ſimpliciter abſq; vlla temporis, loci, ſeu perſonarum limitatione, indiſtinctè approbare, & admittere debet, atque tenetur, ſecus ſi non adeo idoneus reperiatur, tũc enim ordinarij arbitrio, cũ limitata facultate admitti poteſt, vt à ſacra Illuſtriſſimorum Cardinalium cõgregatione Regularium in hęc verba declaratũ fuit die 2. Iulij 1587. videlicet,

Regulares, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab ordinarijs eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis perſonarum admittantur in Diœceſi propria. De cęteris verò, qui non adeò idonei reperiētur, ſi petierint ſe admitti arbitrio ordinariorum relinquitur ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem ordinarijs magis expedire videbitur probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum confeſſiones ex cauſa audierint, ſtatim Parochum admonere teneantur, & fidem auditę confeſſionis pro medico adueniente relinquere.

F. Michael. Bonellus Card. Alexand.
Georgius Palcatius Secret.

Cap. 5.

EX prædicta igitur declaratione nonnullę colliguntur concluſiones, quarum prima eſt, ꝙ Regulariũ iuriſdictio tam eis a iure communi, quam a Papa delegata reſtringitur, A ſeu ampliatur per dictam Ordinarij approbationem non ad eius libitum, ſed iuxta maiorẽ, ſeu minorẽ illorum ſufficientiã, & idoneitatẽ repertam.

Secunda, ꝙ Regulares non plenè idonei per examen approbati, & cum aliqua cõditione, & limitatione loci, aut tpis, vel perſonę, aut ad libitũ Ordinarij admiſſi, poſſunt per eundẽ Ordinariũ a Confeſſarij munere ſuſpendere, & licentia eis cõceſſa reuocare, B & tranſacto tempore, vel alia cõditione expirata ſuſpenſi ab officio remanẽt, cũ iã amplius approbati minimè cenſeãtur, ac ſint purificata conditione, ſub qua approbati, & admiſſi fuere, & ſicut cleric⁹ ſecularis beneficiũ parochiale habens, per quod ipſo iure erat idoneus, & vbiq; terrarũ eligibilis per Bullã Cruciatæ, ſeu Iubilei, ſi illud renunciant, non manet amplius ipſo iure idoneus, vt planè intendit Conc. Trid. & multò fortius C amittit rationem idonei, qui ob crimen priuatus eſt beneficio curato, ita Regularis limitate, & ſub conditione approbatus, ea adimpleta, aut expirata idoneitatem perdidiſſe dicitur, & tamquam ſuſpenſus munus confeſſarij, neque licitè, neque validè amplius exercere poteſt.

Tertia, quod Regulares ſimpliciter idonei approbati vigore prædictæ declarationis ſacræ Congregationis D Regularium, ex quo ab ordinatione iuriſdictionem non habent, nõ poteſt illa, quam habent à Papa ex priuilegio, nec quoad locum, nec quoad perſonas per eundẽ ordinarium coarctari, ſeu reſtringi, quod quidẽ in tantum eſt verum, quod ſi Epiſcopus in fraudem, aut odium eorũdem Regu-

larium

Digitized by Google

lariuni ſibi plures caſus, quàm parochis reſeruaret, aut nimis excederet in reſeruatione, non tenentur obedire in illa reſtrictione, nam aliàs ſacrorum ordinum priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa inutilia redderentur, contra quæ nihil in fraudem Epiſcopi ſtatuere valent, vt in ca. quarto, de Priuil. & exceſ. Prælat. apertè declaratur.

Quarta, quod Regularis in vna ciuitate, & diœceſi pro audiendis confeſſionibus ſemel per Epiſcopũ præuio examine admiſſus ab eodem Epiſcopo non poteſt amplius examinari, neque pręſentari, quamuis ſępe ab eadem diœceſi recedat, ad quam ſi reuertatur priorem licentiam, & approbationem retinet, neque dicta licentia morte Epiſcopi concedentis expirat, ſed illa vti poſſunt Regluares donec Eccleſiæ vacanti de Paſtore fuerit prouiſum, vt ex priuilegio conceditur.

Ab Epiſcopo verò ſucceſſore pro maiori ſuæ conſciẽtiæ quiete examinari de nouo poſſunt non obſtante priori Pij V. conſtitutione, qua cauebatur, vt ſemel approbatus in vna diœceſi amplius illa examinari nõ poſſet, quoniam ipſemet Pius V. per aliam ſuam conſtitutionem in ſpecie ei derogauit, quemadmodum poſtea ſacra Congregatio Concilij interpres in hæc verba declarauit.

Seſſ. 22. cap. 15.

CONgregatio Concilij cenſuit Regulares ad audiẽdas in ciuitate, & Diœceſi ſecularium confeſſiones ſemel ab Epiſcopo præuio examine approbatos iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos: cæterum a ſucceſſore poſſe vtique examinari iuxta conſtitutionem Sanctæ Mem. Pij Quinti datam VIII. Idus Aug. Pontificatus ſui anno 6. quæ à fę. rec. Gregorij XII. non eſt reuocata per reductionem priuilegij Regularium ad terminos Concilij Tridentini.

A Card. Caraffa.

QVinta, quod Regulares in confeſſarios generaliter, & ſimpliciter approbati poſſunt Ciues, & Diœceſanos illius Ciuitatis, & Diœceſis, in qua admiſſi ſunt, non ſolum in eius domibus, & Eccleſijs, ſed vbique in alijs locis intra dictam ciuitatem, & Diœceſim conſiſtentibus, etiam inuitis Parochialibus, Rectoribus, ipſiſque contradicentibus in foro pœnitentiæ audire, & a peccatis abſoluere quemadmodum prædictas perſonas etiam extra diœceſim, in qua ſunt approbati audire, & abſoluere pariter valent, cũ in hoc eandẽ auctoritatẽ à iure habeant, quam curati Rectores, qui ſuos ſubditos vbicunque repertos nedum in eorum Eccleſijs, & Parochijs, ſed extra territorium, & Diœceſim propriam poſſunt eis beneficium abſolutionis impendere, quod quidem conceditur in foro ſecreto animæ, qui forus poli, & Dei dicitur, cuius eſt terra, & plenitudo eius, & vbi non lęditur ius, neque territoriũ alterius, & perſonæ iam per approbationem Epiſcopi illis conſignatę nõ acquirunt alibi fauorabile forum, ita vt ab alieno Parocho, & alterius Diœceſis poſſint à peccatis abſolui, ſicut in foro exteriori ratione delicti. Reus

puniri

puniri valet a iudice territorij in quo deliquit. Quibus additur, quod quicquid dictum eſt de priuatis, illud idẽ de Regularibus, & Principibus dicẽdum videtur, nam licet illorum proprius Sacerdos ſit Epiſcopus illius Ciuitatis, Regni, ſeu Dominij, in quo principalem, & ordinariam ſedem habent, & ibi continuò reſidentiam facere ſolent, nihilominus iuribus prędictis poſſunt ſibi regulares in cõfeſſarios eligere, à quibus nedum in propria ciuitate, & Diœceſi, ſed vbique per omnes alias ciuitates, & Dięceſis Regni, & Dominii, ad quas cũ eis diuertere continget illorum confeſſiones audiri, & a peccatis abſolui nulla alterius Diœceſani, ſeu proprij ſacerdotis licentia requiſita, ac etiam illorum curiales, cum & ipſi in obſequium Principis electi, & deputati perſonaliter ſeruiunt in eadem Principis ciuitate domicilium contraxiſſe cenſentur, & propterea ab eiſdem confeſſarijs licitè in foro pęnitentiæ valent audiri, dummodo ipſi Regulares ab Epiſcopo principalis Regiæ, ac Ducalis ciuitatis generaliter pro clauium huiuſmodi miniſterio fuerint approbati, & admiſſi, niſi Rex, aut princeps priuilegium de eligendo ſibi confeſſarium ſpetialiter a Papa impetratum haberet, tunc enim, iuxta illius tenorem, & cõtinentiam agendum eſſet, nec obſtat prædictis Clement. Dudum, de ſepult. qua videtur regularibus prohiberi, ne extra Dięceſim poſſint in confeſſarios deputari, & confeſſiones audire, quoniam dicta Clementina vetat ſolum ne Regulares abſoluant in alia diœceſi ſubditos illius Epiſcopi, a quo

A ſunt approbati, ſed non prohibet Regulares abſoluere vbilibet perinde, vt parochi, illos, in quos ab Epiſcopo habent iuriſdictionem, ſed quando iſtud per d. Clem. prohiberetur, nihil referret, cum ei a diuerſis Summis Põtificibus expreſsè quoad hoc fuerit derogatum. Forenſes verò, & aliarum Dięceſum perſonæ ad Regulares confeſſarios confluentes, non poſſunt extra Diœceſim, in qua ſunt B admiſſi in Confeſſione audiri, & à peccatis abſolui, quoniam ab eorum Epiſcopis non ſunt approbati, & per priuilegia Apoſtolica intra Dięceſim Epiſcopi approbãtis facultatem ipſis Regularibus abſoluendi tãtum conceditur, extra verò quoad ipſos forenſes, neque ius commune, neque ipſa priuilegia in hoc eis ſuffragantur.

Sexta quod qui confitetur Reli- C gioſis Regularibus, vt ſuprà approbatis, ex priuilegio illis indulto nullo modo eadem peccata proprio Sacerdoti amplius confiteri tenetur, quod quidem ex verbis Textus in capitulo, Omnis vtriuſque ſexus, ſatis comprobatur, vbi habetur, quod, qui alieno ſacerdoti confiteri voluerit, tunc ei licebit, etiam ſemel in anno, ſi à proprio Parocho licentiam habuerit, & obtinuerit, ex quo manife- D ſtè colligitur, quod qui de licentia proprii Sacerdotis confitetur alteri perinde eſt, ac ſi proprio confiteretur, ſed inter proprios Sacerdotes cõnumeratur Epiſcopus, & multò iuſtius Papa, à quo priuilegium audiendi, & abſoluendi regulares habent, ſequitur ergo, quod qui illis in confeſſarios approbatis tamquam Papæ dele-

Digitized by Google

delegatis confitentur, perinde ſatiſ faciant Eccleſiæ præcepto, ac ſi proprijs Parochis confiterentur, cum licentia Papæ, & Epiſcopi maiorē vim habeat, quàm illa Curati; hæc eadem concluſio canonica auctoritate roboratur, nam huiuſmodi Regulariũ priuilegia primum per Alex. IV. vſque de anno Domini 1260. conceſſa leguntur. Deinde poſt annis decē confirmata fuerunt per Vrbanum IV. & Clementem IV. continuo ſuccedentes. Poſt hæc verò annis 50. Ioannes quidam de Poliaco cum aduerſam ſententiam falsò tueretur anno Domini 1322 citatus Romam venit, vbi errorem reuocare compulſus fuit, vt patet per Extrauag. Ioann. XXII. quæ incipit: Vas electionis, de Hæreticis, & tunc iuxta decreta præfatorum Alexan. & Clemen. concluſum fuit confeſſos Regularibus non teneri amplius eadem peccata proprio ſacerdoti confiteri, vnde poſtea Bonifacius VII. per ſuam Extrauagan. ſuper Cathedram. de ſepult. & Benedictus XI. eius ſucceſſor in ſua etiam conſtitutione, quę incipit: Inter cunctas, de Priuilegiis, & Clem. V. in Clem. Dudum. de ſepultur. ampliſſimam ipſis Regularibus prædicandi, & confeſſiones audiendi contulerunt facultatem. Et demum Sixtus IV. præfat. Ioann. XXII. Eugenij IV. & Nicolai V. & aliorum prædeceſſorum veſtigiis inhęrendo per ſuam Bullam (quę Mare magnum inſcribitur) prædictũ articulum, videlicet, quod confeſſi Regularibus, iterum Parocho confiteri tenerentur, damnauit, ac reprobauit, decreuitque quod cõtra huiuſmodi articulũ aſſerentes, tanquam de

A hæreſi ſuſpectos, non ſolum per locorum Ordinarios, ſed etiam per Inquiſitores hæreticæ prauitatis inquiratur, & ad correctionem procedatur, & vlterius in eos tamquam impediētes indirectè nè Regulares ſuis priuilegijs vtantur, ſi ſeculares fuerint excommunicationem ſententiam ipſo facto incurrendam protulit, contra Rectores verò Eccleſiarum, & alias perſonas Eccleſiaſticas vltra ex-
B communicationem ſuarum Eccleſiarum, & beneficia, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda ſimiliter pęnam ſtatuit, vt in altera conſtitutione eiuſdē Sixti IV. quæ Bulla aurea dicitur, decernitur, & declaratur, & propterea confeſſis Regulari in Paſcha Parochus non poteſt eos repellere, neque Sacramentum Euchariſtiæ illis denegare, ac etiam eo contradicente poſ-
C ſunt Regulares illius ſubditos in confeſſione audire, & a peccatis abſoluere.

Septima, ex quo Regularis Sacerdos ſemel in confeſſarium ab Epiſcopo generaliter, & indiſtinctè approbatus, non poteſt amplius ab eodem Epiſcopo examinari, & approbari per Pij V. conſtitutionem, vt dictum eſt, ideò nec minus poteſt ab Epiſcopo approbatione ab officio confeſſa-
D rij ſuſpendi, quoniam facta approbatione Epiſcopus functus eſt munere ſuo, quod etiam confirmatur, nã ſuſpenſio eſt actus coactiuæ iuriſdictionis, qui nonniſi in perſonam ſubditam exerceri poteſt, at regularis, cum ab Epiſcopo ſit omnino exemptus, igitur ab eo non poteſt ſuſpendi, ſicut neque excommunicari, & ſi de fa

cto

Digitized by Google

ƈto Regularis ſuſpenderetur ab officio,' ſuſpenſio nullius roboris, uel momenti eſſet, itaut abſoluendo validè ſententiam abſolutionis proferret, ratio eſt, quia iuriſdictionem, quã habet in pęnitentes a Papa habet, & ideo illam Epiſcopus nullo modo auferre poteſt, ex prædictis etiam ſequitur, quod ſtãte dicta exemptione Regularis in officio delinquens non poteſt ab Epiſcopo pœna corporali modo aliquo corrigi, ſeu mutilari, ſed illum Prælato ad quem pertinet correctio ſignificandum eſt.'

Qui quidẽ Pręlatus fratres ſibi ſubditos, & ab Epiſcopo approbatos reprobat, ipſius Epiſcopi approbationem reuocando, & declarando illos ex cauſa ſibi cognita non amplius pro ſacris confeſſionibus audiendis idoneos haberi debere, quod quidem per ipſum Prælatum verè fieri poteſt, cum omnis iuriſdictio a Papa per approbationem ordinarij illis cõceſſa mediante Prælati perſona tradita, & ad nutum & voluntatem illius retinenda, & vtenda cenſetur, cuius quidem ſuperioris voluntas in ſuorum ſubditorum actionibus, tam actiuis, quam paſſiuis ſemper excipitur, & excepta eſſe intelligitur, ne Religionis, & profeſſionis ordo confuſus peruertatur, cum ergo tota iuriſdictio regulariũ cõfeſſariorum, & eius vſus ordinarij approbationi pœnitus fundari, & inniti videatur, ea per Pręlatum reuocata, & reprobata ſtatim omnis iuriſdictio ab eo aufertur, ita vt munus antea ſuſceptum neq; licitè, neque validè amplius exercere valẽt, irritumque, & inane eſt quicquid attentatur.

A Si tamen Pręlatus expreſſis verbis, non reprobet, ſed tantum prohibeat ſubdito audire cõfeſſiones aliqua ex cauſa ſibi bene viſa, non tollit approbationem à ſe, & ab Epiſcopo datã, & propterea ſi cõtra prohibitionem Regularis abſolueret, valida eſſet abſolutio à non reſeruatis ſecularibus impẽſa, non autem à reſeruatis, nam facultas abſoluendi ex priuilegio à reſeruatis per prohibitionem Prælati B amplius nõ intelligitur ſubdito delegata, cum ea Pontifex non communicet ei niſi per ſuum Prælatum.

De Regularium confeſſariorum facultate & poteſtate quoad abſolutionem ſecularibus imponenda. Cap. 6.

EXplicatis ijs, quæ ad Regulariũ confeſſariorum approbationem C pro perſonis ſibi in foro animæ ſubijciendis requiri videbantur, nunc reliquum eſt, vt de eorum iuriſdictione, & facultate in abſoluendo à caſibus reſeruatis ſummatim peragatur, ideo eſt ſciendum, quod ſacerdotes Regulares iuxta formã Conc. Trid. ab Epiſcopo approbati eandem prorſus poteſtatem habent, quam Parochiales Curati Sacerdotes à iure cõmuni traditam habere dignoſcuntur, quibus tantum conceſſum eſt, quantum eis D non eſt reſeruatum, neque prohibitum, & idcirco Regulares hac ordinaria auctoritate ſecularium confeſſiones audire, illoſque in vita à caſibus, & cenſuris nemini reſeruatis, à reſeruatis verò quibuſcunque in articulo mortis dumtaxat, ſicut Parochi abſoluere valent. Ex facultate autem Apoſto. eiſdem Regularibus ſubdele

gata

Digitized by Google

gata per priuilegia à S. Sede Apoſtol. A fratribus ordinis Minorum olim per Leonem X. conceſſa, & per Clementem VII. confirmatá, extenſa, & communicata, & per Paulum IV. fratribus Minoribus de obſeruantia confirmata, & ampliata, & demum per Gregorium XIII. & Sixtum V. approbata, & innouata, Regulares præuia tamen ordinarij approbatione, eorũque ſuperiorum localium nẽpe Priorum, Guardianorum, ſeu Correctorũ B ſpeciali deputatione poſſunt in quibuſdam cuilibet anni ſolẽnitatibus, & omnibus Dominicis quadrageſimæ, nec non ſingulis diebus ferialibus à media quadrageſima vſq; ad octauam Paſchę etiam cuiuslibet anni incluſiue ab omnibus cenſuris, & criminibus, etiam Sedi Apoſt. reſeruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) abſoluere, & vota cõmutare modo, forma, & temporibus, qui C bus in dictis priuilegijs conceditur. Circa quæ eſt aduertendum, quod ex quo nullus caſus Papæ reſeruatur, ſi cenſuram excommunicationis annexam non habeat, ſequitur quod habẽtes facultatem ex priuilegijs abſoluẽdi à caſibus Sedi Apoſtol. reſeruatis etiam à cenſuris illis annexis abſoluere valeant, quod etiam procedere videtur in caſibus in quibus reſeruatio D Epiſcopi cum Papæ reſeruatione cõcurreret, quoniam vſu iam indiſtinctè (vt inquit Nauar. inteapretatũ eſt) quod ſublata ſit, & eſſe cẽſeatur, Epiſcopalis reſeruatio, & cenſura, Papali ſublata, & ratio eſt, quoniam iuriſdictionis, & poteſtatis plenitudo, q̃ in Summo Ro. Pont. tanquam Chriſti Vicario, & B. Petri ſucceſſore diuinitus collata ampliſſimè reſidet, arctari, reſtringi, ſeu ſuſpendi à Prǫlatis inferioribus minimè poteſt, cum illius quam ipſi habẽt ab eodemmet Summo Pont. & Sede Apoſt. in eis fiat deſcenſus. Item notandum, quod ipſi Regulares vi eorundem Priuilegiorum, poſſunt abſoluere a caſibus prædictis etiã poſt diem datæ & conceſſionis eorundem priuilegiorum, quo niam illa tanquam perpetuo, & in fauorem cauſæ publicæ, nempè Religionis a Sede Apoſt. conceſſa, & iuri communi ęquiparata non limitantur ad prętерita, ſicut priuatorum priuilegia, quæ ſunt in odium iuris, ſed ſuffragantur Regularibus etiam in futurum, & donec ſpecialiter reuocẽtur, & prǫſertim cum Religionis cõtemplatione ſemper militet eadem illius fauoris ratio, quibus etiam àdditur, quod cum illa facultas ſit perpetuò tradita pro certis cuiuslibet anni diebus, & temporibus vtenda, ſingulis quoque annis conceſſio repetita cenſetur, & ideo omnes caſus, quos illa ſingulis annis in eiſdem diebus reſeruatos inuenit, tanquam ad eos extenſa abſolui validè poſſunt, niſi abſolutio ipſa in reſeruatione noui caſus cũ derogatione priuilegiorum, & facultatis huiuſmodi prohiberetur, alioquin inane eſſet priuilegium cum d. abſoluendi facultate ipſis Regularibus conceſsũ. ad tradita per D. Henricum Henriq. in d. Sum. Theol. de ſacramento pœnit. lib. 6. c. 16. nu. 7. & in gloſ. ſub litera O. vbi poſt multos alios grauiſſimos Theol. & iuriſpetitos ab eo relatos ita practicari teſtatur.

Poſtremo eſt aduertendum, quod

præd.

præd. facultas abſoluendi à caſibus Papalibus intenditur hodie ad reſeruatos tantum ante, & non poſt nouiſſimam Sixti V. priuilegiorum confirmationem pro Fratribus Minoribus, de Obſeruan. anno 1587. die 3. Octobris emanata. Ideo ab illis Regulares in abſoluendo ſeſe abſtineant, donec priuilegia alicui ex dict. Regularium ordinibus denuò confirmentur.

Quo verò ad caſus Epiſcopales licet Regulares ex priuilegio Sixti IV. olim S. Franciſco de Paula, eiuſque Ordinis Minorum Fratribus, & per Iulium II. confirmati, & ampliati, ac ſucceſſiuè pluries per diuerſos Summos Pontif. cæteris Mendicantium Ordinibus vnà cum alijs priuilegiis, & præſertim Fratribus Minorib. de Obſeruentia per Paulum IV. ſimiliter approbati, extenſi, & communicati perſonas quaſcunque ſibi confitentes ab omnibus cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, nec non criminibus quibuſcunq; quomodocunq; Epõ reſeruatis, vbique per Diœceſes, in quibus eſſent approbati toties quoties opus eſſet abſoluere, & ſuper quacunque irregularitate diſpenſare, necnon vota quæcunque permutare, & relaxare poſſent, & pœnitentiam eis iniungere ſalutarẽ. Nihilominus hodie vacare videntur in hac parte priuilegia prædicta, ſtante declaratione per Gregorium XIII. de ſententia ſacræ Cõgregationis Concilii Tridentini infraſcripti tenoris facta, & per ſacram etiam Regularium Congregationem repetitam, à qua in abſoluendo non eſt recedendum, niſi dicta priuilegia poſtea à Sancta Sede Apoſt. cum derogatione quibuſcunque contrariis

A confirmata, innouata, aut de nouo cõceſſa exiſterent.

Reſponſio ſacræ Congregationis Concilij Trid. quoad facultatem Regularium abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis olim Illuſtriß. Card. Borromeo tunc Archiepiſcopo Mediolani facta.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

B CVm à Sacra Congregatione Cardinalium, qui propoſiti ſunt decretis Tridentini Concilii interpretandis Illuſtriſs. amplitudo tua quæſiuerit, an Regulares ex priuilegio à Sede Apoſtol. impetrato, præſertim autem ex eo, quod nominant Mare magnum poſſint in caſibus, quos ſibi Epiſcopus reſeruauerit abſoluere cõfitentes? Hac de re vbi congregatio accuratè egiſſet, deinde ad Sanctiſs. C D.N. retuliſſet Sanctitas ſua etiam de ſententia Congregationis cenſuit, ex facultatibus per hoc mare magnum, aliave priuilegia Regularibus cõceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſoluendi in caſibus ſibi ab Epiſcopo reſeruatis. Deus Illuſtriſſime amplitudini tuæ perpetuam vitæ tranquillitatem, & incolumitatem largiatur. Romæ die 10. Septemb. 1577.

D Illuſtriſſime, & Reuerendiſs. amplitudini tuæ, &c.

De confeſſariorum Regularium poteſtate quoad abſolutionem fratrum. Cap. VII.

CVm omnibus Regularibus vtriuſque ſexus profeſſoribus, tã ab Apoſt. Sede, quam per eorum conſtitu-

ſtitutiones expreſsè inhibitum exiſtat, ne Sacerdotibus extra ordinem ſua peccata confiteantur, ideo Fratres nullis alijs Sacerdotibus, pręterquàm ſuorum ſuperioribus, ſiue Fratrib. per eos deputatis ſua cõfiteri valeant peccata, niſi neceſſitate vrgẽte, aut cum in itinere de Superiorum licentia, & obedientia extra illorum Conuentus cõſtituti copiã ſacerdotis ſuorum Ordinum non habentes, tũc enim in dictis caſibus; ſeu eorum altero Sacerdotibus tam alterius Ordinis Regularibus, quã Presbyteris ſecularibus (ſicut pręfertur) confeſſis validè ab eis poſſunt abſolui, aliàs abſolutionis ſententia, quamquam ab incompetentibus iudicibus in perſonas eis non ſubditas lata, nullius eſſet roboris, vel momenti, vt per priuilegia eis conceditur, & declaratur.

Ipſorum verò Regularium Superiores, & Prælati non ſolum eorum officij auctoritate, cũ plenam in ſubditos habeant poteſtatem, & iuriſdictionem, ſed etiam ex priuilegijs eis conceſſis poſſunt fratres, & moniales, atque alias vtriuſque ſexus perſonas ratione profeſſionis, & habitus eis ſubditas a quibuſuis maioris excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pęnis a iure, vel ab homine, quauis occaſione latis, etiam Sedi Apoſt. generaliter à iure reſeruatis, & ab omnibus peccatis, criminibus, & exceſſibus eidem Sedi Apoſt. pariter reſeruatis, exceptis contentis in Bulla Cœnę Domini (vt infra dicetur) non ſolũ in iudiciali, ſed etiam pœnitentiæ foro abſoluere, & in quibuſcunque irregularitatibus tam ex defectum natalium adulterio, inceſtu, & ſacrilegio, quam ex quouis alio nephario, & illicito coitu, prterquam in irregularitate ex homicidio voluntario, bigamia, & membrorum mutilatione, & quomodolibet ante, ſiue poſt profeſſionem contracta, cum eis diſpenſare valent, ita vt (ſicut præfertur) diſpenſati ad ſacros ordines promoueri, & omnes adminiſtrationes, officia, & dignitates in ordine conſequi, & retinere licitè poſſint, quam quidem abſoluendi facultatem, & poteſtatẽ habent Regulares illi, qui in ordine nomine, & officio prælationis potiuntur, & generalis totius ordinis, caput, Prouincialis in Prouincia ſibi cõmiſſa, cuſtos in ſua cuſtodia, necnon ſuperior localis nempè Prior, Guardianus, Rector, Corrector, Præſidẽs, ſeu Præfectus domus, ſeu Cõuentus, ac etiam Abbas proprij monaſterij, & eorum reſpectiuè Commiſſarij, Vicarij, & delegati, qui quidem aduertere debent prædictam huiuſmodi abſoluendi facultatem ad caſus in Bulla Cœnæ Domini contentos minime extendi non obſtante, quod in mari magno concedatur eiſdem abſoluendi poteſtas à caſibus aliàs Sedi Apoſtol. reſeruatis, exceptis illis, pro quibus eſſent ad præfatam Sedem deſtinandi, nẽpè hæretici relapſi, ſchiſmatici, literas Apoſt. falſificantes, aut ad infideles prohibita deferentes, quoniã conceſſio priuilegij prædicta per mortem concedentis expirat, quod idem dicitur in omnibus conceſſionibus Apoſt. proceſſus dictę Bullę Cęnæ Domini tangentibus, cum quolibet anno idem proceſſus cẽſurarum, & ab eis abſoluendi prohibitio de

nouo

Digitized by Google

nouo fiat, cum noua prædictorum caſuũ reſeruatione, & derogatione priuilegiorum etiã maris magni, & propterea Regularium ſuperiores prædicta abſoluendi facultate à caſibus in dictæ Bullæ expreſſis vti non poſsũt. In reliquis verò eiſdem Prælatis, & ſuperioribus ex priuilegio indulgetur, vt ipſe per ſe ipſos omnino poſſint in fratres, & moniales alias perſonas ſibi ſubditas, quod poſſunt Epiſcopi in; clericos, & laicos ſibi ſubiectos, tam quoad abſoluendi, & diſpenſandi, quam alias quaſcunque facultates per Concilium Tridentinum eis conceſſas.

De caſibus per Regularium ſuperiores ſibi in foro pœnitentiæ reſeruandis.

Cap. VIII.

QVamuis ex priuilegio Alexandri VI. Regularium ſuperioribus indultum eſſet, vt caſus de occultis inter fratres ſubditos ſibi abſoluendis reſeruare poſſent, nihilominus hodie ex Decreto à Sanctiſs. D. N. D. Clemente VIII. ædito reſtricta, & limitata eſt quorumcunq; ordinũ ſuperioribus facultas ipſa ſibi caſus reſeruandi cum eorũdem priuilegiorum, & conſtitutionum, tam in capitulis generalibus, quã in Prouincialibus ordinatarũ cum expreſſa derogatione, in quo quidẽ Decreto nõnulla crimina determinantur, vt per prędictos ſuperiores, aut omnia infraſcripta, aut illorum aliquod, prout ſubditorum vtilitati expedire in Domino iudicarint, abſoluẽda ſibi retineant. Cuius quidem decreti tenor eſt.

Digitized by Google

CASVS QVOS REGVLARIVM SVPERIORES SIBI RESERVARE POSSVNT

Ex Decreto Sanctiſſimi Clementis Octaui.

IN primis, vt nemo ex Regularium ſuperioribus peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis ijs, quę ſequuntur, aut eorum aliquot, prout expedire prudenter cognouerit.

Veneficia, incātationes, ſortilegia.

Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento, quando eò peruenerit, vt extra ſepta Monaſterij, ſiue Conuentus fiat egreſſio.

Nocturna, & furtiua è Monaſterio, ſeu Conuentu egreſſio, etiam animo non apoſtatandi facta.

Proprietas, contra votum paupertatis, quæ ſit peccatū mortale.

Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.

Procuratio, ſeu auxiliū, ſeu conſiliū ad abortū faciendū, poſt animatū fœtum, etiam effectu nō ſecuto.

Falſificatio manus, aut ſigilli officialium Monaſterij, ſeu Conuētus.

Furtum de rebus Monaſterij, ſeu Conuentus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.

Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſcunq; perſonæ.

Malitioſum impedimētum, aut retardatio, aut apertio literarū à ſuperioribus ad inferiores, & è cōtra.

Si quod aliud peccatum graue, pro religionis conſeruatione, aut A pro conſcientiæ puritate reſeruandum videbitur, id non aliter fiat, quā generalis capituli in toto ordine, aut prouincialis, in Prouincia, matura diſcuſſione, & conſenſu.

Non liceat Regulariū ſuperioribus ſubditorū confeſſiones audire, niſi qn̄ peccatū aliquod reſeruatū admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſpōte, ac ꝓprio motu id ab eis petierit.

B Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres, aut plures confeſſarios, pro ſubditorum numero, maiori, vel minori, hi quæ ſint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reſeruatis abſoluant, & quibus, etiā reſeruatorum cōmittatur abſolutio, qn̄ caſus occurrerit, in quo eam debere committi, ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit.

C Tam ſuperiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſatij, qui poſtea ad ſuperioritatis gradū fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, nè ea notitia, quam de aliorum peccatis, in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

D Licebit tamen ſuperioribus determinare pęnitentias graues quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis à Cōfeſſarijs imponēdas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandis, cohibere poſſint.

Atque ita per quoſcunque Regularium ſuperiores, quicunque illi ſint, obſeruari mandauit, non ob-

Digitized by Google

vel Ordinariorū, quo ad caſus ab ipſis tãtum reſeruatos, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinarijs locorū exhibenda, abſolutionis beneficium de cętero impẽdere audeat, vel præſumat, ſed cũ opus fuerit pęnitentes ad ſuperiores, legitimoſq; Iudices ſuos accedere conſulat: ſub pęna contrafacientibus tam regularibus, q̃ ſęcularibus, excõicationis, priuationis officiorum, & dignitatũ, aut beneficiorũ, inhabilitatis itẽ audiendi confeſſiones, & ad quęcunq; officia, prælaturas, beneficia in poſterũ obtinẽda, ipſo facto, abſq; vlla alia declaratione, incurrẽda: Super quibus à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatione, aut abſolutio, præterquàm in mortis articulo, poſſit impartiri: Sãctitas.n.ſua (quatenus opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte vti caſſas, & irritas haberi de cętero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcunque.

Prętetea nouerint pęnitẽtes abſolutionẽ, ſi quã obtinebunt contra huiuſmodi ꝓhibitionẽ, eſſe nullã, nulliuſque roboris, & momenti.

Et ne locorũ Ordinarij, quib. ius hoc reſeruãdorũ caſuũ cõpetit, plurium, q̃ opus ſit, reſeruatione, ſubditis, aut Confeſſarijs in animarũ ſalute procurãda cooperatoribus ſint oneroſi, monentur oẽs, vt paucos, eoſq; tantum, quos ad Chriſtianam diſciplinã retinendã, animarumq; ſibi creditarum ſalutẽ pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſario reſeruandos eſſe iudicauerint, reſeruent. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ die nona menſis Ianuarij Anni M D C I.

A DECLARATIO DECRETI

Quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis.

EDitum fuit aliàs à Sacra Congregatione S.R.E. Cardinaliũ, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, Decretum ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis eius.

B Cum autem dubia quædam ac difficultates circa eiuſdem Decreti interpretationem atque obſeruationẽ emerſiſſent, eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus caſibus vigore eiuſdẽ Decreti reſeruatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato eiuſdem S. D. N. Clementis Papæ VIII. ſimiliter viuę vocis oraculo ſuper ea re habito ipsũ Decretũ ita moderatur, ac declarat,

C videlicet Sub eiuſdẽ prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea. Violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Cõſtitutionis fęl.rec. Gregorij XIIII. quę incipit: Cum alias nonnulli. Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. Prouocantium & pugnãtium in duello iuxta Decretum Sacri Cõcilij Tridentini, & Conſtitutionem fœl.rec. Gregorij Papę XIII. incipiẽ

D tem: Ad tollendum. Inijcientiũ violentas manus in clericos iuxta Canonem; ſi quis ſuadente &c. 17.q.4. ac iuris diſpoſitionem Simoniæ realis ſcienter contractæ, atq; etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes caſus quos Ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, vel in poſterum reſeruabũt. In quibus omnibus iam enumeratis caſibus dumtaxat, & ſublata &̃ pęna inhabilitatis audieñ. confeſſio-

Digitized by Google

nes eadem Sacra Congregatio vult, A & mandat, dictum Decretum in ſua firmitate & priſtino robore permanere. Ac præterea declarat eos quidē Sacerdotes, tam ſeculares, quā Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſſis, ſuffulti fuerint poſſe iuxta eorū priuilegia, indulta, & facultates, vſuante idem Decretum, receptas, & quæ ſub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tātum, & non aliàs abſoluere à caſibus in B præſenti declaratione non comprehenſis: alijs verò ſacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo cōcedi. Sed ne locorum Ordinarij, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum excedāt, eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnopere admonendos cenſet vt non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorū tātum, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum C reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in deſtructionē cedat; ne alioquin Sacramenti Pęnitentiæ Miniſtrorum coarctata poteſtate Sāctæ Matris Eccleſię piæ mēti contrarius effectus ſubſequatur.

Prohibet etiam, ne ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla die Cęnæ Domini legi conſueta, contentos, neq; alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos. Facultatē verò & licētiam D abſoluen. à caſibus reſeruatis, quā in ſcriptis tantum concedi permittebatur, ēt ſola viua voce concedi poſſe declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum ſecularium, aut Regulariū, ſub prætextu, quod per primodictū Decretum nō fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus priuilegijs derogatū, eidem Decreto, ſic vt præfertur declarato, contrauenire audeat, Sanctitas Sua Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus, in fauorem quorumcumque Ordinum ſeu inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tam ſecularium, quā Regularium editis, necnon eorundem Ordinum ſeu inſtitutorum, ac etiā Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum ſecularium, ſeu Regularium locorum quorumcunq; etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis etiam Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nūcupatis eiſdem Ordinibus, ſeu inſtitutis, ac ēt Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſecularibus, ſeu Regularibus locis, aut perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cū quibuſuis ēt derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnō irritātibus & alijs decretis ēt Motu proprio, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtōlicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet ēt per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, etiam ſi pro illorū ſufficiēti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habēda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo, ad verbū, nihil penitꝰ omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forēt, p̄ſentibus prò expreſſis habēs quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrarijs, quibuſcunque non obſtantibus. Romę die 26. Nouemb. M.DCII.

Alex. Card. Flor. Epiſc. Præneſtinus.

Hier. Agucchius Secret.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO.

PAgina 5. columna 2. litera A. percepti: præcepti. 6.2.A.quæcumque: quicumque. 10.1.B.in infirmi:infirini. Vbi dicitur, in inſequentes Cardinales, vſque non facientes, cap. 11. omnia illa verba ſunt ſuperflua. 19.2.A.pericuto:periculo. 23.1.A.citatur: vtatur. 29.1.C.& ita cito:& non ita cito. 32.1.D.ltare:altare. 33.1.D.iuſtitiæ:iniuſtitiæ. 35.2.D.quod illa maiori: quod ſub illa maiori. 36.2.D.merereri: miſereri. 38.2.B.miſericordiam: miſericordia. 49.1.A.imaginatus: imaginatur. 49.2.B.præcitur:præcipitur. 51.2.D.ad vſu:ad vſum. 54.2.D.dicetur:ditetur. 62.2.B.in inferni:inferni. 63.1.A.triſtiantur: triſtantur. 65.2.D. verbs:verba. 74.1.A.peccat eſſet: peccatum eſſet mortale. 74.2.D.illa verbi: illa verba. 75.1.A.id obuenia: id obueniat. 75.2.B.linitp: linitio. 80.2.A.ſi verbi vt:illud, vt, eſt ſuperfluum. 80.2.A.vitimam:vltimam. 84.1.B.verbroſij: verbum Ambroſij. 85.1.D.abſolutionis:ablutionis. 87.1.C.barbutie:balbutie. 87.1.D. barbutie: balbutie. 88.2.C.irregulbritatis:irregularitatis. 91.1.C.dico poſſe:dico non poſſe. 91.1.D.eiuſinodi baptizato:eiuſmodi baptizator. 94.1.A. in titulo vbi dicit, poſſit, dici debet, poſſint. 94.1.B.proferet:proferret. 95.2.D.eadē verba, hic ſuperfluè repetuntur. 114.1.D.defundunt:defendunt. 119.2.C.ex inualidis fiant inualidæ:ex inualidis fiant validæ. 121.2.A.interpretaito:interpretatio. 121.2.D.armat:arma. 121.2.D.deſferet:deferret. 124.2.A.numerus 141.dici debet 131. 125.2.A.alioram:aliorum. 125.2.C. appetere:oppetere. 127.2.C.henc:hanc. 137.2.A.Pada:Papa. 142.2.C priuato:priuatos. 144.1.A.congruent:congruunt. 150.1.D.Eiularis:Euchariſtia. 155.2.A.intentio: retentio. 158.1.D.debeat:debeât. 158.2.B.quid ſi aliquid:quod aliquid. 161.2.A.poſitus:poſitiuus. 161.2.C.valde:validè. 167.2.A. ac pęnitens: an pęnitens. 170.1.C.quæ parat:quæ pariat. 171.2.B.ex appoſito:ex oppoſito. 179.2.D.animæ ipſis: animæ ipſius. 183.2.C.ſerpens enim eſt:ſerpens eſt. 185.1.B.expediens:excedens. 187.2.B.afflictionis, cum: afflictionis minuere, cum attro. 188.2.C.multum potentis: multum potentes. 189.1.B.quod exercitium:exercitium, dempto illud quod. 189.1.C.vt formaſti:formaſti, ſine illud, vt. 189.1.D.vbi dicitur formauit Deus: ſic dicendum eſt: formauit ſiquidē Deus Draconem.i. Diabolum ad participandam gloriam, ſed ex ſuperbia ſua, eam amiſit, hominem per tentationem infeſtando. Sed glorioſus Deus malitiam ipſius Draconis conuertit in bonum electorum ſuorum; ſ. cum tentati fuerint, vincentes coronas ſibi præmiorum adaugent. 190.1.A.ſolicitus:ſolicitius. 192.1.A.ſacei dotalem:ſacerdotale. 195.2.D.& omnino cōſummata:non eſſet omnino cōſummata. 198.1.C.reuelaret: releuaret. 200.1.C.Fratri Epiſcopo:Fratre Epiſcopò. 202.1.D.reuerentia: irreuerentia. 203.1.B.eadem ratione: eadem ratio. 205.2.B.ex ufficio: ex officio. 205.2.peccatoris: peccatori. 208.1.C.poteſt: poſſit. 209.2.C.commiſſione:omiſſione. 209.2.D.adhiberi: adhibere. 210.1.B.comcopatitur:compatitur. 212.1.C.gratium:gratiam. 213.1.D.penitus: penitius. 215.2.C.ſtatura:ſtatuta. 216.1.C.viri:vini. 221.2.B.alij Concilij:alia Concilia. Eodem loco, vbi citantur verba Aug. ſic dicendum videtur. Hoc Spiritui ſancto placuit, pro tanti veneratione ſacramēti. 221.2.D.vt prius:& prius. 222.2.D.ſic dicendum eſt: Nullus poteſt poſt quantumcunq; minimum cibum, vel potum, miſſam facere. 223.1.D.cęremonij: cęremonijs. 224.2.A. iniecit: incipit. 225.2.B. cinamomum, vel nucis muſcata:dicendum eſt, cinamomo, vel nuce muſcata. 226.A.ſibi ſumptio:cibi ſumptio. 226.1.B.ſed particula:ſed paruula. 227.1.A.poſſibilem: poſſibile. 227.1.B.Chriſtum: Chriſtus. 228.2.D.ſubſtantiæ panis:ſubſtantia panis. 233.1.D.Vbi dicitur:decentium, ſuperfluum eſt. 237.2.D.termiuatio:determinatio. 239.1.A. & eſt forma:eſt forma. 246.2.D. non præſumeretur: præſumeretur. 246.2.D. non cenſentur: non cenſetur. 247.1.B.exhibeatur:ſi exhibeatur. 247.2.A.per nupta: pro nupta. 247.2.D.Regulari: Regulariter. 248.2.A.Feſto:Feſti. 263.2.B.in ſe in ſe:in ſe eſt. 269.2.B.prodere:procedere. 270.1.A.llum:illum. 270.1.B.communem:commune. 271.1.D.icturam: iacturam. 274.2.A. defectorum:defectuum. 274.C.ſeruandū: ſecundum. 285.2.A.Qui ad:Quia. 291.2.A.relinquunt:relinquuntur. 293.2.B.deferenda:differenda. 297.2.D.inualidum: validum.

Digitized by Google

validum. 298.1.B. non intereſſe: non intereſſe matrimonio. 298.1.B.obtinet:obtineat.
302.2.A. vbi enim: ibi enim. 305.2.C. Nam hoc: Nam ad hoc. 307.1.D. alium: aliud.
311.1.D.huiuſmodi:cuiuſmodi. 313.2.B.opinio:opinionem obſeruari,quam. 314.1.B.
culpa: copula. 315.2.C.Sed notandum:tamen Notandum. 322.1.C.nec non contrahi-
tur:non contrahitur. 323.2.C.cum impotentia:cum iſta impotentia. 325.1.A.vir teneāt:
vir teneantur. 327.1.C.nam illum:nam illud. 329.2.A.ergo talem:ergo tale. 330.1.D.
tali culpa:tali copula. 331.1.A.itaque vigor: ita quod vigor. 333.1.A. pecuniam at cu-
mam: pecuniam. 333.1.B. quo apertius: quo aptius. 333.2.B. conſonam : conſonum.
334.1.A.iniuſtitiæ:iniuſtitiam. 334.1.B.ſoluere:ſoluendo. 334.2.C.valor auctor:valor
auctus. 335.1.D.ſententia:ſententiam. 341.1.D.veſtæ:veſtes. 341.1.D.emel dicata:ſemel
dicatę. 431.1.D.conſeruare: conſecrare. 344.1.A.Mſſa:Miſſa. 346.1.B.vſuram:curam.
352.2.B.celebat:celebrat. 356.1.D.iila:illa. 361.2.C.verbis:veſtis. 387.1.B.poſſit:pro-
ſit. 391.1.A.effectuſque:affectuſque. 391.2.B. ſed ſenſus: ſed ſenſu. 391.2.C. honeſtam
parentum famam,debet dici. 391.2.C.geſſit: geſtit. 394.1.B.multo plurius:multo pul-
chrius. 398.1.C.aram:arrham. 399.1.A.precamus:precamur. 400.1.B.mundum pro-
ſperitate : mundi proſperitate. 400.1.B. ſuperare poſſumus: ſuperare non poſſumus.
401.1.C.non petitur:non patitur. 402.2.D.beſtias:beſtijs. 404.1.C.proteſtatiui:pote-
ſtatiui. 406.1.D.conſtitiui:conſtituti. 410.1.C.quod ad piſens:quoad præſens. 410.2.C.
pro temporum:per temporum interſtitia. 413.2.B.infcrni:inferri. 413.2.B.inferendum:
inferendi. 414.1.B.abſtitit:obſtitit. 419.2.C.permiſſio:percuſſio. 423.2.A.reſponda-
tur:reſpondetur. 432.1.A.totius eſt:potius eſt. 432.2.D.habuiſſe:habuiſſet. 433.2.A.
circa debitore: circa debitorem. 436.2.B. iniunctus:iniuſtus. 436.2.C.in potentiam:
in impotentiam. 437.1.C. quando creditur:quando creditor. 438.2.A.more magnum:
mare magnum. 439.1.C.parere:parare. 439.1.C.obſono tenebitur: abſono non tene-
bitur? 439.1.D.ad admittendam:ad amittendam. 439.2.C.tum ſolemnitate:cum ſolem-
nitate. 439.2.C.detenſionem:detentionem. 440.1.D.editis:edictis. 440.1.D.iuſtus:iuſ-
ſus. 440.2.D.inducere: induere. 441.2.C. verſantur: veſcantur. 443.2.B.quod legata:
quoad legata. 444.1.A.reputanda:refutanda. 447.2.C.poſſe concedere:poſſe concilia-
ri. 448.2.C.manifeſtum:manifeſtam. 449.2.A.quando ſit:quando ſcit. 449.2.B.Cũ ſæ-
pe:Eum ſæpe. 450.1.A.bona fide:bona ſui. 451.2.A.nõ teneatur:teneatur ei. 454.1.D.
baptizatus:baptizatum. 445.2.A. ne contuli: me contuli. 458.2.B.impietiſſimum: im-
pientiſſimum. 458.2.B.Setanicus: Sathanicus. 459.2.A.demeretur: meretur. 459.2.B.
Canone: Can. 459.2.D.alore: calore. 461.1.B.potuis: potius. 461.1.C.ombia:omnia.
462.2.B.habilis:habitualis. 466.2.B.parti:parte. 469.1.D.quædam: quidem. 469.2.B.
puta: puto. 470.2.C.admittere: amittere. 470.2.A.dant tertij: dant tertio. 471.1.A.ac-
quiſitionem:ſuſtentationem. 473.1.D.admittere:amittere. 474.1.A.exuenda:exuendam.
476.2.A.Dominico : Dominio. 478.1.B. inducent : inducant. 478.1.C. uper:ſuper.
479.2.B.confitendo:confiteda. 482.1.B.Cur ergo:Cum ergo. 483.2.B.ſuper eiuſdem:
eiſdem. 483.2.C.adhibeatur:adhæreat. 490.2.B.tantum alijs:tantum cum alijs. 491.1.A.
irregularitas:irregularis. 494.1.D.pœnitentiam:pœnitentia. 495.1.D. Magus à me Pe-
tro: Magus à Petro. 497.2.A.petentia:pertinentia. 502.1.D.Corriguros: Corrigiutos.
508.1.B. Chriſmata : Chriſma. 511.2.B. ad adminiſtrationem : ab adminiſtratione.
513.2.C. ad idoneum: idoneum. 523.1.C.Bonifacius Septimus: Bonifacius Octauus:
523.2.A. excommunicatione : excommunicationis. 524.1.B. mutilari : mulctari.
522.1.B. minorum : minimorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google